AVRELII CORNE lij Celsi, de arte Medica libri

octo, multis in locis iam emendatiores longè, quàm unquam antea, editi.

GVLIELMI PANTINI TILETANI, MEDICI BRVGENSIS, AMPLISSIMI ATQVE *eruditissimi in duos quidem priores libros Commentarij, & in reliquos Annotationes breuiores, sed quæ iusti Commentarij uicem, sicubi rei difficultas requirebat, explere posse uideantur.*

Accessit quoque rerum & uerborum in hisce omnibus memorabilium locupletiss. Index.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

AMPLISSIMO, SPLENDIDISSIMOQVE SENATVI CIVITATIS BRVGENSIS, Gulielmus Pantinus Tiletanus S. D. P.

VLTA me de uestræ huius urbis, Consules ac Patres augustissimi, ornatu ac splendore dicere posse uideo, quibus illa ædificijs, qualibus templis, quantis turribus tota sit exstructa. Multa quoq; de gentis & incolarum nitore, opulentia, moribus, humanitate atq; elegantia. Multa de senatuum habendorum locis ornatissimis, ac multiplicibus. Multa de uestris legibus sanctissimis, & in uitijs emendandis cum summa æquitate seuerissimis. Multa deniq; de religionis fide uetusta, atq; constantia: de uiris pietate & sanctimonia præclaris: de uiris & æquitatis scientia ornatis: de medicis apprimè doctis: de philosophis sapientia conspicuis: de publicis humaniorum literarum diuinarumq; rerum professionibus, prudentius sanctiusq; olim institutis, quàm studiosius etiamnū frequentatis. Sed nihil horum attingere in animum induxi meum: tum quòd ea & doctrina & elegantia præstantiorem encomiasten facile desiderent: tum quòd pro suo merito atq; amplitudine, nec epistolæ angustia, nec nisi pleno fusoq; opere comprehendantur. Id tantum exponam, quid mihi demum tam docto hoc sæculo, ad aliquid, in uestro præcipuè nomine atque patricinio diuulgandum, animum subdiderit, homini quiduis potius quàm ostentatori, uel ambitioso. Conscius enim ipse mihi sum, cùm ingenij, tum eruditionis huius meæ, nimis quàm exilis, tenuisq;. Et gloriā popularem tam cautus semper horrui, quàm mihi eandem difficile cernebam consequi. Submissè degere, modestè habitare, subobscurè iucundeq; cum amicis cumq; libris uersari, utinā tam fortunæ studiaq; paterentur mea, quàm animus id meus ingeniumq; postulent. Licet fors adhuc nostræ uoluntati, quàm cum mea illustri uel re uel uita sit, melius responderit. Superioribus itaq; annis, nulla nec me uenditandi cupiditate, nec honoris ambitione impulsus: sed eorum qui pro suo ac præceptorum in discipulum tum iure imperare ac cogere poterant, arbitratu inductus: altero D. Heremia Brachelio, subinde foràs medicinæ faciendæ causa euocato: altero D. Carolo Gosino, florentissimæ Louaniensis Academiæ summa administratione tunc occupato: utrisq; medicinæ professoribus, absit inuidia dicto, longè principibus, aliquid & ipse tum experiri, ingenij doctrinæq; tenuitatem nequicquam illis excusans, iubebar ac præcipiebar. Sed quid multis opus est? Nolens uolens, dum de authore prælegendo mecum diu cogitarem, tandem ægrè obtemperaui: authoremq; demum, quem nunc propono, delegi. Nam schola nimirum digni mihi soli propè tum uisi sunt, è Græcis Hippocrates & Galenus, arte & facundia doctrinaq;, citra controuersiam, omnium medicorum, quos orbis uiderit, absolutissimi. Nisi si quis pariter Paulum atque Aetium eodem illo propemodum albo fortè comprehendi debere,

bere, contēdet. Et Romanis certè Latineq́ loquentibus, unus Cornelius Celsus, qui enarrationis indigere uideretur, occurrit. Arabes nec damno, nec omnino repudio: sed multum ac merentur demiror, proboq́; nec ista tamen arena, ista ue laude, nostro duntaxat seculo, satis aptos iudicaui. Recentes porrò, qui toto nunc orbe plurimi sunt, neutiquam inepti, sat maturuisse non sum arbitratus. Miramur siquidem maximè, nescio quo iudicio consilioq́ ueteres: & annos plerunq́ ac uetustatem, non uiros doctrinamq́ æstimamus. Quare Latinæ scholæ, Latinum medicum, Latinum Hippocratem, Cornelium Celsum, medicum uetustissimum, eundemq́ multo facundissimum proponendum existimaui. Verùm neq́ totum hunc prælegere spes erat: neque temerè quamlibet eius partem arripere placebat. Cœpi idcirco à capite ad calcem Hippocratem, quem tum Iani Cornarij bene religiosa uersione, Latinum totum, ex peiore Græco acceperamus, denuò reuoluere. Cœpi deinde & Galenum, eadem de materia copiosè scribentem, conferre. Cœpi denique & ueteres & neotericos, quoscunque inuenirem eadem de re commentatos, plurimos adiungere. Ut alia, unde mutuatus esset Celsus, odorarer: alia quæ rectè, ac doctrinæ ueterum conuenienter scripsisset, quæq́ perperam & inscitè insipideq́ commutata irrepsissent, intelligerem. Quo me studio consecutum spero, ut & fontibus indicatis, haudquaquam paucis, & aptè scriptis explicatis alijs, & mendis temporum iniuria quibusdam illatis, iamq́ detectis, maiore ac antè cum fructu, minimaq́ offensione, Celsi doctrinam omnes cognoscere & amplecti possint. Non etenim me fugiebat, quàm omnes literarum penè cupidi, hoc uno authore in ualetudine tuenda niterentur. Nec me clam erat, quàm fortassis nulli, medicos bonos semper excipio, præceptionibus his sapienter recteq́ uterentur: dum illi nec doctrinæ modum, nec præceptorum uim, nec omnis rationem, nec breuitatis obscuritatem animaduerterent, hulca, truncata, in alienum locum translata, uanaq́ nonnulla obseruarent forsitan multo minus. Inchoaueram igitur tum ista, atq́ syluam enarrationum quarūdam ex optimis quibusque authoribus, quoad memoria lectioq́ suppetebat, collegeram, quasiq́ compilaueram. Quam ego iam demum, ex quo in uestro, Patres consultissimi, hoc oppido ac municipio commorari institui, aliquantulum, quoties uacaret, digerere atque componere cœpi, ut ocij negotijq́ mei ratio aliqua mihi constaret: & ut uel hac opera animi intentio nobis acueretur, studiaq́ utcunque fulcirentur nostra. Verùm enimuero quum mihi diffiderem in plerisque locis, misi eadem expendenda primùm D. Petro Dacqueto, elegantis optimæq́ medicinæ, & Græcè Latineq́ docto uiro, olim studiorum Louanij socio suauissimo, nunc ciuitatis Furnensis medico doctore meritissimo. Rescripsit is benigniter, & annotauit paucula. Nec hoc contentus, misi mox præceptoribus meis, quos suprà dixi, eadem omnia, ut pro suo illi arbitrio demerent, adderent, uerterent, mutarent, & uitæ necisq́ sibi potestatem in omnibus solidam usurparent. Ostendi postea & alijs, non ijs quidem omnibus, nec nullis medicis: sed amicis, sed iudicio, sed eruditione fideq́ præstantibus. In quibus fuere D. Leonarthus Casenbrotius, & D. Andreas Vesalius: alter Reipublicæ nostræ consul atque gubernator prudentissimus, & iuris, omniumq́

omniumq; artium doctrina ornatissimus. Alter Caesaris Caroli, eiusq; curiae medicus, ac iure optimo toti orbi laudatissimus. Qui mihi omnes suis partim uerbis, partim literis, ut eadem quamprimũ publicarem, principio suaserunt: mox cunctantẽ etiam rationũ multis arietibus hortati sunt, & impulerunt. Quin & haec qualiscunque foetura, à capite ad calcem lecta est à D. Cornelio Baersdorpio, Caesareae Maiestatis Protomedico, ignoto mihi quidem illo, sed nunc amicorum opera non omnino ignoto. Is autem, ut editionem maturarem, author fuit. Nam scripseram initio certè tantum mihi. Ostendi, inquam, illis solum, quo quid studio essem adeptus meo, cognoscerem, & quo uel meliora in plerisque docerer: praesertim in tã deprauato authore, neminiq; hactenus, quòd sciam, aut uiderim, plene tractato. Brachelij enim scripta, & quasdam obseruationes, serò mihi uidere contigit. Adde huc etiam, in quo sum authore duobus duntaxat exemplaribus adiutus: altero Salingiaci excuso, Caesarij, hominis acutissimi, annotatiunculis operaq; paululum modò sanè castigato: altero uetustiore paulò, Venetijs edito, è Schoenhouij, Diui Donatiani Brugensis Canonici eruditissimi bibliotheca mihi tradito. Pertimescebam igitur primum, & mihi displicebam in plurimis: idemque etiamnum mihi in multis displiceo. Aliorum quippe iudicia hoc tempore longè cultissima, meritò formidabam: qui quamuis nihil damnarent publicè, nec carperent, qui talium est candor, quicquid malignè, tamen rectiora nossent, & nostra clàm obelis confoderent, atque imprudentem modò temeritatem secum tacitè suspicerent. Aliorum rursus inuidentiam, atque calumniam, aduersus quam ne bene quidem quippiam dictum, aut scriptum tantum esse solet, metuebam, atque adeò exhorrescebam multo magis. Maximè quum in meis ne mihi quidem ipsi satis, ut dixi, in omnibus facerem: quin alicubi dilucidiorem mihi authoritatem poscerem: alibi efficaciorem rationem, qua mea confirmarem ac tuerer, expeterem. Neque uero sanè orationis character impar sibi ac uarius, parum praeterea mihi displicuit. Malui tamen id commodi subire, quàm expressis authoritatibus non niti. Quae quum de uarijs erant authoribus sumendae, quomodo non etiam quae scriberentur diuersa essent, & apparerent? Idq; saepe non tam interpretum culpa & imparitate, quanquam & horum merito nonnihil quoque: ac eorum authorum, quos sunt interpretati, stilo quodam proprio & ingenio. Quàm siquidem Dioscoridis dictio ab Hippocratica dissideat, et ab utraque Galeni, Pauli, Aetij, Alexandri, & adeò hi quoque ab inuicem discrepent atque discordent, nisi qui in eorum libris parum est uersatus, nemo ignorat. Sciebam equidem aequabile enarrationis filum multo iucũdius ac nitidius fore: sed plus fidei & ponderis authoritatibus classicorum medicorum habitum iri, idem non nesciebam. Quamobrem potius duxi, uarius oratione atque sermone, quàm sententijs ac rebus uanus uideri: & horridior alicubi, quàm infirmior apparere, pulchrius existimaui. Praesertim quum Cicero Attici nonnulla quoque, quae horridula atque incompta uiderentur, tamen ornata, quòd ornamenta neglexissent, fuisse: & ut mulieres, quia nihil olerent, bene oluisse scribat. Nihil interim grauiter molesteq; laturus sum, sed in magna potius amicitiae & gratiae parte positurus, quis-

quis me humaniter, eruditè, candidè, uel errorum admonebit, uel somnolentiæ socordiæq; insimulabit. Quoniam nihil æquè, quàm doceri, amo. Nihil magis, quàm scire & discere, aueo. Quo nomine & æquiorem me lectorem habiturum confido: & si quis iniquior extiterit, uestra, Senatores prudentissimi, beneuolentia me fulciam & sustentabo: quorum fidei, quicquid est huius meæ primæ fœturæ, dedico ac nuncupo: qua mea uel cadat, aut rectò stet fabula talo. Quod eo etiam feci libentius, quòd uestra, in hac amplissima Republica regenda, ac gubernanda, prudentia perspecta, in iure dicendo fides cognita, in bonis defendendis æquitas & constantia nota, in seditiosis & sceleratis puniendis seueritas ac fortitudo manifesta esset. Quas si uos uirtutes ulli unquam ciuium impendistis, medicinæ, non meæ, nec nouæ, sed antiquissimæ, & ab optimis authoribus comparatæ, præstare debetis: quæ non unius alteriusq; iniuriam & litem de agris diuidundis, de hæreditate herciscunda, de stillicidijs statuendis, de furto absentibus tribus capellis, propulsare & dirimere contendit: sed uestrã, omniumq; ciuium salutem tueri, uitam propagare, ualetudinem prosperam florentis instar ueris custodire pollicetur. Vestrum itaque, Iudices æquissimi, uestrum inquam munus est, post religionem & secundum iura tum humana, tum diuina, hanc artem in uestra Republica pro maiorum ac patrum nostrorum omniumq; sapientum more sartam tectam in primis conseruare: qui & uiris atque artificibus idoneis caruistis nunquam, et habetis hodie quos cum summis conferatis. Ii uestro sunt fauore, uestraque munificentia contra maleuolos, contra indoctos, contra deceptores uobis sustinendi. Isti, si nõ ad Bœotos et Hyperboreos ablegãdi, certè à temeritate cõpescendi sunt. Qui artem ualetudinis humanæ, omnium multo difficilimam longissimamq; impudenter inuadunt, & improbè contaminant, polluuntq;: Vobis quoque uestra tribunalia, et summa consilia, opinor, patronisq; uestris causarum sua munera, si par illic licentia foret, erepturi. Paucos habetis, ac meritò, causarum litiumq; de rebus caducis, & quæ semel amissæ, tamen reparari possint, patronos. Et habetis delectos, iuratos, & eruditione, iudicio, fideq; commendatos. Nec aduocatos quidem, pulsis rabulis, nisi doctos, & à doctis approbatos. Vitæ uerò ac ualetudinis consultos & magistros habetis analphabetos, institores, seplasiarios, fatuos, mulierculas, aniculas. Quorum ut quisque impudentissimè callidissimeq; circũuenire nouit, ita summus et laudatissimus medicus uulgò iudicatur. Olim medici summi philosophi, & doctissimi ac sapientissimi homines soli extitere, qui dijs pares habiti, immortalibus honoribus, opulentissimis muneribus, sanctissimis priuilegijs principũ Cæsarumq; digni sunt existimati. Nunc paucorũ eadẽ est fœlicitas: & cæterorum ars ad summam uanitatem, & extremum contemptum propudiumq; uulgò prostrata iacet. Non bonorum profectò, qui in omnibus iam ciuitatibus, maximeq; uestra, fortassis abundant, merito, aut penuria: sed istorum agyrtarum ac ueneficorum maleficio. Quò fit, ut non medendi medicinam nunc artem, sed lotia propè contemplandi rationem solum definias. In quo mihi negotio uaticinium à Pythia & Delphico oraculo, nõ à philosopho ac medico ualetudinis consiliũ sæpe peti uidetur. Refundit hic, uoluit: attollit, demittit: cominus, eminus: aspicit,

aspicit, intuetur, nostra Pythia, nostra alicunde diobolaris Baucias, pro tripode urinam: Mox non quid uiderit, nec quid obseruarit, sed quid suo illo ueluti enthusiasmo perflata, ad fallendum & fucum faciendum excogitauerit, profatur. Caput, lumbos, renes, artus, iecora, coxas, intestina, pectus: febres, dolores, cruciatus, fluxiones: stipata, patefacta, soluta, conclusa: sputa, mucos, urinas, humores, tusses, purgamenta, flatus: hepar absorptum, fel ereptum, cor exustum, lienem submersum: denique ficta, dubia, uana, monstra uniuersa, ut Delphis olim fiebat, loquitur. Astat quæ intulit, obstipo capite, & statua taciturnior omni. Ac postremò illa (ô mores, ô tempora) præclare scilicet uaticinata creditur, si plurima quæ non essent mentiendo, paucissima diuinauerit. Sic iam ex medicis uates, è curatoribus coniectores, atque adeò è mortalibus diuini circulatores, si plebeiam & stultam persuasionem sequi, & uulgò famam nostrum'que nomen tueri uelimus, fieri propè cogimur. Dum bona pars non quid malo præsidij sis daturus percontatum, sed quid ad matellam nugari & garrire queas auditum ueniunt. Verùm legitimi medici procul ea facessere iubebunt: atque ægritudinis potius causas, genus, accidentia, locum, tempus, modum, ætatem, temperaturam, uictum, & uires denique uniuersi corporis, tum colorem, habitudinem, calorem cum ualeret prosperè, sciscitando omnia quàm diligētissimè discent. Deinde hinc, prout morbi forma & cōstitutio id postulat, uel pulsus arteriarum explorabunt, uel lotij, uel sputi, uel deiectionis naturam contemplabuntur. Tum hinc quoque, quid ars ac natura fore promittat, prudenter exponent. Postremoq́ curationem aptā & tutam, citam'que, quoad res patitur, accommodabunt. Id etenim factitarunt ueteres. id ars profitetur nostra. id scholæ, id ratio, id magistri ac medici laudatissimi semper docuere. Quoniam medicina curationem affectæ ualetudinis, non futilia ista uaticinia promittit. Medicus non diuinando fallere: sed animo toto, & oculis, auribus, tactu, antegressa, præsentia, secutura, & ex his demum ægri salutem quærere debet. Prudentis nanque hominis est, quod inquit Celsus, eum qui seruari non potest, non attingere: ne speciem subeat eius occisi, quem sors ipsius peremerit. Deinde ubi grauis metus est, sine certa tamen desperatione, indicare necessarijs, periclitantis in difficili spem esse: ne si uicta ars malo fuerit, uel ignorasse, uel fefellisse se uideatur. Sed ut hæc prudenti uiro conueniunt: sic rursus histrionis est, paruam rem attollere, quo plus præstitisse uideatur. Obligari autem æquum est, confessione promptæ rei, quo curiosius etiam circumspiciat, ne, quod per se exiguum est, maius curantis negligentia fiat. Quocirca lotia consuli, ne quis erret, haudquaquam damno: sed abusum reprehendo duntaxat eorum, qui illinc omnia cognosci uolunt: & qui ex illo meras nugas audire gaudent: qui'que medicum, eius potissimum iudicio metiuntur. quum nihil sit fallacius, incertius, inconstantius in cuncta medicina, urinæ nuda contemplatione: si uitium uenis, renibus, aut uesica non abdatur, & cætera artificis munia si deserantur. Verùm in nostræ Enarrationis progressu quædam amplius dicendi dabitur locus. Nec enim ista sola uitia artem hanc cùm summè necessariam, tum antiquissimam, plane'que diuinam polluerunt: quum aliam facile non inuenias,

Ad Glauconē Galenus.

Lib. 5. cap. 26.

fœdius immundiusq; omni barbariei cœno atque abusu contaminatam. Ecquis enim obsecro, morborum naturam, & quasi ætatem, partesq; uel arte tractare, uel obseruare usquam cernitur? Quis, etiam si uelit maximè, & conetur, rectè cu rare permittitur? Quis, si febris aut cuiusq; ægrotationis, non dicam primis diebus, sed impetu primo iugulum non præciderit, protinus eo uel optimo medico deserto, non alium quemlibet hominem, sæpe etiam fatuum consulit, & accersit? Quis, uel in sano, nisi quod ipse antè approbarit, & rectum esse senserit, à medico quamuis docto proboq; fieri permittit? Quid? quare? quo pacto medicus daturus sit, rogant: quasi iam discipulum informatum, non ualetudinis præceptorem consultũ ueniant. Sed næ ego ineptus sum, qui has ineptias hoc loco memorare aggredior, qui nec abusum omnem huius artis paucis uerbis aut paginis complecti possim: nec uerò, si possim, hic proposuerim. Namq; id solum nunc quærebam, quum ποιμένες λαῶν Homero, & summum Reipublicæ patriæq; consilium ac parentes maximo merito Tullio uocemini: & quando cuiusmodi pastor est, tales fieri oues, & parentem ac principem sequi eius proles ac ciues constat: ut uestro consilio & authoritate atque exemplo, insipidas istas opiniones, quibus nihil perniciosius in hominis uita haberi potest, uestræ Reipublicæ ciuiumq; animis eximatis: quo tandem medicos, non urinarios modo uates, atque indoctos sicarios, agnoscere & expetere discant: eosdemq; ab arte, ab animo, à fide, à studio: nõ è lingua, cultu, fronte, opibus, impudentia, garrulitate æstimare consuescant. Neque enim eò hæc uitia minora sunt, quòd totum propè orbem eadem stolida persuasio peruaserit: sed hoc uestræ urbis, uestræq; (Senatores amplissimi) laus amplior futura est, quo populus uester alijs cõspicietur prudentior. At dicet mihi iam quispiam, scio, è pigmentariorum istorum, & bonarum uidelicet anicularum amatoribus: sanant isti nimirum multos, & illi quos tu ab arte methodoq; commendas, plurimos incuratos deserunt. Quis non à Pythia, aut suffarcinata Thaide ualetudinem consequi, quàm ab Hippocrate torqueri, aut à Galeno destitui malit? Nihil siquidẽ mea interest, unde adiuuer, quis sit, agyrta, pharmacopœus, institor, indoctus, an amethodus sit: si iuuat, si doloribus eripit, si ualetudinem restituit, si ægrotationi medetur, mihi medicus est: sin malo cedit, sin uitium producit, sin ægrũ arte torquet, Hippocrates sit, Apollo sit, Doctor sit, mihi tortor est. Medicũ haud nomine & professione, sed euentu et ualetudine mea metior. Et hæc ego tibi sanè, ô amice, libens pleraque largior omnia. Nam quis in portum è tempestate deferri, uel nullo, uel Thrasilao furiosoq; gubernatore, quàm Vlysse rectore, aut quàm Neptuno, peritissimoq; nauclero per undas, perq; procellas iactari, non malit? Quoquo pacto adepta quiete frui, quàm incertam sectari, potius est. Sic & ualetudinẽ, fateor, partam, unde habeamus, an à Circe quapiam, an ab Aesculapio, nihil referre. Sed quærendã unde petamus, arbitror interesse plurimum. Hoc enim, non illud in quæstione nostra positum est. Age igitur denuò: In acie aut tempestate graui sis constitutus: Alexandrum ibi, aut Iulium Cæsarem, Vlyssem hic, aut Aeneam quempiam, quàm è turba quemlibet, & proletarium potius expetas? Annuis, nisi mens sit læua, scio. Et tamen nec illi uictores fuere semper: nec hi

tempe-

tempestatibus uexati nunquã. Atque inferiores multo, nulla prudentia aut arte præditi, uicere sæpe, & ex alto portum frequenter sunt ingressi: sic quoque in medicina, nec optimi curant semper, uel morbi uiolentia, uel ægri inobedientia, uel aliorum improbitate superati. Nec imperiti sanant nunquã, quoties in quod rectum sit incidunt ac impingunt uerius, quàm id consequantur & inueniant. formulas isti quasdam plerunque à doctis medicis acceptas, uel usu crebro cõprobatas, nullo artificis iudicio, nulloq; usus examine adhibito, sed quasi iacta alea, aut præuinctis oculis cæci, ignariq;, ecquid respondeant, usurpare conspiciuntur. Hæc enim illa est istarum muliercularum, & multorum pharmacopœorum præclara scilicet scientia: hæc illa sunt circumforaneorum unguẽta: hi illorum pulueres, hæ nundinationes, quas alij ab equa, alij à mensa exposita quouis tempore, cuilibet homini, omni loco impudentissimè proclamant, atque obtrudunt. Non res equidem semper improbas, sed improbè, imperitè, indoctè, ferè semper usurpatas: quibus idcirco alios iuuari, alios magnopere lædi sæpenumero cernas. Quum bonus ac doctus medicus, si quando ob causas modò dictas nihil iuuet atque emendet, certè sua ope suoq; facto nihil unquam lædat. Nam aliud profectò fieri non potest, in ijs rebus atque artibus, in quibus fortuna naturaq; ac fata iuxtà dominantur. Nihilo tamen minus optimos probatissimosq; semper eligere, & ijs uitam fortunamq; committere nostram, tutissimum perinde ac callidissimum fuerit. Propterea quòd ij, et ea quæcunque inferiores fortassis, & quæ isti nullo unquam pacto consequerentur, nisi fortuna prorsus inimica, facile adipiscantur. Imperiti uerò aut horum euentum capient nunquam, aut fœlicitate singulari, non prudentia industriaq; sua capient. Memini itaq;, nec nego, in medicina quos Hippocratus successores, nec Theophili uel Galeni æmuli diu tractos expedierunt, temerariam medicinam Petronis interdum restituisse: fateorq; idem sanitatem & per medicamenta crebrò quæsitam esse frustra, & sine ijsdem aliquando fuisse redditam. Cumq; eadem omnibus non conueniant, nec possit medicus abditas sæpe causas ingenio solertiaq; assequi, fieri nonnunquam, ut quos ratio non restituerit, temeritas etiam adiuuerit. Nec tamen ideo non peritis & doctis potissimum ac solum utendum est. Non ferit hic uidens ac prudens, quodcunque minabitur arcu: & ferit interdum in aere uolucrem cæcus ille, imprudensq;. Num idcirco non hoc sagittario deinceps, sed illo potius uti cupies? Nisi cæcus idem, & insipiens. Quamobrem breuiter, si non modò in omni alia arte, sed multo etiam magis in medicina, bonis, eruditis, fidelibus ac studiosis artificibus inniti, minimum omnino habet periculi: quisquis uitam ac ualetudinem diliget suam, eam, si cuipiam, laudatissimis hominibus, & qui tales omni nixu præclaraq; cum laude sectati sunt, concredet, permittetq;. Talis porrò inter Latinos medicos facilè summus, noster Cornelius, etiam per se haberi debet, qui & artem quoque militarem, & disciplinas ferè Græcas omnes magno nitore & cultu amplexus, eas Latinè loqui docuit: & ex his medicinam omnium nostratium princeps ita absoluit, ut æmulari potius multi, quàm assequi parem laudem possint. Quem nos studio nostro, spero, sic illustrauimus, ut maiore cũ uoluptate & intelligentia legi, & emolumento locuple-

Celsus libro 1. cap. 9.

Libro 7. in præfatione.

locupletiore usurpari plerisq; nunc possit. In quo sicubi ulli multa, & superstitiosa forsitan quædam exigere uidebor: cogitet is, & ueteres me ad scriptorem antiquissimum per omnia propè secutum esse: & ualetudinem instituí rem cum primis arduam esse, etiam quum ei seruandæ nihil defuerit. Eum uos, Proceres grauissimi, nunc oro atq; obtestor, uestro fauore sic adiuuate, ut non solum eius utilitatem, quam nonnullam fore arbitramur, omnes cognoscere, & paululum modò degustare uelint: uerùm etiam pleriq; magna illius suæ ualetudinis ac salutis præsidia, momentaq; capere possint. Ita enim prodesse sub uestro numine & auxilio multis ista poterunt. & legentur, quæcunq; de medicinæ reliquis partibus utiliter scripsit Celsus, multo magis cùm benignè, tum cupide: & simul calcaria subdentur mihi, cæterisq;, ut quæ nobis adhuc inchoata sunt, rudiusq; concepta, ea alacrius deinceps, & studiosius, cùm informemus, tum uerò excolamus. Valete: Brugis, Anno Domini M. D. L I. mense Aprili.

ΠΕΤΡΟΥ ΔΑΚΗΤΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ
Ὑλιέρμου Παντίνου ἐξηγήσεις
ἐπίγραμμα.

ὅστις αὖ εὐέκτως διάγειν, ἀνόσως τε βιῶναι
τῆς φρονὸς εὖ μὴν ἔχων φροντίδα τήνδε λάβῃ,
δόγματα ταῦτα δαεὶς Παντίνου, ἢ μέγ᾽ ὄναιτ᾽ αὖ
εὐζωῆς τε τυχεῖν, ἀκμάτου τε βίου.
ὅσσα γὰρ οἵ τε σοφοὶ καὶ ἀκέστορες εἰς τόδ᾽ ἔγραψαν
πάνθ᾽ ὅδε συμπλέξας εἰς κεφάλαιον ἄγει.

AVRELII CORNELII CELSI DE MEDICINA COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

A

T alimenta ſanis corporibus agricultura, ſic ſanitatem ægris medicina promittit. Hæc nuſquam quidem non eſt. Siquidem etiam imperitiſsimæ gentes herbas, aliaq; prompta in auxilium uulnerum morborumq; nouerunt. Veruntamen apud Græcos aliquanto magis quàm in cæteris nationibus exculta eſt, ac ne apud hos quidem à prima origine, ſed paucis ante nos ſeculis, utpote cum uetuſtiſsimus autor Aeſculapius celebretur. Qui quoniam adhuc rudem & uulgarem hãc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit, in deorum numerũ receptus eſt. Huius deinde duo filij Podalyrius & Machaon, bello Troiano du-
B cem Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulerunt. Quos tamen Homerus non in peſtilentia, neq; in uarijs generibus morborum aliquid attuliſſe auxilij, ſed uulneribus tantummodo ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit. Ex quo apparet, has partes medicinæ ſolas ab his eſſe tentatas, eaſq; eſſe uetuſtiſsimas. Eodemq; authore diſci poteſt, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos eſſe, & ab ijſdem opem poſci ſolitam. Veriq; ſimile eſt, inter nonnulla auxilia aduerſæ ualetudinis, plerunque tamen eam bonam contigiſſe ob bonos mores, quos neque deſidia, neque luxuria uitiarant. Siquidem hæc duo corpora prius in Græcia, deinde apud nos afflixerunt. Ideo'que multiplex iſta medicina, neq; olim, neq; apud alias gentes neceſſaria, uix aliquos ex bonis ad ſenectutis principia perducit. Ergo etiam poſt eos (de quibus retuli) nonnulli clari uiri medicinam
C exercuerunt, donec maiore ſtudio literarum diſciplina agitari cœpit, quæ ut animo præcipue omnium neceſſaria, ſic corpori inimica eſt. Primo'que medendi ſcientia, ſapientiæ pars habebatur: ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio, ſub ijſdem authoribus nata ſit. Scilicet his hanc maximè requirẽtibus, qui corporum ſuorũ robora inquieta cogitatione, nocturnaq; uigilia minuerant. Ideoq; multos ex ſapientiæ profeſſoribus, peritos eius fuiſſe accepimus. Clariſsimos uerò ex his Pythagoram, & Empedoclẽ, et Democritum. Huius autem (ut quidam crediderunt) diſcipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis ab ſtudio ſapientiæ diſciplinam hanc ſeparauit, uir & arte & facundia inſignis. Poſt quem Diocles Caryſtius, deinde Praxagoras, & Chryſippus, tum Herophilus & Eraſiſtratus, ſic artem hanc exer-

cuerunt, ut etiam in diuersas curādi uias processerint. Iisdemq; tem A poribus in tres parteis medicina diducta est: ut una esset quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiā χειρουργικὴν Græci nominauerunt. Eius autem quæ uictu morbos curat, longè clarissimi authores etiam altius quædā agitare conati, rerū quoq; naturę sibi cognitionē uendicauerūt, tanquam sine ea trunca et debilis medicina esset. Post quos Serapion primus omniū, nihil hanc rationalē disciplinā pertinere ad medicinā professus, in usu & experimentis eam posuit. Quē Apollonius & Glaucias, & aliquāto post Heraclides Tarētinus, & aliqui nō mediocres uiri secuti, ex ipsa professione, se Empiricos appellauerunt. Sic in duas parteis ea quoq; quę uictu curat, medicina diuisa est: alijs rationalem artem, alijs usum tantū sibi uendicantibus: nullo uero quicquā post eos, qui suprà cōprehensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepiades medēdi rationē ex magna parte mutauit. Ex cuius successoribus Themison nuper ipse quoq; quædā in senectute deflexit. Et per hos quidē maximè uiros salutaris ista nobis professio increuit. B

Quoniā aūt ex tribus medicinæ partibus, ut difficillima, sic etiā clarissima est ea, quæ morbis medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia prima in ea dissensio est, quòd alij sibi experimētorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt: alij nisi corporum rerumq; ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt: indicandum est, quæ maximè ex utraq; parte dicātur, quo facilius nostra quoq; opinio interponi possit. Igitur hi qui rationalem medicinam profitentur, hæc necessaria esse proponunt, abditarum & morbos continentium causarum notitiam, deinde euidentium, post hæc etiam naturalium actionum, nouissimè partiū interiorū. Abditas caussas uocant, in quibus requiritur, ex quibus principijs nostra corpora sint, quid secundam, quid aduersam ualetudinē faciat. Neq; enim credūt posse eum scire quomodo morbos curare conueniat, qui unde hi sint, ignoret. Neq; esse dubiū, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principijs, uel superans aliquid uel deficiens aduersam ualetudinē creat, ut quidam ex sapientię professoribus dixerunt: alia, si in humidis omne uitiū est, ut Herophilo uisum est: alia, si in spiritu, ut Hippocrati: alia, si sanguis in eas uenas, quæ spiritui accommodatæ sunt, trāsfunditur, & inflammationem quā Græci φλεγμονὴν nominant, excitat, eaq; inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, ut Erasistrato placuit: alia, si manantia corpuscula, per inuisibilia foramina subsistendo, iter claudunt, ut Asclepiades contendit. Eum uero rectè curaturū, quem prima origo caussæ non fefellerit. Neque uero inficiantur, experimenta quoq; esse necessaria. Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione, contendunt. Non enim quidlibet anti C

quiores

A quiores uiros ęgris inculcasse: sed cogitasse quid maximè cōueniret, & id usu explorasse, quod antè cōiectura aliqua duxissent. Necq; interesse, an nūc iam pleraq; explorata sint, si à cōsilio tamen cœperūt. Et id quidē in multis ita se habere. Sæpe uerò etiā noua incidere genera morborū, in quibus nihil adhuc usus ostēderit. Et ideo necessariū sit animaduertere unde ea cœperint, sine quo nemo mortaliū reperire possit, cur hoc q̄ illo potius utatur. Et ob hæc quidē in obscuro positas caussas persequūtur. Euidētes uerò has appellāt, in quib. quærūt initium morbi calor attulerit, an frigus, fames, an satietas, et quę similia sunt. Occursurū enim uitio dicūt eū, qui originē nō ignorarit. Naturales uerò corporis actiones appellāt, per quas spiritum trahimus, & emittimus, cibū potionēq; et assumimus & concoquimus. Itemq; per quas eadē hæc in omnes membrorū partes digerūtur. Tū requirunt etiā, quare uenę nostrę modò submittāt se, modò
B attollāt: quæ ratio somni, quę uigiliæ sit. Sine quorū notitia neminē putāt uel occurrere, uel mederi morbis inter hęc nascentibus posse. Ex quib. quàmaximè pertinere ad rem cōcoctio uidetur. Huic potissimū insistūt: & duce alij Erasistrato, atteri cibū in uentre cōtendūt: alij Plistonico Praxagorę discipulo, putrescere: alij credūt Hippocrati, per calorē cibos concoqui. Accedūtq; Asclepiadis ęmuli, qui omnia ista uana et superuacua esse proponunt. Nihil enim cōcoqui, sed crudā materiā, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. Et hæc quidē inter eos parum cōstant. Illud uerò cōuenit, aliū dandū cibum laborātibus, si hoc: aliū, si illud uerū est. Nam si teritur intus, eum quęrendū esse, qui facilimè teri possit. Si putrescit, eū in quo hoc expeditissimū est. Si calor cōcoquit, eum qui maximè calorē moueat. At nihil ex his esse quærendū, si nihil cōcoquitur. Ea uerò sumenda, quæ maximè manent, qualia assumpta sunt. Eadēq; ratione cum spiritus grauis est, cū somnus aut uigilia urgent, eū mederi posse arbitrātur,
C qui prius illa ipsa qualiter eueniāt perceperit. Præter hæc, cum in interioribus partib. & dolores, et morborū uaria genera nascantur, neminē putant his adhibere posse remedia, quæ ipse ignoret. Necessariū ergo esse incidere corpora mortuorū, eorūq; uiscera atq; intestina scrutari: longeq; optimè fecisse Herophilū & Erasistratū, qui nocentes homines à regibus ex carcere acceptos, uiuos inciderint, cōsiderarintq; etiam spiritu remanente, ea quæ natura antè clausisset, eorūq; positurā, colorem, figurā, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, læuorem, contactū, processus deinde singulorū, & recessus, & siue quid inseritur alteri, siue quid partē alterius in se recipit. Necq; enim cum dolor intus incidit, scire quid doleat, eū qui qua parte quodq; uiscus intestinum'ue sit, non cognouerit. Necq; curari id quod ægrū est posse, ab eo qui quid sit, ignoret. Et cū per uulnus alicuius uiscera patefacta sunt, eum qui sanę cuiusquā colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit. Ita ne succurrere quidem posse corruptis: aptiusq; extrinsecus imponi remedia, cō-

pertis interiorũ et sedibus & figuris, cognitaq́ eorũ magnitudine: similesq́ omnia quæ posita sunt, rationes habere. Neq́ esse crude A
le (sicut pleriq́ proponũt) hominum nocentiũ, & horũ quoq́ pau
corũ supplicijs, remedia populis innocentibus seculorũ omnium
quęri. Cõtrà, hi qui se Empiricos ab experiẽtia nominãt, euidentes
quidẽ causas, ut necessarias amplectunt: obscurarũ uerò causarum
et naturaliũ actionum quæstionẽ ideo superuacuã esse cõtendunt,
quoniã incomprehẽsibilis natura sit. Nõ posse uerò comprehendi,
patêre ex eorũ qui de his disputarunt, discordia: cum de ista re neq́
inter sapientię professores, neq́ inter ipsos medicos cõueniat. Cur
enim potius aliquis Hippocrati credat, quàm Herophilo? cur huic
potius quàm Asclepiadi? Si rationes sequi uelit, omnium posse ui-
deri non improbabiles: si curationes, ab omnibus his ægros perdu
ctos esse ad sanitatem. Ita neq́ disputationi, neq́ authoritati cuius
quã fidem derogari oportuisse. Etiã sapientiæ studiosos maximos B
medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret: nunc illis uerba superesse,
deesse medendi scientiã. Differre quoq́ pro natura locorũ, genera
medicinæ, & aliud opus esse Romæ, aliud in Ægypto, aliud in Gal
lia. Quod si morbos eædem caussæ facerent ubiq́, remedia quoq́
ubique eadem esse debuissent. Sæpe etiam caussas apparere, utpu-
ta lippitudinis, uulneris: neq́ ex his patêre medicinã. Quod si scien
tiã hanc non subijciat euidens causa, multo minus eã posse subijce-
re quæ in dubio est. Cum igitur illa incerta incõprehensibilisq́ sit,
à certis potius, & exploratis petendũ esse præsidiũ: id est, his quæ
experientia in ipsis curationib. docuerit, sicut in cæteris omnib. ar
tibus. Nam ne agricolã quidem, aut gubernatorẽ disputatione, sed
usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinã pertinere, eo quo-
que disci, quod qui diuersa de his senserint, ad eandẽ tamẽ sanitatẽ
homines perduxerint. Id enim fecisse, quia nõ ab obscuris causis, ne
que à naturalib. actionibus, quę apud eos diuersę erãt, sed ab expe- C
rimẽtis, pro ut cuiq́ responderãt, medẽdi uias traxerint. Ne inter i-
nitia quidẽ ab istis quæstionib. deductã esse medicinã, sed ab expe-
rimentis. Ægrorũ enim, qui sine medicis erãt, alios propter auidita
tẽ primis dieb. protinus cibũ assumsisse, alios propter fastidiũ ab-
stinuisse: leuatum'q́ magis eorũ morbũ esse, qui abstinuerãt. itẽq́
alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eã, alios post remis
sionẽ eius: optimè deinde his cessisse, qui post finẽ febris id fecerint.
Eadẽq́ ratione, alios inter principia protinus usos esse cibo plenio
re, alios exiguo: grauioresq́ eos factos, qui se implerẽt. Hęc similiá
que cũ quotidie inciderẽt, diligẽtes homines notasse, quę plerunq́
melius respõderent: deinde ægrotãtibus ea pręcipere cœpisse. Sic
medicinã ortam, subinde aliorũ salute, aliorum interitu, perniciosa
discernentẽ à salutaribus. Repertis deinde iã medicinę remedijs, ho
mines de rationibus eorũ disserere cœpisse: nec post rationem me
dicinam esse inuentã, sed post inuentã medicinã rationem esse quę
sitam.

A sitam. Requirere etiã, si ratio idẽ doceat, quod experientia, an aliud. Si idem, superuacuã esse: si aliud, esse contrariã. Primò tamen remedia explorãda summa cura fuisse: nunc uerò iam explorata esse, neq; ulla aut noua genera morborũ reperiri, aut nouã desiderari medicinã. Quod si iam incidat mali genus aliq̃d ignotum, nõ ideo tamẽ fore medico de reb. cogitandum obscuris, sed eũ protinus uisurũ, cui morbo id proximũ sit: tentaturũq; remedia similia illis, quæ uicino malo sæpe succurrerint, & per eius similitudinẽ opẽ reperturũ. Neq; enim se dicere, cõsilio medicũ non egere, & irrationale animal hanc artẽ posse prestare: sed has latentiũ rerũ coniecturas ad rem nõ pertinere, quia nõ intersit, quid morbũ faciat, sed quid tollat. Neq; ad rẽ pertineat, quomodo, sed quid optimè digeraẽ. Siue hac de caussa cõcoctio intercidat, siue de illa: & siue cõcoctio sit illa, siue tantũ digestio. Neq; quærẽdũ esse q̃modo spiremus, sed quid graue tardumq;
B spiritũ expediat: neq; quid uenas moueat, sed quid quæq; motus genera significẽt. Hęc aũt cognosci experimẽtis, & in omnib. eiusmodi cogitationib. in utrãq; partẽ disseri posse. Itaq; ingeniũ & facundiam uincere: morbos aũt non eloquẽtia, sed remedijs curari. Quæ si quis elinguis, usu discreta bene norit, hũc aliquãto maiorem medicũ futurum, q̃ si sine usu linguã suã excoluerit. Atq; ea quidẽ, de quib. est dictũ, superuacua esse tantũmodo. Id uerò quod restat, etiã crudele, ui uorũ hominũ aluũ atq; præcordia incĩdi, & salutis humanę præsidẽ artẽ, nõ solũ pestẽ alicui, sed hãc etiam atrocissimã inferre: cũ præsertim ex his quæ tãta uiolẽtia querãtur, alia nõ possint omnino cognosci, alia possint etiã sine scelere. Nam colorẽ, lęuorẽ, mollitiẽ, duritiẽ, similiaq; omnia non esse talia inciso corpore, qualia integro fuerint, qa cũ corporib. inuiolatis, hęc tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, mille alijs mediocrib. affectibus, sæpe mutenẽ: multo magis uerisimile est interiora, quibus maior mollities, lux ipsa noua sit,
C sub grauissimis uulneribus, & ipsa trucidatione mutari. Neq; quicquã esse stultius, q̃ quale quicquã uiuo homine est, tale existimare esse moriente, imò iam mortuo. Nam uterũ quidẽ, qui minus ad rem pertineat, spirãte homine posse diduci. Simulatq; uerò ferrũ ad præcordia accessit, & discissũ trãsuersum septũ est, q̃d membrana quadã superiores partes ab inferiorib. diducit (διάφραγμα Græci uocãt) hominẽ protinus animã amittere. Ita demũ mortui præcordia, & uiscus omne in cõspectũ latrocinãtis medici dari, quod necesse sit tale esse, quale mortui sit, nõ quale uiui fuit. Itaq; cõsequi medicũ, ut hominẽ crudeliter iugulet, non ut sciat qualia uiui uiscera habeamus. Si q̃d tamen sit, q̃d adhuc spirãte homine cõspectui subijciatur, id sæpe casum offerre curantib. Interdũ enim gladiatorẽ in harena, uel militẽ in acie, uel uiatorẽ à latronib. exceptũ sic uulnerari, ut eius interior aliqua pars aperiatur, & in alio alia sita, ita sedem, positũ, ordinem, figurã, similiaq; cognoscere prudentẽ medicũ, nõ cædẽ, sed sanitatem molientem; idq; per misericordiã discere, q̃d alij dira crudelitate co

gnouerint. Ob hæc ne mortuorũ quidem lacerationem necessariam esse. Quę etsi nõ crudelis, tamen fœda sit, cũ aliter pleraq; in mortuis se habeát. Quantũ uero in uiuis cognosci potest, ipsa curatio ostendat. Cũ hæc per multa uolumina, perq; magnę cõtentionis disputationes à medicis sæpe tractata sint, atq; tractẽt, subijciendũ est quę proxima uero uideri possint. Ea neq; addicta alterutri opinioni sũt, neq; ab utraq; nimiũ abhorrentia, media quodãmodo inter diuersas sententias. Quod in plurimis cõtentionibus deprehendere licet, si ne ambitione uerũ scrutãtibus, ut in hac ipsa re. Nam quę demũ causæ uel secundã ualetudinẽ prẽstent, uel morbos excitent: quomodo spiritus, aut cibus uel detrahatur, uel digeratur, ne sapientiæ quidẽ professores scientia cõprehendunt, sed cõiectura persequũtur. Cuius aũt rei nõ est certa notitia, eius opinio certũ reperire remediũ nõ potest. Verumq; est, ad ipsam curãdi rationẽ nihil plus conferre, q̃ experientiã. Quãquã igitur multa sint ad ipsas artes propriẽ nõ pertinentia, tamẽ eas adiuuat excitãdo artificis ingeniũ. Itaq; ista quoq; naturæ rerũ cõtemplatio, quãuis non faciat medicũ aptiorem, tamẽ medicinæ reddit profectũ. Veriq; simile est, & Hippocratẽ, & Erasistratũ, & quicunq; alij non cõtenti febres et ulcera agitare, rerũ quoque naturã ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidẽ medicos fuisse: uerùm ideo quoq; maiores medicos extitisse. Ratione uerò opus est ipsi medicinæ, etsi non inter obscuras caussas, neq; inter naturales actiones, tamen sæpe. Est enim hæc ars coniecturalis: neq; respondet ei plerunq; non solum cõiectura, sed etiam experientia. Et interdũ non febris, non cibus, nõ somnus subsequitur, sicut assueuit. Rarius, sed aliquãdo tamen morbus quoq; ipse nouus est: quem nõ incidere, manifestè falsum est: cum ætate nostra quidã ex naturalibus partibus carne prolapsa et arẽte, intra paucas horas expirauerit, sic ut nobilissimi medici neq; genus mali, neq; remediũ inuenerint. Quos ego nihil ideo tentasse iudico, quia nemo in splendidã persona periclitari cõiectũra sua uoluerit, ne occidisse, nisi seruasset, uideret. Veri tamẽ simile est, potuisse aliquid cogitare detracta tali uerecundia, et fortasse respõsurum fuisse id quod aliquis esset expertus. Ad q̃d medicinæ genus neq; semper similitudo aliquid cõfert: & si quando confert, tamen idipsum rationabile est inter multa similia genera & morborum & remediorũ cogitare, quo potissimũ medicamento sit utendum. Cũ igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inueniat, quod nõ utiq; fortasse, sed sæpius tamen etiã respõdeat. Petet autẽ nouum quoq; consiliũ, non à rebus latẽtibus (istæ enim dubiæ & incertæ sunt) sed ab his quæ explorari possũt: id est, euidentibus caussis. Interest enim, fatigatio morbũ, an sitis, an frigus, an calor, an uigilia, an fames fecerit: an cibi, uiniq; abundatia, an intemperãtia libidinis. Neq; ignorare hunc oportet, quæ sit ægri natura, humidum magis, an magis siccũ corpus eius sit: ualidi nerui, an infirmi: frequens aduersa ualetudo, an rara: eaq; cũ est, uehemens esse soleat,

A leat, an leuis: breuis, an longa. Quod is uitæ genus sit secutus, labo-
riosum, an quietum: cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, simi-
libusq; sæpe curandi noua ratio ducẽda est. Quamuis ne hæc qui-
dem sic prætetiri debent, quasi nullã controuersiã recipiant. Nam
& Erasistratus non ex his fieri morbos dixit, quũ & alij & ijdem a-
liàs post ista non febricitarent: & quidẽ medici seculi nostri sub au-
thore, ut ipsi uideri uolũt, Themisone contendunt, nullius caussæ
noticiã quicquam ad curationes pertinere, satisq; esse quædã com-
munia morborũ intueri. Siquidem horum tria genera esse, unum
adstrictũ, alterũ fluens, tertium mixtũ. Nam modò parũ excernere
ægros, modò nimiũ: modò alia parte parũ, alia nimiũ. Hæc aũt ge-
nera morborũ, modò acuta esse, modò longa: & modò increscere,
modò cõsistere, modo minui cõsueuerũt. Cognito igitur eo quod
ex his est, si corpus adstrictũ est, digerendum esse: si profluuio labo
B rat, continendum: si mixtum uitium habet, occurrendũ subinde ue
hementiori malo: & aliter acutis morbis medendũ, aliter uetustis,
aliter increscẽtibus, aliter subsistẽtibus, aliter iam ad sanitatem in-
clinãtibus. Horũ obseruationẽ medicinã esse, quam ita finiunt, ut
quasi uiã quandam, quam μέθοδον Græci nominãt, eorumq; quę in
morbis cõmunia sunt, cõtemplatricẽ esse contendũt. ac neq; ratio
nalibus se, neq; experimenta tãtum spectantibus annumerari uo-
lunt, cum ab illis eo nomine dissentiãt, quòd in cõiectura rerũ laten
tium uolũt esse medicinã: ab his, eo quòd parũ artis esse in obserua
tione experimentorũ credunt. Quod ad Erasistratũ pertinet, pri-
mùm ipsa euidẽtia eius opinioni repugnat, quia rarò nisi post ho-
rũ aliquid morbus uenit. Deinde non sequitur, ut quod aliũ nõn af
ficit, aut eũdem aliàs, id ne alteri quidẽ, aut eidem tempore alio no-
ceat. Possũt enim quędã subesse corpori, uel ex infirmitate eius, uel
ex aliquo affectu, quæ uel in alio non sunt, uel in hoc aliàs non fue-
C rũt: eaq; per se non tãta ui concitãt morbũ, tamen obnoxiũ magis
alijs iniurijs corpus efficiũt. Quòd si cõtemplationem rerũ naturę
(quã temerè medici sibi uendicant) satis cõprehendisset, etiã illud
scisset, nihil omnino ob unã caussam fieri: sed id pro caussa apprehẽ
di, quod contulisse plurimũ uidetur. Potest autem id dum solũ est,
non mouere, quod iunctum alijs maximè mouet. Accedit ad hæc,
quod ne ipse quidem Erasistratus, qui trãsfuso in arterias sangui-
ne febrem fieri dicit, idq; nimis repleto corpore incidere reperit,
cur ex duobus æquè repletis, alter in morbum inciderit, alter om-
ni periculo uacarit (quod quotidie fieri apparet) non discreuerit.
Ex quo disci potest, ut uera sit illa transfusio, tamen illam non per
se (cum plenum corpus est) fieri, sed cum horum aliquid accesse-
rit. Themisonis uerò æmuli, si perpetua quæ promittunt habent,
magis etiam quàm ulli rationales sunt. Neq; enim si quis non o-
mnia tenet quæ rationalis alius probat, protinus alio nouo no-
mine

mine artis indiget. Si modo quod primum eſt, non memoriæ ſo A li, ſed rationi quoque inſiſtit. Si uerò (quod propius eſt) uix ulla perpetua præcepta medicinalis ars recepit, idem ſunt quod ij quos experimenta ſola ſuſtinent, eo magis, quoniam ſi compreſſerit aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiã imperitiſsimus uidet. Quid autem compreſſum corpus reſoluat, quid ſolutum teneat, ſi à ratione tractum eſt, rationalis eſt medicus. Si (ut ei qui ſe rationalem negat, confiteri neceſſe eſt) ab experientia Empiricus eſt. Ita apud eũ morbi cognitio extra artem, medicina intra uſum eſt. Neque adiectum quicquam Empiricorum profeſsioni, ſed demptum eſt, quoniam illi multa circunſpiciunt: hi tantũ facillima, & non plus quàm uulgaria. Nam & hi qui pecoribus ac iumẽtis medentur, cum propria cuiuſq; ex multis animalibus noſſe non poſſint, communibus tantummodo inſiſtunt. Et exteræ gentes, cum ſubtilem medicinæ rationem non nouerint, communia tãtum uident. Et qui amplè ua letudinarios nutriunt (quia ſingulis ſumma cura conſulere non ſu B ſtinent) ad communia iſta confugiunt. Neq; Hercules iſtud, & antiqui medici neſcierunt, ſed his contenti non fuerũt. Ergo etiam uetuſtiſsimus author Hippocrates dixit, mederi oportere & communia & propria intuẽtem. Ac ne iſti quidem ipſi intra ſuam profeſsionem conſiſtere ullo modo poſſunt. Siquidem & compreſſorum & fluentium morborum genera diuerſa ſunt, faciliusq; in his quæ fluunt, inſpici poteſt. Aliud eſt enim ſanguinem, aliud bilẽ, aliud cibum uomere: aliud deiectionibus, aliud torminibus laborare: aliud ſudore digeri, aliud tabe conſumi. Atq; in partes quoq; humor erumpit, ut in oculos, aureſq;. Quo periculo nullũ humanum membrum uacat. Nihil autem horum ſic, ut aliud, curatur. Ita protinus in his à communi fluẽtis morbi contemplatione, ad propriam medicina deſcendit. Atq; in hac quoq; rurſus alia proprietatis notitia ſæpe neceſſaria eſt, quia non eadem omnibus, etiam in ſimilibus caſibus, opitulantur. Siquidem certæ quædam res ſunt, quæ in plu C ribus uentrem aut aſtringũt, aut reſoluunt. Inueniuntur tamen, in quibus aliter atq; in cæteris, idem eueniat. In his ergo cõmunium inſpectio contraria eſt, propriorum tãtum ſalutaris. Et cauſæ quoque æſtimatio ſæpe morbum ſoluit. Ergo etiam ingenioſiſsimus ſeculi noſtri medicus, quem nuper uidimus, Caſsius, febricitanti cuidam & magna ſiti affecto, cum poſt ebrietatem eum premi cœpiſſe cognoſceret, aquam frigidam ingeſſit. Qua ille epota, cum uini uim miſcẽdo fregiſſet, protinus febrem ſomno & ſudore diſcuſsit. Quod auxilium medicus opportunè prouidit, non ex eo quod aut ſtrictũ corpus erat, aut fluebat: ſed ex cauſa, quæ antè præceſſerat. Eſtq; etiam proprium aliquid & loci & temporis, iſtis quoque auctoribus, qui cum diſputant, quemadmodum ſanis hominibus agẽdum ſit, præcipiunt, ut grauibus aut locis aut temporibus, magis ui tetur

Vix ulla ars perpetua praecepta recepit

Sudore digeri tabe consumi

Ventrem astringere resoluere

Vim vini aqua frangere
Febrem somno et sudore discutere

Graues Loci

A tetur frigus, æstus, satietas, labor, libido, magisq́ ut cõquiescat iisdem aut locis, aut temporibus: si quis grauitatem corporis sentit, ac neq; uomitu stomachum, neq; purgatione aluũ solicitet. Quæ uera quidem sunt, à communibus tamen ad quædam propria descendunt: nisi persuadere nobis uolunt, sanis quidem considerandum esse, quod cœlum, quod tempus anni sit, ægris uerò non esse. quibus tanto magis omnis obseruatio necessaria est, quãto magis ob noxia offensis infirmitas est. Quinetiam morborũ in iisdem hominibus aliæ atq; aliæ proprietates sunt: & qui secundis aliquando frustra curatus est, cõtrariis sępe restituitur. Plurimaq; in dando cibo discrimina reperiũtur, ex quibus contentus uno ero. Nã famem facilius fert adolescens q̃ puer, facilius in denso cœlo q̃ in tenui, facilius in hyeme q̃ æstate: facilius uno cibo, quàm prãdio quoq; assuetus: facilius inexercitatus, q̃ exercitatus homo sustinet. Sępe aũt

Observatio tanto magis est necessaria quanto magis noxia offensis est infirmitas

Cibi festinatio

B in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quæ cõpetit eum qui propria non nouit, cõmunia tãtum intueri debere: eumq́ qui nosse propria potest, illa quidem nõ oportere negligere, sed his quoq; insistere. Ideoq́ cum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum, quàm extraneum. Igitur ut ad propositum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam esse debere, instrui uerò ab euidentibus caussis: obscuris omnibus non à cogitatione artificis, sed ab ipsa arte reiectis. Incidere autem uiuorum corpora, & crudele & superuacuum est: mortuorũ corpora, discentibus necessarium. Nam positum, & ordinem nosse debent: quę cadauera melius quàm uiuus & uulneratus homo repræsentant. Sed & cætera quæ modo in uiuis cognosci possunt, in ipsis curationibus uulneratorum paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrauit. His propositis, primùm dicam quemadmodum sanos agere conueniat: tum ad ea transibo, quę ad morbos curationesq́ eorum pertinebunt.

FINIS PRAEFATIONIS.

IN AVRELII COR. CELSI LIbrum primum, qui est de Valetudine tuenda, Gulielmi Pantini Tiletani Enarratio.

Libro de Natura humana.

Gal. ad Thrasybulum.

Medicina ars est, usu atque ratione constituta, corporis humani bonam ualetudinem custodiendi, perditamque recuperandi. Seu (quod idem efficit ac ualet) ars est, quę quod humano corpori deest, cōuenienter addit, adimitque quod superat. Eoque ipsam Hippocrates πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν, id est, appositionem seu additionē, & ablationē siue detractionē, tam integrè quàm breuiter, esse definiuit. Eius namque officia, partesque geminæ omnino sunt. Prior, quæ ualetudinis prosperæ sit custos: quæ & dignitate et uetustate præstat, pauxillumque quid detrimenti solū corrigit. altera, quæ grandē aliquam corporis offensionē semel multumque emendare contendit: atque superiore cùm inferior dignitate, tum tēpore posterior est. Quā qui administrat, propriè ἰατρὸς ac medicus dicitur: sicut ualetudinem qui tuetur, apto eū nomine ὑγιεινὸν appellaueris. Quanquā idē συνεκδοχικῶς aliàs uel gymnastes, uel pædotriba, nonnunquā etiam & medicus, sed κατα χρησικῶς nominatur. Plato etsi gymnastæ nomine rarò, & pædotribæ uocabulo frequenter utitur: quòd non multo ante eius tempora gymnastarū ratio, & athletarum exercitium extiterit: tamen gymnasta sic pædotribæ minister est, ut est cocus & pharmacopœus medici, & ut architectorum sunt operarij. Porrò pars ea quæ prosperæ ualetudinis custos dicta est (posteriorem enim illam in præsentia omittimus, aliàs de ea tēpestiuius tractaturi) tribus ipsa portionibus continetur. Prima εὐεκτικὴ uocatur, quòd καθ' ἕξιν, ἢ τὴν ἕξιν ualetudinem, seu εὐεξίαν potius, hoc est firmam summamque constitutionē, atque habitum summè uereque bonum tueatur. Proxima est ὑγιεινὴ, generis appellatione ob melioris uocabuli penuriam insignita. Quæ & ipsa sanè quodammodo ἐν ἕξει posita est: licet uerè neque euexian, quia non firmas, neque κατὰ διάθεσιν, quia non debiles actiones respiciat, uoces: at ualetudinem bonam illam quidem, sed neque optimam, neque summam, aut duntaxat non planè liberam, uerùm integram tamen, & nullis in operationibus naturæ impeditam custodit. Postrema nutantem ac quassatam sanitatem, & ad ruinam iam cōtendentem fulcit, ac sustinet: quàm Græci κατὰ διάθεσιν, ἢ κατὰ σχέσιν, ἢ ἐν σχέσει, nostri affectam debilemque appellant. Quæ rursus si ægrotationem appetentem præuertit, arcetque, προφυλακτικὴ uocatur. Sin antecedentē propellit, uiresque recolligit, ἀναληπτικὴ nominatur. E' quibus εὐεκτικὴ rursum salubrem statum simpliciter, ac semper talem complectitur: eiusque præcepta nonnulla Celsus primo statim capite fortasśis tradidisse rectè putabitur. At ὑγιεινὴ ut plurimum, magnaque ex parte salubrem statum, aut etiam optimum, quāuis non liberum in se continet. Cuius præceptiones quasdam secundo tertioque capitibus Celsus complexus esse existimetur. Prophylacticen uerò, statūque neutrum, partim integrum, partimque labefactatum cæteris in finem usque primi libri capitibus idem Celsus, præcipuis aliquot commemoratis exemplis ob oculos uoluisse ponere uideri poterit. Neque enim me fugit, in Celso pleraque subesse, quæ ad unguem cum hac nostra è Galeno petita partitione minus congruere, si cui modo λεπτολογεῖν libeat, uideantur. Nos tamen crassioris clariorisque disciplinæ gratia, ad hæc capita omnem hunc librum accommodare tentabimus: non modo ut Galeni de bona ualetudine Commentarij cum nostris ac Celso quantum consentiant atque concordent intelligatur: uerùm etiam ut totius huius disciplinę melior distributio,ueraque methodus habeatur.

Margin letters: A B C

Galen. lib. 2. de Valetud.

Gal. ad Thrasybul. & Therap. lib. 8. & 9. Valetud.

Galen. lib. de Art. medic. & ad Thrasyb. et de Valetud.

A habeatur. Quod equidem neq; curiosè, neq; cõtentiosè facere conabor, uerùm iuxta id quod dici solet ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον, ut benignum se, non morosum: ut candidè doctum, non improbè sophistam: ut deniq; clemẽtem cognitorem, non ferocem uitilitigatorem se nobis lector præbeat. Vocabulis autem, quo res omnis clarius intelligatur, utemur ijs, quę medicis nunc optimis sunt trita, usurpataq;: non ijs tantum, quibus olim, quũ latinißimè homines diserti loquerentur, sunt usi. Quando orationis perspicuitatem, cum Galeno sexcentis locis, ijs qui uel Atticè uel Ciceronianè, quàm medicè atq; ad rem subiectã appositè apteq; loqui malũt, longè potiorẽ esse ducimus. Neq; enim nos, exẽpli caussa, sanitatis uocabulo pro bona ualetudine, secus atq; Cicero, interdum uti dubitabimus. Neq; morbum & ęgrotationem, & ægritudinem uitiumq; cum eodem in magno discrimine habebimus. Nec uerò, quod faciunt grammatici, ab ægroto ægrum separabimus: imò ne rigorem quidem cum Celso ac Plinio, grauibus alioqui authoribus, pro horrore: aut cũ Scribonio, laudato ueteriq; medico, pro perfrictione capiemus: sed uocibus atq; sententijs, si non disertis & compositis, certè Latinis & significantibus, ac medicis auribus iam assuefactis omnẽ rem ita explicare tentabimus, ut nec sordidè, nec affectatè, nec nimis antiquè aut obscurè id fecisse uideamur.

In Tuscul. quæstion.

B Quocirca, ut ad propositum reuertar, capite primo Celsus, quum εὐεξίας, corporisq; simpliciter sani, ut diximus, ac bene perpetuoq; ualentis conseruationem proponat: eius nos hic primum definitionem, quo omnis res perspicuè cognoscatur, mox & partitionẽ adferemus. Perpetuò itaq; salubria corpora sunt, quæ optimam habent constitutionẽ: cuiusmodi sunt, quæ & temperatißima sunt, & optimè composita. A' quibus quæ salubria, & ut plurimum magnaq; ex parte ualere dicuntur, nonnihil ipsa quidem, sed tamen non longè abscedunt. Cæterum notæ quibus illæ dignoscuntur, ab ijs primum rebus quæ secũdum substantiæ rationem insunt, sumi debent: tum ab ijs quæ ex necessitate substantiã cõsequuntur. Deinde ab actionibus uniuersis: postremò & à symptomatis, quæ accidentia propriè nuncupantur: ut sint corpora simpliciter perpetuoq; ualentia, in quibus primum simplicium partium mediocritas insit, in caliditate, frigiditate, humore, & ariditate: & instrumentorum in magnitudine, & numero, & formatione, & positu tum ipsorum inter se, tum singularum partium, ratio accommodata & absoluta. Deinde in quibus sit præter mollitiei ac duriciei, & læuitatis asperitatisq; tẽ

Galen. in arte medica.

C perantiã, coloris suauitas. Præterea in quibus cernatur actionum omnium, uirtutumq; integritas: & postremò, uniuersi corporis ac singularum partiũ proportio atque pulchritudo quædam admirabilis. Quæ quidem uniuersa signa, etsi in quaq; ætate sua sunt ac propria, tamen in media tantum atq; uigente ætate perfectißima reperiuntur, eaq; hominis corpore integerrimo atq; ad unguem absolutißimo præditi: qualem nimirum Lentulus omnino depinxit illa epistola, quam Romanis de Christi nostri seruatoris persona scriptam posteritati mandauit. Ad huius itaq; rationis atq; ætatis mediæ corpora euectica, primi capitis in Celso omnis disciplina, & in Galeno quoq; secundi ferè, & tertij & quarti libri tota institutio pertinet. Nam de uitæ cæteris partibus, mediam illam antecedentibus & consequentibus, deq; sua illarum cuiusq; doctrina, & Celsus breuiter suo suiq; magistri Hippocratis more alibi præcipit: & Galenus plenè ac copiosè, ut omnia solet, primo ac quinto nouißimoq; libro Valetudinis tuẽdæ differit. Docet idcirco Celsus primo capite, euectica corpora in florente ætate, quæ uigesimum quintum ætatis annum, aut certè uigesimum secundum excesserunt, & quadragesimum nondum attigerunt, quid facere, quidq; omittere debeant: præsertim quæ liberum etiam genus uitæ, & ab omnibus negocijs uacuum degere possunt, pariter & degendum sibi proposuerunt. Quæ quidem in duplici sunt differentia, nam partim in mediocritate sita sunt, & naturalia dicuntur, quorum

De Valetud.

Galen. de Valetud.

Galẽ. ad Thrasybul.

Celsus uitam primo capite approbat, eruditę: partim summè atq; ἐπὶ ἄκρον A
euectica & gymnastica nominatur, quę cum Platone atq; Hippocrate tum
hoc primo capite, tum alibi quoq; Celsus noster taxat obiter, atq; repudiat.
Ex his itaq; hactenus expositis facile perspicitur, neq; senibus, neq; pueris,
etiã prosperrima ualetudine fruẽtibus, imò ne adolescẽtib. quidẽ omnibus
ac iuuenibus, sed ijs liberis solum, & huic institutioni uacantibus atq; euecticis,
primi capitis in Celso pręceptiones conuenire. Quare soli iuuenes robusti & liberè uitam agentes, sibi hæc scripta existiment. Cęteri aut ad se nullo pacto hæc attinere credant: aut parcissimè ijs utantur, & cautissimè. Nam

Galen. 2. lib. Valetud. fieri nequit, ut in qualibet uita optimam corporis humani curam (qua de sola nũc agitur) administres. Sed quæ cuiq; optima sit, eam demum adhibeas oportet. Quo enim pacto curationem gubernationemq; eam quæ absoluto sermone optima sit, in omni exequi uita liceat? quũ maxima hominũ pars, (ut alia sileam multa) implicitam negocijs uitam agat: quos certè lædi ab ijs quæ tractant est necesse. At uerò iam ne quis admiretur ab hac ætate iuue-

Lib. 2. Valetud. num & adolescentium robustorum, optimeq; ualentium, quo consilio Celsus hũc librum, quaq; prudentia inceperit: Quod simplex, inquit Galenus, inculpatumq; est, id in omni genere cęteris omnibus quę nec simplicia sunt, nec culpa uacant, ceu regula atq; amussis quædam proponi debet. Simplex B
aũt inculpatumq; est in hominum corporibus, quod optimo est habitu, & in uitæ generibus quod omnino liberum est. Artis itaq; principium, quod

Eodem libro. idem præcipit Galenus, ab eius tutela corporis capiendum erat, quod & optimæ esset notę, & tertiũ ætatis septennium esset ingressum, & cęteris posthabitis rebus omnibus, uni corporis curæ uacaret. Sed hæc præfati, iam demum ad Celsi enarrationem conuertamur.

Quemadmodum sanos agere conueniat. Cap. 1.

Sanus homo, qui & bene ualet, & suę spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta egere. Hũc oportet uarium habere uitæ genus, modò ruri esse, modò in urbe, sæpiusq; in agro, nauigare, uenari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturã senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti: modò ungi, modò idipsum negligere: nullũ cibi genus fugere, quo populus utatur: inter- C
dum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere: modò plus iusto, modò non amplius assumere: bis die potius, quàm semel, cibũ capere, & semper quàm plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed ut huius generis exercitationes, cibiq; necessarij sunt: sic athletici, superuacui. Nam & intermissus propter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis, corpus affligit: & ea corpora quæ more eorũ repleta sunt, celerrimè et senescunt, & ęgrotant. Cõcubitus uerò neq; nimis concupiscendus, neq; nimis pertimescẽdus est. Rarus, corpus excitat: frequens, soluit. Cum aũt frequens, non numero sit, sed natura, ratione ætatis & corporis scire licet, eũ non inutilem esse quem corporis neq; lãguor, neq; dolor sequit. Idem interdiu peior est, noctu tutior: ita tamen, si neq; illum cibus, neque hunc cum uigilia labor statim sequitur. Hęc firmis seruanda sunt: cauendumq; ne in secunda ualetudine, aduersæ præsidia consumantur.

Sanus

ENARRATIO.

A *Sanus homo, qui & bene ualet, & suæ spontis est, &c.*) Sanus homo est, qui quãuis ad morbos quosdam fortaisis procliuis sit, & imbecillis, tamen operationes uniuersi corporis, non dicã firmas, sed neq; diminutas afflictè, neq; deprauatas, ut malè iam ualeat, in ulla parte possidet. Valet, qui nullius partis insigni imbecillitate affectus est. Bene ualet, qui cum integritate, si non summa, certè omnium facultatum admodum tolerabili, robur corporis & efficacitatem etiamnum habet. Suę spontis est, qui καὶ τύχῃ καὶ πτωχείᾳ liber est. τύχη, siue fortuna, talis est, qui neq; ex parentibus, neq; ex captiuitate seruus est. πτωχείας liber est, qui neq; ambitionis, neq; cupiditatis ullius gratia negocijs impeditam, quo minus corpori uacare semper & omnino possit, uitam delegerit. De sanis igitur toto quidem hoc agitur libro. At de sanis tantum, non autem bene ualentibus, neq; suæ spontis hominibus, sed ad ægrotationes quasdam procliuibus, septem ultimis capitibus peculiariter traditur. De sanis uerò ac bene ualentibus, tribus quidem primis: sed secundo, atq; ex parte tertio capitibus, ex professo docetur dũtaxat de ijs, talibus inquam haud liberè degentibus. At de ijs qui non modò & sani sunt, & bene ualent, uerùm etiam suæ spontis sunt, primo solo capite præcipitur. Princi-
B pio igitur de sanis, ac bene ualentibus, suæq; spontis hominibus sermo futurus est. Tum de sanis pariter, ac ualentibus bene, sed tamen occupatis, aut aliqua re noua affectis, pro habitus cuiusq;, & temperationis, & ætatis, & loci ratione. Postremò de sanis, non tamen bene ualẽtibus: nec illis quidem omnibus, sed eximijs aliquot, instituto consequetur.

Nullis obligare se legibus debet: ac neq; medico, neq; alipta egere.) Homo, inquit Celsus, qui & operationes omnes uniuersi corporis integras habet, & est iam firmus atq; robustus, & ab omnibus negocijs uacuam expeditamq; uitam agit, nullis se obligare legibus debet, neq; medicorum, qui ægritudinis & salutis rationem habent: neq; aliptarum, qui corporum sanorum exercitijs atq; unctionibus præfecti, uirium colorisq; curam gerunt: sed liberum solutumq; uitæ genus, quodq; ad omnes res sese assuefaciat, consectari debet. Nam non modò in istis, sed in omnibus qui sani degunt, tenuis ille & status atq; accuratus uictus periculosus est, quoniam talibus errores (qui se rè accidunt) grauius feruntur. Quando uix fieri, ac ne uix quidem potest, etiamsi quammaximè statũ corporis irreprehensibilẽ sortitus sit quispiam, atq; adeò ab omnibus quæ in uita contingunt, negocijs liber sit, uniq; sibi uiuat, quin uel ipse, uel is unde regitur, aliquando aberret. Iam uerò & ex
C longo tempore quæcunq; consueta sunt, ut sint deteriora rebus insuetis, tamen minus molestiæ adferre solent. Consultum itaq; est, ab ineunte ætate, aut dum uires neruiq; uigent, ad omnes maximè sese res assuefacere, ut ne quid demum uel nouum, uel antè non assuetum, quo quis acerbè lædatur, incidere possit. Verùm enimuerò ne quis temerè atq; imprudenter id unquam faciat, duo sunt cum primis, quoties quid desuescere, aut quid noui in usum conuertere libebit, obseruanda: ut fiat id in iuuentute, & fiat paulatim atq; pedetentim. Senibus enim quamlibet modicè quid noxium sit, tamen in consueta re persistendũ est. Iuuenibus uerò solis mutare ea quæ nocent, contrarijs assumptis, quoad optatum statum adepti erunt, tentandum est, etiamsi à pueris ad res contrarias maximè assueuerint. Quare qui perfectam magnitudinem consecuti sunt, modicè ut mala commutent, profuerit. Atq; eam etiam ob rem pueri à teneris sensim optimis ut assuefiant, rectissimum est. Quæcunq; enim assuefieri possunt, confestim assuefacere melius est, inquit Aristoteles. At assuefaciendum sensim. Repentinæ siquidem mutationes omnes eau endæ sunt: quoniam natura subitas mutationes non sustinet. Laudat idcirco alio loco mutationem eam Hippocrates, quę fuerit parua. modica. Recta etenim debet esse (inquit) mutationis translatio. Sed dua-

Marginal notes: Cicero. / Hipp. 1. Aph. / Gal 3. Valet. / Hipp. 2. Aph. / Gal. 5. Valet. / 7. Politic. / Hipp. 7. Epid. / Galen. in Arte parua. / 2. Vict. acut.

2. Aphoris. 51. Galen. lib. de Assuefact. & 5. Valetud.

bus iam dictis cautionibus, tertia illa quoque adiungi potest, ac debet, ut assu- A
matur in earum que omnis noua consuetudo, dum quisque ualet, ac suæ sponte est. Nam donec in ullo negocio aut morbo quis detentus fuerit, similibus utendum erit ijs, quibus fuerint corpora prius assuefacta. Quandoquidem consuetudines, tametsi prauæ sunt, displicentibus adhuc corporibus mutandæ non sunt. Imò ne per summam quidem temerè sanitatem, nouæ rei usus inchoandus est: sed quum à ciuilibus atque grauibus negocijs maximè quisque uacat, tum demum, si quid noui rentandum sit, experiri paulatim oportet. Quoties itaque diuersæ rei usum experiri uisum erit, tutum id demum fore meminerimus tantum, si & paulatim, & iuuenes, & ab occupationibus liberi, ualentesque faciamus. Alioqui nisi grauis noxa imminet, utcunque ualebimus, diu antè usurpata seruabimus. Sunt nanque haud raro nota mala, optima.

Hunc oportet uarium habere uitæ genus.) Consuetudo enim, quum sit altera natura, si ad omnes res assuefacta fuerit, ad omnia etiã ex æquo tolerãda communita erit. Deinde uarietas mirè in omnibus rebus delectat, nec ullius fastidium facilè obrepere sinit. Et sunt denique euectica hęc corpora, ac media, ad quasuis properes experiũdas tentãdasque eque atque similiter accõmodata.

Modò ruri esse.) Rusticanæ uitæ quanta sit uis & utilitas, non tam Virgilianus Tityrus, aut Terentianus Demea, quàm Xenophontis Cyrus, aut Ciceronis Cato te docebit. Aetius uerò, & plenius clariusque Galenus, fodere, B
arare, metere, onus graue tollere, in uiolentis ac robustis exercitijs poni, quibus nerui ac musculi confirmentur, prodiderunt. Et rustica urbanaque opera, ualentium esse hominum munia, Galenus autor est: quales nulli unquam fuerint, nisi qui & mediocri sint temperatura præditi, & plurimo scateant calore naturali. Valentissimæ porrò, quod idem scriptũ reliquit, & firmissimæ actiones in ætatis flore perficiuntur.

Tetr. 1. ser. 3. lib. 5. Valet.

Modò in urbe.) cum Fusco, aut Mitione, ciuilem & ociosam nitidamque uitam experiundo. Vt ruri uidelicet ad labores assuefactus, in urbe cõsuescat etiam ocio non protinus dissolui, & ciuilibus quoque rebus aliquam operam impendere: quas Galenus, quod modò dixi, inter ualentium hominũ munia connumerat, & ærare florentium. Patriam siquidem summè duabus rebus iuuari cõstat, agricultura & uirtute, quæ uel domi uel militiæ cernitur. Gratum est, quòd patriæ ciuem populoque dedisti: Si facis ut patriæ sit idoneus, utilis agris, Vtilis & bellorum & pacis rebus agendis.

Gal. 5. Valet.

Iuuenalis 14. Satyra.

Sæpiusque in agro.) Corpus plusculo exercere labore, præstabilius est, quàm nimio diffluere ocio. Et est rusticanum cœlum, quàm urbanum, ferè ad ualetudinem aptius. Tum exercitia quoque in agro, quàm in oppido, ut plura C
sunt, ita sunt iucundiora, & fortiora, & ab omni molestia, inuidia, reprehensione remotiora.

Aet. Tetr. 1. ser. 3.

Nauigare.) Nauigatio è gestationibus est uehementissimis, & quæ mutationes plurimas ac maximas faciat: nimirum quum in ea animus permixtos affectus, ac perturbationes ex tristitia, spe, timore, gaudio percipiat: modò spe salutis gestiens & exultãs, modò periculi metu horrescens & cõcidens. Quibus fit interdum, ut morbi diuturni & inuicti è corpore excutiantur, & procul facessant. Quin & corpus, dum modò quiescit, modò concitatur, si qua re alia, hac quassatione probè nutritur.

Venari.) Venatio cursibus ac saltibus pedes, dum feram per montes, per ualles, per deuia, per syluas, per saltus consectantur, corroborat. Clamoribus, quibus & feræ & canes excitantur, pectoris, stomachi, ac uentris partes optimè recreat: & caput, sensus, cerebrumque, totius & corporis & animi intentione uehementi leuat probissimè. Sunt autem hæc neque senum, neque debilium opera: sed robustorum, & qui omnes corporis partes ualidè egregieque coexerceant.

Gal. 5. Valet.

Quiescere interdum, sed frequentius se exercere.) Perpetui motus nimiũ corpora

artusque

A artusq; consumunt & exiccant, neque eosdem uires humanæ diu sustinent. Adde quod liber, ut scribit Cicero, non est, qui non aliquando nihil agit. Neq; sane caret energia, quod interdu quietem imperet, non frequentem, aut multam: quodq; rursus adijciat, frequentius exercendu, non interdum solum, aut raro. Somno enim, cibo, lusu ut utimur: sic quiete uti decet, quo uires recreentur, non opprimantur: ut reparentur, non conuellantur. Vigilijs autem, exercitijs, inedia, spiritus & corpora animantium plurimum atteruntur ac dissipantur: somno, quiete, cibo acuuntur & confirmantur. Illa diuturnitate absumunt, hæc breui spacio resarciunt. Illa si perpetua esse possint, non his unquam uteremur. Vita ut uigilia est, ita moueri exerceriq;, uitæ est expressio. Dormire, quiescere, cessare, aut occasus aut mortis germani sunt. De Oratore. Plinius. Hesiodus.

Siquidem ignauia corpus hebetat.) Aetiologia, cur frequentius exercendu sit. Ignauiam autem uocat, immoderatam quietem, siue nimiam cessationem. Galenus: Motu (inquit) & quiete, utrisq; immoderatis, aut calefit, aut refrigeratur, aut humectatur, aut resiccatur, aut horum binis afficitur corpus: immoderatum non modo uehemens quod est, sed & assiduum, diutinumq; quodcunq; sit, intelligens. Immoderata itaq; quies atq; ignauia calorem nobis inhærentem, penitusq; insitum interire sinit. Vt enim flamma, qua uulgo utimur, nisi flatu excitetur, aurisq; alatur, extinguitur: ita igneus ille noster uigor, nisi agitetur & exerceatur, consopitur & algescit, corpusq; una refrigerat. Refrigeratum porro tum peius concoquit ac nutrit, tum excrementa multa colligit. Sic ut nimia quies duplici nos nomine commutet, calorem nempe extinguendo, unde crudorum humorum prouentus gignitur: & excrementa procreando, quæ corpus refrigerant atq; humectant. Ex quibus nunc ambobus uis omnis corporis atq; animi hebes, languida, torpida, pigra, effœta redditur: frigus enim & humiditas stuporis omnis & inertiæ causæ sunt. Quamobrem Galenus pituitam ad morum cultum nihil ualere, uere pronunciauit. Et Plato, tantum cuiq; inesse stoliditatis, quantum inest humidi, censuit. id quod in pueris, in stolidis, in fatuis, in mulieribus manifeste cernitur. Animi enim lumen ac splendor, tanquam si nubes soli prætendatur, intercipitur: &, quod significanter dixit Plato, quasi in luto cœnoq; defoditur. In Arte medic. B Aristot. sect. Problem. 1. Lib. de Natura humana. In Timæo.

Labor firmat.) Labor motus dicitur & exercitium: non omnis uidelicet, sed motus tantus, quanto quisq; celerius ac magis crebriusq; respirare incipit, C aut certe concutitur non ignauiter: seu corpore id fiat, eiusq; membris, ut luctari, discum iacere, pila ludere, saltare, uociferari, ambulare, canere, fodere, arare, metere: siue aliunde adsciscatur, ut equitare, nauigare, fricari. Qui motus omnes corpus calefaciunt: & dum mediocres sunt, idoneo alimento humectant proprie ac per se. Per accidens enim, maxime si modu excesserint, natiuum calorem & humidum genuinum dissipando atq; resoluendo, refrigerant primum, atq; exiccant: deinde cruditate & excrementis, quæ necesse est consequi, etiam humectant. Calore enim dissipato, frigus succedit, & frigori mox cruda humidaq; excrementa. Quocirca neutrum, neq; ocium neque exercitium nimium esse decet: sed laborem, frequentem tamen, ac pro cuiusq; natura multum esse conuenit: ocium uero ac quietem tantam, qua a lassitudine & actionibus corpus atq; animus releuentur. Labor igitur talis firmat ac uegetat totum hominem, & summum bonum suppeditat ad ualetudinis custodiam: perinde atq; maximum malum est omnimoda corporis quies. Exercitiorum itaq;, inquit Galenus, & ut nunquam male concoqueremus, rationem habentes, sani ad hunc usq; diem multos iam annos permansimus. Non igitur temere est, cur Aristoteles roget, Quare cibum minuere, atq; edere citra saturitatem, & laborem augere, & impigrum esse, salubre sit? An, inquit, quia causam ægrotandi excrementoru alit multitudo? Gal. de Euchy. & cacoch. Ibidem. Sect. 1. Problemat. 47.

quam tum colligi necessarium est, quum aut cibus superest, aut labor deest. A
Sed de tota exercitiorum ratione, & cibi capiendi modo, paulo infrà plura dicemus.

Lib. 1. Valet. *Illa maturam senectutem.*) Senescẽdi modum hic omnem ex Galeno, & quo
Lib. de Marasmo. pacto corpora animantium mutentur & corrumpantur, quando id meminisse ad plurima prodest, commemorare libet. Mutantur ergo tum ab inter-
Lib. de Arte medendi. nis, quæ nobiscũ genitæ sunt, causis, tum à foris illabẽtibus. Quæ nobiscum
Internæ & necessariæ causæ. ortæ sunt, nullo uitari pacto, quin perpetuò agant, possunt: quippe quæ ex ipsis nostri ortus principijs, ueluti radice nascantur. Principia sunt, sanguis
Ortus initia. & genitale semen. Ille materiæ, hoc opificis rationem obtinet. Vtrunque est quatuor elementorum cõnexione constat, tamen in semine plus igneæ substantiæ, in sanguine uerò plus aqueæ ac terrenæ reperitur. Et semen quamuis sanguine siccius sit, fluit tamen. Quo fit, ut neque torreat, neque urat: & tamen quantum sufficiat, exiccet, & agilitatem atque motiones suppeditet. Er-
Formationis in utero modus. go ab hoc primùm coguntur illa principia, & concrescunt, paulatimque siccescunt, & lineamentorũ cuiusque membri rudimenta capiunt: mox expressam etiam cuiusque partis formam ac speciem induunt, donec in lucem fœtus
Ortus. prodeat. Genitus itaque, & magnitudine, ut factum est in utero materno san-
Educatio. guine, ita nunc primùm lacte, deinde sensim firmiore alimento proficit, & robustior paulatim humore consumpto efficitur, quoad summũ incremen- B
Vigor. ἀκμή. tum & ætatis uigorem assequatur. Post hæc autem omne incrementũ sistitur, utpote ossibus per siccitatem non amplius sequacibus: quanquam sanguinis & spirituum riuuli ac uasa flatu & calore dilatantur. Hic itaque cuncta membra, omnesque partes uires suas & magnitudinem obtinent. Paulo uerò
παρακμή. pòst tempore eadem nunc omnia sensim plusculum exiccantur, & uiribus diminuuntur, & corpus assiduò macilentius graciliusque redditur, ac rugas contrahit: adeò ut artus iam inualidi, & ad motus suos incerti atque incõstan-
Senium. tes efficiantur. Sic senium paulatim furtimque adrepẽdo, nunc demum occupat, & frigidũ ac siccum atque imbecille fit corpus, tantisper dum frigus sum-
Mors. mum, extremaque siccitas, hoc est mors ipsa, calore & humore genuinis consumptis, corripiat. Ad hunc modum omnes mutamur, senescimus, ac naturæ lege morimur, eo quisque citius, quo frigus & siccitas uelocius occupant: ut ignauam uitam degentibus & incontinentibus euenire, quotidie conspicimus, & superius à nobis atque infrà quoque monstratum est. Cæterùm præ-
Altera interitus necessitas. ter ætatis hunc cursum, senescendique necessitatẽ, altera est interitus animantium omnium causa: totius nempe substantiæ perpetuũ effluuium. Aliquid C
enim assiduè terreni elementi, aliquid aquei, aliquid ignei aereique, natiui caloris ui elabitur. Is itaque duo nobis hæc incommoda senescendi & defluxionis parit, exedendo semper humidum naturale, & substantiam nostram dissipando: quæ deuitari nullo artificio possunt, quin fiant. Ne præproperè uniuersam nobis molem ac uitam eripiant, prudennia consilioque caueri possunt. Cibo etenim, quicquid solidioris substanniæ effluxerit, consumptumque fuerit, sarcimus: potione, quicquid humidioris. Quicquid aereæ igneæque substantiæ exciderit, respiratu & arteriarũ pulsu nonnihil restituimus: at ita, ut excrementorũ ingens semper copia colligatur. Id enim quod elabitur atque absumitur, tale fuit, qualis ipsa particula, cui antè coniungeba-
Tertia interitus necessitas. tur. Verùm nihil eorum quę eduntur, bibunturue, eiusmodi prorsus reperitur: quin dum concoquitur ac mutatur, aliquid perpetuò immundiciei & περιττώματος ebulliat, quod certis meatibus ac ductibus à natura institutis, tanquam superuacaneum efferatur: per deiectionem, per uesicam, per sudores, per sputa, denique per insensilem perspirationem, quæ ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ græcè nominatur. Ex quibus iam perspicuum est, interitus nostri causas intrinsecas atque necessarias tres esse: primam, siccitatem, quæ ætatis fluxu ad interitum perducit: alteram, assiduam substantiæ fluxionem: po-
stremam,

Interitus causæ 3: Siccitas; Excrementor[um] proventus; Substantiæ fluxus assiduus

A stremam, excrementorum & περιττωμάτων prouentum. Quæ neutiquam, ut ne fiant, euitari possunt: etsi ut ne protinus occidant, aut præproperè è uita discedere cogant, impediri possunt. Perinde ut ignauia, intẽperantia, libidine, multisq; alijs ut præmaturè & stamine nondum abrupto, uitam eripiãt, fieri potest: quæ & senectutem, si ea modò etiam fortè fortuna contingat, accelerant, & excrementa plurima ac pestifera coaceruãt. Vti ex ijs quæ antè dicta sunt, facilè ac satis cerni potest. Sed sunt hæc ipsa è causarum externarum ijs generibus, quas inseparabiles, quòd foris ad uitam sustinendam necessariò accersantur, medici appellant. ut sunt cibus, potus, somnus, uigilia, quies, motio, cæteraq; similia. Externæ siquidem aliæ quoq; sunt, quæ separari & euitari possunt: eoq; sub artis præcepta nõ cadunt. ut sunt ea quę corpus cõtundunt, uulnerant, diuellunt, enses, saxa, conti, similiaq;. Hæc itaque breuiter, quantum ad rem præsentem conferat, attigisse satis sit. *Causæ externæ inseparabiles.* *Externæ separabiles.*

Hic longam adolescentiam reddit.) Adolescentia ea est propriè ætas, quæ à decimooctauo ætatis annò ad uigesimumquintum induditur; quam in trigesimum sextum, aut nonnullis ad quadragesimũ annum usq; sequitur iuuentus, à iuuando domi belliq; rempub. nuncupata. Quæ ut sæpe adolescentiæ annos complectitur, sic adolescentiæ uocabulum, ut iuuentutem quoq; includat, cùm hic, tum alibi sæpè capiamus licebit. Sunt enim hæ duæ ætates B & roboris, & caloris naturalis, & facultatum præcipuè animalium integritate cumprimis uicinæ. Eo solum nomine distinctę, quòd adolescentia cum incremento etiamnum corporis coniungitur, ab adolescendo, crescendoq;, ac ipso uitæ flore appellata. quod incrementum in iuuentute ferè conquiescit. Neque enim ulterius solidæ partes tum, ac ossa progredi possunt. habet siquidem iuuentus cum siccitate caliditatem cõiunctam, adolescentia cum calore pari humiditatẽ: quæ tam incrementis est apta, quàm est ariditas inepta. Iam uerò quando labor mediocris calorem illum nobis inhærentẽ atq; insitum (quod paulo pòst copiosè ostendemus) exuscitat, is protinus uiribus redintegratis, & melius corporis alimenta cõficit, & in omnia membra fortius digerit, & suum cuiq; parti idoneum ac syncerum nutrimentum apponit, adglutinat, assimilat, unit. Quo fit, ut serius ariditate consenescant, & diutius genuinum uigorem atq; adolescentiam retineant. Præclarè idcirco Plato: Si quis, inquit, in curando corpore illam imitetur naturam, quam altricem uniuersi uocamus, ita ut nunquã torpere permittat, sed moueat semper, iugiq; agitatione externis, internisq; motibus secundum naturam resistat ubiq;, & moderata quadam commotione oberrantes affectus corporis, partesq; cogitationis, ratione seruata, uicissim in ordinem redigat & exornet, nequaquam inimicum inimico admotum prælia in corpore ciebit: sed efficiet potius, ut amicum adhærens amico sanitatem corporis tueatur. Vi-C des quàm accuratè diuinus ille philosophus, assiduas exercitationes animi corporisq; nobis commendet. Vides quos fructus promittat. Sicut enim animus agendo uires suas, præsertim memoriæ, in immẽsum adauget, sic uirtutes corporis labore sustinentur & increscunt. Possem hoc loco Celsi consilium atq; artificium singulare, miramq; œconomian omnium quæ hactenus explicata sunt ostẽdere, quàm elegante expolitione oratoriá, aut interpretatione, quam uocant rhetores, sit usus: quàm iucundè et sapienter è thesi identidem inculcata, ad hypothesin atq; theseos exempla descẽderit. Sed uereor ne audiam, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Quare & hic, & alibi sæpe, quæ ostendi possint, talia pręterire silentio in animum induxi. Satisq; habeo semel indicasse ac monuisse, dignum esse Celsum, in quo optimæ methodi, ac uiæ rationisq; docendi, discendiq;, & insumma breuitate mira artis & sapientiæ obseruatio plerunq; animaduertatur. Illud autẽ ad rem propositã propius pertinet, ecquid causæ fuerit, cur primum de labore, mox de lotione, tum de cibo capiendo, postremò de concubitu præciperet. Verùm Hippocratem,

Adolescentia *Varro.* *Iuuentus* *In Timæo.* *Fab. lib. 1.*

quem ferè magistrũ secutus est, & latinitate donauit, atq; Homerũ, duos ueteres philosophię apices & coryphæos imitatus est. nam πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, Labores ut cibum antecedant, iubet alter: ut lauit sumpsitq; cibum, scribit alter: Hippocrates, cibus ut laborem exercitiaq; sequatur: Homerus, ut cibum lotio præcedat mandauit: Celsus utrosq; coniunxit. Committere nõ possum, quin huc etiam attexam longè sapientissimam pulcherrimamq; illam ex sexto Epidemion Hippocratis sententiam, πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. id est, labores, cibi, potus, somnus, concubitus, omnia sunto mediocria. Quibus uerbis paucissimis breuissimisq;, longissimã pariter, & rectissimam ualetudinis institutionem complexus est medicinæ ac sapientiæ omnis parens ille uetustissimus, & modum cuiusq; eodem uerborum fasce, adiecto ad sententiæ finem epitheto Mediocria definiuit ac terminauit, & tempus simul ordinemq; cunctorum ipsa uocum serie consignauit. Quippe ualetudinis secundæ ratio, ac tutela à labore est inchoanda, quẽ (nisi lauare libet) excipere debet cibus: cibum potio, hanc somnus, postremò Venus, in ijs quibus ea utendum est, & uti permissum. nam cætera omnium mortalium & cuiusq; ætatis sunt communia. Venus ætate tantum florentium, & qui legitimum coniugium iniuerint. Quæ enim uel præcedunt ætates, uel sequuntur, aut omnino semen non effundunt, uel emittunt infœcundum. Sed hæc ad alium locum magis pertinent. Illud hic meminisse iuuabit, quod scribit Galenus, summam esse corporis absoluti liberiq;, & omni ex parte integerrimi curam, labor cibum ut antecedat. Causam cuius alibi hanc refert: ut summũ bonum ad sanitatis tutelam exercitium ante cibos est, ita perniciosissima res est, omnis post cibum motio. Excutitur enim cibus è uentriculo antè quàm concoquatur. Operæprecium idcirco mihi facturus uideor, si prius quàm laboris locum, ne perturbatè aut sparsim eius natura carptimq; exposita, parũ perspiciatur, eius breuiter rationẽ omnem hoc loco comprehendam. Quę semel intellecta, plurimum adiumenti ad ea quæ consequent, ac lucis est allatura. Exercitiũ, seu exercitatio, seu labor Latinè, Græcè πόνος & gymnasium, dicitur motus omnis tãtus, quanto quisq; celerius & magis, crebriusq; iam respirare incipit, siue is constituto fiat loco, qui priuatim gymnasium dicebatur, pręsertim si nudi in certamẽ condescenderent, & aliqua ciuitatis publica regione extrui solebat, quò ungendi, fricandi, luctaturi, discum torsuri, atq; adeò de sapientia disputaturi, & philosophi confluebãt. Ex quo illud dici cœptum est, discum quàm philosophum audire malũt: quoties disci crepitu in gymnasio audito, relicta schola sapientiæ, in proximum certaminum locum erumperẽt: siue quouis alio loco fiat, ut equitatio, uenatio, fossio: quæ & ipsa gymnasia nonnunquam, sed communiter, dicuntur: licet etiam non semper fatigatio celerq; anhelitus, quem modò diximus, comitetur. Multiplex autem est laborum distributio. alia enim à fine petitur: ut sint qui exercitij tantum, & animi gratia, aut honoris suscipiantur, ut lucta, pugillatus, cursus, follis, pila. Et sunt qui etiam opera dici possint: ut fodere, arare, piscari, ædificare, iter facere. Alia à qualitate, ut sint uel robusti, uiolentesq;: ut fodere, grauia põdera humo tollere, aut in altum torquere, in accliuem locum ascendere: uel faciles ac leues, ut trocho ludere, molliter incedere. qui rursus & celeriter, & tardè peragi possunt. Alia à partibus: his enim lumbos magis, illis thoracem, alijs superas, alijs inferas partes, alijs totum corpus magis agitamus. Sed his omissis, quæ prolixè Galenus persequitur: partes tres integri exercitij ueteres faciebant. Prima παρασκευὴ, media γυμνάσιον, tertia ἀποθεραπεία et ἀποθεραπευτικὴ dicebatur. Παρασκευὴ, seu pars παρασκευαστικὴ, primùm linteolo totum corpus mediocriter perfricabat, temperata celeritate, citraq; compressionem, tantisper dum cutis iam incalesceret, & floridus rubor per corpus diffunderetur. Mox sic patefactis meatibus, oleo totũ corpus refricabant, primùm quidem contactu blandiore,

Sexto Epidemi. Odyss. α.

Lib. 2. Valet.
Lib. de Euchy. & Cacoch.

Galenus secundo Val.
Notio uocum.
Definitio.
Locus.

Diuisio.

Lib. 2. Val.
Partitio.
Partiũ usus & descriptio.

A blandiore, deinde sensim pressiore, citra tamen contusionẽ, & quadam me-
diocritate semper obseruata, quoad artus omnes flexiles carnesq́ praemol-
litae, & ad omnẽ motum habiles meatibus laxatis efficerẽtur. Hae enim me-
tae, hic usus fuit totus illius κατασκευῆς. Hanc sequebatur πόνος ac gymna-
sion, lucta, palaestra, discus, pancratium, acrochirismus, halteres, saltus, cur-
sus, aut aliud simile: quae qualia fuerint, & quo pacto exercerentur, singula
commemorare longum foret, neq; admodum huc referre puto. Ἀποθεραπεία Lib.3.Val.
constabat rursus frictione pingui, & spiritus, dum unctè fricarentur, cohibi-
tione. Ne enim corpus praeexercitatũ uel frigore tentaretur, uel alioqui den
fesceret, id fiebat. Exercitatos siquidem frigus uehementius ferire solet, uel Arist. Sect. 5.
corpore iam extenuato, uel soluto, laxatoq́. Fricabantur igitur non solum Probl. 6.
cum celeritate quadam, sed etiam quoad fieri poterat pluribus manibus, nẽ
qua corporis pars nuda maneret. Largiter interim oleũ affundebatur, mol-
liciei & celeritatis in fricando cõparandae gratia, nõ modò ut tensa ab exer-
citatione remitterent, sed etiã ut fatigata emollirent: & deniq; ut excremen-
ta corporis labore excitata, & liquamenta frictione pressius incumbente &
spiritus contentione renitente, tanquam duas inter manus, quoad ab omni
lassitudine corpus releuaretur, exprimerentur. Nam ex interuallis & motus
clementes, & ambulationes suaues interponebant, ut ita uires in pristinum
B statum reducerentur. Tanta erat olim sollicitudo, tantaq́ diligentia ualetu-
dinis, quam legitimis exercitijs apprimè contineri rectè censebãt. Exercitio Lib.2.Val.
rum porrò modus ac terminus tum iustus est, quum corpus ex defatigatio- Quantitas.
ne intumescit, & color iam purpurascens undiq; efflorescit, ac motus etiam-
num promptè, aequabiliter, & concinnè proferuntur, sudore calido atq; ua-
pore guttatim ubiq; exiliẽte. Ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων στάγδην, ὃς ἐξι- Hipp. 6. Epid.
ὼν ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, ἢ σύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος. In exercitijs signum cessationis est
sudor guttatim emanans, qui tanquam è canalibus, conductu' ue egreditur,
aut à tumore contractio. Eam ob rem inhibenda exercitatio tum primùm
est, quum aliquid superiorum uidebitur immutatum. Si uel contractior cor
poris moles apparebit, ne quid melioris succi pariter effluat, & corpus ari-
dius graciliusq́ reddatur: uel si coloris gratia euanescat, ne frigidius corpus
efficiatur: uel deniq; motus alacritas cõcinnitasq́, aut sudor qualitate quan
titatẽ ue cõmutetur, ne quid ipsum fortè nimis exiccetur. Porrò recta, quàm Qualitas.
flexa, minus capiti nocet exercitatio. Sub dio quoq; melior, quàm sub tecto: Locus.
& in sole aptior, quàm in umbra, si caput tolerare queat. At uerò iam motus Tempus.
omnis ac labor suscipiatur corporibus praepurgatis à lotio atq; aluo, neq; ul
la cruditate in toto corpore reliqua, cibumq́ semper antecedat. Non enim
solum, quia digestionem in corpus exercitatio adiuuat, non debet cum ipsa
administratur crudi incoctiq; cibi, aut succi multitudo in uentriculo, aut
C reliquis uasis contineri: uerumetiam quia exiguos meatus purgat, & excre-
menta expellit, idcirco utilius ante cibum adhibetur, & maximè quum he-
sternus cibus duplici concoctione iam prorsus fuerit cõfectus. Quippe im- Hippocr. 2.
pura corpora quo magis nutries, hoc laedes magis. Lotium uerò idoneum Aph. 10.
tibi suscipiendi laboris tempus ostendet. Aquosum enim & candidũ crudi- Temporis op-
tatem, & tempus etiamnum praematurum significat. Biliosum autẽ, aut pal- portuni signa.
lidum, aut ruffum, iamdudum exercitationẽ adeundam denotat. Recta por Effectus & u-
rò, & quemadmodum praeceptum est suscepta exercitia tria in corpore effi- sus.
ciunt. Primùm instrumentorũ, mutuo ipsorum inter se attritu, duritiem: de- Lib. 2. Val.
inde genuini caloris incrementum: postremò spirituum citatiorem motum.
Iam uerò duritia, ut minus labore quouis frangamur, & ut ad omnes opera
tiones nerui uiresq́ nobis constent, facit. Calor deinde tum concoctionem
magis expeditam, tum deducendorum in omne corpus uehementiorẽ at-
tractum, tum nutritionem magis felicem producit. Et ut sint singulae corpo-
tis partes sic perfusae efficit, solida ut mollescant, & humida ut tenuentur, &

 ut exi-

ut exigui tenerique meatus in toto corpore patefcăt, atque purgentur. Spiritus A denique dum ualētiore impetu feruntur, expurgari meatus omnes penitus necesse est, & excremēta accuratius expelli. Hæc omnia postremò, ut in summa id dicam, consequitur ualetudo læta, prospera, integra: & animus promptus, fortis, excelsus. hinc igitur audaciores eos qui Europam incolunt, existimat Hippocrates, quàm qui in Asia degunt. Maiores etenim hic desidiæ uigent, quū mutationibus operandoque corpus & animus exerceantur, quiete uerò & desidia timiditas ignauiaque crescat. Sed hæc de laboris & exercitiorum tota natura dicta sufficiant.

Libro de aere aquis, & locis.

Prodest etiam interdum balneo.) Differentiā inter lotionē calidam & frigidam significat. Calidam balneū dici, frigidam non dici. Sed quū ex calidis aquis aliæ spontè nascantur, quæ thermæ uocantur: alia industria humana compararent, quas balneas nominamus: thermis omissis, quarū plurima genera sunt pro ferri, nitri, aluminis, sulphuris natura quā resipiūt, hic balnearū tantum usum referemus. Quæ rursus quū uel simplici dulcique aqua cōstent, uel aqua pro rerum incoctarū ratione & temperie cōmutata, de superiore solum nobis sermo futurus est: quanquam nihil uetat aliquid nonnunquam pro re præsente incoqui, quò efficacius quod expetimus operentur. Verùm dulces istæ interdū nimio calore feruent, quæ sane tum calefaciūt acriter, neutiquam tamen humectant. Inhorrescere enim cogūt corpora, & meatus ipsorū densari cogique, ut B neque extrinseco humore fruantur, neque ex internis reb. superuacaneis quicquam dimittant: quas hic etiam silentio præterire uisum est. Reliquæ sunt igitur, quę simplici ac dulci ferè aqua instituunt: quarū uim ac usum, quantū ad rem præsentem conducere arbitrabimur, exponemus. Habebāt ueteres ut balnearum summū usum, sic quinque ordine positas partes. Primùm ἀποδυτήριον, ab exuendo, & Latinè tepidariū atque aêreum nominatū. In tepida enim prima hac parte lauaturi se exuebant, atque nudabāt. Tepebat aūt hac parte aër, uel ex calidis ac siccis uaporib. ab igne delatis: uel calidis ac humidis, ab herbis & plantis decoctis transmissis, uel ab aqua in ignitos lapides, aut cādentes laminas infusa excitatis. Proximū erat πυελατήριον, seu ὑπόκαυστον, Romanis calidariū, Senecæ etiā sudatoriū, & Laconicū à Laconibus ac Spartanis, quibus in usu frequens fuit, appellatū. ut id indicat Martialis de thermis Hetrusci, & meminit in prefatione Columella. Vt sit hodie testudo illa, unde uapor siccus egreditur ad sudorē ciendum: corporib. interim nonnunquam, in tabulam quandam, sudorē illum excipientē, prostratis. Quamobrē Galenus ξηρὸν θόλον uocare solet. Erat aūt olim rotundum, & ignitis uaporibus incensum, ut testatur Victruuius. Tertium erat, solium calidum: hoc est, cisterna aut uas, aut cupa, in qua homines considentes abluebantur. Vnde & labrū, & lauacrum, & piscina, & uulgò etiam tina nominatur. Quartum, frigidum solium erat. Quintus ac nouissimus locus detergendo corpori, et exiccando C erat dedicatus. Galenus quatuor dūtaxat in partes distribuit, apodyterio omisso. Primā aëris calidi, qui liquat & calefacit totū corpus, & quæ inæqualia sunt æquat, & cutē laxat, & sub ea detenta uacuat. Secundā, qua in aquā calidam descēditur, quæ in sicco corporis affectu madorē utilem solidis partibus immittit. Ab hac egressi, in tertiā frigidam immergunt, quæ totum corpus refrigerat, & cutē densat, et uires firmat. Postremā, ubi sudores detergētur, quæque corpus per sudores citra refrigerationē uacuat. Vniuersæ autē simul, fuliginosa fumidaque è corpore pellūt, carnē cutemque ad symmetriā naturalem referūt, solidarū partiū ariditatē corrigunt, et calorē omnē inidoneū frigidæ usu submouent. Adeò ut nihil sit, quod ualido æstu occupatos præsentius refrigeret, aut magna affectos frigiditate prōptius calefacere queat, quàm balneū moderatè calidum. Per se siquidē humectat & calefacit, atque nonnihil quoque discutit. Per accidens aūt, emollit, cōcoquit, somnū cōciliat, fatigatione liberat, uirtutē corroborat, & eandē si immoderatius usurpetur, etiam

Vocabuli ratio. — *Aetius Tetr. 1. Serm. 3.* — *Diuisio.* — *Galen. lib. 3.* — *Valet.* — ἀποδυτήριον *Partitio.* — ὑπόκαυστον seu πυριατήριον — *Lib. 6. Epigr. libro 1.* — *Lib. 5. Archit.* — *Lib. 10. Ther. Partium usus.* — Balnei vires — *Gal. lib. 5. de Vsu part.* — *Aeti. Tetr. 1. Serm. 3.* — *Paulus lib. 1.*

A etiā dissoluit. Taceo in ægritudinibus siccis, & illinc grauiter sitientibus, aut
in forti æstu atq; insolatione, aut pustulis scabiosis quàm efficaciter opituleť.
Cæterùm inutile est, quibuscunq; uel crudi humoris multitudo in primis ue-
nis cōtinetur, uel uiscus aliqd, ut iecur, uētriculus, pulmo, pectus, renes, me-
senteriō, colō imbecille est: adde pedes, manus, coxas, artus, et quālibet, sine
uitæ tamē pari periculo, similiter infirmā particulā: uel denicq; quibuscunq;
horrorē aut cutis densitatē adfert, ut fit in ijs qui acribus humoribus abun-
dant, maximē si cutis etiā alicunde dēsata est. Nam & liquata balneo in mē-
bra qualiacūq; infirma corruūt, & cruda in corpus digeruntur, et horror de-
nicq; uel præsentē febrē intendit, uel sæpe quæ antē fuit magis incēdit. At ue
rò si humores pauci sunt, & cutis nō inepta ut resereť, nullo iam horrore, nul Lib. 10. Ther.
loq; incōmodo ab excrementis illis corpus liberat, & æqualiter uniuersum
corpus recalefacit, & meatus aperit, & densata fundit. Quocirca nunq; in
principio febrilis ullius significationis, neq; uerò in augmento lauandū. In
declinatione sæpe, ac si quando aliàs, tū maximē idoneū est. In summo incre
mento perquàm raro. At multò omniū minimē, si quę cruditas insignis, aut
phlegmone, aut phlegmonodes affectus, aut plenitudo quæ uel uires gra-
uet, uel uasa distendat, subsit. Qui nimirū omnes nō solum balneis, uerume-
tiam sole, frictione, gestatione, exercitioq; quolibet, uel protinus inhorre-
B scunt, uel alio quilædunť. Sed sunt hæc Therapeutices artis magis propria.
Illud ad rem præsentē facit ac confert, quòd etsi balneis uti Celsus iuuentuti Galen. 3 Val.
rectè cōsulit, non tamē id crebrò faciendum esse intelligere. Non eñ admo-
dum balneo opus habet, qui & exercitio utitur mediocri, & apotherapia, cu
ius balneū tempestiuè adhibitū bona pars est, duras partes tensasq;, q̃d pau-
lo antè docui, satis emolliuerit, & liquamina quæcūq; in corporis habitu co-
hærescūt, euocauerit. Vt sudorē aūt & pulueres eluat, adhiberi sic poterit, ut
neq; in Laconico mora fiat, & transeatur citra cōmorationem in piscinam.

Interdum aquis frigidis uti.) Vel solium frigidum intellige, uel stagna atq; flu-
mina. Quibus si quis iam olim uti cōsueuerit, minus habent periculi, præser
tim si nō intempestiuè adhibeanť. Sanè tempestiuū fuerit, si his assuefactus, Galen. 3. Val.
firmisq; uiribus præditus, ubi in sole feruente uel iter fecerit, uel diu uersatus
fuerit, iam aridus ac squalore obsitus, uel in frigidum soliū descendat, uel in
flumen aliquod se præcipitet. Nam is dicto tum citius omnē protinus cum
æstu ariditatē extinxerit. Vt enim in malè ualentibus solium calidum, priuſ-
quam in frigidum eatur, præcipi solet: sic in his pro solio calido, uel exerci-
tatio, uel in sole cōmoratio habetur. Siquidem exercitiū non modò calefa-
cit, sed etiam insiti caloris motum extrorsum forasq; concitat, sic ut & frigi-
dæ impetenti occurrat: & quo minus uiolenter in profundum irruens uisce
rum aliquod feriat, obuiam eat & repellat. Sin uerò quis minus assueuerit,
C iam multiplici cautione summaq; prudentia opus habet. Quoniam ne opti
mum quidē corpus, quoad augescit, frigida lauādum est, ut ne eius id incre-
mento aduerſetur. Vbi uerò quis abūdè auctus fuerit, iam frigidæ quoq; af-
suefieri poterit: utpote quæ tum corpus uniuersum roberet, tum cutem den
sam duraq; efficiat. Quod sanè tutissimū est, aduersus oēs noxas quæ extrin
secus imminēt, præsidium. Paulatim itaq; ad hunc modū in usum adduceť.
Aestatis initio, & die ab omnib. uentis silente, & quoad tempus fert calidiſ-
simo, atq; meridie inchoandū. Verùm esto tunc corpus in medio quarti se-
ptēnij, inculpatè sanū, nulla nec eo die, nec quæ præcessit nocte re noua atq;
uires debilitātē cōmutatū: non Venere, nō uigilia, nō crapula, nō fatigatio-
ne, nō inedia, nō denicq; ullo genere excretionis: sed pristinā integritatē ad
unguem habeat, & bonis ac salutaribus cibis utatur: sit item iuuenis, animo
tum præsente, tū planè hilaro, si quādo aliàs, tum eo etiā die præcipuè. Et fri
cetur primùm quidem linteis, quàm antè, durioribus, idq; & uberius & ue-
hementius. Inde oleo etiam cōfricetur, q̃ antè cō citatius, nō tamē robustius.

Postremò in frigidam descēdat neutiquam cunctanter, sed celeriter: aut potius totus semel insiliat, ut uno maximè tempore omnib. corporis partibus humor circumfundatur: qui sit primo die nec tepidus, nec planè crudus ac glacialis. Postridie uerò, & tertio, reliquisq; diebus paulatim semper frigidiori se assuefaciat. En tibi queso quàm multis, quanta'q; cura ac cautione sit opus, ut tutò quis frigidæ lotionis usum instituat & receptet. Pariterq; expende, quàm temerè non sit, si innumeri hodie læduntur acerbissimè, dum nullo consilio, & sine discrimine imberbes iuuenes, aut crudi, aut imbecilliter affecti, aut tempore alieno, aut loco inepto, alij natant, alij se frigida abluunt. Maximè quum ne ea quidem, quæ dicta sunt plurima, sufficiant, quin egressum ab aqua frigida, iterum oleo fricari, idq; à pluribus expediat, tantisper dum cutis tota madescat, moxq; cibus maior solito, potioq; minor prebeatur. Plus enim legitimè loti appetunt, & melius concoquunt. at minus sitiunt, redeuntq; postridie ad exercitia habitu planè meliore: corporis quidem mole, ac antè, pari: cæterùm compactiore & densiore, ac duriore uegetioreq;. Cætera quæ ad hanc rem cōmemorat Galenus, missa facimus: hisq; non sanè paucis, sed neq; omnibus, satis sit tanquam digito indicasse, quanta sit uirtus rectè usurpatæ frigidæ siue natationis, siue lotionis: & quanta quoq; obseruatione atq; prudentia indigeat, ut commodè usurpetur.

Modò ungi.) Post exercitia ac lotiones, quo pacto, & quamobrem corpora inungerentur, ferè dictum est. Partim siquidem id fiebat, ut ne plus æquo corpus digereretur: partim, ut exigua obstruerētur spiramenta. Quanquam præter hæc & calefacit unctio, & humectat, atque emollit: & si calida est, discutit quoq;. Oleum enim de quo loquimur, ex oliuis maturis expressum, quod idem neq; recens, neq; salitum, neque ulla qualitate affectum sit, in media nimirum temperie constitutum est. Quoniā & calorem si quis nobis plusculus acciderit, tollit, detrahitq;. Et frigus si q̄d inest, temouet. Quin humidi ipsum sicciq; medium statum obtinet. nam si eo citra ullam frigoris in ipso aut caloris immutationē utaris, mediam omnino temperiem in corpore tuebitur, & uaporosas interim omnes corporis expirationes prohibebit. Quare materia quædam est omnium humectantium, siccantium, calfacientium, refrigerantium. Exiccat exiccantibus commixtum, & cum refrigerantibus frigefacit, &c. Quòd si quando plusculum membra oleo confrices, calorem iam ex frictione adscititiū, non ex oleo genuinum excitabis. Veteres baccharis oleo pedes, manus Aegyptio, brachia sysimbrino, mammas ac papillas palmeo, comam & cilia amaracino, ceruicem & genua serpillino ungebant: his corpori suaueolentiam, his membris decorem, his conuiuijs hilaritatem comparabant. Sed hæc uoluptati tantum, non ualetudini consecrata, nos omittemus. Salutem enim, non delicias quærimus. Oleo itaque, cuius modò meminimus, lassitudo non parum leuatur. Non solum quia in minutos meatus pingue ingreditur, & quæ indurata sunt, emollit: sed etiā quòd humiditatem acrem & subtilem, quæ in lassitudine ex colliquatione prouenient sub cute latitat, per halitum digerit. Conspiciuntur enim exercentibus tum foras effluere sudores, tum intus in uentrem nō pauca defluere excremēta, quæ uelut quædam sunt liquamina. Ex quibus colligi potest, complura item toto in corpore eiusmodi relinqui, quæ euacuationem deposcant. Nam in lassitudinibus duplex affectio nascit. Similares enim animantis partes resiccantur, & humectantur uacua spaciola, non utili illo quidem aut naturali humore (nam is plethoram ac plenitudinem quandam faceret) sed tenui et acri, mordaciq;. Propterea & remedijs egent duplicibus, tum ijs quæ siccitatem irrigent, tum ijs quæ humorem acrem eximant. Itaq; ad hæc aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, quæ & humiditate nimirum sua instrumentorum corrigant ariditatem, & calore tenuem atq; acrem humorem eliciant. Quæ aqua si iam corporibus inhærere possit, nec facilè deflueret,

Galen. libro 3. Simpl. cap. 6.

Lib. 2. Simpl. cap. 25.

Plinius.

Aristot. Sect. 5. Probl. 6.

Galen. lib. 2. Simpl. cap. 25.

A B C

A ret, ipsa quidem per se sufficeret. Atqui quū ea quæ foris contingit facilè defluat, & in poros ingressa nulla ansa retenta promptè refluat, in hoc sanè utiliter miscetur oleū, maximeq; iuuat, si quis ex utroq; diutius fricetur: quòd Græci χυτλῶσθαι uocant. Cui opponitur ξηραλοιφεῖν: hoc est, ut quidam interpretantur, arida uti frictione. Quod & ipsum lassitudinem pellere ac sanare potest, sed multo minus quàm quod χυτλῶσθαι nuncupāt. Ex quib. profectò Galeni uerbis, unctionis tota uis ac ratio perspici potest: idq; eo magis, si quæ ex eodem superius etiam dicta sunt, cum hisce conferantur. Vnctio enim lassitudinis emendandæ gratia, & lotionis in corpore tanquam deuinciendæ causa usurpatur.

Modò idipsum negligere.) Consuescendum interdum, labores sine unctionis adminiculo tolerare, & tantum ξηραλοιφεῖν: aut utroq; nonnunquam neglecto, solo labore contentos esse consultum erit. Causam facilè quisq; per se, sine ullo monitore, uiderit.

Nullum cibi genus fugere, quo populus utatur.) Quo consilio atq; iudicio & superiora antecesserint, & cibi locus hic habeatur, suprà docuimus. Ad uitæ tutelam cibus, quàm labor, magis est necessarius. Ad ualetudinem ac robur, exercitium quàm alimentum plus confert: etsi ne illud quidem, nisi quantū opus est comedas, suffecerit. Cibus animam, labor firmitatem tuetur: utra-
B que ambo retinent. Sunt autem in cibi potionisq; ratione rectè administrāda multa obseruatu digna. Primùm enim spectari debet, cuiusmodi generis uictu uti conueniat: robusto'ne, qui firmis debetur: an imbecilli, qui infirmis tribuitur. Rursus craso'ne, an tenui: Germanico, an Hispano: cacochymo, an euchymo. In quibus cuiusque hominis & usus, & educatio, & corporis natura, & singularis uoluptas plurimum ualet. Quocunq; enim se quisque non lædi, & rectè ualere sentit, is ei salutaris est: præsertim si & euchymus, boniq; succi est, & corporis constitutioni accommodatus. Atq; eiusmodi ut sit, nihil æquè prodest, atque usus rectus & educatio: & ut popularis sit, neque ab usu humano remotus. Temperatus ergo noster hic, quem erudimus, homo, pro gentis in qua degit ratione, omnibus se generibus accommodabit. Alioqui puero alius, liquidus, multus, frequens: alius seni, calidus, paucus, creber: alius adolescenti, mediocris substantia, copia, frequentia. Iuueni alius, frigidus minusq; tum multus, tum rarus. Alius item frigido, alius calido: alius tenero, alius obeso corpori: cuiq; nempe suę qualitati excellenti cōtrarius conuenit. Neq; uerò idē bilioso homini, qui pituitoso cōpetit. Illi enim item ac æstate refrigerans, exiguus, creber: alteri perinde atq; hyeme calidus omni ex parte, multus, rarus. Atra aūt bile infestatis æquè ut autumno humidus, & copia frequentiaq; propè medius. Sanguine refertis haud secus ac uere temperatus undiq;, substantia, quantitate, qualitate. Simi-
C literq; flante Borea humidius calidiusq; uictitandum est. At austro spirante contrà, frigidius, sicciusq;. Quæ mehercle cūcta sunt quouis loco, quolibet tempore, cuiq; homini, duntaxat ualetudini suę studiosè incumbenti, perpetuò præ oculis habenda: ne quis temerè, quæ in genere rectè præcipi solēt, sibi protinus sine delectu quadrare putet. Plurimum enim interest, cibus hic, aut potus, utilis'ne sit roges, an inutilis: calidus, an frigidus, cæteraq;, Phocioni'ne, an Aristippo, an Diogeni, an Catoni congruat, percontéris. Vtilis siquidem in genere, aut calidus, non talis protinus Catoni est: Aristippo talis, alius Diogeni est. Quo in genere uariè ac multum passim delinquitur: dum quòd uni bene imperatur, & ex usu esse uident, simile sibi quauis ætate, quouis tempore, quouis loco, in omni statu fore iudicant. Quamobrem se quisque primùm norit: deinde, quo se rectè ac bene ualere sentit expendat, quid regio, quid corporis habitus ferat, quid tempus postulet, nullo medico, nullo diætetico, nullo pædotriba adhibito, diligenter & cautè obseruet. In genere autem medicus ferè uniuersa præcipit, quid

Libro 1. ad Glauconē.

In cibo et potu qua observanda.

quid Virgilio, quid Ciceroni ex re sit, coniectari tantum ex artis præceptionibus potest. Virgilius, Cicero, quid sibi expediat, scire possunt. Caseus, cicuta, boletus quid sit, quidq; efficiat, nouit medicus. Quid in se boletus, nouit Claudius: qd in se caseus, nouit Zoroastes. quid in se cicuta, nouit Socrates: (qua tamẽ, ut araneis & hyoscyamo, innoxiè uictitasse ferunt alij) quid in se eadẽ, nosse potest Germanicus, nescit per se medicus. Quocirca, ut modò dixi, quicquid unicuiq; iucundum est, & ex quo se optimè ualere cõpertum habet, summè expetendũ id iudicet: at ita, ut quoad fieri potest, omnib. se rebus tolerãdis, quò si quid unq; de insperato eueniat, minus lædat, assuefaciat. Singulorum nanq; proprietates infinitæ sunt, & ab arte alienæ. A

Lib. 15. cap. 2. Lib. Satur. 2. cap. ult. Lib. 1. & 2. de Legibus.

Interdum in conuiuio esse.) Plato apud Gelliũ & Macrobium rectè uitæ suæ consulentibus suadet, ut ne uitam sic angustè & accuratè instituant, quin liberaliores inuitationes, conuiuiorumq; cœtus, & hilaritatem ferre discant. Causis etiam cur id ita cõsulat, appositis. Plato largiorem paulò, inquit ille, iucundioremq; uini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris & magistris conuiuiorum sobrijs, non ebrietatem illam turpissimã, quæ labefacere & minuere hominum mentes solet, non improbauit. Nam & modicis honestisq; inter bibẽdum remissionibus refici, redintegrariq; animos ad instauranda sobrietatis officia existimauit: reddiq; eos sensim lætiores, atq; ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores: & simul si qui penitus in ijs affectionum cupiditatumq; errores inessent, quos aliquis pudor cõciliaret, ea omnia sine graui periculo libertate per uinũ data detegi, & ad corrigendum medendũq; fieri opportuniora. Præterea nõ defugiendas, neq; respuendas huiusmodi exercitationes, aduersus propulsandã uini uiolentiam. Neq; enim ullum unquam continentem prorsus ac temperantem satis fideliter uisum esse, cuius uita uirtusq; non inter ipsa errorum pericula, & in medijs uoluptatum illecebris, explorata sit. Nam cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ sunt, quiq; illarum omnino expers sit, si fortè eum ad participandas eiusmodi uoluptates aut uoluntas tulerit, aut casus induxerit, aut necessitas compulerit, deleniri plerunq; & capi, neque mentem animumq; eius consistere, sed ui quadam noua ictum labascere. Congrediendum igitur censuit, & tanq; in acie quadam cum uoluptarijs rebus, cumq; ista uini licentia cominus decernendum: ut aduersum eas non fuga simus tuti, nec abstinentia, sed uigore animi & constanti præsentia, moderatoq; usu temperantiam cõtinentiamq; tueamur: & calefacto refotoq; animo, si quid in eo uel frigidæ tristitiæ, uel torpentis uerecundiæ fuerit, diluamus. Ad hũc sanè modum apud Ciceronem Cato epulari solitus est, cum sodalibus omnino modicè: neq; ipsorum conuiuiorum delectationem corporis uoluptatibus magis, quàm cœtu amicorũ et sermonibus metiri. Bene enim, inquit, maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia uitę coniunctionẽ haberet, conuiuium nominauerunt. Melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant: ut quod in eo genere minimum est, maximè probare uideantur. Itaq; magisterijs se delectatum, & sermone, & pôculis minutis atq; rorantibus narrat, conuiuiaq; amicorum complesse, quæ ad multam noctem, quàm maximè uario sermone producebãt. Quam utinam nunc Platonis Catonisq; in conuiuijs uoluptatem sequerentur nostri. Certè nec in usum lætitię natis scyphis sic passim, quod Thracum esse uerè scribit poëta Lyricus, pugnaretur: nec ita cephalalgia postridie laboraretur. ut uerba per iugulum reuocanda, ut homicidia, cędes, adulteria, incęstus, & insanas emptiones, ut morbos & ęgrotationes acerbissimas istorum Asotorum raceam. Et essent cœtus amicorum iucundiores, quorũ mensis non diu esse abstinendum censet Athenæus: & ualerent cuncti, ac senescerent lætius, si hilaritate quisq; quantam ferret & expeteret, interdum corpus animumq; reconcinnaret. Furiosus sit, & præ amentia curatoris atque agnato- B C

Libro de Senect.

Xenophon.

A agnatorum egere putetur, qui nani atq; colossi pedibus & corpori eundem calceum eandemq; uestem induceret: & qui pari cibo (quamuis huc minus urgeri cernamus) aut paribus poculis omnes conuiuas excipere, exhilarare, & explere pro suo more benigniter uidelicet solent, rerumpub. proceres, & sapientiæ primates plerunq; consalutantur. Quos apud se cogitare potius, atq; omnes symposiarchas decebat:

Sunt quibus urceolus possit satis esse, superq;:
 Sunt quibus est contrà uasta lagena parum.
Quod satis esse potest, quantum natura requirit,
 Corporis ex modulo sumere quemq; uelim.
Et procul esse uelim cupidos urgere culullis:
 Sermo, lepor, iocus est uiuere, non bibere.

Interdum ab eodem se retrahere.) Quoties nempe parum libet, aut parum uacat cum alijs uoluptate conuiuiorum & potandi frui. Sic Cicero: Mihi quidem, inquit, in uita seruanda uidetur illa lex, quæ in Græcorũ conuiuijs obtinet: Aut bibat, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs uoluptate potandi, ne sobrius in uiolentiam uinolentorum incidat, aut discedat. Sic iniurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiẽdo relinquas. Sed sæpius à conuiuio se retrahere, quàm adesse, omninò melius est. Voluptates *Quinto lib. Tuscul.*
B siquidem commendat rarior usus. Quæ quamuis cum superiori enarratione minus alicui fortassis congruere uideantur: tamen si quis propius aspiciat, nihil aduersari facilè cernet. Explicatam siquidem hilaritatem, nõ amentem ebrietatem, uitæ interdum molestijs interponi consulimus.

Modò plus iusto.) Sed istud, ut somnus quàm uigilia, & ocium quàm negotium breuius esse decet, rarius debere fieri, quàm quum minus sumendũ est censebimus. Et qualis in cõuiuijs honesta atq; largior bibendi inuitatio nõnunquam permittitur: sic plus iusto & hilaritatem saturitatemq; cõcessam hic intelligemus, non naturæ oppreßsionem atq; grauationem suaderi putabimus. Tres enim cibi capiendi gradus ac rationes statui possunt: iustum, saturitas, & nimia satietas. Quanquã hæc uocabula non sic semper accipi scio. Iustum autem esse definio, quod naturæ satis est, & quod sanè citra saturitatem cõsistere, & citra appetentiæ uentrisq; sufficientiam debet, atq; magna ex parte tenendum est. Saturitas plus iusto sumit, & appetentiam cupiditatemq; explet: qua raròut cõferat, utendum est. Nimia uerò satietas & hæc omnia exuperat, & uires grauat, ac morbum facit, neque unquam utilis est. Eamq; ob rem, quod poëta uetus scriptũ, reliquit uentris habenas oportet tute regas. Solus enim accepti nunquã habet gratiam: plusq;, necesse quàm sit, semper expetit: huic indulgens, malorum sentiet mala. Plinius idipsum non minus rotundè, quàm breuiter ita extulit: Venter instat ut creditor, nec *Hipp. 2. Aph. 17. Cels. lib. 1. cap. 2. Charis.*
C accepti gratiam habet. Tragicus autem Græcus: Quotquot, inquit, philosophantes excudũt aliquid, Ante omnia uentri ut dominemur decet, Quo sine nihil pulchrum est dicere, aut facere: Magistra consiliorum est frugalitas prudentium. *Sophocles.*

Modò non amplius assumere.) Id ferè obtinendum est. nam ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. id est, Valetudinis studium hoc maximum est, nõ impleri cibo: sed edere citra saturitatem, & esse impigrum ad labores. Ex quo illud Platonicum omnino fluxisse arbitramur, ἄριστα λέλεκται τροφῆς ἀκορίαν, καὶ πόνων ἀοκνίαν, καὶ σπέρματος ζωτικοῦ συντήρησιν ὑγιεινότατα εἶναι. id est, Optimè dictum est, uesci citra saturitatem, & non refugere laborem, ac semẽ naturæ conseruare, tria esse saluberrima. Quare Socrates Platone antiquior, dicere solitus est: Propterea multos homines uiuere uelle, ut ederent & biberent: se autem bibere & esse, ut uiueret. Sed ut Plato superiorẽ sententiam ex Hippocrate mutuatus est, ita et Socrates hanc suam ab eodem accepisse uidetur. Nam Hippocrates à discipulo quodã frugalitatis nimiæ, qua uideretur de- *Hipp. 6. Epid. Lib. de Rep. primo. Plutarch. in Apoph.*

bilitari incusatus, respondit, Edo ut uiuam, non uiuo ut comedā. Quamob- A
Eccles. 37. rem quod Hebræus sapiens omnino sapienter ac medicè monet, meminisse perpetuò conuenit: Noli auidus esse in omni epulatione, & ne te effundas super omnē escam. In multis enim escis erit infirmitas, propter crapulā mul
2. Aph. 4. ti obierunt. Qui aūt abstinēs est, adijciet uitæ. Hippocrates: Nō satietas, inquit, non fames, nec aliud quicq̃ bonum est, quod naturæ modum excedit.

Bis die potius, quàm semel, cibum capere.) Vt lucerna semel copiosè infuso oleo extinguitur, & ignis nimia lignorū iniecta copia opprimitur, quibus per interualla dimensis utraq̃ cōmodissimè alantur: ita qui semel edendo tantū, quo grauentur, ingerūt, ij neq̃ corpus alunt, & uires caloremq̃ natiuū atq̃ insitum uehementer debilitant: quam si semel ingestarū rerum molem partirentur, neq̃ naturā grauarent, et diuidendo cōmodè absumerent, & in corporis alimoniā facilè conuerterent. Quando unica refectio, maximè quæ iustum modum nō excedit, corpori huic quod tractamus, robusto & fortiter
Hipp. 1. Aph. 13. exercitato non sufficiat. Senes enim facillimè ieiuniū ferunt, proximeq̃ qui ætatem constantē agunt, nullatenus adolescentes, omniumq̃ minimè pue-
1. Aph. 17. ruli, & præsertim qui inter ipsos sunt alacriores. Quare etiā atq̃ etiam uidendum, semel'ne cuipiā, an bis, an sæpius, et plura'ne, an pauciora oporteat exhibere. Indulgendum aūt aliquid & tempori, & regioni, & ætati, & consue-
Libro 2. de Diæta. tudini. Semel aūt in die cibū capere extenuat & exiccat, & aluū supprimit. B Prandiumq̃ contraria facit. Prandendum itaq̃, nō modò cœnandū illi, qui neq̃ extenuari, neq̃ arefieri sibi corpus desiderat, præsertim si & iuuenis est, & haud ignauiter exercetur, maximè etiam si hybernum aut uernum tempus est: aut si regio frigidior, certaq̃ consuetudo id postulat.

Hippocr. 1. Aph. 14. *Et semper quamplurimum, dummodo hunc concoquat.*) Quæ crescūt corpora, ut iuuenum & adolescentū, sed maximè puerorū, plurimum habent calidi innati: quare plurimo egent alimento, alioqui corpus absumeretur. Senibus uerò parum calidi inest, paucisq̃ propterea alimentis opus habent, quia à multis
1. Aph. 15. extinguerentur. Hyeme quoq̃ & uere quum calor ille penitus à natura inhærens plurimus est, tum plurimi quisq̃ indiget nutrimenti. Argumento ætas est eorū qui etiamnū crescunt, atq̃ athletæ: qui idcirco plurimum cibi requirunt, quia calore naturali summè abundāt. Quæ si uera sunt, uti sunt profectò, quæ hoc loco tractant corpora, tum ætatis ratione, quippe adolescentes ac iuuenes: tum uirium gratia, bene enim ualere dicta sunt: tum denique exercitiorū causa, quæ firma ac ualida superius imperata sunt, non possunt non plurimo prædita esse calore. eamq̃ ob rem consentaneū est, ijsdem plurimum suppeditari pabuli: at quanto non grauentur, quantumq̃ nō incommodè conficiant. Propterea quòd in his, sicut & in alijs omnibus, qui pro-
Galen. in arte medica. sperè ualent, non modò rectæ famis cūprimis habenda est ratio (bona quippe natura, quantū appetit, tantum facilè cōcoquere potest: quemadmodum C
Hipp. 2. de Victu acut. pituitosa frigidaq̃ minus potest, biliosaq̃ & calida etiam plus potest) sed etiam consuetudinis antiquæ. Quia uel paulo uitiosior seu potus, seu cibus, semper sibi similis ad ualetudinem tutior est, quàm si quis subitò ad alterum etiam meliorem se transferat. Et ijs ipsis qui bis quotidie esse, & qui semel soliti sunt, noxam imbecillitatemq̃ pariūt repentinæ mutationes. Nam qui prandere non consueuerunt, si prandent, statim ægrè habent, & toto corpore graues & imbecilles segnesq̃ redduntur. Qui si ijdem rursus inter hęc cœnauerint, ructus acidus & lyenteria subsequitur. Grauatur siquidem præter consuetudinē uentriculus, qui prius aridus esse, neq̃ bis intumescere, neque cibos bis coquere consueuerat. Ex quibus nunc dilucidè cernitur, quanta uis sit, primùm inueterati usus. Deinde bonæ & ualentis naturæ, tum ætatis, postremò & temporis: quæ in cuiusq̃ diæta statuenda, summopere curāda, quia uictus totam naturam facilè inuertunt, semper erunt obseruanda.

Sed ut huius generis exercitationes, cibiq̃ necessarij sunt.) Etsi horum causa ac ratio

A satis ex ijs quæ superius exposita sunt cognosci potest: duas tamē illas Hippocratis sententias, quin hoc loco attexam, committere non possum. Priorem, Articulis & carnibus labor, uisceribus somnus ac cibus conferunt: qua *Lib. 6. Epid.*
facile intelligi licet, quàm sint utraq; quamuis ad res diuersas, labor cibusq; necessaria. Sed id clarius etiam posteriore significatur: Qui edit, ualere non *Libro 2. de*
potest, nisi laboret. Contrarias enim inter se uires, cibi & labores obtinent: *Dieta.*
permixti uerò inter se, ad sanitatem apprimè conducunt. Nam labor ea quæ intus sunt consumere solet, cibi autem & potus ea quæ euacuata sunt explere. Alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicè: neutra ut sine altera ad ualetudinē per se sufficere possit, sed ut ita, quemadmodum dictū est, adhibita prope sola ac præcipuè ualetudinē bonam largiri et sustinere queant.

Sic athletici superuacui. Nam & intermissus propter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis, corpus affligit, & ea corpora quæ more eorū repleta sunt, celerrimè & senescunt & ægrotant.) Sunt athletæ ἀπὸ τοῦ ἄθλα, hoc est, à certamine appellati. Primumq; eo nomine soli palæstritæ, mox etiam pancratiastæ & pugiles, & omnes sacris certaminibus dediti eodē uocabulo censeri cœperunt: etsi Galenus pro *In hortat. ad*
re præsenti quam agit, ὡς ἄθλιοι, id est miseri sint, ita nominatos scribit. Nam *bon. art.*
certè quod ad bonā ualetudinem attinet, palàm est, nullū fuisse genus mortaliū, quàm athletarū, miserius. Principiò enim summè bona corporis uale- *Hippocr. 1.*
B tudo, quam isti summo studio affectabant, periculosa est. Deinde quū non *Aph. 2.*
satiari cibis, bona sit pars studij sanitatis, hi se contrà supra modum quotidie *Lib. 6. Epid.*
explebant. Præterea quum Hippocrates ad tuendam bonam ualetudinem imperarit, ut labores, cibi, potus, somnus, Venus, essent mediocria: hi è di- *Sexto Epid.*
uerso quotidie cùm immoderatè se laboribus exercebant, tum se improbè ingurgitabant, corporis obæsitatem magis, quàm uirtutis exercitationem *Galen. lib. de*
consectantes: adeò ut nonnunquam etiam uiolenter in mediam usque no- *Parue pilæ*
ctem corporis pasturam producerent. Vnde plerique sunt eousque in- *usu.*
crassati, uix ut respirare possent: plerique uerò, dum cæteri homines cubitu manè excitati, naturæ modum conseruantes ab opere demum reuerteren- *In hortat. ad*
tur, cibumq; requirerent, tum isti primùm è somno surgebant, suibus sanè *bon. art.*
perquàm simillimi: nisi quòd sues supra naturæ modulum nec edant, nec laborent. Postremò quanquam Hippocrates uehementer & repentè cor- *2. Aph. 51.*
pus explere, inanire, calefacere, refrigerare, aut quouis alio commouere pacto periculosum censet: propterea quòd quicquid demum nimium est, naturæ inimicum est: hi tamen ex aduerso omnia factitabant. Vnde sibi non tam bonam ualetudinem, quàm morbos accersebat. Quod ipsum sentiens *Libro de A-*
Hippocrates, inquit: Dispositio athletica non est secundum naturam: habi- *limento.*
tus sanus melior est in omnibus. Vbi ne habitum quidem, nedum naturalem, quæ firma & constans est affectio, istis tribuit senex ille sapientissimus:
C dispositionem duntaxat eorum ualetudinem appellans. Ad summum enim *Hippocr. 1.*
progressa bona ipsorū ualetudo, periculis imminentibus obnoxia est, et faci *Aph. 3.*
lè in diuersum mutabilis: quia accessionem maiorē non recipit, utpote quæ ad extremum deuenerit. In quo propterea quòd conquiescere & consistere non potest, in deterius ut retrò labatur necessarium est. Atque hæc donec athleticam etiamnū exercent, præmia illi consequebantur. Cæterùm ubi ab ijsdem exercitijs decessissent, multo iam peius etiam, multoq; miserius affligebantur. Alij enim statim emortui sunt, alij obmutuerunt, alij sensum om- *Gal ad Thra-*
nem motumq; amiserūt, dum nimia corporis mole naturalem calorem op- *sybul.*
primerent, aut spiritum intercluderent, aut dirupto uase sanguinem euomerent. Planè ut fit in plantis ac stirpibus quibusdam, quas pinguedine Theo *Libro 6. de*
phrastus & crassitie strangulari memorat, alij diutius quidem uitam trahe- *caus. stirp.*
bant ac producebant: at ne ipsi quidem temerè ad senectutem peruenerūt. *Galen. in hor-*
Et ut quidā peruenerint maximè, Litis tamen Homericis similes, claudi, ru *tat. ad bon. art.*
gosi, lusciosi, oculis orbi conspiciebantur. Oculi retrofugi, pituita oppleti, *Lib. de Par-*
uæ pilæ usu.

Lib. ad Thrasybul. dentes labefactati, membrorum compage distorti atque inualidi, specie corporis deformi ac fœda circũambulabãt. Robore nullo, nec ad res honestas, nec ad agriculturã, nec ad reip. administrationẽ aut defensionẽ idoneo. Talis fuit Epæus ille Homericus, strenuus quidem pugil, uerùm ad uitæ munia cætera uel belli, uel domi gerẽda ignauissimus. Talis Milo ille Crotoniates, dum lacertos sibi iam fractos nugaciter deploraret. Qualiũ idcirco hominũ & ars omnis, & corporis habitus damnaĩ. Praeclarè itaꝙ Plato athleticã illã gymnasticẽ graui quidem decoratã nomine scribit, sed fuisse artem flagitiosam, & ad omnia ciuilia negotia inutilem. Quũ enim ualetudo bona in mediocritate posita sit, gymnastice contrà ὑπὲ ἄκρον εὐεξίαν summamꝙ constitutionem omni & nixu & studio cõsectabatur. Solidam enim tumidamꝙ carnem, & grauẽ ac grãdem corporis molẽ, atꝙ summè obœsam nitidãꝙ, qua alios etiã deijcere ac supplantare posset, sibi cõparare cõtendebat, ἀναγκοφαγίας, ut Aristoteles appositè nominat, & coacta polyphagia, multaꝙ pastura

Lib. 1. Polit. Gal. lib. 1. de Aliment. & crassi & uiscidi cibi, haud tamẽ succi improbi, carniũ nempe suillarum, panumꝙ triticeorum, nec admodum exquisitè quidem coctorũ, neꝙ satis fermentatorum, colyphijsꝙ huc aspirantes. Quibus effectum est, ut ad omnes honestas actiones & functiones naturales inepti, ac summis periculis, paulo antè enumeratis, obnoxij homines redderentur. Longè diuersi ab eo optimæ ualetudinis statu in mediocritate quadam naturali sito, de quo suprà omnis nostra institutio est habita: qui quanto & maior (ut in rebus naturalibus fit omnibus) & plenior fuerit, tãto est optatior, ac laudabilior. Sicut athleticus siue gymnasticus è contrario (ut in rebus non naturalibus accidit) hoc est tum deterior, tum uitiosior, quo sit summo apici propinquior. B

Concubitus uerò neꝙ nimis cõcupiscendus, neꝙ nimis pertimescendus est. Rarus corpus excitat, frequens soluit.) Concubitus synochdechicõs, & Venus per metonymiã rem eandẽ castè significant, uiri cũ muliere cõgressum. Legitimo matrimonio cõiuncti, soli hũc nullo delicto exercere possunt. Maturè ac tempestiuè

Lib. de Ossib. soli, qui ætate florent, seminisꝙ uel copia, uel acredine multũ instiganĩ. Semen aũt ueluti fauus quidam ab utraꝙ uesicæ parte ab Hippocrate definiĩ.

Lib. 2. de Ortu anim. ca. 2. Galen. lib. 2. de Semine. Pythagoræ uerò ἀφρὸς ἦν τ͂ χρηστοτάτου αἵματος, id est, utilissimi sanguinis esse spuma. nam & Aristoteles spumæ semẽ assimilare nõ dubitauit. Ex quo etiã factũ est, ut è spuma Venus nata fingereĩ. Certè testes principia sunt uirtutis geniturã semenꝙ procreantis. Vis ea deinde per uasa spermatica seu seminaria in totũ corpus, & in solidas omnes partes trãsfunditur. Vnde fit, ut in toto quidẽ corpore semen genereĩ, generationi sanè adhuc ineptũ atꝙ imperfectum, solidis tamẽ & spermaticis partib. alendis accõmodatũ. Quibus q̃d superest, ad uasa seminaria & testes detruditur: ubi plenius elaboraĩ, & de-

Lib. de Sem. mum perficitur, aptũꝙ animantis creationi reddiĩ. Genitura, inquiĩ Hippocrates, prouenit ab omni humido q̃d in corpore existit: ita ut id quod robustissimũ est ac pinguissimũ, per dorsi spinã secernatur, perꝙ renes ac lumbos in testes deriuetur. Vnde fit, ut in usu Venereo paucula adeò re emissa, maximè oẽs debilitemur. Atꝙ idcirco nostri iam semen quartæ cõcoctionis excrementũ esse definiunt. At uerò, ut hoc nõ unius est formæ: ita nõ similiter omne cupiditatẽ atꝙ libidinẽ creat. Calidum siquidem et humidum blandè ac multũ ad libidinẽ inuitat. Calidum & siccũ acriter & uehementer irritat: at frigidum humidumꝙ languidè solaꝙ copia instigat. Frigidum uerò pariter ac siccum omnino frigidè, uixꝙ cõmouet. Qualis enim corporis, talis ferè testium: qualisꝙ testium, talis seminis: & qualis deniꝙ seminis, eiusmodi fœtus ratio consequitur. Effœminati itaꝙ & molles, & ocio crapulæꝙ dediti, ut toto corpore sunt imbecilliores: sic testibus magna ex parte frigidis, pariterꝙ uel aridis, uel humidis sunt prædití. Testes porrò simile sibi semen, frigidum simul & imbelle gignunt. Tali uerò è semine partus aut nullus, aut fœmininus, aut effœminatus ac mollis, depilisꝙ, ignauus, tristis, rusticè uerecundus, C

A recundus,iners,defes oritur. Non enim imbelles procreant aquilam columbæ. Frigidum itaq; femen neq; multum titillat, neq; masculum fortemq; partum edit. Contrà autem calidum, uel multitudine, uel acrimonia magnam libidinem prouocat: multitudine, si calor humori copioso iungitur. Calor enim sanguinē in semen cōmutat, humiditas cùm hanc mutationem iuuat, tum seminis resolutionē prohibet, alioqui à calore profecturā. Quocirca hi minimo incōmodo concubitū simul & exercent, & frequentant. Atq; adeò si calor & humor augeantur, non sine graui iam noxa & iactura ualetudinis ac uitæ à Venere abstinent. Diutius enim semen turgescēs, copiaq; aut acrimonia lacessens, si contineatur, primùm genitalium partiū uirtus moderando semini impar euadit, mox etiam succumbit. Cæterùm semen à rectore desertum, in prauam & putidam qualitatē protinus conuertitur, grauiusq; quàm ullus solet sanguis corrumpitur: qui tamen perniciosius in corpore q̄ alius quispiā humor cōputrescit, adeò ut deliquia animi ac dispnœas, uitæq; necem adferre soleat: nisi properè uel emendetur, uel è corpore eximat̄. At semen corruptum præter hæc eadem quæ sanguis putidus efficit, etiam capitis grauitatē, cibi fastidia, torporē, segniciem, mœstitiā, terrorē, syncopas, epilepsias, furorē atq; insaniā accersit. Cuius onere si releuet̄ corpus opportunè, non modò nihil superiorū accidit, uerumetiam iucundè, suauiter, hilariterq; cum summa omniū uirium alacritate erigitur. Maximè ergo hæc comitantur semen calidum atq; humidum, si non rectè atq; ita gubernetur, ut neq; nimium accumuletur, ut fit uitæ uictusq; temperantia, & rebus semen uel arefacientibus, uel extinguentibus: & tempestiuè ac pudicè excernatur. Calidum tamen atq; siccum semen multo omnium feruētissimo impetu in concubitum detrudit: deteriusq; superiore, si nimis coerceatur, corrūpitur. Vehementi siquidem morsu ac pruritu ex eius acrimonia & crassitie genitis, genitalium partium sensum titillat, pungit, stimulat. Vnde ruūt tales magna ui, & summa cum uoluptate in amplexum: superioresq; impetu uincunt, à quibus uicissim longè uincuntur frequentia. Voluptas enim in his magna est, at protinus seminis feruidi paucitate eiecta satiantur. Nec nisi longo temporis interuallo, acris illa libido recurrit. Quare superioribus quoque tum uiolentia nimia, tum crebritate magis offenduntur: quod siccitas in ipsis facit, paucitatis parens, & spirituum plurimorum resolutio. Nam quo maior est seminis acrimonia, hoc concubitum maior è titillatione sequitur delectatio. Et quo præstantior dulcior'que uoluptas, eo plus spirituum ex uniuerso corpore in partes obscœnas elicitur: qui unà cum semine atque eiectionis suauitate excidunt. Atque hinc statim languor ac debilitas omnium membrorum, maxime'que capitis ac cerebri, tanto molestior ac grauior comitatur, quanto plus spirituum & seminis corpori ereptum fuerit. Propterea quando calidum semen ac siccum omnium est & acerrimum, & paucissimum, eius excretione nimia maximopere uires imminui necesse est, præsertim quum tale & maiore ui erumpat, & sensum, qui in his tenerrimus est, acrius pungat. Quæ duo plurimum etiam conferunt, spiritibus plurimis simul euocandis. Vt igitur concubitus legitimi, iusti ac moderati ad ualetudinem prosperam magna uis est, & efficacia: sic immoderati ad contrariam summa uirtus est, & occasio. Nam semen in nimium uel frequenti, uel forti concubitu, non solum testium (quod oportebat) sed & quodcunque in uasis uniuersi corporis, præcipueq; capitis continebatur, euocatur & extrahitur. Vnde protinus mirum in modum corporis & elanguescit (ut paulo antè diximus) & exoluitur robur. Illud tantum hoc loco adiungam, ueluti semen frigidum ex imbelli corpore proficiscitur, quod modò docui, ideoq; languidum atq; infirmum fructū fermè producit: ita calidum omne, seu humidum simul, seu siccum, è corpore ualido ferè ac forti nascitur, & fructū fœtumq; robustum,

Gal. lib. 6. de Locis affect.

B

Galen. lib. de Semine.

C

Hipp. lib. de Semine.

 alacrem,

alacrem, uegetũ, animoſum, intrepidũ, paucis maſculum progignit. Fortes enim creantur fortibus & bonis. Quod etiam à ſapientiſsima antiquitate fabuloſo cõmento ſignificatũ eſt, quæ Veneri binos maritos aſsignauit: cœleſtem Martem, ac terreſtrem Vulcanũ. Cœleſtem bellorũ ac militiæ imperatorem fortiſsimũ, terreſtrem fabrilis artis & ignis ingenioſum magiſtrum, eundemq; claudum: Martem animoſum, fortẽ, uegetum, iuuenẽ, ſanguinis calidi humidiq; ac ſeminis plenũ, ſæpe multumq; concumbentẽ: Vulcanum induſtrium, artificem, prudentem, rarò & firmiter amplexantem, bilis calidæ & aridæ refertum. claudum tamen, claudus ſiquidẽ optimè uirũ agit: qd (ſi Ariſtoteli credimus) accidit, propterea q parum alimenti ob cruris uitiationem deorſum labitur, ſurſum continetur plurimum. unde & ſeminis maior copia exiſtit, ex quo item demũ ſalacitas maior ebullit. Sed ex hic ſatis ac facilè perſpici licet, quibus Venus minus, & quib. ſit magis pertimeſcenda. Et qui citra noxam, quiq; cum detrimento, quod ad cuiuſq; temperaturam attinet, prolibus operam dare, & quantam poterint. Alijs enim præter hæc obſeruationibus adhuc indiget, de quibus paulo infrà diſſeremus. A

Horatius.

Sect.10. Prob. 26. & Sect.4. Probl.32.

Cum autem frequens non numero ſit, ſed natura, ratione ætatis & corporis, ſcire licet, eum non inutilem eſſe, quem corporis neq; languor, neq; dolor ſequitur.) Calidis, humidisq; & ætate florentibus, atq; uerno tempore, & qui lautè ac uoluptariè uiuunt (ſatietatis enim ita Venus comes eſt, ut Africanæ oues bis in ſingulos annos ex ea ſolum parere exiſtimentur) quiq; concubitus illecebras experiri ſunt ſoliti, his inquam talibus minimè noxia Venus eſt, maximeq; omnium neceſſaria. Periculoſum ſiquidem eſt mirum in modũ, canem corium atq; inteſtina (quod aiunt) guſtaſſe. Nam ut mammæ ſi crebrò exugantur, plus lactis præbent: ſic Venere Veneris deſiderium prouocatur. Inutilis itaq; ex aduerſo Venus eſt, frigidis omnibus ac ſenibus, & iuſtam ætatem nondum adeptis. Deinde æſtate atq; autumno, & parcè ac ſobriè uiuentibus: & uel nunquam, uel rarò coitũ antè expertis. Nullis tamen æquè atq; ijs, qui exucco ſunt corpore, exitialis, præſertim etiam æſtate. B

Gal.2.Valet.

Hipp.lib. de Sterilit.

Ariſt.lib.10. Probl.

Hipp. lib. de Natur.fœt.

Gal.6.Val.

Idem interdiu peior eſt, noctu tutior: ita tamen, ſi neq; illum cibus, neq; hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur. Hæc firmis ſeruanda ſunt, cauendumq;, ne in ſecũda ualetudine aduerſæ præſidia conſumantur.) Democritus Venerẽ ac concubitũ paruum eſſe morbum comitialem dicebat. Eiuſdemq; iuxta Epicurum nullus uſus ſalutaris eſt. Reuera tamẽ confert interuallo repetita tam longo, ut exolutio uiriũ aut languor nõ ſentiatur: & ipſe qui utitur, ſeipſo leuior eſſe, faciliusq; ſpirare uideatur. Alioqui Venere ferè ſemper corpus etiam iuuenũ ualentium, aliquãto laxius, imbecillius, frigidius, aridiusq; redditur: nedum infirmorũ multo magis debilitetur, ubi firmorũ etiam ſoluitur & elangueſcit. Preparatoria itaq; refectio ac κατασκευαστικὴ his offenſis tollendis ac emendandis ex uſu erit: ut frictionibus preſsis, & balneis frigidis, ſi tempus permittit, corpus dẽfetur & roboretur. Et cibo utantur parciore atq; humidiore, neutiq; tamen frigidiore. Cæterùm tempus opportunũ Veneri tum eſt, cum corpus in ſtatu omnino medio eſt omniũ quæ foris circũſtant conſtitutum: nempe immodicę repletionis & uacuitatis, caloris & frigoris, ſiccitatis et humiditatis. Quòd ſi quis ab illa mediocritate aliquãdo aberrarit, leuis eſto error. Et in calefacto q refrigerato, pleno q uacuo, humectato q arefacto corpore, Veneris uſu plus proficitur, minusq; abuſu delinquitur. Nam ſi cõcumbat pleno quis uẽtre, aut cruditate alicubi deliteſcente, nõ ſecus ac in uehemẽti exercitatione fieri docuimus, cũ graui periculo cruditas in totũ corpus fundiť. Exerceri eñ Venus ſine magno motu uix poteſt, citra motionẽ certẽ nõ poteſt. Quare ſunt qui uitioſis humorib. aut crudis præditi, per coitũ uel horridi fiãt, uel flatib. impleanť. Quamobrẽ prius expectãda eſt prima ſimul et ſecunda cõcoctio, & abijciẽda alui ueſicæq; ſunt onera, q concumbať. Nõ tamen rurſus expectandũ, donec corpus inanitũ ſit. Fere eñ dũ uitãt ſtulti uitia, in cõtraria currunt. C

Gal.in arte medica.

Signa conducentis Veneris.

Lib.3.Val.

Post Venerem quid ſit facto opus.

Gal. in arte medic.

Tempus Veneri idoneũ

Hipp.6.Epid.

Hor.in Art.

A runt. Et in culpam ducit culpę fuga, si caret arte. Nam inanitio maximè post
longam inediam, aut exercitationē uires infirmat, quas deinde concubitus
prosternit. Immodicè item calido coitus, ne quis agitatione magis inflāme-
tur, periculū minitatur. Refrigerato, ne spiritibus ac calore effusis uehemen
tius refrigescat, maiorē metum obijcit. Nec humidis quidem satis tutus, ne Gal.6.Valet.
reliquus in corpore calor humore obruat. At aridos summè lædit, maximè
si frigus cōiungatur, calore spiritibusq; profusis. Coitus siquidem attenuat, Hipp.lib.2.
quod scribit Hippocrates, & humectat & calefacit. Calefacit quidē propter de Diæta.
laborem, humectat propter colliquationis reliquias præ labore excitatas,
(quod nimirum aliud non est quàm arefacere) attenuat propter euacuatio-
nem. Vetat itaq; idem primùm, ne uir concubiturus sit ebrius. atq; idipsum Lib.de Steri
in primis fugiendū quoq; admonet Plato. & causam quandā notauit Dioge lit. & lib.de
nes, ebriū iuuenē è parente ebrioso genitū, quum fortè obuiā fieret, pronun Superfœt.
cians. Deinde neu uinum album, sed fortius ac meracius bibat: neu calida Lib.5.de Leg.
lauetur, cauet. Verùm sanus, inquit, & robustus, uitatis cibis qui nō condu- Plutarch. in
cant, cum muliere à mēsibus præpurgata cōgrediatur. Tunc enim cōceptus Apoph.
feliciter prosperèq; suapte natura, ut cum Hippocrate testis est Aristoteles, Lib.6.Epid.
consequitur. Quanq; & donec menstrua promanant, certè quoad paulatim Lib.7.de Nat.
defluere incipiunt, pleręq; grauidatæ esse relinquuntur, alioq; tempore nul animal. Act.
B læ. Atq; ex his nunc liquidè cognoscitur, quantū Venus in alijs boni, quan
tumq; in alijs mali, si quis ea abutatur, adducere possit. Neq; enim omnibus,
neq; semper, neq; passim ex usu est. Rectè autem atq; uti decet usurpata ple Paulus lib.1.
nitudinem exhaurit, corpus agilius reddit, augmentū procurat, & uirile ma cap.35.
gis efficit. Præterea implicitam & perplexam mentē ac rationem explicat,
furorē mitigat, melancholicis opitulatur, modestiæ ac sapientiæ amissæ ho-
minem restituit, affectionibus è pituita natis efficaciter succurrit: id q̄d scri- Sexto Epid.
bit Hippocrates, & Aristoteles ea ratione confirmat, quòd feruor coeundi Sect.1. Pro-
calfaciat & exiccet, multumq; pituitæ detrahat. Quin & cibi, præter ea quæ blem.51.
dicta sunt, appetentiam erigit, & à uenereis insomnijsq; parum pudicis ho- Sect.4. Pro-
minem uindicat. Concubitus igitur opportuni & moderatè initi, tot tantaq; blem.18.
sunt commoda. Nam immodico, aut assiduo usu, aut tempore importuno Aetius Tet.1.
mirificè officit: præsertim si quis etiam neruos, aut pectus, aut renes, aut lum Ser.3. ex Ruf.
bos, aut coxendices, aut pedes deniq;, artus'ue debiles habeat. Omne siqui-
dem hominis robur per coitum debilitatur. Robur autem insitus, penitusq;
nobis inherens, calor est. Vnde adeò fieri cernimus, ut Veneris nimium stu
diosi, libidiniq; dediti, & malè concoquant, & pallidi fiant, & neq; uisu, ne-
que auditu, ne ullo prorsus sensu quicquam satis integrè percipiant. Atq;
nonnullis etiam oris graueolentia, & dentium dolores, ac gutturis inflam-
mationes oboriātur. Vt ne dicam interim fuisse quoq; multos, qui eius ab-
C usu, alij sanguinem expuerent, alij meierent. Quod fieri putant, qui rerum Alex. Aphr.
naturas causasq; perscrutantur, uel nimium in coitu uiolenta contentione, Probl. lib.2.
uel arteriarum uenarumq; pulmonis cum testibus communicatione. Atq; Arist. Sect.1.
iam ex his item intempestiui nimijq; concubitus quanta sit pernicies, intel-
ligi planè potest. Videorq; mihi iamdudum omnem hanc de concubitu ma
teriam, duntaxat pro meis uiribus, abundè explicasse: si hoc tantum addi-
dero, ante somnum'ne, an post eundem, Venus sit accommodatior. Hippo Lib.6.Epid.
crates enim & Galenus nouissimā probant. Paulus & Aetius ante somnū Lib.2.Val.
cōmendant ac prædicant, quoniā ad robur sic conducat, & quia frigiditates Lib.1.cap.36.
euenire solitæ minus accidāt, & quia mulier conceptū semen consequente Tetrab.3.
somno melius retinet. Quod equidem uerū arbitror, & omnino obtinendū:
nisi si quis in cœna plusculū se inuitarit, aut plenius se cibo distēderit, aut la-
bore, uigilia, balneo uires imminuerit. tum eñi à somno & cruditate & lassi-
tudine depulsa, & uirib. reparatis, q̄d suadet Hippocrates, tutius, plibus ope
ra dabitur. Quare & interdiu ob easdem causas, Venus minus exercet tutò.

Quod

Quod si tamen à prandio quis ardentius prurire cœperit, dum cibus desideat, et à cruditate nonnihil uindicetur, conquiescere conueniet: & somnus utiliter, saltem exiguus, quemadmodum & à cœna recta ac sobria, ante iustum somnũ, interponetur. Adeò cruditas ubiq;, certissima ualetudinis bonæ pernicies, & pessimarum ægrotationum parens, formidanda est. Quæ quum pauci hodie perspecta habent, paucioresq; obseruant: tum horũ uiolatione, tum earum præceptionum quæ de cibis atq; laboribus suprà infraq; traditæ sunt: mirum uideri non debet, tam paucos hodie consenescere, paucioresq; senectutem uegetam & Catonianam atq; à morbis immunem consequi, paucissimos uerò ætatem sine multis corporis molestijs agere. Quoniam si ea corpora, quæ ab ineunte ætate morbidam constitutionem sortita sunt, nulla aliunde accepta mali origine, perpetuò ægrè habent, planeq; ad senectutem nunquam perueniunt: aut si quando perueniant, uno saltẽ diuturno demum morbo laborant: an non obsecro ijsdem ipsis, qui sibi uel imbecilliorẽ, uel deteriorem ualetudinem illam, uitæ uictusq; incuria, atq; intemperantia comparauerint, tum nullam senectutem, tum calamitosam miseriæq; plenam uitam fore sperabimus? Maximè nimirũ, quum bona pars eorum qui inculpata alioqui & integra corporis ratione diu iam inde à prima natiuitate, atq; ipsis crepundijs fruuntur, uitiosa modò uictus institutione, dum aut in desidia uitam exigunt, aut nimium etiam laborant, aut in ciborum genere, copia'ue, aut tempore, aut ordine delinquunt, aut exercitio aliquo noxio detinentur, aut in somni modo, aut Veneris abusu falluntur, aut deniq; animi ægritudinibus ac curis parum necessarijs se macerant, uel assiduè ægrotare, uel certo anni tempore calamitosè degere, suo prorsus, nõ corporis ullo à natura dato uitio conspiciantur, contemptæq; medicinæ ac suæ imprudentiæ acerbissimas pœnas dare cernantur. Verùm hos nunc omittamus, & ad nostram rem reuertamur.

Gal. 6. Val.

A

B

Quæ stomacho imbecillis seruanda sint. Cap. II.

ET imbecillis stomacho (quo in numero magna pars urbanorum, omnesq; penè cupidi literarum sunt) obseruatio maior necessaria est, ut quod uel corporis, uel loci, uel studij ratio detrahit, cura restituat. Ex his igitur, qui bene concoxit, manè tutò surget: qui parum, quiescere debet, & si manè surgendi necessitas fuerit, redormire. Qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac neq; labori se, neque exercitationi, neque negotio credere. Qui crudum sine pręcordiorum dolore ructat, is ex interuallo aquam frigidam bibere, & se nihilominus cõtinere. Habitare uerò ædificio lucido, perflatum æstiuum, hybernum solem habente: cauere meridianũ solem, matutinum & uespertinum frigus, itemq; auras fluminum, atq; stagnorum: minimeq; nubilo cœlo, soli aperienti se committere, ne modò frigus, modò calor moueat. Quæ res maximè grauedines, distillationesq; concitat. Magis uerò grauibus locis ista seruanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt. Scire autem licet, integrũ corpus esse, cum quotidie manè urina alba, dein russa est. Illud concoquere, hoc cõcoxisse significat. Vbi experrectus est aliquis, paulum intermittere, deinde (nisi hyems est) fouere os multa aqua frigida debet, longis diebus meridiari potius ante cibum: sin minus, post eum, per hyemem potissimũ totis noctibus cõquiescere. Sin lucubrandum est, nõ post cibum id facere, sed post concoctionem.

C

A coctionem. Quem interdiu uel domestica, uel ciuilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod seruandum curationi corporis sui est. Prima autem eius curatio exercitatio est; quæ semper antecedere cibum debet, in eo qui minus laborauit, et bene concoxit amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit, remissior. Commodè uerò exercent, clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio. Atq; hæc nō utiq; plana commodior est. Siquidem melius ascensus quoque & descensus, cum quadam uarietate corpus moueat, nisi tamen id perquàm imbecillum est. Melior autem est sub diuo quàm in porticu: melior (si caput patitur) in sole, quàm in umbra: melior in umbra quam parietes aut uiridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest: melior recta quàm flexuosa. Exercitationis autem plerunque finis esse debet sudor, aut certè lassitudo, quæ citra fatigationē sit, idq; ipsum, modò minus, modò magis faciēdum est. Ac ne his quidem athletarū exemplo, uel certa esse lex, uel immodicus esse labor debet. Exercitationem rectè sequitur, modò unctio, uel in sole, uel

B ad ignem: modò balneum, sed in conclaui, quàm maximè & alto, & lucido, & spacioso. Ex his uerò neutrum sæpe fieri oportet, sed sæpius alterutrum pro corporis natura. Post hæc paulum cōquiescere opus est. Vbi ad cibū uentū est, nunquā utilis est nimia satietas. Sæpe etiā inutilis nimia abstinentia. Sæpe, si qua intemperantia subest, durior est in potione, quàm in esca. Cibus à salsamentis, oleribus, similibusq; rebus melius incipit. Tum caro assumenda est, quæ assa optima, aut elixa est. Condita omnia duabus de causis inutilia sunt: quoniam & plus propter dulcedinem assumitur, & quod modò par est, tamen ægrius concoquitur. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum ualet, palmulas pomaq; & similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones, quæ aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Vbi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quicquid assumpsit potione aquæ frigidæ includit, tum paulisper inuigilat, deinde bene dormit. Si

C quis interdiu se impleuit, post cibum neq; frigori, neq; æstui, neq; labori se debet committere. Neq; enim tam facile hæc inani corpore quàm repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis uitandus est.

ENARRATIO.

In primo capite uitam eorum erudiuit, qui optimam ac firmam corporis cōstitutionem, & in medio omnium temperationum positam, absolutamq; sanitatē, cum ea duntaxat latitudine, ut nec doleant usquā, nec in ullis uitæ munijs impediant, & neq; foris, neq; intus accepta occasione facilè deijciantur, possiderent: cuiusmodi solis adolescentibus ac iuuenibus simpliciter ac semper sanis inesse deprehenditur. Cum enim in hac ætate optima insit temperatio, tum ea ad ipsam solum pertinent, quæ de exercitijs, de lotionibus, de cibis capiendis, de concubitu usurpando sunt tradita: præsertim si sunt qui in ea constituuntur, suæ etiam spontis homines, & ab omnibus liberi negotijs. Id quod ex classicorum medicorum monumentis, sententijsq;,

quibus in explicando ubiq; sumus usi, facilè ac dilucidè intelligetur. Quanquam & illæ eædem præceptiones è re eorum esse poterunt, qui non longè ab optima illa idæa & eius libertate abscedunt, præcipuè si cautè prudenterq; & modicè ad usum conuertantur: quemadmodum & omnibus qui sani etiamnum dicuntur, aliquid similiter præsidij ferre poterunt. Nec enim puer concubitu uti poterit, neq; senex decrepitus rustico aut nautico labore frangi debebit. In agro ut sit, & quod in opere faciũdo, ut inquit Terentius, operæ consumeret suæ, ut sumat in suis hortandis, & aliquid ut unà paululũ agat, nihil prohibebit. Iam uerò duobus proximis capitibus eorum fingetur breuiter, atq; instituetur ualetudo, qui intemperie quidem aliqua sunt præditi: uerùm ita ut sit, eorum δυσκρασία ὑγιεινὴ, id est, intemperies salubris, non autem νοσώδης morbosáq; intelligatur, neq; multum ab optima illa forma discedere: quales uidelicet ut plurimum, atque magna ex parte ualere dicuntur. Licet interdum de capitis aut stomachi imbecillitate paulùm ijdem conquerantur. Aut certè etiam si optimo corporis genere à natiuitate sunt conditi prædítiq;, tamen liberi πάρεργοι & suæ spontis homines non sunt: sed uel urbanis rusticisq;, uel literatis illiteratis'ue negotijs uitam implicitam agunt: quo minus, quemadmodum oporteret, semper esse, bibere, exerceri, dormire queant. Quocirca hos uniuersos, quæ generatim, quoad fieri potest, facere deceat, quæq; omnibus ex æquo accommodari possint, secundo hoc capite Celsus complectitur: tertio mox, quæ speciatim cuique naturæ, ætati, corpori temporiq; conueniant ad ualetudinem retinendam, explanaturus. Galenus ab ipsis incunabulis ac teneris unguiculis ad extremam usq; uitæ ætatem atq; senectutem, quinq; libris perpetuis de tota ualetudine optimi corporis quàm copiosissimè scripsit: quorum Celsus iuuentutem solam multo breuissimè primo solo capite instituit, cæterasq; eiusdem corporis ætates summo silentio præterijt. Ac contrà quæ Celsus paulo fusius atq; enucleatius in finem usq; primi libri multis deinceps consequentibus capitibus tradidit, ea Galenus in unicum omnia coegit librum sextum ac nouissimum suum magna perspicuitate. Fortassis ut uerè dicas, uel de ijsdem fontibus hæc ambos hausisse: uel Galenum, ut passim Hippocratis, sic hoc in negotio prorsus enarratorem Celsi diuinitus datum esse. Quo nomine utterque nobis charior meritò haberi debet. Sed hęc de œconomia & serie huius doctrinæ dicta sufficiant. Id iam cognitu præterea necessariũ ducimus, geminam esse corporum intemperiem. Altera æqualis est atq; similis omnium in toto corpore partium, quum nulla in eo sit particula, quæ non uel ad calidiorem æquo habitudinem inclinetur, uel ad frigidiorem, uel ad sicciorem, uel humidiorem. Aut per συζυγίαν ac coniugationem, uel ad calidiorem pariter ac sicciorem, uel frigidiorem simul ac humidiorem concidant. Nam fieri non potest, simplex intemperatura diu per se ut duret. Aut enim quæ calida est siccitatem assumit, aut humorem si frigida est. Altera inæqualis dicitur, quum corporis organa atque instrumenta intemperiei genere non consentiunt. Vt si uentriculo frigido caput calidum imponatur: aut si iecur à dictis partibus, aut splene, aut renibus, aut alia quauis per intemperaturam dissideat. Verùm eorum sanè corporum quæ similem illam, prioremq; intemperiem sortita sunt, ea pessima esse constat, quæ eas ualidas & ingentes habent, ac potissimum frigidam simul & siccam: qualis omnino senectutis est habitudo. At quibus inæquabiliter se habent eędem partes, ut eorum numerare quidem uarietates facilè non sit: ita in quibus principes maximè partes contrarijs temperamentis afficiuntur, maximè morbis patent. Tolerabilioraq; sunt ea in quibus partes duntaxat ignobiles minimeq; principes diuerso modo affectæ sunt. De priore itaque genere omnis Celsi sermo per duo insequentia capita futurus est: deq; altero per omnia deinde consecutura. Quare summa istorum hęc est, Institutio ualetudinis corporum eorum quæ

A quæ ab optima illa nota nonnihil sunt inclinata, aut certè quorum uitæ forma negotijs & occupationibus libera non est.

Et imbecillis stomacho.) Stomachus hic pro uentriculo, aut eius orificio, quam ueteres καρδίαν appellauerunt, accipitur. Ex quo illi καρδιαλγίαν, & Plautus cordolium, stomachi, non cordis dolorem intelligit. Stomachus enim alioqui propriè eam partem quæ Aristoteli οἰσοφάγος dicitur, denotat: cum nempe omnem cannalem, à faucibus oris in uentriculum usque ad cibum potumque deriuandum pertinentem. Imbecillis autem ille qualibet reddi potest intemperie, siue sola, siue cum humoribus annexa. In ociosis tamen, aut literarum assiduis cultoribus, aut urbanis hominibus, & crapula nimis quàm crebrò utētibus, ferè est intemperies frigida, cùm sola, tum multo frequentius, cùm materia frigida quoque coniuncta. Ex qua βραδυπεψία, tardaque concoctio, & longa cruditas magna ex parte nascitur.

Quo in numero magna pars urbanorum.) Oppidani, partim deliciarum usu & crapula, partim ocio & uitæ nimia æqualitate, caloris natiui uires sibi intermori sinunt: eoque uentriculum ad concoquendum ineptiorem efficiunt.

Omnesque penè cupidi literarum sunt, obseruatio maior necessaria est.) Nimio literarum studiosi ocio, item & cessatione torpescunt atque diffluunt, & animi inquieta perpetuaque illa cogitatione corporum suorum robora minu-
B unt, ac spiritus uniuersi corporis ab officina concoctionis in cerebrum ac mentis arcem euocant. Quo nomine fit, ut & calor ille, uitæ & omnis boni author ac custos, multum imminuatur, & spiritus plurimi, quibus uita regitur, sine pari repatatione, absumantur. Vt ne dicam interim, quàm plerunque immoderatis uigilijs atque lucubrationibus corpus atterant, & pessimam sibi cruditatem accersant. Siquidem ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ τὸ σῶμα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιεῖ. id est, Vigilia uehemens cruditatem incoctionemque tum *Hipp. 2. Vict. acut.* ciborum, tum potionum efficit. Quin & esurie nonnunquam ac cibi paucitate, suum studiosi genium fraudantes, ualetudinem sæpe offendunt, corpúsque absumunt. Consumuntur enim, quod inquit Aristoteles, & qui *Sect. 1. Problem. 5.* esuriunt, quia nullum penitus capiunt alimentum: & qui uitiosè uescuntur, quia quod sumpserunt, eo perfrui nequeunt. Quamobrem quum uigilia per se, Hippocrate authore, appetentiam maiorem parere soleat: quid *Lib. 6. Epid.* quæso fieri, & quantum uires ac corpus tanquam exedi deterique existimabimus, cibo etiam pauco subueniente? Vigilia enim calorem à uisceribus in ambitum corporis elicit: calor deinde habitum corporis exhaurit, exhaustus à uicinis alimentum rapit, uicina tursus à sibi continuò propinquis suffurantur: donec & stomacho sua sibi esca eripiatur, ex quo suctio illa, quæ appetentia & fames dicitur animalis, consequitur. Nam cæterarum partium tractio atque egestas, quòd non percipiatur, non animalis iam,
C sed natutalis appellatur. Plurima itaque molli nimis uel intentum, uel immodicum studium corpori animoque adfert: præsertim quum sint etiam ingenio doctrinaque præstantes, spiritibus illustribus, qui facilè excidant & intereant, & caduco tenuique sanguine præditi. Nam magna, inquit Plinius, in *Lib. 11. capite 38.* sanguine uitalitatis portio est, qui emissus spiritum secum trahit. Animaliaque ea sunt fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus inest: at quibus nullus, hebetiora. Pinguissimus autem asinis, tenuissimus hominibus est. Quare non exiguam hinc *Alexand. Aphrod. lib. 1. Probl. 28.* proficisci culpam puto, cur docti & sapientes ferè indoctas & improbas stupidásque proles habeant: quòd semper aliquid illi animo agitent, cogitent, discant: adeò ut neque dum cibum capiunt, neque dum prolibus operam dant, à studiorum nixu & rationis commentatione uacent. Adde his illorum uigilias, parsimoniam, sanguinis ac spiritium tenuitatem. Verùm undecunque demum id fiat, certè iam olim in prouerbium abijsse noui-

mus, Heroum filij noxæ. Siue quòd ij, terum magnitudine quas cùm domi, A
tum militiæ gerunt: siue poculorum iam immanitate, & conuiuiorum com
messationumque luxuria, magis quàm literis hanc sibi noxam sæpe cōciliant.
Sunt enim duæ potissimum cùm totius generis humani, tum maximè no-
bilium & opulentiorum hominum pestes, ex quibus tanquam fontibus om
nes morbi, omniaque & animi & corporis uitia scaturiunt, desidia & luxuria.
Quæ ambo non solum prius in Græcia, deinde in Italia: sed etiam postea, ac
præcipuè in Belgica nostra, Germaniaque uniuersa, nimium propè omnes
afflixerunt. Adeò, ut & splendidam multorum doctrinam obscurarint, &
ingenia illustria extinxerint, nedum ualetudinē & spem ptolium plurimo-
rum corruperint.

Vt quod uel corporis.) Intemperies, & quæ intemperiem consequuntur, nempe habitudo & concrementum intelliguntur. Intemperies siquidem calida aliam, quàm frigida, curam requirit: & aliam humida quàm sicca postulat. Et habitudinem obœsam ac crassam alia ratione tueri decet, quàm gracilem & macilentam. Et cōcrementum corporis rarum, quàm densum, aliam industriam ac sapientiam deposcit: de quibus proximo capite plenius & enucleatius tractabimus.

Vel loci.) Vt maritimus aliud genus uitæ poscit quàm terrestris, & aliud campestris quàm montosus, & editus quàm humilis, & squalidus quàm pa B
lustris: aliud item Scytha quàm Græcus, Italus quàm Gallus, Germanus quàm Hispanus. Calida denique regio aliam diętam, aliosque mores quàm frigida, aliam austris quàm boreæ subiecta desiderat. De quibus pulchrè Hippocrates eo libro quem de Aëre, aquis & locis uulgò inscribunt. Quin & Herodotus quoque magna locorum discrimina esse ostendit, dum montanos asperos & inhumanos describit, littorales prædones & immanes, campestres molles atque humanos esse docet. Nam mollibus certè è regionibus ac locis, molles & animo & corpore nasci consentaneum est: asperosque & duros ex duris & asperis.

Vel studij ratio detrahit, cura restituat.) Ἐπιτήδευμα, hoc est, uitæ genus & conditio diuersa, diuersas uiuendi rationes expetit. Alio nanque pacto nautam quàm agricolam, alio ambos illos, quàm ciuilis uitæ aut literatæ cultorem, uitam instituere decet. Neque fullones, quòd ferrarij fabri, genus uiuendi tolerare possent. Quoniam in contrarium ubique excessum, quàm unde quisque læderetur, contendendum est. Id quod in genere, & in corporibus diuersis, & locis & studijs, & temperationibus, & ætatibus, & denique in omnibus quæ à mediocritate in alterutram partem uergunt, obtinere ac ualere debet.

Gal. in arte medica. *Ex his igitur, qui bene concoxit, manè tutò surget.*) Qui in uentriculo & in hepate ac uenis ab omni cruditate immunis est, is se cubitu tutò dimouet. Somnus C
autem & uigilia corpus ex necessitate afficiunt. Somni itaque deferendi, uigiliæque capessendæ tum, ubi quisque concoxerit, datur opportunitas. Non enim omnibus unus terminus, & circumscripta meta præcipi potest. Breuiori enim somno uacui quàm pleni, & iuuenes quàm pueri, & qui cholerici sunt aut melancholici, quàm qui pituita aut sanguine abundant, opus habent: Gal. 5. Val. præterquam si horum temperiem cōmutare libeat, qui tum siccis omnibus augeri, humidisque minui debet. Quamobrem etsi septem aut octo horarum spacium somnis legitimis & iustis præscribi solet, tamen sunt qui breuiori esse contenti possunt: ut senes, ut aridi, ut fame enecti, ut parum fatigati. sunt item qui longioris indigent: ut pueri, pleni, crudi, laboribus fracti. Optima igitur somni moderandi & dimetiendi ratio est, ut quisque concoctione plena ipsum definiat. Nam breuior non potest plenè percoquere, quin cruditates ullas relinquat, aut lassitudinem in corpote aliquam retineat,

A neat, aut spirituum copiam non satis magnā ad uitæ munia repetenda exercendaq; restauret. Productior uerò iam quàm breuior fortaſsis nihilominus est inutilis, quippe qui corpus atq; animum peſsimis & humoribus & uaporibus, non modò in cerebro, ſed etiā in omni reliquo corpore accumulatis ualde grauet. Ex quo tales & plurimū excreant, & ſenſus obtuſos præ ſe ferunt, & uel inuidia, uel amore uigiles torquent. Atq; pueros idcirco impuberes, ut inquit Varro, compertum est hebetiores fieri, ſi plurimo cibo nimioq; ſomno urerentur: animaduerſumq; eſt, ſæpius hinc elici tarditatem, & corpora eorum improcera fieri, minuſq; adoleſcere. Huc quoq; illud pertinet, ſomnum mortis eſſe fratrem, ut Heſiodus & Homerus ſcriptum reliquerunt, & Stygiæ paludis amatorem: in quo inſint, præter quietem, dira omnia: quæ niſi & ipſa modum teneat, non tam ſuauis eſt & blanda laſsis, quàm eam longius ſouentibus triſtis & calamitoſa. *Apud Gellium.* *Sabellicus.*

Qui parum, quieſcere debet.) Donec concoctio appareat, quies ineunda eſt. Nam ubi illa parū progreſſa eſt, longiore ſomno corpus adhuc egere ſignificatur. Confecta, & laſsitudinem uigiliarū pulſam, & ſpirituum, quanta ſit neceſſaria, reparationem factam denotat. Vigiliæ ſiquidem cùm calorē naturalem foras agunt, tum in ambientē aërem corpus clàm diſsipant. Senſus preterea uigiles, uigilumq; adeò operationes omnes, ſpirituum tantam uim

B abſumunt, quantæ ipſæ, & quàm diuturnæ extiterint. Ad hūc itaq; modum peruigiliam ex intimo corpore in artus, & ſenſuū organa, ſpiritus alliciuntur, agendoq; abſumuntur ac diſsipantur: nonnunq; etiam ſic incenduntur, ut ſecum & corpus debilitent, & magnopere exiccent, & demum in febrem quoq; conuertant. Naturamq; ab omni ſuo munere concoquendi, digerendi, nutriendi auocant: adeò ut cruditatem gigni in corpore & ſuccedere oporteat. Quod ut quàm minimè fiat, & ut uires quoad ſufficit reparentur, Deus ſomnum largitus eſt: offenſionum omnium, quas uigilia adfert, propulſatorem.

Et ſi manè ſurgendi neceſsitas fuerit, redormire.) Plenè conquieſcere præſtabilius foret. Sed quando neceſsitati ne dij quidem (ut dici ſolet) aduerſari aut repugnare poſſunt: & quia neceſsitas neq; ferias habet, neq; leges, parendum illi eſt. Minimè tamen reliqua ulla cruditate laborandum eſt, ſi quo pacto id quoq; deuitari poterit, & neceſsitate illa expleta, redormiendum: ut quod neceſsitas rectæ rationi detraxit, cura inſequente ſarciatur. Neceſsitatem autem hic grauem omnē urgentemq; cauſam, non abſolutam illam modò neceſsitatem, quæ nolentem uolentem rapit, intellige.

Qui non concoxit, ex toto conquieſcere.) Non concoxit, qui prorſus crudus eſt, & qui ingeſti cibi ſaporem neque in ore, neque in ructibus mutatum percipit: qui non ita dudum cibum aſſumpſit, qui grauitatem etiamnum in

C uentriculo experitur, qui tumorem in hypochondrijs nondum ſubſediſſe ſentit. Hic itaque talis, ne grauibus quidem cauſis, ſi modò ſuæ ualetudini ac ſaluti conſultum uolet, adduci facilè debet, ut ſe cubitu dimoueat: ſed prorſus quieſcere & dormire talem oportet. Concoquit enim ſomnus non ſolum quod in uentriculo, ſed etiam quod in uenis atque arterijs continetur. Sic Galenus quoq; omnes, qui cruditate magna laborant, quieſcere non noctu modò, ſed & totum ſequentem diem cum cibi abſtinentia iubet. Et ueſperi primùm ſorbitiunculam exiguam boni ſucci ac facilis concoctionis, poſt pinguem inunctionem, & ex temperato balneo lotionem ſumere præcipit. Inter hæc & uinum quoq; deguſtari, quod & ſemicocta perficiat, & cruda per lotium expellat, ſomnumq; concilíet, ſuadet. Quoniam ſomnus ac quies optimè quod planè corruptum eſt per ſudores & urinas eijciunt: & ſemicocta æquè perficiunt atque utilia reddunt. Quibus ita peractis, ſi fortè malum conſtiterit, ad conſuetudinem uitæ homo redu- *Galenus 1. Aph. 5.* *Lib. 4. Val.*

mo reducendus est. Sin in posterum etiam diem duret, de uiolentiore iam remedio, ut uel uena illi tundatur, si plethora & sanguinis copia laborat: uel pharmaco idoneo purgetur, si cacochymia atque humoris cuiuspiam prauitate infestatur, deliberandum est: præsertim si noctu etiam peruigilauerit, aut somniauerit, aut peius alioqui habuerit: quæ grauius aliquod periculum, nec sola quiete eximendum, minitari solent. Somnus enim (quod paulo antè docui) concoctioni humorum & uitium reparationi nuncupatus est. A

Lib.6.Epid. Vigilans, inquit Hippocrates, calidior circa exteriora, circaque interiora frigidior: at dormiens è contrario. Quòd quàm uerè dictum sit, uel hinc discas licebit. Quis enim obsecro per somnum non pluribus operimentis, quàm per uigilias, opus habet? Deinde quem inter dormiendum, quàm uigilandum, non magis spirare a ronchos interdum ducere cernas? Vt tacam cætera, quæ ad hæc confirmanda, & de somni utilitate superius dicta, huc accomodari possint. Quæ omnia uidelicet accidunt, caloris natiui inter dormiendum ad penetralia, uiscera que intima concessu.

Hipp.6. Epid. τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ ἔσω μᾶλλον φεύγει: id est, Sanguis in somno ad interna magis fugit: qui quo

1.Aph.14. calet magis, & quo somni sunt productiores, ut per uer ac hyemem fit, hoc pluri alimento corpus eget. Vt ergo somnus concoctionem iuuat atque

Secūdo Vict. acut. acuit, ita ipsam uigilia retūdit & obstupefacit: & quod inquit Hippocrates, saturos lædit: at somnus eum qui comederit excalfaciens humectat, alimen- B

Lib.3.de Natur. animal. cap.19. tum que per corpus diffundit. Adeò nanque dormientibus, quod scribit Aristoteles, cunctus sanguis partes corporis exteriores deserit, subitque interiores, ut adacto etiam cultello minus effluere queat.

Gal.lib.1.de Sympt.caus. & 2.de muscul.motu. Toto etenim quo dormitur tempore, animalis facultas interquiescere, ualidiusque naturalis agere percipitur. Cuius rei coniecturam ex eo facies, quòd illa si quando laborauerit, per somnum recreatur, robustiorque euadit. Certè satis ex hisce intelligitur, quàm aptè atque apposite, somnum animi esse in medium corpus quendam recessum, Plinius definiuerit.

Ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere.) Labor πόνος Græcè, exercitatio γυμνάσιον, negotium ἐπιτήδευμα dicitur. Labor est, quicquid robustè, magnóque uirium neruorum que omnium nixu operis fit. Exercitatio, quicquid sine opere, ualetudinis tantum causa, motionis uehementioris suscipirur. Negotium, studium quodcunque, & genus conditioque uitæ. Labor est, ut arare, fodere, ædificare. Exercitatio, ut cursu, disco, pila contendere. Negotium: ut magistratus est rempub. gerere, militis bellum, philosohpi sapientiam colere. Etsi nō raro hæ significationes etiam uiolantur, ut supra ostendimus.

Qui crudum sine præcordiorum dolore ructat, is ex interuallo aquam frigidam bibere, & se nihilominus continere.) Crudum quid sit, & quibus indicijs intelligatur, paulo antè docui. Absolutam siquidem coctionem, pulsamque cruditatem, C ex cibi tum copia, tum qualitate, tum tempore coniectamus: sed & è uentriculi uiribus, aut imbecillitate solita cognoscitur, præterea & è ructibus nullum uel escæ, uel potionis præteritæ nidorem referentibus, & è uentriculi tumore iam submisso, nouique alimenti congrua appetentia uel euidentissime percipitur. Præcordia uocat, quæ Græci hypochondria nominant: quanquam Plinius præcordiorum uoce diaphragma, seu septū transuersum, seu cinctum, quæ eandem rem omnia notant, quòd cordi tanquam prætensa sint, intelligit: quum sint hypochondria, quæcunque sub nothis costis atque septo transuerso ad umbilicum usque & uentris latera comprehenduntur. Crudum porrò ructat, qui non ita dudum assumpti cibi genuinum saporem, uel nihil, uel parum immutatum eructando sentit. At sine dolore ructat, qui præter ructus incommodum, neque morsum, neque grauitatem, neque distentionem ullam magnopere mole-

stam

A ſtam percipit. Cruditatis autem formæ tres ſunt præcipuæ. Vel enim nulla in cibo alteratio, nullaꝗ concoctionis ratio accidit, quę ἀπεψία nominatur. Vel alteratio mutatioꝗ facta eſt quædam, quæ ſi ad benignitatem alimenti paulùm ac lentè progreſſa eſt, βραδυπεψία dicitur. In priore enim nihil proficitur: hic ſerò quidem aliquid ac tardè, haud tamen malè. Nam malè ſi fit, res ipſa iam proprio caret nomine, & corruptelam alimenti cõtinet. De qua Celſus non hic loquitur, de duabus ſuperioribus formis tantum intelligendus. Sed hæc ructibus optimè diſtinguntur. Eſt enim cuiuſꝗ generis ſuus ac proprius. Ructus autem omnis, concoctricis facultatis in uentriculo uitium, quandamꝗ offenſionẽ notat. Summa enim cruditas, quam apepſiam uocauimus, eius omnino fit reſolutione: ex qua ructus inſipidus, & cibum prorſus aut potum aſſumptum reſipiens, naſcitur. Sin inchoata iam concoctio ſit ac bradipepſia, ructus ferè acidus, ſed ſine febri, ac ulla ſiti, ut etiam in ſuperiore fit, exiſtit. At uitiatam concoctionem ſubſequitur modò ſitis uehemens, modò hectica quædam & languida tenuiſꝗ febris, cum ructu putido, aut acri, aut nidoroſo, aut alterius qualitatis, quæ facilè uerbis explicari non poſſit, copulata. Hoc autem inter ſe ructus omnes nomine cõſentiunt: quòd è flatu atꝗ uaporoſo ſpiritu, quem è cibo aut humore imbecillis excitauit calor, generentur. Neque enim in ſummo fieri poteſt frigore, neque ex

B ingenti caliditate: quoniã illud nihil excitet, & hæc quantum excitat, etiam diſcutiat: niſi materia fortaſsis ſubſit ſuapte ui flatulenta, nempe aut craſſa ualde, aut uiſcida, aut liquida, admodum multa'que. Significat igitur ructus omnis ſtomachi quandam imbecillitatem. At è cibo recto, hoc eſt, neque craſſo, neque lento, neque nimium liquido, imbecillitatem tantum. Sin citra cibum rectum, tum uel craſsitiem lentoremꝗ, uel abundantiam ciborum humorum'ue prius congeſtorum, ſimul & imbecillitatem eius partis in qua naſcitur, deſignat. Quem facultas expultrix ſi ualet, & uiæ intus obſtructæ non ſunt, nec anguſtæ, expellit. Sin uerò debilis eſt, aut itinera impedita aut coacta ſunt, manet intus, & inflationem parit. Quæ ſi magna ſit, dolore afficit eum locum in quo continetur, diſtendendo: ſin mordax aut acris ſit, pungendo, rodendoꝗ. Ex quibus iam facilè cognoſcas, Celſum & de leuicula quadam cruditate, & è uini potione contracta, hic agere, quod uinum uel propter copiam comprehenſorum, uel continentis rei imbecillitatem, uel certè utraꝗ, crudum permanſerit. Quæ idcirco noxa ex interuallis abſorpta aqua, & quiete ſomnoꝗ interpoſito emendatur, aqua uini feruorem extingente: & quiete, quæ ſuprà multa diximus, commoda præſtante. Nam è ceruiſia, (quanquam hæc quoque multiplex eſt, nec ſimplici modò materia'ue conficitur,) aut è cibo potu'ue alioqui frigido atque craſſo collecta cruditas, aquæ ſorbitione minimè caſtigetur: ſed aromatis & ſyru-

C pis è menta, cidonijs'ue, aut uino abſinthite, aut aromatite, aut oxymelite, aut denique ſimili quapiam reemendatur atque indiget. Eam itaꝗ ob rem, quum nihil ſit quod perinde ad ſucci bonitatem conducat, atque proba in uentriculo concoctio, quòd ſecundam iecoris, ac tertiam uenarũ habituſꝗ corporis concoctionem ita promptius alimenta percipiãt: quumꝗ è diuerſo maxima ubique uis ſit ad morbos progignendos, tum etiam malos ſuccos procreandos, continuatæ cruditatis: ſiue ea boni ſucci, ſiue mali cibis ſuccedat, quanquam ſub malis omnino deterior eſt, diligens eius cautio adhibenda eſt. Quibuſcunꝗ igitur parum boni ſanguinis & cruditatis multum ineſt, ijs neque ſanguis mitti, neque aluus deijci, neꝗ exercitium, neꝗ motus, neque balneum permitti debet. Sed in omni quiete ſeruandi: dandaꝗ ipſis ſunt, quæ craſsitudinem crudorum diſſecent & conficiant: ut oxymel, ptiſana, aqua mulſa. Suſtinent enim hi optimè uictum tenuem. Et ſunt ijs ferè omnibus præcordia perpetuò turgida, inflataꝗ: & quicquid aſſumunt, facilè in flatus conuertitur: & totum quoꝗ corpus ferè ampliore mole,

Gal. lib. 3. de Sympt. cau.

Gal. de Euchy. & cacochy.

Ibidem.

Lib. 4. Val.

Lib. 12. Meth.

mole, quàm pro naturæ modo cernitur: tum color alijs quidem ad albidius, A
quàm pro naturali habitu, ac si inter cutem aqua laboraret, alijs ad liuidius,
aut nigrius mutatus est: omnibusq́; pulsus quàm pro caloris ratione minor
Aetius ex Philumeno. inest, & obscurus & inæqualis. At uerò si cruditas cum uentriculi quadam
uexatione copulatur, præsertim etiam ex uini recenti crapula concepta: id
reuomatur, tepida aqua copiosè ebibita, & in lecto quies agatur. Ac cyathis
duob. tribus'ue syncera pureq́; aquæ & frigidæ, quali stomachus, ut scribit
Lib. de Liquido. usu Hippocrates, delectatur, per interualla datis emendetur. Mox post uexatio
nis emendationem, cibus boni succi, & potus modici uini ac tenuis & dilu-
Aet. Tetrd. 1. Ser. 4. ti exhibeatur. Sin uerò quis uigil etiam præ cruditate manet, neque somnus
adrepit, hic erecto decubitu utatur. Iuuat enim is, si quicquam aliud, conco-
ctionem: immotusq́; ita permaneat, & eandem decubitus figuram conser-
uet. Nam assiduè huc illuc reuolui flatus parit, flatuumq́; materiam sursum
efferri cogit. Quod si post hæc etiamnum cruditas perseueret, ex mali cido-
nij condito cochlear sumat: & si assueuerit, frigidæ heminam exhauriat. Ce
lerrimè enim corroboratum uentriculi os, quæ in uentre supersunt, extur-
bat. Aut eo sanè regatur modo, quẽ suprà è Galeno produximus. Ventrem
interim nardino inungere, præcordiaq́; fouere, & pedes confricare memen
to: & postremò aluo exonerata lentè deambulare, atq; ita paulatim in pri-
Cap. 18. stinum redire statum. Serenus: Iam malè digestis, inquit, sic rapula sæuiat e- B
scis, Et piper & calida florem de rore marino Ebibe, seu salibus pipera adde
& tenue cuminum, Quæ coctis tinges epulis, & rapta uorabis. Verùm qui
neq; afflictionem ullam persentiscunt, neq; hypochondriorum tumorẽ at-
que distentionem, neq; uigilias insomnia'ue experiuntur, eos Celsi consilio
auscultare sufficiet, eoq; contentos cruditatem depellere.

Habitare uerò ædificio lucido.) Causæ salubres externæ, seu causæ nostri interi
Gal. in arte medic. tus extrinsecæ atq; necessariæ sunt, aër, cibus, potus, motus, quies, somnus,
uigilia, excretio, retentio, & animi motus ac perturbationes. Ab aëre am-
biente calescit, refrigeratur, exiccatur, humectatur, aut horum coniugijs af-
ficitur humanum corpus, aut à tota eius substantia immutatur: habet enim
Lib. 1. temp. aër diuersis locis atq; temporibus diuersas uirtutes ac qualitates. Aestas cali
da est & sicca, uer temperatum, autumnus inæqualis, hyems æstati contra-
Lib. 1. Val. ria: habet item corporis interdum nostri potestatem corrumpendi. Calida
siquidem & humida aëris cõstitutio putredinem spirituum atq; humorum,
& febres pestilentiamq́; producit: impurus quoq;, frigidus, immotus, tor-
pescens, ut in uallibus, antris, cryptis, primùm putrefit, mox corpora nostra
eadem contagione labefacit: eiusmodi est stagnorum, paludum, populo-
sam urbem præterlabentium fluminum, & quem barathrorum pestilens au
ra inficit, & in quo uel animal, uel fruges, uel legumina, uel olera, uel fimus,
uel linum maceratum computrescit. Contráq; lucidus, purus, tenuis, mode- C
ratus, liber, qui nec appulsu solis exarsit, nec abscessu obriguit, qui deniq; sa-
lutarem uentorum, maximè à septentrione, aut oriente, loco aprico, & me-
diocriter accliui, flatum recipit: hic inquam talis cùm uitiorum superiorum
omnium expers est, tum omnibus sine exceptione salutaris est: corporaq;
& spiritus moderatè atq; iucundè, & suo undiq; contactu & inspiratu, arte-
riarumq́; assiduo pulsu recreat. Balneæ enim, cibus, potus, uinum, exercita-
tio, quies, somnus, uigilia, Venus, nõ perinde, neq; ex æquo omnes afficiũt.
Aristot. Sect. 7. Probl. 14. Aër solus æqualiter omnibus uel salutaris, uel perniciosus est: nisi quòd ca-
lidior, frigidior, humidior, aut siccior, contrario modo affectis utilior est. Vt
putret itaq; facilè conclusus & immotus: ita in ipso & locis cauis atq; palu-
Sect. 7. Probl. 11. & 12. stribus qui commorantur, citius senescũt: quiq; in editis & apertis, & iugi
agitatione difflatis degunt, tardius senium experiuntur. Atq; idcirco etiam
Aristoteles palustribus in locis somnolentiores fieri & pallidiores existi-
mauit. In nauibus autem qui degerent, & locis excelsis, alacriores & colora-
tiores

A tiores reddi. Somnus enim frigore & humiditate contingit, & pallor nascitur: perspiratis locis & elatis, hilaritas corporis & animi producitur. Huc referas quæ Hippocrates de Scytharum habitudine prodidit. *Lib. de Aere aquis, & locis.*

Per flatum æstiuum.) Aestiui aëris calor ac æstus uentorũ perspiratu & frigore temperatur. Si enim in parietibus inuicem oppositis fenestræ sunt, altera̧ claudatur, per alteram neque multus, neq; uehemens uentus intromittitur: quando qui semel ingressus est manet, & successurum excludit. Sin undiq; fenestris patentibus liberetur, perpetuò alius alio subsequẽte expellitur, locumq; refrigerat, & à subita & imminente corruptela uindicat. *Alex. Aphr. lib. 1. Probl. 84.*

Hybernum solem habente.) Hoc sole hyemis & brumæ frigiditas mitigatur. Vt enim sub æstum ingentem, & umbram & uentum ac perflationem quærimus: ita brumæ diebus focum luculentum ac perennem, & solem postulamus. Ita enim & Cato æstate refrigerationẽ, & uicissim aut solem aut ignem hybernum sibi poscebat. *Cic. de Sen.*

Cauere meridianum solem, matutinum & uespertinum frigus.) Non solum hic Celsus dies inæquales, & qui autumni naturam referunt fugiendos esse, propterea quod ij sint & pestilentissimi, & ad morbos pessimos procreandos opportunissimi, suadet: quales quum modò calor, modò frigus urget, expectari monet Hippocrates: uerumetiam frigus matutinum quoduis pericu- *3. Aph. 4.*
B losum est, quo quis recens è calente lecto percellitur. Et uespertinum graue est, præsertim quod ab æstu meridiano excipitur. Quandoquidem repentinæ istæ commutationes magnopere semper rectè ualetudini incõmodant, præsertim si etiam autumno accidant: Dum pueris omnis pater & mater cu- *Horatius.*
la pallet, Dumq; aëre non certo corpora languor habet. Vt ne interim com- *Ouidius.*
memorem, tempore antelucano præcipuè frigus intendi, atq; adeò matutinum omne frigus acrius tristiusq; uideri, uel quòd longissimo tum tempore sol à terra abfuerit, nosq; è tepido stratorum fotu derepente prodeamus. Vel quòd ros ac pruina tum cadant. Vel quòd appetente die uenti nocturni maximè spirent. *Arist. Sect. 8. Probl. 13.*

Itemq; auras fluminum, atq; stagnorum.) Optimum in pulmones aërem trahere, omnibus iuxtà salutare est. Is quis sit, antè expositum est. Certè qui è fluminibus ac stagnis exhalat, parum unquam idoneus est. Non solum quia caliginosus & humidus, uerumetiam quia tum fluuiales aquæ, tum stagnales omnes malæ sunt, Nili aqua sola excepta, quæ omnibus una uirtutibus exornata est. Cæterorum fluminũ cõcoquitur malè, & siccat, & siticulosa est, præsertim si uitiosas etiã regiones perlabitur. Nam meliores fluuij sunt, qui per fontes perpetuos fluunt, & alijs fluuijs non permiscentur. Stagnalis uerò aqua propter cœnum lutumq; limosa ac grauis est. Ex quo fit, ut & pisces omnes fluuiatiles ac stagnales damnentur physicis: præcipueq; anguillæ & pi- *Gal. 1. Val. Lib. de Na. fœtus. Hipp. lib. de inter. affect.*
C sces capitati, ex quorum esu pulmonis exulcerationẽ plerisq; accidisse proditum est. Magnopere itaq; reprehendendi uidentur, qui bonitatem locorũ atq; ambulationum amœnitatem, aquarum propinquitate metiuntur. Murmur siquidem fontiũ, aquarumq; uapor & strepitus, suauiter quidem somno prouocando, fossasq; urbibus ac uillis muniendis: nõ æquè uerò ipsorũ aerem secundæ ualetudini cõferre, nisi cœlo fortassis æstiuo, Syrioq; ardente, iudicauerim. Illud autem non dicam, quia ab hoc loco paulo alienius est, ne Quintiliano quidem satis eorum probari studium, qui quo melius scribant aut dicant, in syluarum amœnitatẽ se abdunt, aut ad murmurantia flumina assident: ꝙ non tam animos talia excitent, quàm intentionẽ auocent. *Lib. 10. capite 3.*

Minimeq; nubilo cœlo, soli aperienti se committere, ne modò frigus, modò calor moueat.) Non egrediendum est in solem, quum is modò nubibus tegitur atq; occultatur, modò extra nubes emicat et explendescit. Vt fit ijs diebus quum neq; cœlum sudum est, aut serenitas perfecta: neq; caligo nubiumq; densitas tanta, ut toto die nihil solis appareat. Optimũ est siquidẽ uersari in aere lucido

& sereno, qualem superius descripsimus. Deinde cœlo toto nubibus contecto & æquali prodire tutius est, quàm impari, varióque. Melior quoque fortasse A
Cels. lib. 2. sis pluuius, quàm dispar & nubilosus: nisi cum tepore & caliditate ille eue-
Gal. 1. Temp. niat. Hic enim omnino damnandus est, præsertim si etiam diuturnus est. A-
deò uis magna est & pestilentia in repentina omni mutatione. Maximè nan-
In Præfat. que uarietas aeris, si quam non solum Celso, sed optimis quibusque medicis
fidem habemus, infestat. Ideoque perniciosissimus autumnus est: lętiferis cali-
di ignem spirant æstibus austri, & spirant quidem uiolentissimi, quod fieri
quidam putant tum caloris frigorisque quadã mititate: tum multo magis tem-
porum ipsa mutatione, quæ tempestates & uentos plurimos concitare so-
Lib. 2. Meteo. let. Nam αἱ μεταβολαί, inquit Aristoteles, πάντων ταραχώδεις διὰ τὴν ἀορισίαν
ἐισιν: quod paribus ferè uerbis uertit & expressit Pontanus. Turbat enim uer-
satque omnis mutantia rerum. Quare & ueris initio uenti sæpe truculentissi-
mi, iidemque magis boreales, sicut autumno australes, sæuire consueuerunt.
Perspicuè igitur intelligi licet, æqualitatem omnem non modò caloris & fri-
goris, sed etiam serenitatis & caliginositatis, quàm uarietatẽ maximè uehe-
Sect. 25. Pro- mentem citamque, tutiorem semper esse. Aristoteles cœlum nubilum, quàm
bl. 21. apertum & placidum, tepidius esse scribit. Celsus uerò Hippocratẽ potius
3. Aph. 4. et spectans, nubilo cœlo solem se aperientem improbat, ne modò frigus, mo-
lib. de Hum. dò calor moueat: frigus sole uidelicet contecto, sed tamen catachresticῶs B
pro minore calore frigus appellans. nam insigne atque ingens frigus, dunta-
xat quantum per boream hybernum fieri solet, nubiloso cœlo accidere rarò
uixque potest: sed tepiditas quædam potius. Calor autem ex sole apparente
proficiscitur. Id enim illi genuinum est, ut nunquã emicet, nisi cum quadam
caloris efficacia: quanquam borealium uentorum frigore nonnunquam is
ita superatur, ut nullus esse putetur.

Quæ res maximè grauedines destillationesque concitat.) Nubes caput humido aere
& uapore implent: sol etiam è nubibus haustam humiditatem per radios ac
Galenus 5. lumen corpori, & præsertim cerebro insinuat. Frigus humorem, tanquam è
Aph. 24. spongia compressa manu aquam, stringendo exprimit. Calor liquefacit &
Lib. 1. Febr. dissoluit. Cœlum nubilum, grauedinum & destillationũ materiam sugge-
Lib. 8. Met. rit: frigus calorque, quemadmodum modò diximus, illas iam tum offensiones
Lib. 6. Val. pariunt. Galenus aliàs binas tantum Celsi species memorat, aliàs tres è capi-
Libro 3. de te præcipuas fluxionum formas ostendit. Primam κατάῤῥοον siue κατάῤῥουν,
Sympt caus. Latinè defluxum & destillationem nominatam, ubi ad os & fauces humor
delabitur. Alterã, grauedinem siue κορύζαν dictam, dum ad nares decũbit hu-
Lib. 22. ca- mor. Tertiam βράγχον, Latinè raucedinem, Plinióque raucitatem dictam, ubi
pite 23. ad asperam arteriam aut pectus liquor destillat. Verùm Celsus magistrum
Hippocratem secutus, duabus formis ubique contentus est, grauedine nariũ,
5. Aph. 23. & destillatione in fauces arteriamque. Neque enim noster plura usquam nomi- C
Lib. de Glan na expressit: quæ Hippocrates plerisque in locis corizæ uocabulo & βράγχα
dib. & libro complexus est. Et si is etiam genera fluxionũ è capite alicubi septem enume-
de Locis in rat. Sanè Celsus κορύζαν grauedinis uoce bellè interpretatus est, quãuis ipse
homine. Hippocratem corizæ solo nomine omnes destillationũ formas significasse,
Lib. 4. alibi annotauerit: & idem grauedinem quoque à destillatione in nares discer-
Libro 2. tè planeque distinxerit. At βράγχον tum destillationem, tum periphrasticῶs
cap. 1. quicquid in faucibus mali contrahitur, uertisse uideatur: nisi Latinè potius,
Lib. 4. quum destillationes uocat, Græcorum κατασταγμοὺς penitus & omnino ex-
presserit. Alioqui enim, quod modò docui, βράγχον propriè raucitatem La-
tini nominant. Seruanda nobis igitur in tanta uocabulorum inconstantia
& perturbatione potissimum erit tripartita illa Galeni diuisio, cuius iam mo-
dò meminimus. Neque ignorantiæ propterea insimulandus Celsus, qui quũ
raucitatem atque βράγχον propriè dictam non ignorauit: tum alibi enucleatè
Lib. 4. tres illas Galeni formas, non nominibus eas quidem totidem ac proprijs
expressas,

A expressas, sed re ipsa designauit. Scribit enim, destillationem in nares leuem esse, et κορύζαν appellari. Aliquādo uerò fieri destillationem in fauces, quod peius est. Interdum in pulmonem, quod pessimum est. Neque enim profectò cæteri medici, etiam Greci, uocum illam quam posuimus differentiam numerumq́ perpetuò seruauerunt. Neque catarrhi uocabulum, si etymon spectes, magis in fauces destillationem, quàm quemlibet humoris, quauis in corporis parte defluxionem ac rheuma denotat. Quare Hippocrates, & Aetius quoq; è Galeni sententia, catarrhi nomine destillationem atque fluxum in pectus ac pulmonem consignificare non dubitant. Vocum idcirco ista ambiguitas tenenda obseruandaq́ est, sine qua sæpe errare nos & decipi ac labi contingeret: & publicus ille usus retinendus, ne perturbatè de rebus ipsis differatur. Magnum siquidem momentum ad rerum cognitionem, magnaq́ claritas in disputationibus, ex uocum dilucida & apta distinctione deprehenditur. *Lib. de Locis in homine.* *Lib. 6. Val.* *Galen. lib. 3. cap. 11. Simpl. & lib. 2. cap. 2.*

Magis uerò grauibus locis ista seruanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt.) Grauia loca sunt, putida, & insalubri aere conraminata. Quæ unde existant, partim suprà monstratum est, partim que infrà quum de pestis origine & caussis differemus, ostendetur. Illud monendum hîc non puto, seruanda pro obseruanda, κατ' ἀφαίρεσιν, cauendaq́ dictū esse. Pestilentiam uero nominat, acuti morbi grassationem, quæ multos eodem loco ac tempore corripit, & è uita abripit. Grauibus igitur locis, nisi quis & ædificio lucido, & perflatum æstiuum, hybernumq́ solem habente utatur, & caueat meridianos soles, ac matutina uespertinaq́ frigora, ut nec fluminum auras, nec stagnorum perceptet, facilè peste corripietur, duplici de nomine. Tum quòd loci grauitas non modò spiritus, uerumetiam humores magna impuritate & ueneno imbuat, unde hominem statim interire necesse sit: tum quòd illa alia, quæ iam enumerauimus, per se uehementer ualetudinem ac uires corrumpant, debilitentq́. Quibus mox ita fractis, per aeris inæqualitatem, corporeq́, quemadmodum iam diximus, impuro reddito, cùm aurarum, tum uictus etiam fortasis improbitate, quæuis iam occasio impuritatis accedens, satis magnam causam præbet pestilentiæ. Neque enim qui uiribus suis constant, & corporis mundicie præditi sunt, habentq́ humores neq; uictu insalubri neque intemperante inquinatos, facilè peste afflari solent: aut si quando corripiantur, facilè se eripiunt: nisi astrorum malignitate, aut Dei irascentis uoluntate uirus hoc increbrescat & grassetur. *Gal. in lib. 1. Epid.* B *Gal. lib. 1. Feb.*

Scire autem licet integrum corpus esse, quum quotidie manè urina alba, dein russa est. Illud concoquere, hoc concoxisse significat.) Parum fuerat nouisse, quòd qui concoxit, tutò surgere potest: qui non concoxit, quòd quiescere debeat: nisi quis id etiam sciat, unde concoctionis perfectæ indicia atque imperfectæ sumi C debeant. De quibus quia superius, quantum profectò sufficiat, dictum est, nihil hîc amplius addendum arbitror: nisi ut lectorem moneamus, satis à Celso impropriè traditum uideri, album urinę colorem, concoctionem iam præsentem significare. Omnimodam enim potius cruditatem, & uix bene inchoatam coctionem denotare putabitur. Præterquam si fortasis album, non iam pro aqueo, neque prorsus candido colore, qui cruditatis omnino index est, capi, sed pro pallido & leuiter etiamnum tincto existimemus. Nam si Galenus ruffum ac πυῤῥὸν pro liuente pallore usurpare non dubitauit, synecdochicôs ex uicino rem uicinam significans, cur non & album pro pallido, qui ab albo paulum progressus est, Celsus simili forma loquendi sumere posit? Præsertim quum Actuarius, qui ex professo & omnium accuratissimè hanc materiam explicasse creditur, dicere non sit ueritus: In coctione præsente, spiceus & albus color, & qui inter hosce medij sunt, apparent. Nam id nimirum in hoc genere perpetuum est, quòd quantum à summa cruditate concoctio procedit, quantūq́ calor efficaciæ osten- *In arte med.* *Lib. 1. de Vrina. iudicijs. cap. 12. & 13.*

dit, tantum urinæ color à mera albedine in ruborem nigroremq́; contendit. A Quæ urina prorsus albet, nulla cõcoctione adhuc contacta est. Quæ pallet, quod ὠχρὸν Græci uocant, minimũ quippiam concoctionis est adepta. Quæ porrò flaua est, quòd ξανθὸν Græcè dixeris, nostri etiam croceum nominãt, uberiorem coctionem iam continet. Quæ uerò ruffa est atq; aurea, ut appellat Actuarius, quod puro auro in colore similis sit, Græci πυῤῥὸν nuncupãt, medium fermè obtinet. Certè media inter pallidam ac flauam est, à quibus & ex æquo distat, & ex omnium est laudatissimis, neque minus, neq; plus quàm par sit concoctionis habentibus. Nam alioqui optimæ sanè ac mediocres sunt, quæ uel subruffæ, uel subflauæ conspiciuntur. Quare supra tres has formas, subruffam, ruffam ac subflauam, aut infrà quæcunque cernuntur, in uitio sunt, eo maiore, quo longius abscesserint. Quanquam interest haud minimum, quali rursus de corpore loquaris, obœso, an tenero, ocioso, an exercitato: utrum uigili'ne, an somnolento: utrum'ne uino, an ceruisia, & quali quantaq́;, an lactucis, an blitis, an allijs, an cæpis, carnibus'ne an piscibus, & qualibus ac quomodo apparatis enutrito: quando lotiũ omne ex leuissima re atq; occasione protinus sæpe immutari animaduertatur. Quare ut in medijs corporibus, quæ paulo antè diximus genera, subcroceum nempe, aut subaureum, optima censentur: sic in sanguineis non protinus eadem, sed tantum subaurea: in biliosis subcrocea, in pituitosis & melancholicis in alborem quendam uergentia sunt optatissima. Nihilq́; adeò est, cuius sit iudicium incertius, obscurius, inconstantius, si non uniuersas circumstantias, quæcunque accidere possunt, in numerato & perspectas habeas: eandemq́; urinam non semel modò, sed recentem senescentemq́; diligentissimè obserues: utrum tenuis'ne, an turbida sit, talisq́; permaneat: quid, quale, quantumq́; subsidat, & mediæ summæq́; innatet. Quamobrem meritò ridendi sint, & explodendi isti medici, qui ex ipsa protinus qualicunq́;, tanquam è tripode, aut è Sibyllinis folijs, impudentissimo ore, ac uultu plusquam meretricio, sexum, ætatem, patriam, mentem, agnatos, & totam corporis eius uiscerumq́;, unde adfertur, normam atq; cõstitutionem profari se posse, homines hominum omnium mendacissimi, mentiũtur. Quum nulla sit urina, de qua reuera uel tantillum certi, si quæ modò dixi aliaq́; similia ignores, pronunciari constanter, hoc an illud significet, queat. Et queat alioqui, si eadem cognoscas, firmi ex ipsa certiq́; nonnunquam haberi plurimum: præcipuè si non etiam solam, sed cum ipsa totum hominẽ foris & intus penitus & accuratè sis contemplatus. Vt neq; inspectio eius unquam deferenda sit: neque omne iudicium, ne dicam propè minimũ, cætera si negligas, ab ipsa petendum. Vt sint isti urinã solam perpetuò, quemadmodum Tantalus aquã, bibere dignissimi, qui ex ipsa uitæ iam summũ aucupium, dolo pessimo, & sceleratissima fraude instituunt. Fumo, inquit ille, pereat, qui fumos uendidit. Ego libens lotijs intereat dixerim, qui lotio deceperit. Sed longius à re C proposita iamdudum me euagari sentio. Quare ad propositum redeo.

Actu. lib. de Vrin. iudic.

B

Alexand. Seuerus apud Crinitum libro 18. de Turno.

Vbi experrectus est aliquis, paulum intermittere: deinde, nisi hyems est, fouere os multa aqua frigida debet.) Non est raptim è lecto, simulatq; quis expergiscitur, tanquam hoste imminente, exurgendum: sed paulatim id faciendum est, ne quid repentè noui obueniat. Debet igitur qui manè expergiscitur, sensim, oculis adhuc satis non explicatis, & etiamnum decumbendo, uigiliam primùm internis sensibus, & reliquo omni corpori comparare. Mox uigili toto corpore, tandem & oculos diducere, & se molliter erigere. Ac diligenter linteis palmisq́;, primùm brachia: deinde thoracem & uentrem, ac pedes, & omnium maximè dorsi spinam: postremò & caput & faciem, & ceruicem perfricare. Tepido loco, aut ad ignem, aut aere neutiquam frigido uestiri. Posthæc manus abluere, & aqua pura frigidaq́;, nisi hyems fuerit, quæ tepidum poscit, os fouere. Vt enim è lecto calentẽ, frigore statim percelli, pessimum est: sic

A est: sicut atque lotio & ad munditiem, & ad secundam ualetudinem, cumprimis ualet. Quando non temerè faucium inflammationibus atque noxis afficietur, qui & os accuratè abluit, & pituitam diligenter excreat. Postremò autē & caput pectine peruerratur: & oculi, aures, nares, quàm studiosissimè expurgentur. Sic enim futurum est, ut nō modò quisque minimum ægrotet: sed etiam alacriorem ad uigiliarum munia se referat.

Longis diebus meridiari, potius ante cibum: sin minus, post eum. Per hyemem potissimum totis noctibus conquiescere.) Longos dies uocat, artificiales & æstiuos: quum uidelicet noctes sunt breuissimæ. quod ferè de ijs omnibus intelligendum est, qui inter utrūque æquinoctium cōprehenduntur. Inter Martij diem decimū, & Septembris decimūtertium, maximeque per Iunium, Iulium & Augustum. Meridiari uerò est, de die, aut potius de meridie somnū capere: ut æstiuis ferè diebus minori cum offensione, propter noctium angustiam, fit. Tempus itaque somni capiēdi, quod scribit Paulus, omnino à cibo est opportunissimū. Sed meridiari haud omnibus expedit. Non enim ad plenam ciborum concoctionem tempus sufficit, quod ferè somno tunc impertimur. Quare interrupta coctione, qui à meridie expergiscuntur, sæpe acida eructatione infestantur, sæpius flatibus infarciūtur, & fluctuationibus plerique corripiuntur. Sæpissimè capitis grauitatem, oscitationes, pandiculationes, uertigines, de- *Libro 1, cap. 97.*

B nique ad epilepsias & apoplexias sibi pronitatem conciliant. Præterquam quòd nonnulli certis cautionibus adhibitis mitiora, ac minus illa periculosa sibi efficiunt: primùm consuetudine, & longo usu: deinde non protinus à cibo, neque capite demisso dormiendo: præterea uel somno plenius indulgendo, uel parum longo utendo: postremò non subitò ac raptim, sed paulatim uigiliam reuocando. Sunt qui ante cibū idcirco meridiari tutius existiment. Non enim tum superiora mala, uacuo uentre, & materia exhalationū non suppetente, obuenire: neque difficulter uerò somnum obrepere. Ex quo illud uulgò iactari solitum est, Esurienti uulpi somnus accidit, &, ὕπνος πεῖναν τὴν κακίσχατον δαμᾷ, id est, somnus domat famem malorum pessimum. Quæ etsi in aliam sententiam accommodari possunt, tamen è natura profluxerunt, & simplici sermone uerè dicuntur. Verùm hic obiter meminisse decet, Somnum ieiunos attenuare & frigefacere, corpusque exhaurire, & debilius efficere: nihilque esse quod perinde post matutinas deambulationes exiccet. Quare obœsis ita ex usu, minimè uerò emaciatis, exhaustis, aut gracilibus esse pōtest. Quocirca, ut ne quid peccetur, & ut Deum (quod dici solet) sequamur, quoad fieri potest: interdiu uigiletur, noctuque dormiatur æque sanis atque ægris. Quanquam manè ad tertiam diei partem dormire, quàm reliquo die, minus malum est. Sic enim olim tenebris somnum metiebantur: quum non aliud ex natura, aliud ex consuetudine fieret. Vnde & *Hipp. lib. 2. de Diæta.* *Lib. Prænot.* *Gal. in prænot. cōment.*

C hyeme plurimo utebantur cibo, non modò quòd summè tum corpora intus natura calescerent, uerumetiam quòd somni essent longissimi. Atque idcirco Aristoteles uoces animantium hyberno tempore grauiores fieri suspicatur, uel aeris tum crassitie, uel quòd plus dormiatur quàm uigiletur. Natura enim tenebras quieti, lucem uitæ munijs officijsque nuncupauit. An nō enim nox partim natura sua humiditate atque frigore, partim summo omnium rerum silentio & tranquillitate somnum imperare uidetur? Vnde & frigida nox, & alicubi humida, aptissimis è natura petitis epithetis, & tempus quo uniuersa silent, rectissima periphrasi nominari solet. Vt ne interim etiam dicam, quàm solo hoc tempore inita quies sit utilis: quæ cibum conficit, confectum digerit, dolores mitigat, lassitudines solatur, tensa relaxat, animi ægritudines obliuione abolet, mente captos restituit, alui onera abijcit. Aliaque plurima, quæ suprà enarrata sunt commoda satis ac super efficit. *Sect. 11. Problem. 17.* *Paul. lib. 1. cap. 97.*

Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem.) Lucubrare

est de noctis qualibet parte, ad lumen accensum aliquod opus moliri, ut ne- A
re, texere, studere. Hinc adeò alibi uespertinam, alibi matutinam lucubra-
tionem legimus. A' cibo autem, donec is subsederit, atque à cruditate uin-
dicetur, nihil est agendum, quo uel animus, uel corpus paulo uehementius
incitantusq; agitetur, neque legendum, neque scribendum, neque disputan-
dum, neque uoce contendendum, neque uerò cogitandum ulla de re at-
tentius: nedum lucubrandum, saltandum, currendum. Spiritus enim ple-
rique omnes, & calor, concoctionis & nutritionis soli opifices, cùm ex reli-
quo corpore, tum è uentriculo euocantur in eius semper partis præsidium,
quæ summopere in laborem incumbit: ut in pedes, cerebrum, thoracem, ar-
tus, si quid illis præcipuè fiat aut exerceatur. Quo fit, ut cruditas cumprimis
periculosa consequatur.

*Quem interdiu uel domestica, uel ciuilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod seruandum
curationi corporis sui est.*) Hactenus somni uigiliarumq; modum atq; rationem
quandam explanauit, & quantum cuique, & quando sit uel dormiendum,
uel cubitu surgendum, & quali præterea in aere quisque conuersari debeat,
aut non debeat, cùm omni tempore, rum maximè posteaquam è lecto con-
surrexerit, ostendit. Reliquũ omne tempus diei, cuiusq; & officijs & studijs
impendendum relinquens. Post quæ iam quid opus sit facto, in duabus il-
lis præcipuis bonæ ualetudinis partibus, quæ exercitijs & cibo cõtinentur, B
ad finem usq; huius capitis magna perspicuitate & singulari artificio prose-
quetur. Officia porrò quæ hoc loco uocat, superius studia & negotia nomi-
nauit: Græci κατορθώματα & ἐπιτηδεύματα appellant. Quæ tribus omnia ge-
neribus comprehenduntur. Vel enim politica sunt atq; ciuilia, quæ in admi-
nistranda republ. spectantur, & latissimè patent, & sunt splendore amplissi-
ma. Vel sunt domestica, seu œconomica, quæ in domo familiaq; regenda
cernuntur: & sunt politicis tanto contractiora, quanto sunt ijs quæ in tertio
genere ponũtur augustiora, quæ sanè ad singulas personas duntaxat accom
modantur. Quanquàm hoc tertium genus, sic cum utroq; superiorum con-
iungitur, ut neutrum illorum sine ipso per se sufficiat. Neq; enim domesti-
ca, neq; ciuilia officia rectè faciet, qui sui animi corporisq; curam & ualetu-
dinem neglexerit. Quare & utrosq; & domesticis & ciuilibus negotijs oc-
cupatos, aliquod tẽpus necesse est suæ ualetudini curandæ impartiri. Quo-
niam illa sic tractanda non sunt, nostri met ut in totum obliuiscamur. Sed est
corpori tantum studij diligentiæq; imponendum, ut grauioribus illis offi-
cijs faciat satis. Porrò quum Interdiu inquit, significat fortasis totum fuisse
diem in maioribus illis studijs detentos. Veteres siquidem sequẽdi sunt, qui
uel non prandebant in talibus officijs, uel prandebãt leuissimè. Cœnabant
uerò solum, aut certè multo quàm prandebant prolixius. Distentis enim ui-
sceribus cibo potuq;, ualde & animum & corpus lædit, quisquis ad ciuilia C
Lib.7.Meth. ac domestica negotia protinus reuertitur. Quocirca Galenus his cibum ac-
cepturis, priore loco leue aliquid, quo & concoquatur celerrimè, & aluo
prius eius excrementum abscedat, quàm nouus assumatur, consulit: & sub
quietem ac somnum, uacuo iam à priori stomacho, ualentius iubet. Quòd
id omnes athletæ sic faciant, ratione & longa experientia persuasi, id opti-
mum ita esse. Pręterquam si cui caput magna impuritate imbecillum est, aut
nocturnis uaporibus infestari solet. Cui tum homini tali, nec alij cuipiam,
cœna parcior, quàm prandium esse debet.

*Prima autem eius curatio, exercitatio est: quæ semper antecedere cibum debet, in eo qui
minus laborauit, & bene concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit, remis-
Lib.6.Val. sior.*) Sic item Galenus, ciuilibus aut domesticis negotijs antè detentos,
iubet aliquid temporis recidere, quo corpori & ualetudini inseruiant. E-
xistimat que neminem tam esse ocij & temporis inopem, ut non uel ue-
speri liceat lotione corpus recreare. Sed de ea Celsus infrà tractaturus est.

Nunc

A Nunc in quo summa & caput bonæ ualetudinis uersatur exercitatio est, quã cibus sequi debet. De ordine enim laboris & cibi hoc præceptum est: ne quis affirmari putet, hæc duo omnibus conuenire semper: sed id tantum, in quibus ambo expediunt, laborem debere antecedere. At id ita demum, ut exercitatio quoque nunc intelligatur, omnis cuique congruus motus, non uehemens ille tantum, cuius antè meminimus: & qualis siccis ac calidis hominibus nequaquam competit. πόνοι igitur σιτίων ἡγείσθωσαν: exercitium cibũ præcedat, quod scribit Hippocrates. Quæ profectò sententia digna sit, quæ in æs incisa, domi publicecꝫ in omnib. parietibus seruetur. Quo omnes tandem cognoscant, quantum sit mali positum in eo, dum alij ad cibum nullo antecedente exercitio quotidie reuertuntur: alij saturi, & crapula nonnunquam uinocꝫ distenti, ad cursus, choreas, pilas, saltus se conferunt: paucissimi tempestiuis aut idoneis exercitijs, quibus præcipuè sanitatẽ tueri liceat, utantur: intempestiuis uerò atcꝫ ineptis plericꝫ omnes. Propterea quisquis & uitam & suam ualetudinem diligit, ante cibum se pro sui corporis modulo exerceat: pariterꝫ meminerit, exercitationem, frictionem, balneum, fomenta calida, unctionem item calidam, iracundiam, excandescentiam, Venerem, denique quicquid succos in corpore submersos concitat, donec ulla cruditas subest, malum ac perniciosum esse. Sed ne quis hic erret, non temere exercitia adire decet: sed diligente cautione uirium ac cruditatis ubique conseruata. Primùm ut qui minus laborarit, & bene cõcoxerit, exerceatur uberius: ob id quòd & uires antecedentibus laboribus fractæ non sunt, & cruditas nulla officit, quin bene magnum exercitium calori naturali excitando, excrementiscꝫ corporis expurgandis, suscipiatur. Deinde ut qui fatigatus est & minus concoxit, remissius exerceatur, ob causas planè contrarias, quòd & uires negotijs præteritis sint debilitatæ, & cruditas sit quæpiam reliqua: quæ cùm quietem semper imperat, tum motionem omnem perpetuò repudiat. Tertium porrò huc genus & medium accõmodari potest: si quis minus laborauit pariter, & minus concoxit: qui cùm integritatis nomine exerceri potest, tum cruditatis causa non debet. Is ergo uel quiete, uel molli deambulatiuncula contentus, concoctionem expectet: atcꝫ ita mox exercitium demum aggrediatur. Sed & quartũ genus existere potest, si quis & bene concoxit, & est defatigatus. Huic omnino quiescendum, quippe cui negotij officijcꝫ ratio ac labor pro exercitio fuit.

Gal. 5. Val.

Lib. 6. Epid.

Gal. 4. Val.

B

Commodè uerò exercent, clara lectio.) Hippocrates, ut ne cibi uires exercitia ueunquam superent, studiosè cuicꝫ cauendum admonet. Nec enim, quiid satis cauerit, temerè ægrotabit. Cæterùm exercitia pro cuiuscꝫ ætate, pro habitu corporis, pro uitæ genere, pro ualetudine præsente, prudenter assumenda sunt. Neque enim passim omnia, necꝫ omnibus conueniunt. Sunt enim, quod suprà expositum est, formæ laborum & partitiones plurimæ. Celsus autem hoc in loco, non quidem omnia, sed quæ ad plurimos accommodari possunt, & sunt paratissima, commemorat. Sunt enim hic cupidis literarum, sunt ciuilibus hominibus, sunt denique omnibus ea proposita, quibus uel quaslibet, uel uniuersas corporis partes appositè cieant & corroborent. Lectione & armis partes supernas, thoracem nempe & thorace comprehensas: cursu & ambulatione infernas, infernis que coniunctas, pila denique uniuersas. Supernas uerò, lectio clementius, arma robustius exercent. Infernas cursus acrius & contentius, ambulatio remissius mitius que agitat. Medias, & uentrem uentreꝗ abditas, omnia singulari quodam præsidio adiuuant. Est porrò clara lectio, explanata & expressa uocis ac sermonis exercitatio. Cum qua propè consentit uociferatio, quæ exercitium pectoris est, & instrumentorum uocalium, & insuper caloris naturalis fortius: purgans, attenuans, roborans, corporis que partes solidas ac robustas, ut non facilè malis affectionibus impetantur, efficiens. Et quan-

Lib. de Vete ri med. & li bro de Locis in homine.

C

Aet. Tetr. 1. Ser. 3.

Hipp. lib. 2. de Dieta. Paul. lib. 1. cap. 19. Et quanquam uocis iam labores, ut sunt lectio, sermo, cãtus, uociferatio, animam omnes mouent, mouendoq; exiccant, & calefaciunt, humoresq; consumunt: minimè tamen omnium ad secundæ ualetudinis tutelam facit plausibilis illa & concinna, iucundaq; uocum sermonisq; modulatio. Vocis autem claræ ac grauioris sonitus, tantopere conducit, ut iugi eum exercitatione usurpare conducat. A

Gal. 5. Val. Ea quippe ratione plurima uis aeris in corpus perrespiratione attracta, cumprimis thoracem ingente utilitate: deinde uentriculum, & aluum, totiusq; corporis meatus expandit, lateq; diducit & patefacit. Quapropter inter legendum clarè, superflui humores identidem excernuntur. Legentibus quidem contentius, frequenter etiam per sudores. Iis autem qui mansuetius uocem intendunt, per abditam saltem & obscurã uniuersæ molis exhalationem. Fitq; præterea excreando, & quidem in prioribus potissimum, per attenuationem, plurium retrimentorum, nempe sputi, mucci, pituitæ, è pulmone, è thorace, è uentriculo, è capite deniq; excretio. Nonnunquam etiam & algentes particulæ sedula hac respirandi functione recalefiunt, tum corporis tota mole remissa, tum carne liquefacta, tum reliquis spirandi instrumentis in idoneam raritatem, per grauiorum uocum illam quam modò diximus modulationem, diductis. Præterea quàm anhelosis, & doloribus pectoris dorsiq; diuturnis, & raucitati humidæ, & uentriculi per quartanas humoribus subueniat, quantaq; hos ope subleuet. Quæ therapeutices magis quàm huius loci propria sunt. Verum huc illud nõ pa- B

Paulus & Aetius. tum meminisse cõferet, si quis & tutò omnino, & ueterũ ex præscripto agere uolet, non temerè officium hoc claræ lectionis aut cantus ab omnibus usurpari debere, nisi primùm corpore à prauis corruptisq; humoribus exorte: deinde stomacho magnis atq; euidentibus cruditatibus carente: postremò & capite bene firmo atq; ualido. Impuris nanq; corporibus, atq; imbecilli cerebro maiorem in modum officit. Ea idcirco usurus, & hæc pertimescat, & cibum ut ne protinus sequatur, neu per cruditatem magnam usurpetur, apprimè caueat. Ac manè dũtaxat, aluo prius exonerata, & externis partibus moderatè confrictis, placideq; facie ante elota, simulatq; loquẽdo deambulandoq; se pauxillum præparauerit, ad claræ elatæq; uocis atq; orationis exercitium accingatur. Id enim ita usurparunt & factitarũt ueteres: quî, dici non potest, quàm fuerint circumspecti in omnibus exercitijs, atq; prudentes. Certè in ualetudine tuenda, quod multis iam locis ostendimus, infinitis fuerunt, quàm nos nũc sumus, partibus magis industrij, ac diligentiores. Conuiuia, non tam ciborum pompa, aut poculorum splendore & ma-

Gale. lib. 1. Meth. Cicero primo Tuscul. Val. lib 2. Arist. Sect. 11. Proble. 22. & 46. gnificentia, quàm testudine aut lyra, quę ignorasse turpe fuit, & sermone uario, docto, iucũdo de sapientia, de naturæ causis, de honestis officijs, de maiorum uirtutibus placidè & amicè agitabant. Non rixis, non contentionibus, non poculis decertabant. Vocem ieiuni & manè exercebant, non ignorantes post æstum, post cibum, post uinolentiam clamore uocem corrumpi, & feruidis spiritibus arteriam exasperari. Nos omnino contrà meras nũc nugas agimus, & quasi uitæ bellum denunciamus omnes. Crudi atq; saturi, clauo demum per pocula linguæ pudoriq; detracto, contendimus, disputamus, canimus, clamamus, bacchamur. Hinc choreas, Venerem, pilas accersimus. Nec in his interdũ à poculis bellarijsq; nouis aut cantibus & bacchatione abstinemus, quibus mox & cœnam nihilo continentiorem modestioremq; sæpe affundimus. Ieiuni uerò ocium ac quietem, ne quid dicã deterius, agimus. Et interim nos ægrè ualere, & non iuuari medicis conquerimur. Opem ualetudini poscimus, cui tot modis omniq; nixu necem & interitum accersimus: nosmet iugulamus, & salutẽ aliunde imploramus: quos qui seruat, idem facit occidenti. Sed Celsum enarrandum, non mores reprehendendos suscepimus. C

Arma.) Hoplomachiam quam Græci uocant, intelligit: dimicationem uidelicet,

A uidelicet, & exercitationem in armis: quum armis militaribus induti, & scu
to gladioq; tanquam ad ueras ac legitimas pugnas erudiuntur atq; exercen
tur. Sic enim exerceri ὁπλομαχεῖν Græci nominant: & ὁπλομαχικὸς Galenus,
qui sic sub armis umbratili pugna dimicarent. Quo genere exercitij robustę
uires instruebantur. Nam & dimicationis atq; pugnæ ratione, & armorum
pondere grauatos ualidè exerceri necesse fuit. Leuius non paulo fuerit sine
armis confligere, aut dimicare, aut luctari. Grauissimum, armis indutos sal-
tare, quam saltationem Pyrrhicham appellauerunt.

Pila.) Græci σφαίραν dicunt, à rotunditate. eius Pythus inuentor creditur:
qua qui utitur & delectatur, σφαιριστὴς uocatur: & σφαιριστικός, qui se illa exer-
cere instituit. Galenus magnam & paruam refert, paruęq; laudes singulari
libello ornare dignatus est. Maioris olim triplex habebatur differentia. Pri-
mam paganicam appellauerũt, fortassis quòd in pagis illius præcipuè usus
extiterit. de qua Martialis, Hæc quæ difficilis turget paganica pluma, Folle *Lib.6.*
minus laxa est, & minus arcta pila. Plumis siquidem infarciebatur. Altera
maior aliquanto quàm illa fuit, sphenida & harpastũ nominata, quòd à mul
tis nullo ordine & discrimine raperetur: ut qui corriperet, solus in tectũ mit
tendi ius haberet, & errore ab excutiente commisso, succederet. ea è pannis
aut pellibus tomento infarctis construebatur: cuiusmodi uulgò pueris no-
B stris, propter mollitiem in frequenti usu reperitur. Maxima follis erat, & κω-
ρυκὸς Græcè appellatur, etsi Galenus corycum à pilarum numero exclude-
re uidetur. Vtut est, tamen cæteri pro pila meritò ac uerè ducunt. Fit è pelle,
flatu uentoq; referta, uti uesicas inflari & uento distendi uidemus: quæ ut
omniũ est amplissima & leuissima, sic imbecillibus hominibus, quo luden-
do minus fatigentur, est nuncupata. Quòd & Martialis his uerbis significa-
uit: Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros lude-
re, folle senes. Nũc delicatis & ociosis tum negotiatoribus, tum aulicis in de
licijs est. Pugno, non palma, ut cæteræ, feritur. Vnde & pugillatorius follis
Plauto dicitur. Contra has omnes parua κατ᾽ ἐξοχὴν, atq; per excellentiam
sola pila simpliciter nominata est, quod ex Martialis authoritate sententiaq;
de paganica clarè & dilucidè intelligitur. Eadem tamen trigonalis & trigon
olim uocitata est, quòd ea in triangulis locis ac ludis, qui nostris iam qua-
dranguli construuntur, uterentur. Eiusmodi nostra illa dura est, qua in pu-
blicis nũc passim ludis luditur. De qua Martialis: Si me nobilibus scis ex- *Lib.6.Epig.*
pulsare sinistris, Sum tua: si nescis, rustice redde pilam. Pulchrum enim habe
batur, dextra læuaq; perinde posse excipere. Nostri nunc sæpe pro manu u-
traq; reticulo feriunt. Huius in omnibus exercitijs meritò prima laus & uir-
tus credita est. Nam & animum summa cum delectatione, & corpus exerce *Summa libri*
re potest, & est paratu facillima. Ac omnibus seu priuatim, seu publicè occu *Gal. de par*
C patis, seu iuuenibus ac robustis, seu senibus debilibusq;, ad uehementer, ce- *uæ pilæ usu.*
leriter, tardè, clementer, uel uniuersas, uel certas & quaslibet partes exercen
das accommodatissima. Quas omnes sanè uirtutes ac commoditates, in nul
lo alio exercitiorum genere tot ac tantas inesse inuenias: ut sit hæc pila suo
merito omnibus alijs exercitijs longè anteponenda.

Cursus.) Cursorum alij stadiodromi fuerunt, qui stadium percurrebant:
alij diaulodromi, qui quum ad metã peruenissent, raptim ad carceres cur-
sum reflectebant: alij dolichodromi, qui sexies stadium percurrebant. Di-
aulos enim certus currendi circumactus, ut dolichos cursus lõgissimus fuit.
Sed hæc genera usurpari desiuerunt. Illa uetusta quoq; sunt, & paulo modò *Hipp lib.2.*
propius ad rem pertinent, quę refert Hippocrates: cursum longum, curuũ, *de Diæta.*
sensim factum calfacere quidem, & carnem diffundere, uerùm corpora tar-
diora & crassiora reddere, & multa comedentibus, & hyeme potius quàm
æstate ex usu esse, qui idem magis sub ueste calefacit atq; humectat. Recti
uerò carnem quidem minus colliquant: attamen magis attenuant. Circu-

Sect. 5. Problem. 8. lares minimè diffundunt carnem, maximeq; extenuant. Aristoteles uelocius cursum impelli manus obtorquendo tanquam remigijs aut alis, quam ijsdem quietis: & difficilius manũ in brachium torqueri, quàm pōdere aliquo libratum, ostendit: cursuq; animantium capita, ut ambulatione pedes citius Probl. 9. lædi. Velox enim motus cum uires intendit, & spiritum retinet, caput & capitis uenas implet atq; inflat: ambulatio lento motu reliqui corporis excre- Lib. de Parue pilæ usu. menta in pedes deducit. Galenus autem: Nimium, inquit, quod est, laudo nunquam: omnemq; qua exercemur artem, moderatā esse uolo. Nam modum quæ excedit, iam bona esse desinit. Qua ratione neq; cursus ipse commendo, ut qui nimium extenuent habitum corporis, & nihil habeant in se uirilis exercitationis. Hæc ille.

Ambulatio.) Etsi de ea propriè dici uidetur, quæ in orbem atque ambitum fit: de omni tamen pedum itione intelligitur. Ea sanè ex leuissimis est exercitiorum generibus. Debilibus passim in Hippocrate & ægris imperata, & pransis cœnatisq; etiam à Galeno, si lenta sit, permissa: habet tamen multas Hipp. lib. 2. de Dieta. differentias, quibus uel molestior, uel leuior reddatur. A' cœna & aluum & uentrem siccat, & corpus replet: matutina attenuat, & partes circa caput lenes & agiles ac promptas reddit, aluum soluit, flatus discutit: exercitationes & sputa, & emunctiones promouet. Exercitia si sequatur, corpora pura Sect. 5. Prob. 10. 26. 30. reddit & attenuat citra carnis colliquationem. Aristoteles causam reddit, B cur ambulare q̃ currere facilius sit. Et cur fœmora, præsertim media, quàm tibiæ, magis fatigentur. Nobis id iam indicasse solum, satis est.

Atq; hæc non utiq; plana, commodior est. Siquidem melius ascensus quoq; & descensus, cum uarietate quadam corpus moueat, nisi tamen id per quàm imbecillum est.) Planam uocat ambulationẽ, quæ plano & æquali campestriq; fit loco, nullis uallibus, nul- Sect. 5. Probl. 19. & 23. lis collibus inflexo. Aristoteles, æqualibus, quàm inæqualibus locis magis nos fatigari iudicat: quòd his minus laboris subsit, quum motus nō semper eodem habitu geritur. Verùm citius tamen iter nos æquale quàm inæquale conficere, quòd æquale magis secundum naturam sit, quum parcè & crebrò ponunt & attolluntur gressus: inæquale uerò ui magis & difficultate qua- Probl. 1. dam exequamur, magno nixu & rarò corpus attollentes. Prolixas tamen ambulationes rursus per plana laboriosiores esse, quàm inæquales: etsi breues contrà leuiores esse cōmonstrat. Nam mēbra perinde multo atque uehemente motu fatigantur. Vehemens porrò est in locis inæqualibus, multus in continentibus. In inæqualibus ipsa mutatio aliquam requiem interponit, nec longam esse sinit. In planis, habitus, similitudo & motionis paritas nec interpellat, nec quietem ullam interserit. At uerò iam si breuis est, nimia facilè esse, & fatigare non potest. In accliuibus autem decliuibusq; corpus modò sursum, modò deorsum uexando, ut defatigetur necesse est. Quare & Celsus ascensu et descēsu corpus melius, hoc est, fortius robustiusq; moueri C Libro 1. cap. 17. atq; exerceri rectè præcipit. Nam & Paulus quoque Galenum, ut solet, secutus, inter ualidas atq; uiolentas exercitationes accliuem ambulationẽ, cursum uerò inter citas sine robore & uiolentia recenset. Accliui enim deambu Lib. 2. Val. latione attolluntur, inquit Galenus, & uelut onus sustinentur ab ijs quæ pri Sect. 5. Probl. 29. et 24. mùm mouentur, reliqua corporis membra. Aristoteles solerter, ascensu magis genua, descensu femora & coxas laborare, animaduertit. Nam ut genua secundum naturam antrorsum flectendo cōcedunt, femoraq; & coxendices retrorsum: ita in accliui ascensu illa contra naturam retrò ad corpus sustinendum firmandumq; torquentur. In procliui uerò descensu hæc antrorsum coguntur, quo corpus pronum atq; propensum deferant.

Melior autẽ est sub diuo, quàm in porticu: melior, si caput patitur, in sole, quàm in umbra: melior in umbra quam parietes, aut uiridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest: melior recta, quàm Tetr. 1. Ser. 3. *flexuosa.*) Aetius omnem exercitationem salubri & illustri loco suscipi iubet: nec eius obscura ratio est. Aeris enim præsentis & corpus ambiẽtis magna, quod

A quod ſuprà declarauimus, ubiq; uis eſt, & ad ſpiritus & ad animos commutandos. Auſtrinus ſenſus omnes obtũdit & grauat, borealis illuſtrat leuatq́;, ſplendidus animum exhilarat, obſcurus contriſtat. Purus puriores ſpiritus, lætitioresq́; amœnus: impurus contrarios, & inamœnus mœſtiores efficit. Sub diuo ſereno purgatior ac ſalubrior, ſub porticu craſsior grauiorq́; ſpirat. Cœlo rurſus ſereno, et qui ſol e colluſtratur, quàm qui umbra tenebreſcit atq; obſcuratur, tãto ſemper eſt magis ſalutaris, quãto habetur ſplendidior: niſi tamẽ ariditas caliditasq́; totius corporis, uel capitis imbecillitas huic obſtiterit. Sol enim & ignis areſaciunt, & humorem è corpore exugunt. Vmbra uerò & frigus moderatè humectant: dant enim magis, quàm accipiunt. Et capita ex intemperie præſertim calida aut humida, infirma, aperti ſolis ui uiolentiaq́; feriuntur & accenduntur: ut uel inflãmentur iam ardentius, quæ ἔγκαυσις nominatur: uel diſſolutis humoribus lædantur grauius, catarrho, morbo attonito, ſacro, aut alio eius generis magnopere periculoſo. Diſtemperatis igitur capitibus, aut alioqui debilibus, cautũ erit umbra uti, quæ nimirum ad parietes quàm locis contectis melior eſt, quia ſit ſplendidior & difflatior. Ex contectis tamen, ſub uiridarijs præſtabiliot eſt, quàm quæ undiq; & parietibus & tecto includitur, propterea quòd ſit illa purgatior & ſerenior, amœniorq́;: hæc craſsior, languidior & iniucundior. Non modò e-

Hipp. 3. Aph.
Galen de Locis intern. affect & in arte Medic.
Hipp. 2. de Dieta.

B nim in cibo, uerumetiam in aere, ſomno, labore, cubitu, & omni deniq; re, ad bonitatem eius plurimũ adiumenti ex uoluptate & dulcedine ipſius accedit. Quocunq; uerò loco aut aere ambulatio inſtituitũ, recta ſemper quàm flexuoſa melior eſt: quòd hæc ſenſibus aduerſa ſit, & càpita turbet, animũq; confundat, hoc magis, quo fuerit cõtortior, præſertim ſi qua etiam rapiditate & uiolentia peragatur.

Exercitationis autem plerunq; finis eſſe debet ſudor, aut certè laßitudo, quæ citra fatigationẽ ſit: idq; ipſum modò minus, modò magis faciendum eſt.) Laſsitudo, quod ex hoc loco cognoſcitur, multo quàm fatigatio minor eſt & clementior: ſicut laſsitudo, cum membrorum modò grauitate & motus remiſsione atq; ſudore definiatur: fatigatio uerò, membris fractis & modò non immobilibus ac tepalleſcentibus terminetur. Græci πονεῖν utrunq; uocant, quod & fatigari, & laſſeſcere, & dolere, & laborare Latini interpretantur. Cætera quæ ad huius loci explanationem & exercitiorum finem pertineant, ſatis ſuprà perſcripſimus.

Ac ne his quidem Athletarum exemplo, uel certa eſſe lex, uel immodicus eſſe labor debet.) Hactenus quæ ſint in exercitijs uel tenenda, uel ſpectanda, & ambulationũ loca, qualitatem, formamq́; docuit. Nunc etiam paucis quę ſint in primis in toto hoc negotio fugienda tradit. Sunt autem ea maximè duo. Alterum, quòd in exercendo, pariter atq; in uictu, ſimplex & unus atque perpetuus agendi modus, & tanquam ſub magiſtris gymnaſiotum conſtitutus, cum periculo
C coniunctus eſt: propterea quòd uel occaſione, uel uoluntate, uel neceſsitate omiſſus aliquando, multo quàm ſi quis nunquam aſſueuiſſet, afficiat moleſtius. Alterum, ut ne labor ſit immodicus: cuiuſmodi eſt, qui uel uices, uel fines illos, ſudorẽ, laſsitudinẽq; exuperat. Athletarũ nanq; eſt, certas exercitiorum leges & conſtitutas, firmaſq; perpetuò rationes obſeruare, & immodico labore corporis ſibi molem et ſpecioſam amplitudinem cõparate. Quę etſi illis quidem fortè non iniucunda ſunt, quia conſueta: iucundius tamen fuerit deflectere nonnunquam à conſuetudinis tenote, quia natura mutationibus & uiciſsitudine maximè delectatur: adeò ut eidem muneri atq; operæ diu unquam incumbere, exceſſum ſemper & ſatietatem gignat conſtituti iam comparatiq́; habitus. Ex quo uerìſsimè id etiam dici ſolitum eſt, dulcem eſſe uarietatem. Et amant alterna Camœnæ.

Ariſt. lib. 1. Rhetor.

Exercitationem rectè ſequitur, modò unctio, uel in ſole, uel ad ignem: modò balneum, ſed in conclaui quàm maximè & alto, & lucido, & ſpacioſo.) De unctionis formula & utilitate, de balneo & balnearum partibus atq; uſu, deq; tota apotherapeutices

post exercitationes usurpanda ratione, superius abundè tractatum est. Illud A modò hic adijcere libet, optimũ esse, unctionẽ fieri uel in sole, uerùm capite cõtecto, ne quid æstu lædatur: uel ad ignẽ, ut corporis, per illorũ caliditatẽ, raritas habitusq; apertus, si adest, cõseruetur: sin abest, efficiatur, quo inunctio penitius recipiatur, altiusq; imbibatur. Adde etiam, ut unguẽtula colliquefacta, ad interius cõmeandum habiliora reddantur. Cæterum balneũ in cõclaui suadet quàm maximè & alto & lucido, spaciosoq;: primùm ut ita cõmodissimè perfletur, deinde ut puro & illustri aere diffundatur: postremò, ut & plurimum aeris mundi foris accipiat, & imparitate spirituum eius qui lauatur, & balnei euaporatione atque fœditate minus conspurcetur. Quando purus & leuiter refrigeratus aer, maximè sub dio, cordis et arteriarum recreationi est iucundissimus.

Ex his uerò neutrum sæpe fieri oportet: sed sæpius alterutrum, pro corporis natura.) Neq; frequenter & assiduè ungendũ, neq; crebrò balneis utendũ: sed sæpe modò hoc, modò illud pro corporis cõditione faciendũ. Siccatiora enim corpora, & densiora, & fuliginosis excremẽtis redundantia, lotionibus potius opus habent. Rariora uerò, frigidioraq;, & in animi defectionẽ proniora, unctionibus tutius atq; iucundius reficiunt. Nam ut balneũ ad humectandũ, & mitigandã acrimoniã excrementorũ aptius est: sic unguenta oleaq; ad illinendũ & obstruendũ pariter, ac mitigandũ sunt magis idonea. Etsi utrũq; nonnunq̃ in alterius uicẽ subire ac succedere potest. Corporũ idcirco & naturarum diligens habenda est ratio, ne rarefacienda occludantur atq; stipentur, neu occludenda densandaq; aperiant: & nihil interim fiat solũ atq; assiduè. B

Post hæc paulum conquiescere opus est.) Vt natura uires recolligat, & à laboribus cæterisq; rebus antecedentibus cõfirmetur, & ut ne quid subitæ mutationis interueniat, aliquid temporis inter apotherapiam & cibum interponendũ est: eo magis, quòd ab exercitatione etiam non protinus esuritur, si qua modò Aristoteli fides habenda est. Vel q; siti magis q̃ fame conficiantur. Ob quã rem olim uel loti, uel exercitati, prãdium cœnã ue magna ex parte ab aque aut uini diluti potu inchoabat. Nõnunq̃ et propomata atq; hedysmata, dulcesq; è uino ac melle potiões pauco interstitio cœnis cibisq; anteferebãt.

Vbi ad cibũ uentũ est, nunquã utilis est nimia satietas, sæpe inutilis nimia abstinentia.) Quanquam certũ & accuratũ uictus modũ rarò uidere cõtingit, adeò ut qui parũ modò hic delinquit, uehementer etiam laudandus uideat: tamen nimiæ satietatis maius delictũ, q̃ nimiæ abstinentiæ esse solet. Quod ex ijs quæ cõsequuntur, cõiectari decet. nam ex optimis quoq; alimentis intempestiuè aut immodicè sumptis, morbi fiunt, & interitus: si nõ prius uel uomitu, uel deiectione excludantur, q̃ mala ista proueniat. Et ut excludantur etiã maximè, neutrũ nisi admodum uiolenter coacta natura concitari solet: Hippocrate, Galeno, Aetio, Paulo, testibus. Sin uerò iam neq; reuomant, neq; deijciantur, mox cruditatẽ, morborũ omnium parentẽ, & corruptelam comitari necesse est: & ex his, q̃d modò dixi, interitũ. Strangulatur enim & opprimitur natura nimia satietate, quæ uires eius omnino exuperet. Grauis uerò abstinentia, & dura fames, magnã ipsa quidem uim possidet sanãdi, & debilitandi quoq;, sed & interdũ etiam occidendi. Sanat aũt plenitudinẽ, quam πλήθωρον Græci nominãt: sanat nimiũ obœsulos, sanat pituitosos, pituitæq; noxas, apoplexiam, epilepsiã, cõmata, uertigines: sanat cruditates, sanat deniq; alia multa, si prudenter usurpetur. Stultè enim & incautè si adhibeatur, plurimum ipsa quoq; incõmodat. Ventriculum pessimis humoribus, & biliosis ac serosis succis implet: fastidia, quas Græci ἀσσὰς uocant, creat: stomachi robur dissoluit & labefactat, appetẽtiam eripit, & deniq; atrocibus morbis totum corpus imbuit. At uerò biliosis & siccis corporibus etiã lipothymias, syncopas, tabes, marasmos conciliat. Sic ut non minus iam grauia uacuationis atq; abstinentiæ, quàm plenitudinis, intemperantiæq; incõmoda appareant. C

Sect. 5. Problem. 30.
Gal. libro de Euchy. et cacoch.
Lib. 2. Alim.
Hipp. lib. de ueteri Medi.
Hipp. lib. 4. de Morbis.
2 Aph. 17.
4. Valent.
Tetr. 1. Ser. 3.
Libro 1. capite 32.
Hipp. lib. de ueter. Medi.
Gal. 4. Val.
Lib. de Euchy. & cacochy.

A reant. Vt ne dicã etiam plura maioraq; uideri, et circumspectiore diligentia requirere, q̃d scribit explicatè Hippocrates. Qui perpulchrè, p̃fectò tum cõsuetudinis uires, tum crebrioris rariorisq; cibi euẽtus, maximè in picrocholis et flaua bile refertis designauit: dum plurimorũ hominũ nihil interesse docet, semélne comedãt, an etiã prandeãt. At eum qui cũ suo cõmodo cœnare tantũ solitus est, statim si prandeat, graue, & corpore segnẽ, & mẽte pigrum fieri, hiare, oscitare, dormitare, multũ sitire. Qui si post hęc etiã cœnauerit, flatus & uentris tormina accidere, & aluũ deniq; effringi. Eum uero qui prandere etiã utiliter assueuerit, si id negligat, mox ubi tempus præterierit, impotentia uehemẽte, & tremore, & animi deliquio corripi: oculos pallidos, urinas crassas ac calidas, os amarũ, uiscera grauata uideri. Præter hęc uertiginẽ, tristitiã, iracundiã oboriri, (fames enim & mora bilẽ in nares cõciunt) præsertim etiã, si cœnare tentauerint. Sic ut prãsurus postridiè, quæ prius cœnauerat, cõcoquere nequeat: sed cũ strepitu & tormine elabanť, aluũq; concludant, & ægrè dormiãt, & insomnia turbata atq; tumultuosa cõsequanť. Vnde plerisq; magni morbi principiũ existat: imò multis grauis morbi initium natũ esse, si eum oẽm cibum, quẽ semel capere soliti fuerũt, partirenť, bisq;, nec quicq; amplius, sumerẽt. Postremò, quicunq; duos aut tres dies famem præter morem pertulerint, eadem quę impransos experiri. Non q̃d his pro-
B fectò, aut illis superioribus, omnia illa quæ enumerata sunt, pariter eueniãt: sed quod pleraque ex ijs semper fieri soleant, maximeq; ijs qui naturæ sunt imbecillioris. Ex quibus primùm intelligitur, satietatem, duntaxat qualem diximus, nunquam esse utilem, abstinentiam nonnunquam. Deinde cõtrà nihilominus aliquando famis nimiæ maiorem esse noxã posse, quàm satietatis. Postremò, si quid leuiter in alterutrã partẽ peccari debeat, leuius in paulo maiore abstinẽtia, quàm satietate, in ægris simul et sanis, ac tutius cõmitti.

Lib. de ueteri Medicina. Lib. de Vict. acut. Lib. 1. Aph. 4. Gal. 7. Meth. Hipp. libro Vict. acut.

Sæpe si qua subest intẽperantia, durior est in potione, quàm in esca.) Nihil hęc sententia aduersať Hippocrati, qui facilius esse impleri potu pronũciauit, q̃ cibo: q̃uis id prima frõte appareat. Id eñ solũ ac, p̃rsus sentit Hippocrates: eos qui morbis & corporis molestijs exhausti sunt & debilitati, liquidis cibis & sorbitionibus potibusq; melius ac facilius recreari, q̃ cibo solido duroq; restaurari. Fortes eñ sint oportet, et uirib. cõfirmatis, quos solido cibo nutrias: his si qui sint infirmiores, sorbitionib. eos sustineas necessũ est. Sũt rursus qui ne sorbitiones quidẽ p̃ imbecillitatẽ ferãt, et potiões tantũ, ut nõ lędas, desiderẽt. Sũt postremò summè infirmi, qui nihil p̃dictorũ, sed solũ odorẽ tolerẽt, quomõ calidi panis olfactu Democritus fugientẽ spiritũ triduũ remoratus esse tradiť. Celsus nihil horũ sentit, nec de infirmis, aut ægrotatione affectis ista præcipit: sed intemperantiã ex cibo & uini potu inter se cõparat, durioreq;, hoc est atrociorẽ offensionẽ nimiæ temulentiæ, q̃ nimiæ escæ uere pronũciauit.
C Principiò eñ plus uini multo q̃ cibi in corpus ingeri potest, propterea q̃ uinum & oẽm uentriculi capacitatem impleat, & in omnes eius tunicas facilè imbibať, & in reliquũ omne corpus p̃mptissimè & copiosissimè diffundať. Esca uerò uentriculi cauitatẽ, donec cõcoquať, aut alioqui eximať, tantũmodo distendit: nec in eius tunicas, nec in reliquũ corpus diffluit. Deinde esca põdere ac mole tantũ, si uerè esca est, & nõ medicamentũ, uentriculũ & hypochõdria grauat. Vinũ et onerat eadẽ, & dissoluit, et ferè acrimonia quadã atq; mordacitate caloreq;, pręter quã uentriculi etiã neruosarũ omniũ partiũ robur dissipat & infestat. Præterea & uaporũ plurimũ & spirituũ è uino statim excitať, qui nõ modò caput replent, & mordacitate lædunt, uerũetiã grauissimis doloribus uentriculũ, pręcordia, iecur, lienẽ, intestina discruciant: tãtò sanè molestius q̃ esca, quanto uel coli, uel ilei immanior est, q̃ sit ullius materiei solũ grauãtis dolor. Nam ut è terra & saxis, ita ex cibo nihil, aut minimum euaporatione excidit. Et ut è mari & locis uuidis, sic è potu nebulę ac spiritus uentiq; generantur plurimi. Deniq; uinũ proprietate quadam,

2. Aph. 11. Hippo. lib. de Veteri Med. et lib. de Affectionib. Hipp. de Locis in homine.

sicut & acetũ, in quod cõmigrat putrefactũ, neruis & neruosis partibus offi- A
cit. Cibus aũt nullus idem æquè efficere posse cõpertus est. Postremò temulentia delirare, insanire, furere, tumultuari, omnia turbis cõcitare, bacchationibus ac rixis terræ cœlum miscere: taceo ꝙ apoplexijs, conuulsionibus, sopore, tremore, lippitudine, arthritide, podagra corripi nimiũ quàm multos quotidie conspicimus. Panaria sola ebrietate similia fieri nemo uidit unquã. Constat itaq; quanto intemperantia in potione, quàm esca, durior sit. Quanquàm & uinorũ magna nimirum est differentia, & quæ diximus potissimũ in fulua ac flaua uetustaq; & pura competunt: de quorũ potione Celsum agere ut existimemus, tum ex huius loci certis coniecturis, tum multorũ aliorum adducimur. Neq; uerò etiam inficiamur, è uino crasso, quàm è simili uictu, obstructiones genitas citius, quod tradit Galenus, expediri atq; liberari: nec suum cuiq; potioni ac escæ sub intemperãtia uitium inesse maius minusq;, & obstructionibus ciborũ ac putrefactione nescimus dira, atq; adeò, quàm quæ diximus, sæuiora quandoq; symptomata colligi posse. Verùm et eadẽ crassis euenire potionibus queunt, & haud rarò immania accidere animaduertuntur: & crudorum, non corruptelarum inter se noxas, ac escæ uini' que copiæ potissimum recentis, non inueterati uitij perinde mala inter se conferri à Celso tantum arbitramur.

Lib. 5. Val.

Cibus à salsamentis, oleribus, similibusq; rebus melius incipit.) Salsamenta sunt, carnes B
qualiumcũq; animantiũ salitæ. Olera, herbæ sunt satiuæ (quanq; & agrestia olera quædã sunt, sed ad edendũ inepta) quæ edendo sunt unà cum folijs ac caule. Porrò quicquid uentrẽ molliter subducit, prima mẽsa sumitur appositissimè: ut sunt primùm pinguia & lubrica & humida omnia, quippe quę per se facilè secedunt, & maximè si quis, ubi ea comederit, molli atq; cedente solo quietè paulatimq; inambulet, utpote quę concussione tali prõptius, quàm si quietus desideas, delabantur. Præterea salsa, & nitrosa, & acria & acida omnia, & quæcunq; è ciborũ potionumq; genere, uel è medicamentis tuendæ ualetudini nuncupatis, extenuant, incidunt, abstergent. Deniq; q̃tquot urinæ mouendæ accõmodata sunt; ne si ipsa in medijs aut postremis capiantur mẽsis, penetrabili sua subtilitate crudos succos præproperè in uenas secum abripiant. Verùm hæc ipsa, ne in eadẽ quidem mensa cum superioribus aptè coniunguntur: ꝙ diuerso itinerũ conatu, dum altera in uenas, altera in intestina contendant, natura improbè diuexent. Pri ùm itaq; Celsus rectè salsamenta imperat: nõ equidem salita animantia, quæ dura & neruosa ac coriacea iam uideantur: sed tum ex pedestribus, tum ex uolucribus, tum ex aquaticis, quæ solidas pariter & pituitosa humiditate redundantes carnes habẽt. Quæ enim ualde mollẽ, aut insigniter durũ, ac siccũ, & superfluitatum expertẽ, corporis habitũ possident, ad salsurã inepta sunt. Altera, quòd nimis coriacea & dura efficiantur: altera, humidaq;, ꝙ salis incubitu C
ac familiaritate colliquescant. Superiora uerò & bene pituitosa ad saliendũ accõmodata sunt. Nam sic ipsa nõ modò tenuiu partium fiunt: sed etiam, si quis ijs utatur, crassos lentosq; humores attenuãt, incidunt, siccant, & aluũ leuiter cient. uti & sal ipse discutit, incidit, & corpora quæcunq; contingit, colligit ac cogit. Verùm si rursus eadem uetera sunt salsamenta, aut cariosa, uitij plena omnia sentiũtur, seu ex piscibus, seu ex alijs animãtibus sumpta. Iam uerò ut salsamenta nõ uetusta, quia tenuãt, abstergũt, & clementer aluũ mouent, in prima mensa cõpetunt, ptæsertim ijs qui uentriculũ primasq; uenas humorũ crassitie atq; lentore obsessum habent: ita olera quia ferè lubrica sunt et humida, ijs qui calore calidisq; humoribus infestant, maximopere conducunt. Talia sunt, lactuca (quæ licet omnis uitij expers nõ sit, omniũ tamen minimè lædit) blitũ, beta, rumex, malua, portulaca, atriplex, spinachia, & huius generis omnia alia. quæ in genere paucissimũ cũcta sanguinẽ, eundẽq; uitiosum, & humidũ ac tenuẽ generãt. Verùm agrestia omnia, his enĩ peiorem

Gal. de Alim.

Lib. 6. Val.

1. de Alim. 3. Simpl.

Libro 3. de Aliment.

Hipp. 2. de Diæta.

Galen. lib. 2. Aliment.

A peiorem succum largiuntur. Olim ex garo & oleo ac pauco uino esitabant: nostrates ex aceto & oleo cum pauco sale cōdiunt, ut his humoris crassities ac frigus castigetur. Cæterùm quod Celsus adijcit, Similibusq; rebus, id de omnibus quæ similiter abstergūt, aut aluū emolliunt, intelligi debet: ut sunt acetum, mulsum, ut ptisana, ut sorbitiones & pulticulæ, ut ostracodermorū iuscula, cæteraq; similia. *Ibid. & libro de Euchy. & cacoch.*

Tum caro assumenda est, quæ assa optima, aut elixa est.) Carnis uocabulo uariè utimur. Interdū pro habitu corporis, qui se primùm spectantibus offert, ut sunt toti in cuncto corpore musculi, quibus ossa uestiuntur. Interdum pro simplici ac prima ea carne, quæ quidem per se nusquam in corpore inuenitur: sed fibras musculorum concreti sanguinis in morē, è quo puro & medio cri nascitur, undiq; cingit atq; implet. Est & tertia simplex sanè ipsa quoq;, etsi propriè caro non est: qualis est uiscerum, ut iecoris, pulmonis, renum substantia, quam Galenus παρέγχυμα quibusdam uocari scribit. Nam quæ in intestinis, uentriculo, stomacho, utero, & similibus partibus sua cuiq; propria est, sine nomine peculiari ipsa relinquitur: hic autem in prima significatione potissimum capi uidetur. ut quum carnem à lanione, aut ichthyopola emptam dicimus. Quæ quum probè fuerit cocta, optimum sanguinem gignit, præcipuè ex animantibus quæ bono constant succo. Neq; enim de lethalibus, neque de medicamenti uim obtinentibus nobis hic sermo est. Optimæ scilicet sunt, gallinarum & gallinaceorum, & phasianorum, & perdicum, & columbarum, & attagenum, & turturum, & turdorum, & merularum, & passerculorum, & omnis generis auicularum. Veruecum quoq; nostratium caro, & caponum, si non in his plerisque ocium desidiamq; incuses, salutaris est, & iuuencorum sale modo fractorum delicatus cibus, porcorumq; humano corpori mirè amicus est, nisi sicut lentore, ita illa crassitie quadam metum fortassis ociosis hominibus ac teneris obijciat: humidior quia agnorum est, torreri & emendari rebus aridis postulat. Vitulorum minus humet, minusq; etiam haedorum, atq; item cuniculorum leporumq; recenter editorū. Nam quo quodq; animans in adulta ætate magis inarescit, hoc prima crescenteq; uictui est accommodatius. Et est liberè degentium ac ualidè iactatorum, quàm inclusorum, ocioq; saginatorū caro minus semper tum humida, tum excrementitia. Ac melior quoq; suauiorq; castratorū, quàm non exectorū in eodem genere omnis caro. E piscibus uerò iam insuper optima ea caro censeri debet, quæ est saxatilium, littoralium, pelagiorum, gobiorum, murenarum, buglossarum, asellorum. Breuiter omnium piscium, in quibus edendis neq; glutinosum, neq; fœtidum, neq; insuaue quicquam, nec admodum pingue percipitur: sed in quibus cum suauitate saporis atque odoris carnis friabilitas, ac citra lentorē mollicies, tardissimeq; putrescendi facultas inest. Qui tamen rursus pro præparādi uarijs modis diuersas, & propè nouas uirtutes induere possunt. Nam quæcunq; carnes assantur, magisq; etiam quæ in sartagine friguntur, corpori præaridum nutrimentum præbent. Contraq; in aquis feruefactæ, & elixæ humidius. Quæ in patinis cōdiuntur, inter hęc media sunt. Neq; uerò iam minus ex conditurę modo discrimen existit: calidis'ne an frigidis, & parum'ne an multum cōdiantur. Refert quoq; utrum lactucis an intybis, an apio, an betonicæ, an alijs misceantur. Ad hæc fortiorum uis identidem recoquendo ac frigefaciendo detrahitur, & augetur modo contrario. Humida torreri aut assari, sicca rigari, macerari, elixari amant. Salsa nimis cum insipidis acidis'ue iungi, & coctione aut lotione, aut dulci subinde aqua noua infusa emendari gaudent. Amaris & acribus dulcia misceri, aut ex humido refrigerantia: sicut acerbis austerisq; pinguia, salsis mellita, lentis incidentia, atque hæc illis è contrario attemperari expetunt. Aluusq; si fusa est, & supprimenda, tosta, aut assa, aut astringentia siccantia ue sunto: sin fundenda soluendaq;, liquida dulciaq; præbento.

Gal. in arte Medi. lib. 3. Alim. libro de Euch. & cacoch.

Lib. 10. Met.

B *Gal. de Euchy. & cacoch.*

C

Hipp. 2. de Dieta.

Condita omnia duabus de causis inutilia sunt, quoniam et plus propter dulcedinem assumitur, & quod modo par est, tamen ægrius concoquitur.) Condita ἡδύσματα & ἀρτύματα A
Græci uocant. Galenus etiam καρυκείας & καρυκεύματα nominat: cuiusmodi sunt embammata, siue liquamenta atque intinctus, ut ex aceto, melle, sacchāro, sapa, mulso, garo, & dulciarijs iusculis gulæ causa atque appetentiæ quæcunque comparantur. Deinde quæ multis aromatibus, & condituris opiparis, gustatus tantum iucundioris gratia, construuntur. Quæ ut dulcedine & uoluptate saporis edentem inuitant & allectant: sic si non alio nomine, saltem multiplici, & sæpe inæquali ac parum concinna quadam sui mistione difficultatem concoctioni, & stomacho molestiam conciliant. Co-
Lib.2.Alim. quorum eam ob tem, inquit Galenus, lautitias atque cupedias, prauis apparatibus instructas, ut ijs uulgò ferè passim utuntur, cruditas magis quàm lau-
Lib.4.Val. dabilis concoctio excipere consueuit. Neque sanè alia de causa magis idem suum illud diatriumpipereon cæteris anteponit, nisi quòd & minus sit medicamentosum, & paucioribus è rebus quàm à plerisque præcipitur concinnatum: qui καρυκείας cuiusdam ritu, aut apri modo à mirificis istis cocis condi-
Libro 2.de Diæta. ti conficiunt: ut non parui negotij sit, immixta illa concoquere. Nam & Hippocrates obsonia ex uarijs intritis coagmentata damnat, quòd æstuosa sint, & humida, & imparibus uiribus prædita.

Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum ualet, palmulas, pomaque, & similia melius primo cibo assumit.) Secunda mensa est, quæ fru- B
ctibus & bellarijs constat. Omnem enim cœnationem ueteres in duas mensas partiebantur. Prior ouis, oleribus, salsamentis, carnibus adornabatur. Po-
Gal.lib.1. Aliment. sterior fructibus ac bellarijs. Bellariorum nomine nunc intelligo, primùm tagenitas omnes, & crustula, quæcunque in sartagine, aut furno nonnunquam, aut complicatis laminis ferreis, modò in æquales areas sulcatis, modò uariè striatis, ex farina aut polline tritici, aqua aut ouis atque lacte subactis, subiecto oleo aut butyro, luculentum ad ignem coquantur. Deinde placentas, quæ mellis nomine quo imbuuntur, aut sacchari à superioribus distinguuntur. Postremò & itria libaque omnia, seu ea rhyemata, seu laganа sint, mellita atque mellis expertia: quæ omnia iecori, lieni, renibus sua crassitie promptè obstruente, parum tuta sunt. Cæterùm fructus posterioris mensæ, ex arboribus illi decerpebant: uti priorem mensam è uilla atque agro eximebant. Vnde quod toto cœnationis tempore fieret, ab ouo ad mala factum dici solebat. Celsus bellariorum mentione præterita, secundæ mensæ nomine solos fructus, præsertim arboreos, intelligere uidetur. Quanquam bellaria uocari possunt, quæcunque secundę mensæ, ut maiore cum uoluptate plusculum in proximam sitim bibatur, inferri solent. Eum enim secundæ mensæ & bellariorum usum fuisse, non Galeni modò, sed &
Lib.1.Alim. Aristotelis authoritate constat, de bellarijs prioris significati: & ut cõtrà fru- C
Sect.21.Problem.6. ctus distinguantur, quibus generibus cõtineantur, & quem usum, & quam facultatem præbeant, breuiter ueluti indice iam nunc notauimus. Fructuũ uerò, etsi immensa ostenditur uarietas saporis odorisque gratia, (quibus duabus præcipuè qualitatibus omnia alimenta boni malique iudicio subijciuntur) tamen in genere id pronunciari potest, si commodè concoquantur, atque adeò in bonum & firmum stomachum incidant, quamuis exigui om-
Lib.2.Alim. nes nutrimenti sunt, tamen nihil per se nocere: præcipuè si & maturi sunt, & sapore odoreque nõ insuaues. Nam primùm ex accidente bono etiã nonnunquam uentriculo officere possunt, si uel uenter constrictior solutior' ue sit, uel sit aliquid quod bonitatem eorum uitiet, præsumptũ: quippe quod sit non modò facilitate aut difficultate nimia cõcoctionis, uerumetiam temperatura ad noxam procreandam accommodatum. Præterea quæ parum
Lib.1.Alim. matura sunt, ad alendum inepta censentur omnia. Nam cùm omnium commune sit id fructuum, quos ante perfectam maturitatem ingerimus, quòd corpo-

A corpori humidiorem alimoniam exhibent, atque proinde maiorẽ excrementorum uim, non tantum in ijs intestinorum, sed etiam per uniuersum corporis habitum producant, minusque nutriant: tum optimis etiam in toto genere malorum, si immatura sunt, accidit, ut & concoctu pertinacia sint, & frigida, & tardi transitus, & praui succi, qui gelidum crassumque humorẽ sensim coaceruet. Denique saporis odorisque dulcedo in omni alimento, nedum fructibus, tantum habet mométi, ut duorum ex æquo salubrium, quod suauitate præstat, minore negotio cõcoquatur, stomachoque sit, cæteris paribus, semper utilius. Fructus itaque maturi, & odore saporeque iucundi robusto stomacho nihil nocẽt: imbecillo minimè congruunt. Imbecillitatem autem ex frigore, & caloris natiui penuria atque debilitate intellige, quam acidi ructus, coacescentis in uentriculo succi testes, comitant. Nam infirmitas ẽ calore genita, ructibus acribus & nidorem quendam referentibus magis percipitur. In quibus cibi omnes leuis & substantiæ & concoctionis, citò corrumpuntur: præsertim in quibus calor ille nec humidus, nec temperatus, sed igneus ac squalidus inest. Quæ enim facilè cæteri concoquunt, ex ijs ipsi eructant fumidum quippiam & nidorosum: firmaque idcirco, item ac illi qui robustè exercentur, ut bubulam, ut ceruinam, similiaque requirunt. Imbecillo itaque stomacho ac frigido prædití, prorsus ullis temerè fructibus non utantur. Calido præditi, tutius ipsis uesci possunt, & teneris humidisque rebus ante reliquum cibum æstus parumper emendandi gratia frui. Interest enim haud parum in ciborum genere, humidi ne illi sint, è quibus tenuis humidaque corpori alimonia, & quę facilè per urinas aut cutis spiracula elabitur, accidit: cuiusmodi escas Græci oligotrophas, quasi pauci dicas alimenti, appellant: an solidæ substantiæ, quæ nec transeunt celeriter, nec parum nutrimenti suppeditant. Omnis nanque edulij, quamlibet feliciter in corpore concoquatur, antiqua ipsius et genuina perpetuò natura mordicus retinet. Quando nec aquosus pepo unquam crassum aut terrestrem succum, nec lens, bubulaque caro aquosum humidumque præbebit. Sed ut tota pomorum fructuumque ratio clarius perspiciatur, nosse oportet, duas ipsorum esse formas, nuces nempe & poma, etsi illi poma etiam interdum nuncupantur. Nuces & τὰ καρυκὰ dicimus, quæcunque putamẽ foris durum ac lignosum, & nucleum intus edendo continent: ut sunt nuces castaneæ, iuglandes, mala punica, auellanæ. Ἀκρόδρυα etiam Græci uocant, τὰ δ' ξυλώδες ἐκτὸς ἔχοντα, καὶ ποδὶ τὰ ἄκρα καὶ δ' τρώξιμον ἐντός. quanquam iurisperitus Iabolenus, atque Vlpianus quoque ea uoce aliquanto secus pro omnibus arborũ fructibus, perinde ac glandis item uocabulo utuntur. Celsus hæc nullo nomine, nisi fortassis palmularum, designasse uidetur. Nam certè & Galenus palmarum nucem φοινίκων κάρυον appellare non dubitauit: quum interim glandium genere propriè cõprehen-

C datur: quarum glandium utrunque genus in crassi succi cibis ponitur. Eorum alterum est, quod robora ferunt: alterum palmarum fructus est. & has quidem de palmæ nomine palmulas: illas, siquidem hominibus iucundus earum cibus est, castaneas, aut neutro genere castanea uocant: quas homines edunt aliquãdo crudas, aliquando assas, aut elixas: aliũque minus stringunt, & facilius concoquuntur, quàm uel quernæ glandes, uel ilicum, quos acylos nominant: & succi uitio in totum carent, nisi quòd crassum succum faciunt, & uentrem nonnihil stringunt, atque inflant, & subęgrè cõficiuntur. Sed de his iam dicendi locus non est. Palmulæ itaque (nam de his agere institueram) aliæ succum præcipuè dulcem, aliæ potius astringentem, omnes uerò utrunque, pro singulari sui cœli, solique, in quibus proueniũt, natura, sortitæ sunt. Quoniam Aegyptiæ, seu Thebaicæ, siccæ, macræ, exiles, duræ, & sine osse sunt: & maturæ si sunt, etiam acerbæ: hocque magis, quo sunt recentiores, quę tum phœnicobalani appellantur. Nam si medio maturitatis tempore decerpantur, iam πώματα & ἄδιψα dicuntur, quòd potus siti sedandæ

H aptissi-

Lib. 2. Alim.

Lib. 2. de Facult. natur.

Lib. 2. Alim.

Lib. de Arte Medic.

Lib. 2. Alim.

Tit. de Verb. & rer. sign. Digest. libro 43.

Lib. 9. Comp. phar.

Lib. 2. Alim. et de Euchy. & Cacochy.

Dioscor. lib. 1. cap. 150.

aptissimus (uel authore Solino) ex ipsis paretur: his tamen in Aethiopia A
Gal. Aetius. ficciores etiam proueniunt, usque adeò ut frientur, & farinæ modo in panes
Paulus. spissentur. Cariotæ uerò, quæ & dactyli uocantur, à digitorũ forma & os-
sis oblonga, & φοίνικες πατητοὶ, hoc est, palmæ passæ & tanquam calcatæ no-
minantur: uti & σταφυλαὶ πατηθεῖσαι, uuæ passæ. adeò enim multo liquore a-
bundant, ut in matre se sua spontè rumpant, & calcatis similes euadãt: hę in-
quam molles sunt, & humidæ & dulces, eoq; calidæ, & pingues, si cum alijs
conferas. Reliqua turba medio inter has duas formas loco consistit: ut alijs
austeritatis, alijs dulcedinis plus insit. Xenophõ & Herodotus Babylonias
specie & magnitudine admirabili celebrauerunt, è quibus uinum & mel, &
obsoniũ præcipuę dulcedinis, sed graue capiti cõficitur. Ex his igit̃ coniecta-
Lib. 6. Val. ri licebit, Celsi palmulas, & itẽ Galeni, quas perinde ut oliuas, aut mel, aut
salem, obsonij loco primo cibo manè ad panẽ adhiberi solitas testat̃: uel Xe-
nophontis illas atq; Herodoti intelligendas esse, uel cariotas dulcesq; illas
secundo loco dictas, uel his certè natura uicinas. Nam Aegyptię illæ seu sic-
cæ, seu acetbæ, minus inter primos cibos congruere uidentur: nisi si cui flu-
xa aluus frimanda foret, quæ tum inter primas epulas contraria prorsus atq;
superius imperata sunt, hoc est, astringẽtia & austera atq; acerba siccaq; po-
stularet. Vtcunq; tamen sit, in re tam obscura, parumq; nobis cõperta, quæ-
cunq; molliter aluũ subducũt, nisi ea fortè nimis est mollis (nam tum hic or- B
do inuerti debet) initio ante reliquos cibos cõpetere nouimus: quæ uerò co-
gunt firmantq;, postremo loco cõgruere, et esse ientaculi q; prandij cœnęq;
aliam uim atq; rationẽ. Præterea id nouimus omniũ palmularũ cõmune es-
Lib. 2. Alim. se, quod tradit Galenus, ut siccent, roborent, cõtrahant, densent sumptæ &
Simeon Zethi. admotę, & ὅτι πλείονες βρωθεῖσαι μεθύσκουσι καὶ κεφαλαλγεῖς εἰσί, hoc est, immode-
Dioscor. lib. 1. ratius uescentes inebriant & capitis dolorẽ gignunt. Galenus tamen nihilo
Plinius lib. 12. minus in cephalalgia etiam exhibet: sed addit, quibus cõsuetæ sunt & iucun-
Lib. 2. Comp. dæ: fortassis etiam quia bilem ueluti absinthiũ cogẽdo pellunt, ac præterea
phar. parumper refrigerãt. Sed age nunc poma conspiciamus, quorũ appellatio-
Ibidem. ne ὀπώρας & mollioris corticis omnes fructus ut capiamus, spero permittet̃,
Galenus lib. 2. seu fugaces illi sint, seu ad reponendum idonei. Fugaces autẽ dico, qui antè
Aliment. & de putrescunt, q; exiccari queant: aut si quando seruentur, non natiua, sed con-
Euchy. & de dita custodiuntur, & multum à genuina uirtute & bonitate mutata. ut pru-
Cacochy. na, cerasia, cucurbitæ. Hi autem uniuersi malum succum possident, adeò ut
corrupti in uẽtriculo seu uetustate, seu inutili cõdimento, seu uentriculi tum
plenitudine tum prauitate, tum uerò in concoquendo tarditate, seu hominis
cuiusq; aliqua proprietate, non longè absint à mortifero ueneno. Alioqui,
quod de toto fugacium genere dici potest, si properè & ante corruptionem
aluo subeant, mali nihil nisi immoderato usu pariunt, maximè si & æstiuo
tempore, & longo itinere defatigatis, aut alioqui æstuantibus ad corporis C
calorem temperandum ante alios cibos præsumantur. Omnia; siquidem ci-
baria prauum succum cum humiditate & lubricitate obtinentia, ex facili de-
scendunt, eoq; prima mensa capi debent. Sic enim & ipsa celeriter pertran-
seunt, & alijs cõmodè præeunt, & quasi uiam muniunt. Postremò aũt loco
Lib. 1. Alim. aut medio sumpta, unà secũ alia in corruptionẽ trahũt. Eiusmodi porrò sunt
præter ea quæ paulo antè memorauimus, persica, mora, pepones, melope-
pones, armeniaca, præcocia, similiaq; omnia, dulcedine præsertim prædita.
Quanquam hæc rursus eadem, si in uentrem incidunt ad excernendum resi-
dem atq; ineptũ, hærent in supernis locis, neq; ad expulsionẽ quicq; condu-
Lib. 2. Alim. cunt: uti ne melicratum quidem, si statim in corpus distribuatur. Fructus au-
tem qui reponi possunt, ut mala ac pyra maximè in hyemẽ aut proximũ uer
asseruata, non bonæ ualetudini modo, sed & malæ frequenter perquàm uti-
lia sunt, uel crustæ pistoriæ inclusa, uel feruidis cineribus mediocriter assata,
uel ad aquæ feruentis uaporem conuenienter elixa. Dandaq; sunt ex ipsis

acerba

A acerba statim à cibo, aliquando per se, aliquando cum pane ad stomachũ ro
borandũ, & cibũ alioqui auersantibus, aut tardè cõcoquentibus, aut uomitu
rientibus, aut uentris fluxu dysenteriáue molestatis. Nam austera eodẽ præ
parata pacto, insipida aut aquea redderentur, primaq; tum in mensa, atq; ini
tiò ueluti & dulcia cæteraq; sumenda forẽt. Cruda uerò, nec odoris mala re- *Satyr. lib. 2.*
centis (ut inquit Flaccus) Nec metuẽda tibi, siccatũ frigore postquã Autum
num, & crudi posuere pericula succi, cõcoctionẽ firmi ualidiq; stomachi in
nouissimis cibis & inter bellaria mirificè adiuuãt. Nam & pondere quodã *Arist. Sect. 21.*
reliquũ cibum premunt, & uini uiolentiã refrenant, & ad sitim secuturã ac *Probl. 1.*
stomachi æstum cõducunt. Atq; eo ipsa futura sunt meliora, quo fuerint ue-
tustiora, & (quod de leguminibus explorãdis, seminibusq; tradi solet) quo
citius magisq; uel macerando, uel elixando, uel coquendo intumuerint. Ab *Lib. 1. Alimen.*
omnibus siquidem plantis, seminibus, fructibus, quũ collecta reponuntur, *& de attenuan*
primùm defluit quicquid aquosi subtilisq; inest recrementi. Tandem uerò *te uictu.*
& proprij quippiam ac natiui succi, donec omnino cõtabescant, absumitur:
quæ coquendo macerandoq; quasi restaurantur. Quare poma uetera lauda
mus: sed neq; tabida, neq; exoleta, ueluti crudo etiamnũ succo prædita præ
cæteris damnamus. Ex his itaq; liquet, quãta distinctione hic locus Celsi de
secunda mensa opus habeat: & quàm tutũ non sit eiusmodi axiomata pro-
B nunciataq;, quæ primùm in Hippocrate, deinde in ipsius hoc discipulo pas-
sim plurima occurrũt, sine iudicio & cõsilio erudito ad usum cõuertere. Præ *Lib. 4. de*
terea perspici facilè potest, quo sensu illud Hippocratis capi debeat, dum po *Morb.*
ma & fructus arboreos omnes seu duri, seu mollis corticis, post cibũ nõ mi-
nus sanis q; ægris molestos predicat. Et Aristoteles quoq;, ubi prætoria qua *Sect. 21.*
dam cẽsura post cibũ poma omnia cõdemnat, q̃d cum offensione quadã in-
natent, & uentriculum flatibus distendãt. Quæ quoniã nec de omnib. uerè
dici, nec de nullis quoq;, ex ijs quæ modò diximus, intelligitur: causam nos,
ne nimiũ prolixi simus, studioso lectori peruestigandã relinquemus: idq; tã-
tum adijciemus, q̃d ad uirtutẽ omnium nõ modò fructuũ, uerumetiam ali-
mentorũ cognoscendam, atq; ad usum quoq; maximopere cõducet. Nem-
pe austeris rebus ac malis uti tum oportere, quũ uentriculus ob caliditatem
aut copiosam humiditatẽ fuerit imbecillis: acerbis, quũ uehementer ista ui-
tia increuerint: acidis, quũ de crasso humore in ipso collecto, sed nõ ita frigi
do inciderit suspicio: acribus, quũ de gelido ac crasso. Rursus astringentia,
infernas deiectiones, quantũ equidem in ipsis est, cohibere. Interim tamen
stringendo deorsum, maximè bilem exprimere. Acida crassum succũ seca-
re, ac deturbare deorsum. Eoq; in impuro uentriculo excrementa reddere
liquidiora: in purgato ac puro, magis sistere. Merè dulcia distributiõi in cor
pus unicè opitulari. At dulcia pariter & acria ac crassa, magis in descensum
C proclinare. Insipida deniq;, & fatua, omnium minimè esse utilia, & neq; uti-
litatem neq; delectationem præbere: nisi quod si cum acribus ea & amaris
compares, satis copiosum ac largum alimentum, at ἄποιον tamen & frigidi-
usculum quàm dulcia, crassumq; largiũtur. Sed ad Celsum iam reuertamur.

Post multas potiones, quæ aliquantũ sitim excesserunt, nihil edendũ est: post satietatem, nihil agendum.) Galenus & Aristoteles, q̃d paulo antè docui, secundæ mensæ præ
cipuũ esse usum cõtestantur, quo plusculum q; pro siti pręsenti bibat. Quod
ubi iam quis cõsecutus est, amplius edere tutũ non est: partim ne duplici no
mine, & cibi & potionis, grauet stomachus: partim etiã, ne cibus in summo
orificio stomachi innatare, nauseamq; ciere & uomitũ incipiat. Si qua enim
intemperantia unq; capienda est, pessima est, & naturæ grauissima, quæ u-
troq; genere & cibi & potus accersatur: mox, quę potibus solis, nisi q̃d hi de
mum è corpore facilius effluũt & elabunt: nouissimè, quæ cibis tantũ com-
paratur. Et si me clàm nõ est, esse qui postremã mediæ grauitate præponde-
rare putẽt. Quod uerũ ego quoq; neutiq; inficior, si pondera amborũ, non

atrocitatem, sicq; haud summa, sed mediocritatē modò & sufficientiā exupe A
rantia spectes. Atq; illā ipsam nūc legē & potores exercitatos probè meminisse cernimus: qui quoties poculorū ingentes undas expectantes animad uertūt, uel cibū parcissime degustant, uel culicū more solo suctu agunt, et in certamē præclarū illud uidelicet & laudabile sic cōdescendūt. Atq; ad eden dum inuitati, hic plus q̃ philosophicè medicèq;, cibū multū cū potione mul ta cōstare posse negāt: ueluti si id ab Hippocrate magistro didicisset, qui in-
Lib. de Aere, aquis, locis. colas ciuitatū ad uētos frigidos conuersarū edaciores esse necessariò minùsque bibaces docet: quod fieri nō posset, ut simul multū & essent, & biberet. Quanq; idē eodē libro eos qui palustribus aut è lacubus aut stagnis desumptis aquis uterentur, edaces admodū simul & siticulosos semper esse tradit. Sed id aquarū eiusmodi uitio fit. Nos de potione cū esca cōiungenda ualen
Lib. 1. capite 95. tium loquimur. In quā rem Paulus p̃cipit, si quis se mero prolixius inuitare uolet, ab aliorū is ciborū omni satietate abstineat: atq; inter potandū brassicam coctā bellariaq; sumat, maximè ex amygdalis cōfecta, quę et capitis do
Cap. 12. lorem mitigēt, neq; uomentes ulla molestia afficiāt. Scribonius herbam quā πολύνευρον Græci, nos neruale appellamus, ebrio copiosè datā, in crapula uinū discutere, mentēq; restituere, literis mandauit. Sunt alij, qui in hoc semen cauliū, sunt qui aquā cum aceto acidóue syrupo aut omphaciū cōmendent: sunt qui caphurā, aut rosaceā aquā naribus oriq; admotā suadeāt, q̃ uinolentiā ebrietatēq; uel arceāt, uel pellāt. Verùm enimuerò obseruandū etiā atq; B
etiā est, Celsum aliquantulū sitim superatā dicere, ne intemperantiā suaderi existimemus. Significare eū enim secūdæ mensæ potius usum, ut aliquantulū sitis excedat, putare decet. Id eñ ubi quisq; adeptus est, non modò reliqui cibi, sed etiā bellariorū iam finē est consecutus. Et naturæ iam factū esse satis potu pariter et cibo, iudicari debet. Post quā deinde satietatē nihil agendum est, neq; animo, neq; corpore, q̃d cū magna quidē contentione cōiunctū sit. Confabulationes iucundas & liberales serere simul, et molliter inambulare, rectū est. Studiosè legere, disserere, cōmentari, scribere, grauiter & laboriosè quis pacto corpus dimouere, nemini tutū est. Sunto itaq; duo ista catholica p̃cepta in omni uita ac ualetudine cūptimis necessaria: Cibū exercitatio præ
Gal. lib. 1. Aliment. cedat: Post satietatē nihil agendū. Vacuæ siquidē uenæ nō tantū semicoctū succū, uerumetiā omnino rudē & incoctū uentriculo nonnunq; præripiūt, quū à cibo statim laborat. Non leue igit incōmodū nōnullis accidit, quū repleti cibo se exercēt. Plerisq; eñ & caput implet uaporibus, & in iecore aut
Lib. 6. Val. pōderis sensus, aut distētionis, aut utriusq; percipit, inquit Galenus, & nos frequēter antè meminimus: q̃ eo facere usū est accuratius ac crebrius, q̃ ma
Galen. ad Thrasy. lis opinionib. extirpādis, et bonis inserēdis, id sit sępenumero inculcandū. *Vbi expletus est aliquis, facilius cōcoquit, si quicquid assumpsit, potione aquæ frigidæ includit, tum paulisper inuigilat, deinde bene dormit.*) Ad probā cōmodamq; concoctionē ca C
loris natiui mediocris temperatura requiritur, ut neq; frigore remissior sit, neq; calore intentior. Ille enim tardius rem ipsam operaf, & corrūpi atq; acescere quæ sumpta sūt permittit: hic præpropere rē peragere cōtendit, & adurit, atq; in fumū nidorēq; cōuertit, mox uellicat ac mordet stomachū, ut in liberaliori meri potatione in se quisq; experiri potest. Quare hos gelidā cape-
Lib. 1. capite 95. re, Paulus cū Celso suadet. Si quis, inquit, se plus satis ingurgitarit, protinus uomitu id reijcere tutissimum est, Sin uomere nequeat, alui largior deiectio plerunq; præsidio est. Verùm si ne id quidem integrū erit, somno prolixiori indulgendū, & crebrius in potura qua utendū. Hippocrates item: Vbi timue
Libro 3. de Vict. acut. ris, inquit, ne uel caput uehementer uino morboq; grauet, uel mens eriā ten tetur, tum uel aquā, uel uinū aquosum & albū, & neutiq; odorū exhibere, & deinde paulùm aquæ superbibere cōuenit. Sic enim uini potētia nō tam facilè caput mentemq; attinget. Ex quo certè loco Celsus hāc suam sententiā sumpsisse ac protulisse uideri potest. Perperā uerò etiam nō fecerint, qui pro aqua,

A aqua, è cidonijs malis conditi portiuncula, aut coriandri ex aceto præparati cochleari, aut citriorũ ſucco, aut limonũ, aut oxyacanthæ, aut punicorum, aut iſtorũ ſyrupis, aut deniq; aſtringentis alicuius maturiq; pomi eſu uentriculi os occluſerint, ſimul & uini exhalationẽ ac uim refrenauerint, præſertim ſi quis etiam inter quietem ac ſomnũ, & inter aquæ uiniq; ſumptionẽ paulisper inuigilauerit. Quo illa morula, quæ ſumpta ſunt, in imum uentriculum cõſidant, & uentriculi os ſenſim concludatur. Cuius ipſius quoq; rei gratia primus in lecto decubitus in dextrũ latus capite ſublimi, & reliquo bene cõtecto corpore imperari ſolet. Deinde poſt aliquantũ temporis experrectus ut in ſiniſtrum deuoluatur, ex quo rurſus ante diluculum in alterũ ac dextrũ reuolui poteſt. Confert quoq;, neq; cœnã neq; prandium potu unq̃ finire, quin aliquid ex ſuperioribus aut quid eſcæ ſuperedatur. Siquidem innatant cibi, illico poſt cœnã ſi quis biberit, ita ut eos uentriculi corpus propter interpoſitum humorẽ non cõtingat. Quanq̃ rurſus ſi quis ſitibundus ſit, prohibere illum in totũ ut graue eſt, ita nec expediens: ſed tantillum indulgendum, quod & moleſtiam ſoletur, & ſitim leuet. Poſtea uerò q̃ is nutrimentum concoxerit, abundè tum bibere quiſq; ſinendus eſt. quippe potio celerrimè, ſi quis ita faciat, per corpus digeritur: ab qua ſi mẽſam rurſus inchoes, perfluit, nec ſitim, cui dicata eſt animali, pellit. Quibus ita rebus atq; antè dictis obſeruatis, & caput minus offenditur, & omne corpus ſomno iucũdius fruitur. Cuius tanta uis eſt, ut etiam ij qui pro cõſuetudine poſt deſudationẽ à ſummo mane ad ueſperam uſq; in ſtatis negotijs exactam, uel bubula demum, uel ouilla ſimiliq; prauo edulio ueſcantur, tamen damnũ non ſentiãt, quoties graui altoq; ſomno, quo cõcoctio mirificè perficiẽ, cõprehendãtur. *Galen. lib. 7. Meth.* B *Lib. 1. Alim.*

Si quis interdiu ſe impleuit, poſt cibum neq; frigori, neq; æſtui, neq; labori ſe debet committere. Neq; enim tam facilè hæc inani corpori, quàm repleto nocent.) Hippocrates eos qui præter morẽ, ac ſæpius q̃ pro ipſorũ conſuetudine, uentriculum ſeu bis, ſeu frequentius edendo diſtenderint, primùm dormire iubet, tanquã noctem à cœna ducerent: ſic enim ipſe loquitur, ac hyeme quidem frigus, æſtumq; æſtate uitare præcipit. Si ſomnus nõ obrepit, lento frequentiq; inceſſu deambulare iubet: at neq; ſtare, neq; cœnare ſinit, niſi fortè perexigua quædã, eaq; minimè noxia: minus item bibere, ſed tamen meracius, & nequaq̃ dilutum, imperat. Ex quo loco quis non Celſi ſententiam mutuatam eſſe uidet? Aetius ſimiliter ſanè eum cui in frigido aere uerſandum erit, neq; famuiſſe, neq; præuomuiſſe, neq; cruditatem, neq; crapulam ſenſiſſe, ac ne defatigatum quidem fuiſſe permittit. Nam frigiditas, inquit, quæ ciborum cruditatem excipit, morborum cauſa fit. Iis uerò qui famuerunt, frigus ad ipſos neruos nudos quodammodo, & propria materia deſtitutos penetrat. Quos ut maximè lædit frigus, ſic æſtus maximopere ſaturos repletos'que affligit. *Lib. 2. Vict. acut.* *Tetr. 1. Ser. 4.*

C Quamobrem qui in ſolis ardore uerſari uolet, repletionem, et acrium rerum eſum uitet, atque ebrietatem, ſi quicquam aliud, ac cruditatem fugiat. Impletis itaque nec æſtus permitti debet, ne calor natiuus ex penitiſsimis uſq; uiſceribus à concoctionis munere foras, ut diebus fit æſtiuis, euocetur: nec frigus brumale concedendum, ut ne partes externæ ſuo calore genuino bona ex parte ſpoliatæ, uti per ſomnũ ſit, interq; concoctionem penitius obeundam, præſertim in cibo potuq; diſtentis, magis refrigerentur atq; perimantur. Repletis ſiquidem iſta multo magis, q̃ corpori inani nocẽt: in quo neq; cruditas ægritudinũ mater, quæ æſtu in plenis fit, formidatur: neq; corpus externũ æquè frigeſcit, ut in ijs quib. cõcoctionis gratia & repletionis, ſpiritus oẽs unà cum calore ac ſanguine in penetralia & intima corporis uiſcera ſe abdũt. Nec uerò iam nihil corpora uacua æſtu aut frigore tentari, at affici duntaxat minus, aio. Quare etiam Hippocrates eos, quibus præter cõſuetudinem uenæ exhauſtæ ſunt, eo ipſo die à frigore & calore atque defatigatione tutos ſeruari iubet: quippe quòd hæc ipſa moleſtè quoque & *Lib. 2. Vict. acut.*

acerbè in uacuis tolerari soleãt. Id quod Celsus etiã significasse uidetur, quũ A
nõ tam facilè lædi dicit: haud omnino non lædi, sed minus tantum asserens.

Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis uitandus est.) Quæ sint repletis saturisq; ad prosperã ualetudinem seruandã facienda, docuit. Nunc quid contrà famelicos atq; inediã aliqua de necessitate toleraturos, cumprimis agere aut
2.Aph.16. fugere oporteat, Hippocratis ex sentẽtia profert, ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν. Vbi fames atq; inedia uel adest, uel futura timetur, eo ipso tempore exercitiũ nullum, nullusq; labor aggrediẽdus est: ut ne uires immoderatè debilitent, & corpus nimiũ exiccetur. Nam inediam ex cibi defectu esuritionẽ, aut spontè suoq; arbitratu susceptã abstinentiam intelligit: quemadmodũ & Hippo
Lib.1.Epid. crates λιμὸν, id est, famẽ penuriamq; ad legumina comedenda multos cõpulisse scribit: & quũ corpus ac carnem humidã habẽtibus λιμὸν atq; abstinen
7.Aph.61. tiam cõgruere tradit. Et uultu macro cadauerosoq; præditos dum iubet interrogari, an uigilauerint, an aluũ uehemẽtius deiecerint, an deniq; cibo ab
Lib.Præn.1. stinuerint. Nam quũ appetentia plerunq; uel ab acidis fiat, ac frigidis humoribus stomachũ rodentibus, pungentibus ac uellicantibus, quę suctioni illi proportione respõdent, quę naturaliter accidit, quũ penuria membrorũ uẽtriculi orificiũ exugitur, appetentiaq; uerè nominatͬ: uel à frigore citra humorum cõmerciũ similiter, ut modò diximus, eandem partẽ stringente atq; corrugante, quæ canina fames appellatur, uiniq; meri potione dissoluit: in B
2.Aph.21. his sanè utrisq; exercitatio prorsus inepta nõ est, sed est incõmoda, si à penuria cibi & inedia atq; inanitione nimia proficiscitur, aut si è natiui caloris corpus digerẽtis & absumentis existit uiolentia, uel ab immodica alui partis ue alterius oritur euacuatione, uel cõtinentis uirtutis fit imbecillitate, uel expellentis robore, uel cutis raritate, uel humorum corporis tenuitate: uel bulimo deniq;, hoc est, ingenti fame, quæ nascitur ex nutrimenti in habitu corporis assidua indigentia, unà cum stomachi imbecillitate ac frigore cõiuncta: quũ scilicet in ambientem aerem plus quàm stomachus commodè sarcire queat
Gal.ad Glau. dissipatur. Vnde & animi deliquia consequuntur, & perniciosè ægri affliguntur. Totidem itaque modis fames orta laborem omnem recusat, quietemq; summam atq; ocium postulat.

Obseruationes quædam prout res nouæ accidunt, & prout corporum genera, & sexus, & ætates, & tempora anni sunt. Cap. III.

ATq; hæc quidem penè perpetua sunt. Quasdam aũt obseruationes desiderant & nouæ res, & corporũ genera, & sexus, et ætates, & tempora anni. Nam neq; ex salubri loco in grauem, neq; ex graui in salubrẽ transitus satis tutus est. Ex salubri in grauẽ prima hyeme, ex graui in eũ qui salubris est prima æstate transire melius est. Neq; uerò ex multa fame nimia satietas, neq; ex nimia satietate fames idonea est. Periclitaturq; & qui semel, & qui bis die cibũ incontinenter, cõtra consuetudinẽ assumit. Item neq; ex nimio labore subitũ ociũ, neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est. Ergo cum quis mutare aliquid uolet, paulatim debebit assuescere. Omnẽ etiã laborẽ facilius uel puer, uel senex, q̃ insuetus homo sustinet. Atq; ideo quoq; nimis ociosa uita utilis non est, quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamẽ insuetus aliquis laborauit, aut multo plus quàm solet, etiam is qui assueuit, huic ieiuno dormiendum est: multo magis, si etiam os amarũ est, uel oculi caligant, aut uenter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantũmodo ieiuno est, sed etiam in posterũ diem permanendum, C
nisi

A nisi citò id quies sustulit. Quod si factū est, surgere oportet, et lentè paululū ambulare. At si somni necessitas nō fuit, quia modicè magis aliquis laborauit, tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Cōmunia deinde omnib. sunt post fatigationem cibū sumpturis, ubi paulùm ambulauerunt, si balneū non est, calido loco uel in sole, uel ad ignem ungi, atq; sudare: si est, ante omnia in tepidario residere: deinde ubi paulum conquieuerunt, intrare & descendere in solium: tum multo oleo ungi, leniterq; perfricari, iterū in soliū descendere. Post hæc os aqua calida fouere, deinde frigida. Balneū his feruens, idoneū non est. Ergo si nimium alicui fatigato penè febris est, huic abundè est loco tepido demittere se inguinib. tenus in aquā calidam, cui paulum olei adiectum sit: deinde totū quidem corpus, maximè tamen eas partes quæ in aqua fuerūt, leniter perfricare ex oleo, cui uinum & paulum contriti salis sit adiectū. Post hæc, omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoq; humido uti,
B aqua uel certè diluta potione esse contentos, maximeq; ea quę moueat urinam. Illud quoq; nosse oportet, quòd ex labore sudanti, frigida potio perniciosissima est, atq; etiam (cum sudor se remisit) itinere fatigatis inutilis. A' balneo quoq; uenientibus, Asclepiades inutilē eam iudicauit. Quod in his uerū est, quibus aluus facilè, nec tutò resoluitur, quiq; facilè inhorrescunt. perpetuū in omnib. non est, cum potius naturale sit potione æstuantē stomachū refrigerari, frigentem calefieri. Quod ita præcipio, ut tamē fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidū bibendū esse. Solet etiā prodesse post uarium cibū, frequentesq; dilutas potiones, uomitus, et postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget, in uicē modò aqua, modò uinū bibendum est, raroq; balneo utendū. Leuatq; lassitudinem etiā laboris mutatio, eumq; quem nouū genus eiusdem laboris pressit (id quod in cōsuetudine est) reficit. Fatigato, quotidianū cubile tutissimū est, insolitum cōtrà lassat. Quod enim cōtra cōsuetudinem est nocet, seu molle, seu durū est. Propria quædā ad eum pertinent, qui ambulando fa-
C tigatur. Hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio: post iter, primùm sedile, deinde unctio, tum calida aqua in balneo magis superiores partes, quàm inferiores foueat. Si quis uerò exustus in sole est, huic in balneū protinus eundum est, perfundendumq; oleo corpus et caput, deinde in solium bene calidum descendendū est, tum multa aqua per caput infundēda, prius calida, deinde frigida. At ei qui perfrixit, opus est balneo primùm inuoluto sedere, donec insudet: tum ungi, deinde lauari, cibū modicū, potiones meracas assumere. Is uerò qui nauigauit, & nausea pressus est, si multā bilē euomuit, uel abstinere cibo debet, uel paulū aliquid assumere. Si pituitā acidam effudit, utiq; sumere cibum, sed assueto leuiorē: si sine uomitu nausea fuit, uel abstinere, uel post cibum uomere.

Qui

Qui uerò toto die, uel in uehiculo, uel in ſpectaculis ſedit, huic nihil currendum, ſed lentè ambulandum eſt. Lenta quoq; in balneo mora, dein cœna exigua prodeſſe conſueuerunt. Si quis in balneo æſtuat, reficit hunc ore exceptum, & in eo retentum acetum. Si id non eſt, eodem modo frigida aqua aſſumpta. Ante omnia autem norit quiſq; naturam ſui corporis: quoniam alij graciles, alij obeſi ſunt, alij calidi, alij frigidiores, alij humidi, alij ſicci: alios aſtricta, alios reſoluta aluus exercet. Rarò quiſquam, non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis uerò homo implere ſe debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens ſiccare, ſiccus madefacere: itemq; aluum firmare is cui fuſa, ſoluere is cui aſtricta eſt. Succurrendumq; ſemper parti maximè laboranti eſt. Implet autem corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, & ſi poſt prandium eſt balneum, contracta aluus, modicũ frigus hyeme, ſomnus & plenus, & non nimis longus, molle cubile, animi ſecuritas, aſſumpta per cibos & potiones maximè dulcia & pinguia, cibus & frequentior & quantus pleniſſimus poteſt concoqui. Extenuat corpus aqua calida, ſi quis in eam deſcendit, magisq; ſi ſalſa eſt, in ieiunio balneum, inurens ſol, & omnis calor, cura, uigilia, ſomnus nimiũ uel breuis, uel longus, lectus per æſtatem terra, hyeme durum cubile, curſus, multa ambulatio, omnisq; uehemens exercitatio, uomitus, deiectio, acidæ res & auſteræ, & ſemel die aſſumptæ epulæ, & uini non perfrigidi potio ieiuno in conſuetudinem adducta. Cum uerò inter extenuantia poſuerim uomitum & deiectionem, de his quoq; propria quædam dicenda ſunt. Reiectum eſſe ab Aſclepiade uomitũ in eo uolumine, quod de tuenda ſanitate compoſuit, uideo: neq; reprehendo, ſi offenſus eorum eſt conſuetudine, qui quotidie eijciendo uorandi facultatẽ moliuntur. Paulo etiam longius proceſſit. Idem purgationes quoque eodem uolumine expulit. Et ſunt hæ pernicioſæ, ſi nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen ſubmouenda eſſe, nõ eſt perpetuum: quia corporum temporumq; ratio poteſt ea facere neceſſaria, dum & modo, & non niſi cum opus eſt adhibeantur. Ergo ille quoq; ipſe, ſi quid iam corruptũ eſſet, expelli debere confeſſus eſt. Ita non ex toto res condemnanda eſt. Sed eſſe eius etiam plures cauſæ poſſunt, eſtq; in ea quædam paulo ſubtilior obſeruatio adhibenda. Vomitus utilior eſt hyeme, quàm æſtate. Nam tum & pituitæ plus, & capitis grauitas maior ſubeſt. Inutilis eſt gracilibus, & imbecillum ſtomachum habentibus. Vtilis eſt plenis & biloſis omnibus, ſi uel nimium ſe replerunt, uel parum concoxerũt. Nam ſiue plus eſt, quàm quod concoqui poſſit, periclitari ne corrumpatur, non oportet. Si uerò corruptum eſt, nihil commodius eſt quàm id qua uia primùm expelli poteſt eijcere. Itaq; ubi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum ſunt, ad hunc

protinus

A protinus confugiendũ eſt. Item prodeſt ei cui pectus æſtuat, & frequens ſaliua, uel nauſea eſt, aut cui ſonãt aures, aut madẽt oculi, aut os amarũ eſt. Similiterq; ei qui uel cœlum, uel locum mutat, hisq; quibus (ſi per plures dies non uomuerunt) dolor præcordia infeſtat. Neque ignoro inter hæc præcipi quietem, quæ non ſemper contingere poteſt agendi neceſsitatem habentibus, nec in omnib. idem facit. Itaq; iſtud luxuriæ cauſa fieri non oportere confiteor. Interdum ualetudinis cauſa rectè fieri, experimentis credo. Commoneo tamen, ne quis qui ualere & ſeneſcere uolet, hoc quotidianum habeat. Qui uomere poſt cibum uolet, ſi ex facili facit, aquam tantum tepidam antè debet aſſumere: ſi difficilius, aquæ, uel ſalis, uel mellis paulùm adijcere. At qui manè uomiturus eſt, antè bibere mulſum, uel hyſſopum, aut eſſe radiculam debet, deinde aquam tepidam, ut ſuprà ſcriptum eſt, bibere. Cætera quæ antiqui medici præceperunt, ſtomachum omnia infeſtant. Poſt uomitum (ſi ſtomachus infirmus eſt) paulùm cibi, ſed huius idonei, guſtandum, &
B aquæ frigidæ cyathi tres bibẽdi ſunt. Si autem uomitus fauces exaſperauit, qui uomuit (ſi manè id fecit) ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare. Si poſt cœnam, poſtero die lauari, & in balneo ſudare: hinc proximus cibus, mediocris utilior eſt, isq; eſſe debet cũ panè heſterno, uino auſtero meraco, et carne aſſa, cibisq; omnibus quàm ſiccisſimis. Qui uomere bis in menſe uult, melius conſulet, ſi biduò continuarit, quàm ſi poſt quintum demum diem uomuerit, niſi hæc mora grauitatem pectori faciet. Deiectio autem medicamento quoque petenda eſt, ubi uenter ſuppreſſus parũ reddit, ex eoq; inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaq; ſuperioris partis mala increſcunt. Quid enim inter hæc adiuuare poſſunt quies & inedia, quæ per illam maximè eueniunt? Qui eijcere uolet, primùm cibis uinisq; utetur his, quæ hoc præſtant. Dehinc ſi parum illa proficient, aloen ſumat. Sed purgationes quoque ut interdum neceſſariæ ſunt, ſic ubi frequentes ſunt, periculum afferũt. Aſſueſcit enim non ali corpus, & ob hoc infirmum erit, cum om-
C nibus morbis obnoxia maximè infirmitas ſit. Calefacit autem unctio, aqua ſalſa, magisq; ſi calida eſt: omnia & ſalſa, amara, carnoſa, ſi poſt cibum eſt balneum, uinum auſterum: refrigerat in ieiunio & balneum & ſomnus, niſi nimis longus eſt, & omnia acida, aqua quàm frigidiſſima, oleum ſi aquæ miſceatur. Humidum autem corpus efficit labor maior quàm ex conſuetudine, frequẽs balneũ, cibus plenior, multa potio, poſt hæc ambulatio & uigilia. Per ſe quoq; ambulatio multa, & uehemens, & matutina exercitatio, & non protinus cibus adiectus, ea genera eſcæ quæ ueniunt ex locis frigidis, & pluuijs, & irriguis. Contrà ſiccat immodica exercitatio, fames, unctio ſine aqua, calor, ſol immodicus, frigida aqua, cibus exercitationi ſtatim ſubiectus, & is ipſe ex ſiccis & æſtuoſis

locis ueniẽs. Aluum astringit labor, sedile, creta figuralis corpori A illita, cibus imminutus, & is ipse semel die assumptus ab eo qui bis solet: exigua potio, neq; adhibita, nisi cum cibi quis quantum assumpturus est, capit, post cibum quies. Contrà soluit aucta ambulatio atq; esca, pòst motus qui post cibum est, subinde potiones cibo immixtæ. Illud quoq; scire oportet, quod uentrem uomitus solutum comprimit, compressum soluit. Itemq; comprimit is uomitus, qui statim post cibum est: soluit is, qui tardè superuenit. Quod ad ætates uerò pertinet, inediam facilimè sustinent mediæ ætates, minus iuuenes, minimè pueri et senectute cõfecti. Quo minus fert facilè quisq;, eo sæpius debet cibũ assumere, maximeq; eo eget qui increscit. Calida lauatio, & pueris & senibus apta est. Vinum dilutius pueris, senibus meracius, neutri ætati quæ inflationes mouet. Iuuenum minus quæ assumant, & quomodo curentur, interest. Quibus iuuenibus fluxit aluus, plerunq; in senectute contrahitur: quibus in adolescentia fuit astricta, sæpe in senectute soluitur. Melior est autem in iuuene fusior, in sene astrictior. Tempus quoque B anni considerare oportet. Hyeme plus esse cõuenit: minus, sed meracius bibere: multo pane uti, carne potius elixa, modicè oleribus, semel die cibum capere, nisi si nimis uenter astrictus est. Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Eo tempore anni calidis omnib. potius utendum est, uel calorem mouentibus: Venus tum nõ æquè perniciosa est. At uere paulùm cibo demendum, adijciendumq; potioni, sed dilutius tamen bibendum est, magis carne utendum, magis oleribus, transeundum paulatim ad assa ab elixis. Venus eo tempore anni tutissima est. Æstate uerò & potione & cibo corpus sæpius eget. Ideo prandere quoq; commodum est. Eo tempore aptissima sunt & caro, & olus, potio quàm dilutissima, ut & sitim tollat, nec corpus incendat, frigida lauatio, caro assa, frigidi cibi, uel qui refrigerent. Vt sæpius autem cibo utendum, sic exiguo est. Per autumnũ propter cœli uarietatem periculum maximum est. Itaq; neque sine ueste, neque sine calceamentis prodire oportet, præcipueq; diebus frigidioribus: neq; sub diuo nocte dormire, aut certè bene operiri. Cibo uerò iam paulo pleniore uti licet: minus, sed meracius C bibere. Poma nocere quidam putant, quæ immodicè toto die plerunque sic assumuntur, ne quid ex densiore cibo remittatur. Ita nõ hæc, sed consummatio omniũ nocet. Ex quibus in nullo tamen minusquàm in his noxæ est. Sed his uti non sæpius, quàm alio cibo, conuenit. Denique aliquid densiori cibo, cum id accedit, necessarium est demi. Neque ęstate uerò, neq; autumno utilis Venus est. Tolerabilior tamen per autumnum, æstate uerò in totum (si fieri potest) abstinendum.

ENARRATIO.

Atq; hæc quidem penè perpetua sunt.) Certa uia rationeq;, quicquid uel discitur, uel

A uel docetur, eius primùm generalia axiomata percipi ac tradi debent. Mox ad formas, & ad ea quæ angustiora sunt, paulatim descendendum est. Quocirca Celsus, posteaquam perpetuas, & propemodum generatim ad uniuersos pertinentes sanitatis pleraſque præceptiones complexus est: commodè sanè rectèq; ac debuit, quę cuiusq; ferè circumstantiæ propria sunt, in hoc capite subiecit. Voco autem circumstantias, περιστάσεις illas medicorũ, ætatem, sexum, studium, uictum, locum, tempus, naturam, corporis habitum, & aeris præsentem conditionem. Vt enim quæ superiore maximè capite, atque adeò etiam nonnulla quæ primo continentur, ad omnes personas, ætates, sexus, tempora, loca, corpora accommodari possunt: sic sunt horum singulorum quædam propria, sine quibus integra ualetudo cõstare nequeat. Quanquam ne superiora quidem temerè atq; ubiq; obseruari nec debẽt, nec possunt. Neq; enim quisquis crudum sine præcordiorum dolore ructat, protinus aqua frigida adiuuatur: neq; russa urina semper cõcoctionis indicium facit, neq; longis diebus meridiari omnibus ex usu est, neq; post cibũ nunquam lucubrandum est, neq; omnibus ante cibum semper exerceri integrũ est, neq; à salsamentis aut oleribus cibus omnis inchoandus est, neq; condita semper inutilia sunt: deniq; nec bono stomacho secunda mensa nunquam nocet, nec semper in imbecillo coacescit. Sed sunt hæc omnia singulari pru- B dentia sic ad uniuersos conferenda, ut cùm alia multa, quorum bona pars superius explicata est, tum quæ hoc toto capite exponentur, accurata obseruatione coniungantur. Non quòd cuiusque naturam propriam quid deceat, quid non, expectari debeat: id enim infinitum foret, neq; artis ambitu comprehendi posſit: sed quòd communibus istis circumstantiarum præceptis, cuiusq; propria constitutio expendi & dirigi ac fingi, tractariq; debebit.

Hipp. lib. de Carnibus. Plato, Aristoteles, Galenus.

Gal. lib. 1. ad Glauconem.

Quasdam autem obseruationes desiderant, & nouæ res, & corporum genera, & sexus, & ætates, & tempora anni.) Nouas res uocat, quæcunq; mutata prioris uitæ forma ac genere instituuntur: ut si ex certo loco in alium cõmigrandum sit, si præter morem à cibo abstinendum, si uberius aut crebrius comedendum, si laborandum, si pedibus, nauigio, aut uehiculo sit proficiscendum. Postremò, si quid sit noui faciendum. Porrò corporum genera sunt, calida, frigida, humida, sicca, obœsa, crassa, macra, pinguia. Sexus, uiri & mulieris discrimẽ, cuius solius nulla in nostri Celsi editione pręcepta extant: uel quòd temporum iniuria ea pars detracta sit, & omissa: uel quòd non difficilis eius sit ex alijs locis, rebusq; similibus intelligentia. Quæ enim de calidis corporibus, eadem de uiris præcipi possunt. Quæ uerò de algidis atque humidis traduntur, ea non ineptè ad mulieres accommodantur. Aetates Hippocratem ac Pythagoram secuti (uariè enim alioqui & à Varrone & ab alijs partes earum enumerari solent) in pueritiam, adolescentiam, iuuentutem & senectu- C tem secabimus. Anni tempora tęr sunt, æstas, autumnus & hyems. Quibus ætatum & anni singulis membris tres articulos tribuunt, uirorem, uigorem, & præcipitium seu desinentiam: hoc est, initium, medium, ac finem. Atq; de his ordine iam deinceps præcipietur: nam & Hippocrates plerisq; in locis diligentem & accuratã earum rerum semper obseruationem haberi mandat: & Galenus nusquam nõ cùm copiosissimè, tum summo studio ea persequitur, commendat, repetit, inculcat.

1. Aph. 1. & 17.

Nam neq; ex salubri loco in grauem, neq; ex graui in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in grauem, prima hyeme: ex graui in eum qui salubris est, prima æstate trãsire melius est.) Primùm in omni uictu uita que eius perpetuò meminisse decet, quòd subitas & uehementes mutationes natura nusquã sustineat: quum sit, quicquid nimium est, naturæ inimicum: & fiat, quod paulatim fit, in omni mutatione tutius. Quare & è graui in salubrem locum transire, parum tutũ est: primùm quia citam subitamq; eam mutationẽ natura non fert. deinde quòd, ut cibus paulo deterior, tamen usurpatus, meliori & non assueto est anteponendus:

Gal. in arte Medic. Hippocr. 2. Aph. 51.

sic locus atque aer consuetus uel grauior, salubriori & dissueto est præferen- A
dus. Si qua tamen necessitas ad migrationem coget, prima hyeme è salubri loco in grauem cōcedere præstabilius erit: partim quòd hyeme corpora sint ad quiduis perpetiendum experiēdumque tum aptiora, tum robustiora: partim etiam, quòd grauitas locorū ac cœli hyeme quàm alijs anni temporibus magna ex parte multo sit hebetior, quum & pestilentia & contagiosis morbis minus passim laboratur. Sed tamē ne protinus in hyemis summam acerbitatem incidatur, eius principio & sub finem autumni mutationē hanc adire rectissimum erit. Ex graui uerò loco in salubrem cōmigrare prima æstate ac præcipiti uerè cautissimum fuerit: propterea quòd & æstiuis diebus maiore grauitate regiones omnes affici incipiant, & sint insequentibus temporibus corpora animantium infirmiora. Quamobrem ut è graui in grauē, & in salubrem è simili abire minimum habet periculi: ita è graui in salubrem quidem, sed solito tamen magis ingrauescentem, & è salutari mitiq́ in grauiorem, quum minimè molestus sit, concedere omnino tutius existimare oportebit. Sic enim non modò minimū mutationis accidet: sed etiam quicquid demum eueniat, fortius erectiusq́ perferetur.

Neq; uerò ex multa fame nimia satietas, neq; ex nimia satietate fames idonea est.) Non sa-
2. Aph. 4. tietas, non fames, inquit Hippocrates, nec aliud uerò quicquam bonum est, quod naturæ uires excesserit. Cibus etenim præter naturam plus iusto inge- B
stus morbum creat, id quod curatio ostendit, quum plenitudine sublata ualetudo recuperatur. Ac multo profectò magis eadem morbum adferent, si è contrario in contrariū, ut è summa aut diuturna fame in saturitatem ingentem continuò transeat. nam hic & dissuetudine corpus, et nimio offenditur.

Periclitaturq; & qui semel, & qui bis die cibum incontinenter, contra consuetudinem assu-
Lib. 2. Vict. *mit.*) Est hoc quoque ex Hippocrate prolatum, cuius uerba hæc sunt: Iis qui
acut. bis in die præter morem cibum sumunt, & ijs qui semel, repentinæ mutatio
Lib. de Vete nes noxas & ægritudines inducunt. Videtur itaq; nec adijcere, nec detrahe-
ri Medic. re, commodum esse: non solum non in sanis, sed etiam in ægrotis multo minus. Non enim unquam licet intempestiuas, aut uehementes uasorum euacuationes facere: nec derepentè in ulla re quicquam siue huc, siue illuc trāsmutare. Maximè siquidem mutationes eorum quæ circa naturas nostras habitus'que contingunt, maximè morbos gignunt. Adeò ut & carnes præter consuetudinem sumptæ, & panis calidus, & è tota farina confectus, & uinum quoque quodcunque, si dissuetum est, naturam perturbet. Porrò quisquis è multa fame multa que uasorum uacuatione plus moderato derepentè ingerit, multo læditur magis, quàm si ex multo cibo ad uasorum inanitionem transmutetur: tantó que noxa maior est & grauior, quanto fames antecesserit longior. Oportet enim uentrem à ciborum copia conquiescere: sin minus, & dolorem in corpore inducet, & totius corporis grauitatem pariet. Tanta profectò consuetudinis uis est & efficacitas, quanta uerbis ex- C
Arist. Sect. plicari non possit: usque adeò, ut qui luxuriosè & intemperanter uiuere
28. Probl. 1. consueuerunt, si id protinus facere desinant, statim nonnunquam se ægrius habent. Dionysius tyrannus, quòd in urbis suæ obsidione aliquanto diutius à solito potu destiterit, tabe euestigio correptus traditur. Propterea quòd id cuique optimum est, & tanquam naturale, quod ipsi consuetum est. Quanquam consuetudo praua licet interdum serius, postremò tamen ac tandem prauitatis suæ pœnas omnino dare solet, & tarditatem magna grauitate compensare. Quod in senibus nimium multis, quorum adolescentia intemperans & libidinosa fuit, animaduertitur. Et Galenus fore
Lib. 1 Alim. eiusmodi, non uno tantum loco, interminatur. Quamuis noxam, inquiens, quæ singulis diebus succedit, præ exiguitate non sentimus: haud tamen quaquam longa dierum serie collectam atque exaggeratam effugiemus impunè, quin erumpet aliquando tandem, atque manifestè non sine

A nostro se magno malo prodet. Atque item alibi: Omnibus, inquit, praui succi edulijs, quamlibet probè à nonnullis conficiantur, abstinere in totum consuluerim. Clàm enim, longa'que temporis serie prauus in uenis succus ex ipsis suggeritur, atque accumulatur: qui uel leuicula putredinis accepta occasione febres sæuissimas, & mirè contumaces excitat. Et alibi rursus, idipsum insigni hac similitudine illustrat. Causæ pleræque insalubres potentia, uirtute'que uirus rabidorum canum, & lethalia nonnulla medicamenta imitantur: quæ etsi in affecto loco non statim insigne ac manifestum pariunt incommodum, post quatuor tamen, aut sex menses, aut longiorem etiam temporis usuram perimunt. Nam & Hippocrates post annos demum quatuordecim, atque adeò uiginti, uitia quædam primùm efflorescere, memoriæ prodidit. Et nos hodie in multis cernimus, Venereũ uirus seu Gallicani, seu Neapolitani morbi, multos non modò menses abditum, post magna interualla, modò decem, modò uiginti, modò triginta annorum, modò citius serius'que tanquam reuirescere, quod miseri mortales uel in toto sublatum, uel extirpatum esse, uel euanuisse falsò crediderunt: quod ubi semel radices egerit, (recens enim alioqui, nec confirmatum, eripere difficile non est) nec tollitur unquam, nec penitus euellitur. Sed sum longius, consuetudinis ui exponenda, à re præsente euagatus. Quare qui, quantum crebritatis mutatæ & infrequentiæ sit uitium, cognoscere expetit, & hæc ipsa, & quæ superius eadem de re ex Hippocrate & Galeno protulimus, diligenter contempletur & intueatur. Lib. 2. Alim. 2. Comment. in primũ prædiction. Lib. de Internis affect. B

Item neq; ex nimio labore subitum ocium, neque ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est.) Aliquanto id plenius Hippocrates sic extulit: Si totum corpus præter consuetudinem multum quiescat, non statim idcirco robustius efficitur. At si postea quam multo tempore quieuit, derepentè ad labores se conuerterit, uitiosum quiddam palàm operabitur. Ad eundem uerò modum singulæ etiam corporis partes, ut pedes, articuli, dentes, oculi, quippiam uitij perpetientur, si ex quiete protinus laborē aggrediantur. Id quod & poëta elegiacus perquàm uenustè equorum exemplo docuit: Lib. 2. Vict. acut.

Tempore qui longo steterit, malè currit, & inter Ouidius.
Carceribus missos ultimus ibit equus.

Verumtamen post multam quietem, quod scribit Hippocrates, ampliorem laborem alterе multo magis lædit: quàm si contra quis, ex multo labore euestigio ad ocium atque segnitiem excidat. Galenus porrò, qui ex segnitie, inquit, uita ad exercitium se conferunt, statim fluxionibus capiuntur, præsertim qui humidioris temperaturæ sunt: nisi ante sint præpurgati. Alioqui enim crassa & concreta, atque etiam modicè frigida funduntur, & in spiritum conuertuntur. Ex quo fit, ut uernis temporibus cynanchæ, destillationes, hæmorrhoides, ophthalmiæ, peripneumoniæ, pleuritides maximè eueniant: quibus uel sectione uenæ, uel malleorum scarificatione, uel purgatione succurrendum est. Huc illud etiam pertinet, quod Hippocrates libro quem de Articulis inscripsit, refert: Omnia quæ in humano corpore ad certum usum comparata sunt, si quis ijs non solum moderatè utatur, uerumetiam ijs exerceat laboribus, ad quos natura sunt cōdita, & ualere, & augeri, & consenescere: sin uerò torpescere permittantur, neque ipsis homo utatur, facilè morbis tentari, & neque augescere satis, & citò senio confici, maximeq; omnium & articulos & neruos. Lib. 5. Val. C

Ergo quum quis mutare aliquid uolet, paulatim debebit assuescere.) Omne nimium naturæ inimicum est. quod uerò paulatim fit, tutò fit: præsertim ubi à re quapiã ad nouã quis cōuertit, inquit Hippocrates. Sed de ratiõe nouã & insolitã rem capessendi, satis superq; sub nostræ cōmentationis initium dictũ est. In quo genere, si quid initiò difficultatis percipitur, tamē resiliendũ nõ est, sed contra audentius eundũ. Quare si quid malè fers, assuesce, feres bene: multa 2. Aph. 51.

Ouidius 5. Triſt. uetuſtas Lenit, & incipiẽs omnia ſentit onus. Verùm inter hęc, optima quę- A
que ſtatim deligere ſapientiſsimum eſt, quæ conſuetudo demũ iucunda red
det: ut ne uel ſerò, uel intempeſtiuè quiſquam quid diſcere incipiat, neu ſit
aliquid poſtea ſummo cum tædio dediſcendum. At ita demũ optima uo-
lo, ut & maximè ipſa fiant, & unũ quippiam nihil ſic faciamus unquã, quin
minus bonorũ interim, omniumq; nos rerum uſu ac tolerantia quodam mo
do confirmemus: uario cibo, uario potu, omni aere, omni exercitio, cultuq;
omni, præterquam animi, utentes. In quo ſolo ad id unum quod optimum
eſt, ſemper perpetuoq; aſpirandum eſt.

*Omnem etiam laborem facilius uel puer, uel ſenex, quàm inſuetus homo ſuſtinent. Atq; ideo
quoq; nimis ocioſa uita utilis non eſt: quia poteſt incidere laboris neceſsitas.)* Aliter paulo
2. Aph. 49. Hippocrates ſcriptam reliquit eandem ſententiam. Qui cõſueti ſunt ſolitos
ferre labores, quamlibet fuerint imbecilles & ſenes, nõ aſſuetis, quamuis ro-
buſtis atq; iuuenibus, facilius ferunt. Neq; mirũ id uideri debet. nam (quod
Lib. 2. Temperat. eleganter inquit Galenus) ἐπίκτητοι φύσεις εἰσὶ τὰ ἔθη, id eſt, conſuetudo adſci
titia quædam natura eſt. Quare & uſus rerum omnium parens rectè dici ſo-
let, & conſuetudo magiſtra. Et notamala eſſe optima. Adeò ut ne uenena
quidem ſummè pernicioſa, ijs qui prius aſſueuerant, nocuiſſe compertũ ſit.
Iuuenal. Satyr. 14. Serpente ciconia pullos nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta: illi eadem
ſumptis quærunt alimonia pennis. ſic uultur cadauera, ſic leporem aut ca- B
pream aquila, ſic denique quibus animãs quodq; ab ineunte teneraq; ætate
Gal. lib. 2. Simpl. aſſueuerit, ea per reliquam omnem uitam & quærit, & in delicijs habet. Ita
Athenienſis illa anus cicutam, ita uiperas, hyoſcyamos, araneos alij alijq; ſi-
bi familiares reddidere. Vſq; adeò à teneris aſſueſcere multum eſt: etſi ferè
quæ noſtræ naturæ eſt prauitas, uitia tum animi, tum corporis, & percipiun
tur facilius, & hærent tenacius. Dociles ſiquidem imitandis turpibus ac pra
uis omnes ſumus, & Catilinam Quocunq; in populo uideas, quocunq; ſub
axe: At nec Brutus erit, Bruti nec auunculus uſquam, Nec de ſe rectè cuiquã
ſperare propinquo Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ, Boletum cõ-
dire, & dulci iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone magiſtro,
Quin cupiet ſemper lauto cœnare paratu. Sed ſunt hæc paulo à præſenti lo-
Lib. 5. Val. co alieniora. Illud ad rem magis pertinet, quo Galenus pulchrè, cur uſus at-
que conſuetudinis tantę ſint uires, teſtatũ reliquit, inquiens: Qui cuilibet rei
inſueſcunt, magna ex parte naturæ ſuæ conſuetudinem conuenientem deli-
gunt: propterea quòd ab ijs, quæ nõ conueniãt, ſubinde læſi, ipſa per ſe re-
pudiant. Quanquam ſunt aliquãdo qui dulcedine atq; uoluptate uicti, præ
nimia dementia ſe lædi non ſentientes, in malis conſuetudinibus durant &
perſiſtunt. Nemo itaq; eius rei, à qua ingenio abhorret uſum facilè, ſuſcipit:
non uirtutem, non uitia, non artes ullas, non res ſalutares aut pernicioſas
quiſquã temerè, repugnante Minerua, ſibi familiares habet. Adde his, eſſe C
neminem, qui non aliquam rem & laborem, quo ocioſæ uitæ tædia incom-
modaq; propulſet & in laboris neceſsitatem præmuniatur, uſurpare queat.

*Si quando tamen inſuetus aliquis laborauit, aut multo plus quàm ſolet etiã is qui aſſueuit, huic
ieiuno dormiendum eſt: multo magis, ſi etiam os amarum eſt, uel oculi caligant, aut uenter per-
turbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo ieiuno eſt, ſed etiam in poſterum diem per-
manendum, niſi citò id quies ſuſtulit: quod ſi factum eſt, ſurgere oportet, & lentè paulùm ambu
lare. At ſi ſomni neceſsitas non fuit, quia modicè magis aliquis laborauit, tamen ingredi aliquid
eodem modo debet.)* Paris eſt delicti, & inſuetus ſi quis quid laborauerit, & aſ-
ſuetus plus quàm ſolet. Quamobrem & par eſt accidentium ratio, & emen-
dationis. Quocirca contraria contrariorũ quum ſemper ſint remedia, quies
utriſq; & ſomnus imperari debebit. In omni corporis ſiquidem metu, ut au
2. Aph. 48. thor eſt Hippocrates, ubi laborare quis cœperit, quies ſtatim laſsitudinis re-
mediũ eſt. Nec cibus ullus interim exhiberi debet, nõ ſolũ propterea quòd
corporis uires debilitatæ ſint, neq; cibi molem ſuſtineant: uerum etiam quo

A natura lassitudini depellendæ per quietem fortior integriorq; aduersetur. Quare & Galenus in diarijs febribus ex lassitudine profectis, nisi reparatis uiribus, & febri depulsa, uini cibiq; usum non permittit. Quin si tanta sit facta lassitudo, ut & os amarescat, & caligēt oculi, & uenter perturbetur, quiescendum ac dormiendum multo magis est. Somnus enim, si quicquam aliud, optimè cōcoctionem adiuuat, & corpus humectat, & quod planè corruptum est uel sudore, uel urina expellit: & si quę semicocta subsunt, ea perficit, utiliaq; reddit: ac bilem denique mirificè contemperat, quæ bilis superiorum accidentium sola causa fuit, utpote quæ & amara est, & è stomacho pro singulari sua læuitate in caput facillimè subuolat, & euaporat, si quando sursum suo impetu feratur: sin deorsum rapiatur, iam uentrem perturbat, & sua mordacitate irritat ac deijcit. Etsi ille turbari lassis hominibus ac uacuis aliter potest, flatibus nempe è pituita uiscerum & intestinorum excitatis. Certè rebus insuauibus omnibus uentriculus supinus redditur atq; euertitur: nimirum quàm citissimè quod molestum est, ab se reijcere cōtendens. Quod utiq; pro rerum molestarum ductu facit, & procliuitate. si nanque deorsum illa uergant, pessum iam trudit & expellit: si sursum euolent, per uomitū effert & reiectat. Quæ eadem in prauorum humorum ex uniuerso corpore confluxu facere solitus est: ipsis eo pacto, modò uomitum, modò diarrhœā B conciliantibus. Sic itaq; bilis quoties per exercitia, inediam, iram, curas, tristitiam, uigilias, ex reliquo corpore in superiorem uentrem confluit, protinus ori suam amarulentiam, tunicæ uentriculi summiq; oris quadam communione ingerit, & capiti oculisq; uertiginem suis uaporibus conciliat: aut deorsum uersus erepens, uentris fluxum concitat: nonnunquam etiam & tormina & dysenteriam parit. Quæ uti domatur quiete ac somno: sic laboribus, fame, uigilijs, cæterisq; rebus quæ calefacere corpus atq; exiccare consueuerunt, ferocior redditur. E quibus manifestum euadit, quietem prorsus his & omnino necessariam esse: inediam uerò semper utilem non esse. siccis enim calidisq; corporibus ac biliosis fames magna, quemadmodum neque mel, ex usu nunquam est: adeò ut ipsis quouis tempore cibum capere, & febribus impetentibus, & occupantibus, quum nullis alijs licet, permissum sit. Quare de quiete in fatigatis capessenda, rectè Celsus admonet: de ieiunio indistinctius locutus est, quod calidis & siccis & πικροχόλοις atq; amara bile infestatis inimicum est, propterea quod uentriculus si bonum paratumq; in se alimentum non continet, excrementis aliunde euocatis se saturat: cuiusmodi sunt sanies quædam biliosæ, pituitosæq; ac serosæ, quæ ipsi indigenti iecur non difficulter inuideq; permittere solet. Vt huc ne repetam interim, quod scribit alicubi Galenus: Calidis aridisq; naturis rem aduersissimam esse inediam, ac febrium paratissimam causam. Voco autem, in-C quit, naturas calidas ac siccas, non solum quæ à primo ortu tales ex proprio temperamento sint: sed etiam quæ posterius ex calido siccoq; uictu, & plurima dimotione, & uigilia, & cura, & tristitia, & cœlo calido ac sicco sint acquisitæ: his enim corporibus, dum ualent, inedia noxia est. Iis uerò qui ex ustione aut labore immodico, aut uigilijs, aut simili de causa febriunt, non tantum noxia res est, sed si quicquam aliud, planè perniciosa: quippe quam febres demum ardentes, hecticæ, marasmi consequantur. Eam igitur ob rem cautè ac prudenter hic dispiciendum est, ne siccos ieiunijs amplius arefaciamus, neu cæteros præproperè cibo oneremus. Sūt enim alioqui, quies, somnus, abstinentia, talia, quibus & bilis nonnunquam, & in primis omnis cruditas bellissimè concoquatur. Ita enim & Galenus totum diem in quiete crudos abstinere suadet, & uesperi demum pinguiter, ut antè diximus, ungi, & balneo temperato uti, & sorbitiuncula parua boniq; succi ali imperat. Quibus si labor omnis depulsus est, postero die solita uitę officia negotiaq; repetere iubet, lentè ac paululum prius inambulando: tum ut si quæ in cute lassitu-

Lib. 1. ad Glauco.

Lib. 4. Val.

Gal. 2. Alim.

Gal. lib. 2. de Natur. facul. & 8. Meth.

Hip. 2. Acut. Gal. 8. Meth. Lib. 3. de Natur. facult.

Lib. 10. Met.

lasſitudinis reliquiæ commorentur, ambulatiuncula tali diſcutiantur, tum A
ut paulatim natura tanquam manu ad priſtini ſtudia munia'que reducatur.
Quanquam & maturius eò redire, ſi citius defatigatio diſcutiatur, licebit.
At uerò quid iſtæ poſt laborem deambulationes efficiant, ſuprà ex Hippo-
crate protulimus.

*Communia deinde omnibus ſunt, poſt fatigationem cibum ſumpturis, ubi paulùm ambulaue-
runt, ſi balneum non eſt, calido loco uel in ſole, uel ad ignem ungi atq; ſudare: ſi eſt, ante omnia
in tepidario reſidere, deinde ubi paulùm conquieuerunt, intrare & deſcendere in ſolium: tum
multo oleo ungi, leniterq́; perfricari, iterum in ſolum deſcendere. Poſt hæc os aqua calida foue-
re, deinde frigida.)* Artis quæ ualetudinem tuetur, non leuis portio eſt quæ de
exercitatione præcipit: cuius ipſius rurſus non exigua pars eſt, quæ laſsitu-
dines pręcauet, arcetq́; imminentes, aut factas etiam pellit & emendat. Simi
lis enim ratio eſt & inſtantis laſsitudinis cauendæ, & præſentis iamq́; effe-
ctæ corrigendæ. Cuius omnem methodum hoc loco è Galeno, ut libẽs ple-
raque facio omnia, ſemel proferre atq; explanare uiſum eſt: uel quòd ſingu-
laris eorum ſit utilitas, uel quòd ad Celſi plenam intelligentiam mirificè cõ-
ducere uideantur. Quum itaq; laſsitudinis duplex ſit differentia, altera quæ
ſponte nulloq́; fit exercitio, ſed cùm ex humorum multitudine ac plenita-
te, tum ex eorundem uitio prauitateq́; naſcitur, atque impendentium mor-
borum indicium facit: altera, quæ immodicas exercitationes excipit, ac ſa- B
norũ ſymptoma, maliq́; nullius index ipſa per ſe ducitur: de poſteriore tan-
Definitio. tum & Celſus loquitur, & ſermo nobis futurus eſt. Eſt igitur laſsitudo, ſiue
fatigatio, quæ Græcè κόπος ac πόνος dicitur, quũ uel ulceris ſenſus inter mo
uendum corpus, aut eius partem ſe exhibet, uel incendi tendiq́; ſibi, qui ſe
mouent, uidentur: idq; cum horrore nõnunquam quodam, aut rigore, aut
pigritia, aut certè tarditate denſitatéue quadam ſubmoleſta. Et eſt in triplici
Formæ. differentia. Prima ulceris, ſiue ἑλκώδης. altera tenſionis, ſiue τονώδης. tertia
Formarum inflammans, ac φλεγμονώδης dicitur. Vlcerans laſsitudo fit ab excremento-
finitiones. rum tenuium ſimul & acrium copia pungente, & tanquam uulnerante, mo-
dò carnem, modò cutem ſolam, modò etiam utraq;. Qui acres humores uel
ab excremento craſsiore prius, & mox diffuſo atq; attenuato, per laborem
tum nimium, tum celeriorem, perq; nimiam in æſtu ac ſole commorationẽ,
uel ab adipe molli'ue carne ſimiliter eliquata naſcuntur: idq; ferè uel cum
denſitatis, uel cum horroris, uel rigoris perceptione quadam. Tendens ue-
rò laſsitudo, nullum habet excrementum, cujus magnopere ſit habenda ra-
tio, coniunctum: ſed cum ſucci bonitate, in muſculis ac neruis nimio exer-
citio, robuſtoq́; potius quàm celeri excitatus diſtenſionis affectus ſenſusq́;
reſidet: ex quo pigri atq; ægrè flexibiles redduntur, & calidiores quàm per
ſanitatem, aut in ulcerante laſsitudine, fieri ſoleat. Phlegmonodes autem
atque inflammans fit, quum muſculi nimium excalfacti ſibi attraxere quip- C
piam ex ſibi circumfuſis excrementis, ſic ut contuſi & tanquam inflamma-
tione obſeſsi, tumidioresq́; appareant: ſuiq́; contactu & doleant, & calidio-
res percipiantur. Quod idem ſi iam in neruis intus ac tendonibus ſentiatur,
ὀστεοκόπος nominatur, tanquam oſſa dolor & laſsitudo citra grauitatem obſi-
deat: quæ in ipſa tamen ueſtientibus muſculis ac tendonibus, ubi ſe quis in-
Curatio ul ſueto labore uehemẽtius fregerit, delitеſcit. Porrò ulcerans laſsitudo corri-
cerantis. gitur, frictione multa è molli oleo omnis aſtrictionis experte, & exercitio
apotherapeutico, hoc eſt, in quo motus adhibentur quantitate mediocres,
& qualitate tardiuſculi, cum frequenti quiete interpoſita, dum confricetur à
multis contrectantibus & manibus inunctis, quo ocyſsimè excrementa di-
Curatio ten gerantur. Tendẽs laſsitudo pauca & molli è dulci atq; è gelido oleo frictio-
dentis. ne, aut balneo uno alteroq́; medij temperamenti, moxq́; unctione antequã
Curatio in- ueſtiatur accõmodata diſcutitur. At inflammans laſsitudo ſanatur oleo co-
flammantis. pioſo ac tepido pariter, & frictione molliſsima lõgiſsimaq́;, & in medij tem
peramenti

A peramenti aut potius subtepidis aquis mora, multa cum quiete, assiduaque unctione. Cæterum uictus omnium ex æquo boni esto succi, & paucus, ac humidus: sed in tendente quàm in ulcerante parcior, etsi contra in hac quàm in illa plusculum lentoris obtinens permittitur. Inflammans præterquam quòd humidissimum ac minimum postulat, aliquantum etiam refrigerantem desiderat. Est autem præter lassitudinum tria superiora genera, & gracilitatis quidam affectus; lassitudinibus non admodum dissimilis, & exulcerante frequenter proficiscens: quum suprà quàm æquum sit, musculi eorum qui probis humoribus sunt præditi, ex immodico exercitio deficcantur, sic ut squalidum contractumque corpus, & ad motiones quodammodo pigrum sentiatur. Quos iuuat aqua calidor, quæ paulatim contrahat & calfaciat, roboretque cutem, & postridie tum motus, tum frictio pauca, mollis, ac tarda, & solium calidum, ex quo protinus in frigidam insiliant: quo uidelicet ipsis robur in cute unà cum calore constet: suntque ijdem humido prorsus alimento recreandi. Celsus nulla generum istorum distinctione, ad omnium curationē proximè accedere uidetur; & ab omnibus nonnihil discrepare. Quare eius omnem doctrinam ad Galeni iam dictam institutionē exigere, tutissimum fore censeo. Cæterùm post balneas non temerè est, cur primùm calidam tepidàmque, mox etiam frigidā suadeat. Nempe ut calida siccitatem temperet, & fumos acres uaporesque ore ac pectore contentos eluat, mitigetque: frigida uerò, ut calorē balnei, ac lassitudinis æstum, in ote ac faucibus cunctoque thorace relictum emendet; & ut laxitatem raritatemque è labore lotioneque calida profectā contrahat, stringat, ac roboret. Nam & frigida hæc præstat, & calida ad frigidæ usum uiā munit, temperata quadam uirtute inter lassitudinis frigidæque aquæ uiolentiam sese interponens: atque utraque pari facultate confringens. Porrò calidam pro tepida & temperata, quæ eucrata dici debebat, capi, frequentius est, quàm ut studiosè moneri necessarium sit.

Victus omnium. *Gracilitatis affectio.*

B

Lib. 10. Met. *Lib. 3. & 4. Simpl.*

Balneum bis feruens idoneum non est.) Horrorem feruor inducit, & uehementer carnem cutemque, ut fumi et acres tum humores, tum uapores ex defatigatione concitati, discuti nequeant, atque intra corpus includantur, cōtrahit: ex quo demum putrefacti, horrorem, rigorem, & febrem denique excitant: nullo interim cōmodo externis partibus ab aquæ humiditate accedente. Nam offendentium contactu stipantur, durantur, ac constringuntur semper corpora, tenuesque meatus ipsorum coguntur ac densantur. Contraque iucundis succedunt contraria: funduntur ac molliuntur corpora, & dilatantur meatus. Aqua igitur feruētē retrocedit, fugitque in profundum natura. At temperatæ qualitas sua dulcedine naturam ad se explicandam, atque quoquo uersus extendendam prouocat, ac blandè pellicit.

Galen. lib. de Simpto. caussis, & 10. Meth. *Lib. 7. Met.*

C *Ergo si nimium alicui fatigato, penè febris est, huic abundè est, loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei adiectum sit: deinde totum quidem corpus, maximè tamen eas partes, quæ in aqua fuerunt, leniter perfricari ex oleo, cui uinum & paulum contriti salis sit adiectum.*) Fatigatio balneum expetit, quòd stipationem illi ferè coniunctam eripiat: febris metus, lotionem propè repudiat. nam & multi eorum qui cruditate aliqua laborant, & plures eorum in quibus mordentium excrementorum abundatia subest, & omnes prætetea qui uel in febrili significatione, uel in ascensu, etiam omnes qui in summo incremento, præter admodum paucos cōstituti sunt, siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido sole, siue exercitationes, frictiones, gestationesque tentauerint, meritò inhorrescunt. ut itaque neque illi nihil, neque huic nimium fiat, dimidiati corporis tantum atque uilioris lotionem permittit. Diligenter tamen, sit'ne idetiam satis tutum semper futurum, expendi uelim. Constat enim, dum febris imminet, incipit, augetur, neque lotionem, neque unctionem, neque frictionem, neque quicquam quo humores concitentur, satis tutò usurpari. Quanquam si

Gal. lib. 10. Meth.

quid horum concedi debebit, antequam febris insiliat, & in homine defatigato, inq; imis illius corporis partibus minus periculi habiturũ uidetur. Galenus eos qui æstu sitiq; confecti inhorrescerent, protinus pane è uino diluto, calidoq; à febribus imminentibus uindicare solebat: nonnunquã & balneis similiter ac noster hoc loco, febris impetum occupabat. Per febrem uerò, nisi quum inclinata esset, nihil quicquam exhibebat, nec ullam lotionem tentabat. At uerò lenis illa frictio, quam Celsus deinde consulit, & spiramenta cutis in toto corpore aperit, reserat que, & fuliginosa quę sub cute delitescunt digerit ac discutit, & præter hæc ad unctionis commoda percipienda corpus præparat: postremoq; lassitudinis noxam cùm reliquis omnib. partibus, tum infernis potissimum eripit: præsertim si ex oleo fiat, cui uinũ & parum contriti salis sit additum. Nam fatigatio & ardentis solis æstus corpus constipare solent, & excrementis eius uiam præpedire. Oleum uerò quum sit cumprimis acopon, non solum inflictam intemperiem minuit, uerumetiam calorem & ariditatem depellit. Vinum oleo præit, & tanquã manum præbet secuturo. Præterea emundat, & firmat habitum corporis non ignauiter: maximè si tenuè uetusq; sit, & nonnulla densandi facultate præditum. Astringens siquidem, nouumq; corpori cogendo solum, cutiq; roborandæ competit: ut dissipando corpori, quod non astringit, tantũ congruit. At oleum uino uicissim quasi ansulas, quibus intus retineatur, suppeditat. B Sal, uti & nitrum, præterquam quòd discutit, exiccat etiam, atq; ad corporis molem confirmandam mirum in modum conducit: humidis tamen, quàm aridis, accommodatior. Coniuncta hæc tria corporis substantiam molliunt, reparant, firmant, à liquamentis & fatigatione uendicant, atq; in pristinam rectamq; rationem reducunt. Ita penè Greci olim uino delirantes, oleo cum sale admixto, tanquam id singulare esset contra crapulam, cerebriq; è uino fumosam caliginem, præsidium, inungebant. Sic arthriticorum ac podagricorum artus etiamnũ hodie oleo cum sale trito, quo & minus quid influat, & illapsum disiiciatur, confirmantur. Sic Hippocrates alicubi, quibus lauari parum utile apparet, eos alternis uino oleoq; extergeri consulit. Sic Pollio ille Romanus, ualetudinem illam floridam ac longęuam suam, foris oleo, in tus mulso tueri se, prædicare est solitus. Sic denique Celsus, quod ad rem nostram propius attinet, iis quos sudor exercet, cutẽ durandam, uel sale, uel nitro, quę cum oleo misceantur, præcipit. Ac si leuius id uitium est, oleo solum corpus inungi: si uehementius, rosa uel myrtho, cui uinum austerum sit adiectum, commendat. Tanta olei modò per se, modò aliis ad rem præsentem aptis coniuncti uis est, & usus tantus olim extitit. Nam & sal, nisi in corpore frigido humidoq;, interdum omitti, & oleo nonnunquã aqua pro uino adiici, & pro utrisq;, rosaceo plerunq; uel aqua, uel uinum, uel acetum, pro medici sapientis arbitratu commisceri poterit. C

Lib. 3. de Cõpos. phar.

Lib. de Affect.

Lib. 3. capite 6.

Post hæc, omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoq; humido uti. Aqua, uel certè diluta potione esse contentos, maximeq; ea quæ moueat urinam.) Post lassitudinis depulsionẽ per quietem, per somnum, per abstinentiam: deinde post apotherapiã, quæ frictionibus, & balneis, atq; unctionibus perficitur, ac uires reparat, tempestiuum est cibum potumq; assumere. Cibum quidem humidum ac paucum, & nonnihil penè frigefacientem, ut affectioni præteritæ etiamnũ repugnet & opponatur: quæ è siccitate propemodum & calore constitit. cuius generis sunt, lactucæ, portulacæ, rumices, blita, atriplices, intyba uariè pro re præsente apparata. Item ex alica sorbitiunculæ, iuscula, ptisanæ, lac, mellitũ (præterq; in ualde biliosis hominibus, aut calidis, aridisq;) & id genus alia, quæ humectandi & renutriendi facultate sint prædita: ut sunt pisciculi saxatiles, pulli gallinacei, oua & mollia & recentia. Potus autem esto, uel aqua, si quis illi assueuerit, & sicco calidoq; constet temperamento: uel uinũ tenue atq; aquosum, quod ὀλιγοφόρον, quia parum aquę ferat, Hippocrates uocat. Ipsum

De Vict. acut.

A enim neq; cerebrum, neq; sensus facilè ferit: humectat tamen corpora, & in omnes partes facilè digeritur, & somnum cōcoctionis optimum authorem blandè prouocat, & urinam ciet, uiresq; ad auget, & expellendis excrementis uiam facit. Aqua uerò per se quidem humectat efficacissimè, sed & refrigerat apprimè: quo nomine plurimùm uisceribus frigidis officere, atq; dissuetis est solita. Nam & difficulter concoquitur, & in hypochondrijs sua grauitate commoratur, neq; facilè in reliquum corpus permeat, neq; lotio citando conducit: sed fluctuationes inflationesq;, potius sub hypochondrijs excitat, & uentriculi robur dissoluit. Quantumq; præterea etiam mali inferat, tametsi sunt hæc nimis etiam multa, paulo infrà dicemus. Polybus secus aliquanto ac Celsus, è quouis labore uiscera dolentibus, primùm quietē & abstinentiam, mox potionē q̄ paucissimā & quę lotiū plurimū cieat, imperat.

Gal. 7. Met. 4. Val. 3. de Natur. facul. Lib. 7. Met. Lib. de Dieta.

Illud quoq; nosse oportet, quòd ex labore sudanti, frigida potio perniciosissima est, atq; etiam, quum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis.) Habitum corporis uniuersum, & omnes meatus ac poros uehemētior exercitatio diducit, aperit, rarefacit. Quare per patefacta illa itinera protinus in totum corpus frigida potio, fortassis alioqui pigra in hypochondrijs per se hæsura, irruit: uisceraq; ac pattes infirmas in quascunque incidit, grauiter percellit, & magnopere debilitat. Nam præterquam quòd omnis è magno calore in frigus magnum subita mutatio B cumprimis periculosa est, maximè si, quam corporis partem quis obtinet imbecillam, offendit: ex quo alijs gulam ne deglutiret, alijs uentriculum ne concoqueret, alijs iecur ne quid boni sanguinis faceret, alijs colon, pulmonem, septum transuersum, rhenes, uesicam, maiorem in modum infirmauit: in alijs etiam spirandi difficultatem, conuulsionem, tremorē fecit, ac totum neruosum genus labefactauit, adeò ut repente spirituum uijs interclusis necem plerisq; attulerit. Quamobrem si sitis (inquit Aetius) uehementior ex commoratione in sole cuiquam oboriatur, non est tum aceruatim frigidæ potus ingerendus: plurimis enim hinc aquæ inter cutem præterfusio contigit. Alijs uerò ad ardentem pulmonem aquæ frigiditas illapsa, tusses ac grauedines excitauit, & plerisq; etiam tabem conciliauit. Præstat itaq; frigida prius faciem proluere, manus que pariter ac pedes immergere: deinde ore colluto, paulatim ex interuallis sorbere. Aut micis panis & saccharo in ceruisiam tenuem, & claram & defecatam, aut uinum exile contritis, sensim cochleari exedere, perq; siphonem paulatim exugere, etiam dum qui antè sudauerunt, fatigatione premantur: propterea quòd hi à superiore forma minimum absint. Quod autem de frigida nunc potione post exercitia dictum est: id de ea quoq; quæ post Venerē aut balneum sudanti caperet, pariter dictum putetur, præsertim ieiuno etiā stomacho. Incurabili siquidē tum noxa uentriculū & iecur ferè afficit, quā uel hydrops, uel sępe mors consequatur.

Gal. lib. 9. Met. Aetius ex Herodot. Tetr. 1. Ser. 4.

C *A' balneo quoq; uenientibus Asclepiades inutilem eam iudicaut. Quod in his uerum est, quibus aluus facilè, nec tutò resoluitur: quiq; facilè inhorrescunt. Perpetuum in omnibus non est, cum potius naturale sit, potione æstuantem stomachum refrigerari, frigentem calefieri. Quod ita præcipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causa, sudanti adhuc frigidū bibendum esse.*) Veteres ante cibum, postq; exercitia, quod sæpe iam diximus, lotionibus ac balneis ferè semper utebantur. Et si quando non exercerentur, uesperi tamē ex diurnis negotijs domum reuersi se lauabant, post lotionē plerìq; ungebantur: post unctionem aut parumper inambulabāt, aut interquiescebant: mox aquam aut uinum dilutum, aut propoma aliquod delibabant: hinc post aliquantum temporis lactucis nōnulli & maluis, similibusq; oleribus utebantur, ac uina ferè dulcia, quippe concoctioni atq; deiectioni apta intersumebant. Postremò carnes piscium & aliorum animantium adijciebant, qui uictus ordo in Galeno multis locis obseruari potest. Non itaq; perpetuū est, quod arbitratus est Asclepiades, post balneas frigidam potionē capiendam esse nunq;. Nam alioqui intemperiei uētriculi uehementer calidæ nonnun-

Gal. 7. & 8. Meth. Lib. de Euchy. & Cacochy. Lib. 2. Alim. Lib. 8. Met.

quam rectisſime opponit. Modò id caueatur, ne cruditas in hypochondrijs, A
neu qua pars infirma ſubſit, quā de improuiſo grauiter affligat: neu ſudātib.
etiamnū & è balneo æſtuātibus præbeat, ſed tū expertis duntaxat cōcedat,
rum ab æſtu nōnihil recreatis. Aliàs enim præter ea quæ paulo antè protuli-
mus, horrēda pericula, ſi quid inteſtina, uentriculus, hypochondria, ex ulla
intēperie, maximeq; algida, debilitata ſunt, diarrheis, & alui profluuijs, quæ
ægré ſiſti, uiribus diſſolutis, poſsint, corripi ſolēt. Aut ſicubi quid acriū, mor
dacium et tenuiū humorū, quales ab exercitijs generant plurimi, abditū eſt,
Gal.10.Met. cōcitantur facilè, ut uel horrorē, uel rigorē cōmoueant. Quo nomine Gale-
nus nō balneas modò, ſed & frictiones, & unctiones, & inſolationes, & om
nis generis labores fugiēdos admonet. Quoniā magna ex parte, ad hęc ubi
Lib.2.de Cri uentū eſt, qui humores clàm antè cōquieuerāt, cōcitatius dimouent. Et ſanè
ſib libro 10. excrementula illa mordacia, quę in corporibus ſenſibilibus prius congeſta,
Meth. placideq; abdita fuere, tanq; aliena ab iiſdem nūc dimotis perceptæ, procul
impelluntur atq; excernunt: uehementioris uidelicet agitationis momēto
ab exercitijs, aut frictionibus, aut balneis accepto. Quæ excrementa per ſen
ſilia mēbra uiſceraq; ſic incitata, ſi nō ſolum calida ſunt, multaq;, ſed etiā pu-
trent, præter horrorē, atq; adeò rigorem, febrem quoq; accendunt. Sin non
putria ſunt, at ſunt frigida tamen pariter & copioſa, & ſubtilibus partibus
prædita, horrorem profectò iam ipſa quoq;, aut rigorem concitant: ueluti e- B
tiam calida & pauca, & uehementer acria ſi fuerint. Rigorem quidem, ſi ual
de mordacia, acriter impellantur: horrorē, ſi uel clementiora ſunt, uel blan-
diuſculè cōmoueantur: uel ſi uires tam firmæ habeantur, facilè affici ut non
queant, omnemq; noxam fortiter contemnant. Quæ nimirum ipſa uel ex-
pelli nunc è corpore decebit, ſi nulla ſpes eſt, fore ut familiaritatem legitimi
alimenti cum corpore inite poſsint: uel alterari oportebit, ſi quid in ipſis be-
nigni ineſt, quo corpus adiuuare poſſe cognoſcantur.

Solet etiam prodeſſe, poſt uariū cibum, frequentesq; dilutas potiones, uomitus, & poſtero die longa quies, deinde modica exercitatio.) Sunt quibus per exercitia, aut longiuſculā
famē, aut irā, aut ingens ſtudiū nō modò bilis generetur, ſed aliunde etiā in
uentriculū refundat: ut à nobis ſuprà traditū eſt. Sunt rurſus, quib. ſuperua-
canei aut praui humores in uētriculi amplexu innatēt: quę nauſeis, ructibus,
ſtomachi morſibus aut grauitate, oris amaritudine, & nimia ſaliuæ copia, ca
pitis dolore ac uertigine agnoſcuntur. Quibus uomitione ſubueniendū eſt,
quē citant quæcūq; uentriculū euertunt, & ſtomachū infirmant: ut pinguia,
tepida, dulcia, inſipida, ſalſa, acria, aquoſa, & multiplicia, nimiūq; multa om-
nia. Verùm de uomitus ratione paulo pòſt copioſius diſſeret. Poſtero uerò
die quies lōga ſuadet, & modica exercitatio: ut quiete, laſsitudinis ac uomi-
Libro 3.de tionis omnis moleſtia corrigatur. Quo pacto Hippocrates quoq; ſimilem
Diæta. quietem alicubi, quo partes magno nixu fatigatæ recreentur, imperauit: & C
Libro 2.de ut deambulatiuncula addita, corpora ſuauiter depurentur, atq; ab omni col-
Diæta. liquatione uindicentur: quod alibi ſcriptum idem reliquit ſenex.

Si aſsidua fatigatio urget, in uicem modò aqua, modò uinum bibendum eſt, raroq; balneo utendum.) Si quiete primùm & abſtinentia ſuperius tradita, deinde ſi & lotioni-
bus, & frictionibus ac uomitibus laſsitudo depulſa non eſt: ſed rebus omni
Celſus lib.3. bus, hactenus dictis, tentatis permanet, nunc aqua, nunc uino, per quæ ſæ-
pe inſtans grauis morbus diſcutitur, cum quiete atq; abſtinentia, cōtenden-
dum erit. Neq; enim perpetuò utilis ſola aqua futura uidetur, ne quid illa di
ctorum malorum adferat. Neq; uinum ſolum ex re præſenti futurum appa-
ret, ne quid præproperè in corporis membra abripiat, né ue calore grauius
inflammet, aut in neruos infirmatos perfluat: ſed uiciſsim adhibita, mutuas
noxas corrigent: communicataq; opera, quod ſingula non poterant, bonū
efficient. Atq; utriuſcunq; uſu tum ſe melius, qui fatigatus eſt, refici intelle-
xerit, eo deinde uel ſolo, uel crebtiore, uel ambobus mixtis utatur licebit.

Nam

A Nam & Galenus ariditate & calore, febriq́ modò non enectis, uel alicæ sor Lib. 10. Met.
bitiunculam, uel ptisanæ cremorē, & post hæc album & tenue, calidaq́ mo-
dicè dilutum uinum infundere non dubitauit. Idemq́ horrescentibus aliàs
panem ex hoc uino, aliàs frigidam, uel mediocri modo, uel tantam qua &
deijcerent & uomerent, præbuit. Verùm enimuerò raro inter has tam per-
tinaces lassitudines lauare oportet: quòd balnea, nisi ęgritudinibus desinen
tibus, & uiribus modò recolligendis, modò parum dubijs opportunè debi-
teq́ usurpentur: ne uel inæqualitatem ac densitatem ullam, uel horrorem fe
brimq́ concitent. Verùm si quis has meas coniecturas parum fortassis pro
babit, non admodum grauabor, quod de meis omnibus dictum uolo, nec
hic, nec alibi usquam, rectiora doceri.

Leuatq́; lassitudinem etiam laboris mutatio, eumq́; quem nouum genus eiusdem laboris pressit,
id quod in consuetudine est, reficit.) Natura humana rerum semper nouarum in-
signiter est auida. Neq́ ullam rem unam diu sustinere sine fastidio, tædioq́
solet: amat enim uarietatem, & ipsa cumprimis delectatur. Nullaq́ adeò uo
luptas ei tanta accidere potest, cuius non assiduitate protinus saturetur. Nul
lum studium tam honestum, nullum tam iucundum obuenire queat, cuius
perpetuitate lassitudinem demum tædiumq́ non experiatur. Si quis igitur
eiusdem alicuius laboris, maximeq́ noui & inusitati, fastidio corripitur, is re
B bus consuetis repetitis, e uestigio recuratur. Nam ea non solum familiaritate
& consuetudine antiqua, uerumetiam & præsentiū auersatione & sua quasi
nouitate delectant. Cætera inusitata, nouitate sua tantum: nisi fortassis &
contrariam, quam unde lassitudo oborta est, qualitatem actionemq́ cōiun-
ctam habeant: quæ duplici quoq́ tum nomine, & nouitatis, & aduersæ o-
perationis iucunda fuerint.

Fatigato quotidianum cubile tutissimum est, insolitum contrà lassat. Quod enim contra con-
suetudinem est, nocet, seu molle, seu durum est.) Nihil esse, modò docui, quod nō as-
siduitate sui & lasset & fastidium pariat. uerùm quæ insueta sunt, id facere
maximè. Naturę enim cùm naturalia sunt iucundissima, tum quæ contra na
turam sunt, percipiuntur tristissima: quum consuetudo sit altera natura. Ci-
bus itaq́, potio, studium, aer, cœlum, regio, quæ sunt assueta, delectant, con-
tristantq́ dissueta. Vnde fortassis natale solum tanta dulcedine cūctos Tan- Ouidius.
git, ut immemores non sinat esse sui. Quare quod ante Celsum memoriæ
prodiderat Hippocrates, Cubile prætet morem seu molle, seu durum, πόνον Lib. 2. Acut.
ἐμποιέει, id est, laborem, molestiam, fatigationē aut lassitudinem parit. Qui- uict.
bus uerbis significat Hippocrates, quicquid insuetum sit, seu durū, seu mol-
le, siue amœnum, siue inamœnum, seu opiparum, seu rancidum sit, esse in-
iucundum. Victus, aer, uestis, cubile, domus, quicquid consuetum est, idem
& amicum & suaue est: & quod prouerbio celebrari solitum est, οἶκος φίλος,
C οἶκος ἄριστος, id est, domus amica, domus optima.

Propria quædam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso quoq; itinere
frequens frictio: post iter, primùm sedile, deinde unctio, tum calida aqua in balneo magis supe-
riores partes quàm inferiores foueat.) Non solum exercitijs ac laboribus uehemen
tioribus, sed etiam diuturnitate tum deambulationum, tum cuiusq́ motus
fatigari quisq́ potest: quod in ijs qui longum iter aliquando ingressi sunt,
manifestius est, quàm ut ratione explicari alia debeat: quum idem & motus
arduus & diuturnus efficiat. Sed ut quæ antecesserunt præcepta ad eos oēs
qui se quouis pacto lassauerunt, pertinent: ita sunt quædā formarū propria.
Primumq́ eorum, qui ambulando atq́ iter faciendo fatigantur. Principiò,
ut in ipso itinere per interualla crebrò quis cōfricetur. Quod, etsi olim in ma
gno fuisse usu constat, & multum quoq́ præsidij attulisse, dum commodè
& certa ratione adhiberetur: tamen quum & nostra iam tempestate usur-
pari desierit, & quia diximus, quæ eò ferè pertinent, pleraque superius:
omnino ea silentio prætetire libet. Eorumq́ loco Scipionem cum Paulo, Lib. 1. cap. 55.

frictione quoq; cõsulente, quęq; sumere ad gressum firmandũ suadebimus. A Plurimum enim adiumẽti proficiscentibus atq; iter ingressis præbet. Nam sicubi per decliue descendendum est, corpus inualidum et in præceps ruiturum, præmissus fulcit ac sustinet. Sin in accliue scandẽdum, facilius ipso corpus attollitur, & molliter subleuatur. Neq; uero temerè etiam fuit, q; de amplis fascijs, quibus lumbi & thorax firmarentur, idem suadet. Cæterum itinere confecto, & ubi eò loci uentum est, quò conquiescere sit constitutum: primùm considendum est, & clemẽter paululum interambulandũ: ne quid repentè noui cõmittatur, & ut uires sensim recreentur. Post hæc & balneo, si qua modò eius potiundi occasio ac potestas dabitur, lassitudinis incõmoda pellere, & unctione discutere consultũ erit: quæ & Paulus facienda monet; & nos antè de ijsdem multa quæ efficiant tradidimus. At q; superiores partes Celsus quàm inferiores magis foueri expetat, id eo fieri consilio arbitramur, uel quòd illæ partes magis insudare soleant, & excrementis excitatis grauius affici: uel quòd his principum facultatũ ac partium officinæ, quibus uires omnes, constant uigentq;, comprehendantur. Illud porrò mirandum est, nisi ex antè dictis intelligi id posse existimauit, ecquid causę fuerit; cur cibi potionisq; non meminerit, quæ & exigua esse debent atq; moderata, & potissimum ad humectandum refrigerandumq; accommoda, præsertim si & æstas sit, & magna præcesserit lassitudo. Certè boni semper esse fucci, & facilis concoctionis conuenit. Paulus post quietem, & prius quàm iter repetatur, pauxillum antè dormire iubet. Idemq; post diuturnos omnes labores, quantumuis se nihil quis fatigatum sentiat, curari tamen fatigatorum more ne is dubitet, hortatur: ita enim iniurijs quemq; minus fore obnoxiũ. B

Aristot. Probl. Sect. 5.

Gal. 4. Val.

Si quis uerò exustus in sole est, huic in balneum protinus eundũ est, perfundendumq; oleo corpus & caput: deinde in solium bene calidum descendendum est: tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida est.) Quum multum intersit motus omnis ac labor quali in aere fiat, rectè facit Celsus, qui quid æstiuis diebus ac calidis, quidq; hybernis & frigidis fieri debeat, commonefacit. Exustorum itaq; in sole quum persimilis fermè ratio sit, atque eorum qui corporis gracilitate & siccitate, siue ab exulcerante lassitudine, siue aliunde contracta laborant: similis item & accidentium & curationis modus sit necesse est. Quare de ijs quæ suprà docuimus, huc reuocari opportunè poterũt. Celsus tamen hoc loco perfusionis, quàm natationis lotionisq; rationem, potius approbare uidetur. Sed parum ista uiribus atq; auxilio differunt. Nam sicubi balneæ solia q; expetita deficiunt, hic perfusiones esse satis & sufficere possunt. Quæ eatenus etiam rectè præcepta putabuntur, quatenus id cauebitur, ne quibus cutis astricta prorsus est, ut fit nonnunquã è sole, nudato corpore aut secus, adustis, feruente eam aqua aut oleo magis densemus atq; cogamus: ne ue è diuerso quibus corporis habitus miti calore & sudoribus resolutus ac patefactus est, ut fit in ijs qui & caput palmitibus ac quernis aut myrthaceis sertis, & reliquum corpus æstiuis tenerisq; uestibus, quæ theristra Græci nuncupant, munierunt: ne his inquam talibus, tepidis & eucratis lotionibus atque unguentis corpus magis laxemus atq; rarefaciamus. his enim post sordes detersas corpus rebus potius frigidis astringi, prioribus solui laxantibus debet. Cetera quemadmodum, & qua de causa sint imperata, ex ijs quę iam copiosè suprà tradidimus, facilè ac satis intelligi licet. Illud tantũ adijciã, q̃d ad caput inflammatũ, & æstuante stomachũ pertinet, dum sitis urget, & lẽtescit saliua, & corpus pigrũ percipit: caput rosaceo, aut rosarũ succo cũ oleo omphacino, aut polygoni, aut pãpinorũ uitis succo, aut simili alio astringente refrigeranteq; linat & irriget: stomacho uerò linteũ oleo simili ac uino imbutũ imponatur, absinthijq; cremor potetur: lactucis, portulaca, intybis assumptis recreet: aqua aut uinũ bene dilutum sorbeatur. Sic eñ & caput ab inflãmationis dolore, & à bilis molestia stomachus facilè uindicabit. C

Aet. Tetr. 1. Ser. 4.

At ei

A *At ei qui perfrixit, opus est balneo, primùm inuoluto, sedere, donec insudet: tum ungi, deinde*
lauari, cibum modicum, potiones meracas assumere.) Frigus uirtute quadam genuina
corpora contrahit, cõstipat ac densat, nihil ut per ipsa euaporare possit. Quę
rigor, horror, febris comitari solet, si fumosi fuliginosiq; uapores diutius in-
cludantur. Quare Galenus eum qui aluminosis Albulæ aquis cutẽ ad eum *Lib. 8. Met.*
modum densauerat, statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissi-
mè perfusum, tum blandissimè perfrictum, quamplurimum temporis in ca
lidi solij aqua uersari iussit. Mox egresso, & frigida ex cõsuetudine uso, tum
sindone cooperto, considere paulùm ad uires recreandas præcepit. Postea
denuò in balneum perducto, ac rursus similiter tum uncto, tum perfricato,
ac in calida morari iusso: deinde rursus educto, ac frigida merso, detersoq; ci
bum exhibuit, protinus quidem ut egressus est: potumq; dedit prisanæ cre-
morem, deinde paruo interuallo lactucam mollesq; pisces prębuit. Quibus
uerbis, quemadmodum siue perfrictione, siue astringente lotione densatos
reparare deceat, perspicitur: nisi quòd quædam ad temperaturã calidam &
æstum antecedentem relata intermiscentur, quorũ loco in refrigeratis, quæ
intus calefaciãt, assumi debent. Cætera uerò, unctio, frictio, lotio, cõgruunt
planissimè. At esto hic cibus sanè calidus facultate pariter et energia, sed pau
cus: quòd parum è corporibus astrictis, unde fames existat, elabatur. Inter- *Gal. lib. 1. ad*
B dum tamen & multus, quum lassitudo iam consumpta præcesserit. Potio- *Glauco.*
nes autem meracæ sunto, quo frigori genuino suo calore opponantur. Etsi
Aetius, ex Herodoto, neq; acerba, neq; nimis uetusta consulit. Qui, si bal- *Tetrab. 1.*
neum absit, ad ignem corpus illini, & confricari posse diligentius, pari etiam *Ser. 4n.*
compendio docet. Cæterùm Paulus (quando de eo nihil hic præceptũ est)
ituro in aerem frigidum, & aluum antè deijci suadet, & unctione prius cali
da corpus communiri: ac cibo hyberno, potuq; exiguo uentriculum robo-
rari. Nos etiam uestes hybernas, chimastra Græci uocant, imperamus: & i-
nedia cumprimis, uacuitateq; omnis generis, atq; adeò crapula e contrario
quoque interdicimus.

Is uerò qui nauigauit, & nausea pressus est, si multam bilem euomuit, uel abstinere cibo debet,
uel paulùm aliquid assumere. Si pituitam acidam effudit, utiq; sumere cibum, sed assueto leuiorẽ:
si sine uomitu nauseauit, uel abstinere, uel post cibum uomere.) Cient nauseam, uomi-
tumq;, cùm motus alij uehementiores plurimi, tum ipsa nauigatio, crebra il
la quidẽ quassatione, nauigiorum potissimum: sed & animorum quoq; per-
turbatione. Nausea porrò uomitus irritus est, & ad uomendũ frustrata uen-
triculi subuersio: uel debilitate eius accidens, uel humoribus in tunicas eius
submersis. Hippocrates in uomitibus pręcipuè laudat, choleram cum pitui- *In Prænot.*
ta reijci, alterumq; genus per se minus probandum esse censet. Si atra bilis
effluit, id quoq; minus bonum esse: pessimum, quum plurima ac putidissi-
C ma prodeunt. Qui nauigauit, post uomitionem protinus ipsum edere cõsul
tum non est: aut edendum sanè parumper, ne uomitu debilitatus atq; æger
stomachus, grauetur. Nam bilis multa effusa si sit, ea magnopere uentricu-
lum lacessiuerit: sin pituita, aut succus melãcholicus, eorũ intemperie idem
imbecillis frigidusq; fuerit, ut leuem cibũ facilemq; aliquantũ ferre queat,
grauem aut multum nequeat. Nam nihil nutrire, præsertim biliosis, fastidia *Gal. lib. 4.*
ac læsionem stomachi, & malos succos auget. Illud uerò obseruationem me *Valetud.*
retur, quòd post bilem abstinentiã laudet, post pituitam non probet: quum
contrà pituitosus uentriculus abstinẽtiam melius tolerare soleat, biliosus æ-
grius. Ille enim ferè quo fruatur, crudum humorem continet, hic omni præsi
dio caret. Neq; enim quod habet, in idoneum alimentum referri potest. Ni-
si putemus, post bilem crudum aut alium idoneum succum remanere, quo
natura alatur: post pituitam effusam, nihil relinqui quò nutriatur. Quamob
rem meam hoc loco sententiam interponere nõ libet. Lectoriq; tantum, ne
quid hic erret, etiam atq; etiam spectandum propono, nam quod post nau-

seam

seam sine uomitu, cibo interdicat, rationi consentaneum est. Nausea siquidem aliquid subesse significat, quod uel qualitate, uel copia infestum, prius sit eximendum, quàm noua saburra uentriculus oneretur. Impurum enim si nutrias, lædes, neq; nutries tamen. Nisi si quid præbeatur, quo uel infestans copia eripiatur, uel qualitas emendetur. Duo hîc adijciam, quid nauigatio efficiat, & quo nam pacto ad eius iniurias præparari hominem conueniat. Gestatio igitur in nauigio, si iuxta terrã, littus legendo, & in mari tranquillo fiat, hydropicis, & elephantiasi laborantibus competit: quæ perperam & imperitè uulgò lepra dicitur, quum sit lepra nec grauis admodum, nec psoræ scabieiq; multum dissimilis affectio: illa uerò dira sit & horribilis ægrotatio, & procul ab omni hominum consuetudine auertenda, cui subuenire solet iuxta littus nauigatio: uti & sideratis, & tumidis quoq;. Quæ stomachũ licet ab initio subuertat, paulo tamen pòst in assuetudinem uenit: tam iucundè, ut ipsa atq; in littore ambulatio prouerbiali sermoni locum fecerint. At uerò gestatio per pelagus uehementissima est, & mutationes plurimas maximasq; perturbationes facit: quod suprà docui. Ceterùm donec nauigatur, à maris, dum magnis tempestatibus & undis iactatur, inspectione cauere decet: & aduersus nauium graueolentiam uel malum cotoneum, uel pulegium, uel thymum, uel aliud iucundè suauiterq; odorum naribus admouere. Et ut paucum cibum suasimus antè, ita idem sit, quo stomachus recreari firmariq; queat: qualis est panis nauticus, è uino quidem odorato, sed tamẽ diluto sumptus, aut sorbitiunculæ carnes' ue stomacho iucundæ & accommodatæ. Vtendum uerò potione exigua uel aquosi uini, uel mulsi, in quo pulegium aut thymum præmaceraueris: maximè si uomitiones grauiores aut longiores antecesserint. tum enim cibus sequi debet paucissimus, ob fracti stomachi imbecillitatem.

1.Aph.10. A B

Qui uerò toto die, uel in uehiculo, uel in spectaculis sedit, huic nihil currendum, sed lentè ambulandum est. Lenta quoq; in balneo mora, deinde cœna exigua prodesse consueuerunt.) Refert plurimũ, quo genere uehiculi quis antè sit usus, molli' ne & lectica pensili, an succussario ac rotato. Illud delicatis & imbecillis sufficit, hoc firmæ uires satis quatiuntur. Aetius eos qui equo insistere nequeunt, uehiculo uti iubet: qui si ne id quidem per imbecillitatem patiantur, in nauigio decumbere suadet. Quolibet certè genere fatigati, molliter primùm inambulent, uiribus paulatim reparandis, & citra colliquationem lassitudinis excrementis discutiẽdis. Lenta sit in balneo mora, & cœna exigua: illo, ut habitus corporis purgetur: hac, ut lassum corpus modicè reficiatur. Quod de ijs qui diu in aliquo loco desidendo pigrescunt, similiter sentiendum est. Par enim ratio est, quod ad cibi lotionisq; uim ac usum attinet, & uiriũ quauis ratione fractarum, laborando, exercendo, iter faciendo, nauigando, uexando, & ocio desidiaq; languentium. Paucamq; refectionem omnes, & facilem leuemq;, fricando, lauando, edendo, bibendo, interambulando postulant. Etsi qui æstuant, refrigerari semper, cæteriq; calefieri desiderant.

Tetra.3. Ser.1. C

Si quis in balneo æstuat, reficit hunc ore exceptum, & in eo retentum acetum. Si id non est, eodem modo frigida aqua assumpta.) Et potu, & fotu, stomacho conducit acetum. nam & tenuitate quadam partium, facilè quouis penetrat: & singulari frigore, præterquam stomachi, etiam pectoris æstum, & capitis ac pulmonis cordisq; mirificè recreat, uiresq; & spiritus exolutos atq; dissipatos colligit & coagmentat, non ore cõtentum solum, uerumetiam uel naribus oriq; admotum, uel in faciem aspersum. Quas easdem uires & rhodostagma, rosaceaq; aqua tum sola, tum aceto admixta obtinet. Quin & aqua quàm frigidissima, modò fortiter inspersa infusaq;, modò ore excepta aut deglutita, idẽ efficere potis est, uel ipso Hippocrate teste, qui anxietatem è calore obortã (Celsus æstum nominat) frigida sedari epota, & animi deliquium adfusa pelli scribit. Adde his, acetum, quàm est sitientibus è putredine, solum per se, &

Serenus capite 18. Lib. de Liquid. usu.

A se, & è bile caloreq́; aquę coniunctũ utile & accõmodatũ, tam esse ab ariditate sitientibus, & neruis ac pectori pulmoniq́; parũ firmis infestũ & inimicũ.

Ante omnia autem norit quisq; naturam sui corporis, quoniam alij graciles, alij obœsi sunt: alij calidi, alij frigidiores, alij humidi, alij sicci, alios astricta, alios resoluta aluus exercet.) De rebus quæ nouæ accidere homini solent, hactenus est dictum: duntaxat quæ frequentiores uideant, & præcipua institutione opus habere putentur. Iam proximum est, ut quod initiò huius capitis secundo promissum est loco, de corporis cuiusq; natura præcipiatur. Naturæ uocabulo & substantiam cuiusq; naturalem, & quæ substantiã talem comitantur, intelligimus. Substantia autẽ est cuiusq; ἐν ἕξει, firmaq́; siue genuina, siue ascititia, temperies, calida, frigida, humida, sicca: aut horum coniugio connexa, calida sicca, calida humida, frigida & sicca, frigida & humida: quas ipsas iam sequitur primùm corporis cuiusq; tum concrementum, tum habitudo: deinde alui certa constitutio. Concremento raritas, & densitas corporis continetur: habitudine obœsitas seu pinguitudo, & teneritas siue macilentia. Alui uerò constitutio soluta melior semper est, astricta minus tuta. Optima, quæ neutram in partem excedit. De quibus nunc deinceps ordine dicetur.

Raró quisquam, non aliquam partem corporis imbecillam habet.) Rectissimum est partes omnes debita & naturali temperatione esse præditas. Quod ut rarũ est:
B ita parum ipsas dissidere, proximè bonum est. Pessimum uerò est, & multũ à recta temperie abscedere: & principes partes, cerebrũ, cor, iecur, uentriculum, multum ab inuicem & legitima sua natura discrepare. Periculosa enim coniunctio est inter caput & uentriculum, si altera pars ab altera caliditate aut frigiditate magnopere distet atq; discordet. Noxæ quoq; uicinum est, si iecur temperantia uel calida, uel frigida, à uentriculo aut liene, corde'ue suprà quàm deceat ualde differt ac dissidet. Et raró sanè quisquam est, qui non uel caput, uel cor, uel hepar, uel lienem, uel renes, uel uesicam, uel uentriculum, uel artus deniq; intemperie quapiam imbecilles habeat. Quod in primis unumquemq; diligenter obseruatum & perspectum habere conuenit: ut quid sibi cauendum sit, quid minus, quisq; intelligat. Sed de hac partium quarundam infirmitate retrò, capite quarto, & ijs quę consequuntur, docendi locus dabitur.

Gal. lib. 6. Valet.

Tenuis uerò homo implere se debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccare, siccus madefacere: itemq; aluum firmare is cui fusa, soluere is cui astricta est. Succurrendumq; semper parti maximè laboranti est.) Corporum naturas paulo antè exposuit: nunc generatim cuiusq; emendationem complectitur, quæ tota est è cõmuni illo axiomate desumpta, Contrarijs contraria corriguntur: seu, Contrariorũ opposita semper sunt remedia. Hippocrates: Quicũq;, inquit, morbi ex satietate fiunt, curantur euacuatione, & omnes ex inanitione na-
C tos curat satietas. Eodemq; modo alia omnia contrarijs curantur, oppositisq;. Cæterùm partibus summè afflictis, ita semper subueniendum est præcipuè, ut minus tamen affectæ non omnino negligantur. Videndumq; accurate non modò quæ afficiantur grauissimè, etsi eæ præcipuã summamq; curam ad se conuertunt: sed etiã obseruandum, quæ sine qua emendari non possit, & quæ cui mali causam atq; occasionem pepererit. Nam & causa primùm tolli debet: & ea pars principiò corrigenda est, sine qua alteri salus sperari nequeat. Capiti, exempli gratia, è stomacho noxa accidit, aut dolet hic præcipuè, aut suarum euaporationum prauitate caput imbuit: huic itaque cumprimis, maximeq́;, ut capite in totum neutiquã neglecto, curatio competit. Mox ipso sanato, omnis opera ad caput referenda est. Quæ quamuis therapeutices (ut sunt) propria uideantur, tamen huc quoq; & ad omnem imbecillitatis curationẽ multũ adiumenti, ut rectiùs perficiatur, sunt allatura.

Hipp. lib. de Locis in homine.
2. Aph. 22.
Gal. lib 7. Meth.

Implet autem corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, &, si post prandium est, balneum, contracta aluus, modicum frigus hyeme, somnus & plenus, & non nimis longus, molle

cubile, animi securitas, assumpta per cibos & potiones maximè dulcia, & pinguia, cibus & frequentior, & quantus plenissimus potest concoqui.) Speciatim nunc cuiusq; naturæ emendationem, quemadmodum fieri debeat, ordine ostensurus est. Primúq; iam gracilem ac tenuem implere quo pacto cõueniat tradit, rebus sex, quas medici non naturales uocant, huc omnibus rectissimo consilio aduocatis. Sunt autem eæ, primò exercitium & quies, quibus tanquam partes unctiones & balneæ subijciuntur. Deinde, excretio ac repletio. Tertio loco, aer. Quarto, somnus & uigilia, ac somni capiẽdi locus. Quinto, animi motus ac perturbationes. Postremò, cibi potionisq; & forma & copia. Quas nos iam suis causis additis eodem ordine enarrabimus. Quum itaq; gracilitas ferè accidat, nonnullis quidem totius corporis intemperatura frigidiore atq; siccíore, & aliquando etiam cum siccitate nimia, calidiore: nõnullis uerò digerendi nutriẽdiq; facultate uel utraq;, uel altera debilitatis, certẽ impletio omnis ab ijs rebus petẽda erit, quæ causis iam dictis aduersanť: ut molli frictione, ut exercitio pauco & lento, ut ciborũ optimè cõcoctorũ copia, cæterisq; quæ nũc explicabimus. Principiò itaq; exercitiũ si cibũ antecedit, nullũ aut exiguũ esto: sin eundẽ sequitur, molle sit & placidũ, quo corpus impleatur. Nam prius illud paucũ (nisi si quis fameat, aut ualde alicundẽ euacuatus sit) calorẽ penitus inhærentẽ quasi flabello modestẽ excitat, augetq;: quo ualente uires cũctę corporis florent, uiget cõcoctio, cõstat distributio, excernunť superuacua. At posterius illud à cibo placidũ, ne cibus potioq; in stomacho innatent, efficit: ne in caput exhalent, cauet: ut in imũ uentriculũ subsidant, facit: ut legitimè cõficiantur, præstat. Quibus sic uia rationeq; peractis, corpus feliciter & ali & impleri necesse est, maximè si ociũ ac quies deinde plurima sint, ut ne multũ materiei è corpore dissipetur. Labor enim digerit, continet aũt quies. Polybus, seu quisquis alius eius libri qui de Salubri diæta inscribitur, author fuit, etiamnũ ab exercitijs respirantes cibo melius impleri censet: calore nempe nondũ discusso, necdum corpore refrigerato. Verùm id plerisq; obstructiones parit, haud secus ac si quis à cibo plusculum exerceatur, aut balneis unguentisq; utatur. Vnctio nihilominus tamẽ pariter & balneũ post cibũ, alimento in corporis habitum euocato, dummodo obstructione non officiant, corpus dubio procul augent. Namq; eadem matutina atq; ieiunorũ, quum intus nõ sit quod extrahi eliciq; possit, tamẽ aliquid efficiant, & sanè corpus absumant necesse est. Galenus unctionem ex thapsia cum melle aut cerato, dum pars imminuta rubescat, tumeatq;, commendat. Quinetiam fit interdum, ut hominẽ ieiunum corporis implendi gratia lauemus. At tum, quod iubet Paulus, ante lotionem linteo corpus ad ruborem usq; confricetur: mox dura etiam & pauca frictione cutis astringatur, denseturq;. Quanq; Aetius contrà nõ dura hic admodum utendum frictione existimat, ut ne nimis stringendo cutis dura efficiatur. Id tamen ex Hippocrate constat, multa frictione corpus dissipari, molli emolliri, pauca impleri, duraq; firmari. Quamobrem profectò nõ uideo, quid firmitas incõmodi, quo minus impleatur, sit datura. Siquidem Galenus quoq; ante balneum manu nec admodum molli, nec rursus aspera corpus perfricat, quoad rubore purpurescat. Deinde dura frictione non multa cutem cogens, densam eam duramq; efficit. Ab ijs, mediocri exercitatione usum lotumq; hominẽ non longa in solio mora, ad iam dictæ frictionis formã abstergit, mox oleo exiguo inungit, cibumq; offert: eo consilio, ut & superioribus bonum sanguinẽ in corporis molem euocet, nutricemq; uirtutẽ firmet: & ut post hæc cute per insequentia, dẽsata, atq; oleo emplastici medicamẽti uim habente, ne quod extractum est, exhalet prohibito, rationem omnem corporis implendi expleat, absoluatq;. Eoq; etiam post hæc omnia frigida lauat, si modò ætas nõ reclamet, nec aduersetur. Sed utcunq; sit, his omissis, cõstat id nimirũ & balneis corpus calefieri, & alimentũ concoqui digeriq;, & membris digestum agglu-

Lib. 6. Val. Galenus. *Galenus in Commen.* *Lib. de Val.* *Lib. 1. capite 58.* *Tetra. 1.* *Lib. 6. Epid.* *Lib. 6. Val.* *Galenus in lib. Poly.*

A agglutinari, quæ ad rẽ pręsentẽ unicè cõducunt: perinde atq; cõtracta aluus
quia neq; alimẽto, neq; excremẽtis præpropere & importunè dimissis, facit
ut corpus altero plenè, alteris donec quid benigni cõtinent fruat̃, quę nemo
ignorat quantũ corpori amplificando cõferat. Nec obscurius multo est, bru
male frigus quãtopere ad rẽ eandẽ pertineat. Calor enim genuinus per bru-
mã plurimus est, & somni sunt ꝓlixissimi, & comeditur uberrimè. Quæ etiã
ipsa si modica est, corpus ipsum cõtrahit, & claudit moderatè: ut neq; nihil,
q̃d morbosum foret, neq; nimiũ, q̃d habitũ attenuaret, dissipet̃. Sõnus p̃ter
hæc & plenus, & nõ nimis longus quamobrẽ imperet̃, & quid efficiat, ex ijs
quæ suprà exposuimus, satis superq; intelligitur, ut necesse nõ sit hic eadẽ re-
petere. At uerò iam lectus mollis cõcoctionẽ nihilominus adiuuat, p̃sertim
ubi quis quietus etiã decũbit. Suauitate enim atq; mollitia natura ipsa quasi
deliciat̃, & blandè ad eam se totã explicat atq; effundit, quomodo id etiã de
molli balneo superius expositũ est. Animi aũt securitas, & illa quã Græci uo
cant εὐθυμίαν, dici nõ potest quantũ ad felicem ac beatã longãq; uitã pręsidij
suppeditet, quantũq; spiritus & augeat & illustret, quã corpus plenũ, q̃ flo-
ridum, quã deniq; amœnũ nõ modò faciat, sed etiã conseruet. Sicut spiritus Gal. lib. 4.
contrà tristes illi ac rancidi tetriciq;, nemo uerbis facilè exprimat, quantũ uel Simpl. ca. 9.
ossa, nedum reliquũ corpus simul exiccent, simul absumãt. Adeò animi tum
B bona, tum mala in corpus continuò promanant, & corporis uicissim ad ani
mũ. In cibis præterea ac potibus quæ dulcia ac suauia sunt, ea sola stomachũ
prostratũ erigere, mœstũ sola exhilarare, sola corpus egenũ alere atq; cõple-
re sunt apta. Neq; enim quicq; est q̃d uictus subire uocem aptum sit, q̃d ulla
dulcedine nõ sit præditũ. Nam quæq; res tantũ alimenti, quantũ uoluptatis
continet. Tamq; rursus ipsa & dulcis & iucunda apparet, quantũ è corpore
euacuati explere, intẽperatiq; corrigere potest. Dulcia, inquit Hippocrates, Libro 2. de
& pinguia atq; oleosa replent, propterea q; è modica mole in amplũ diffun Dieta.
dantur. Licet interim reuera pinguedo ipsa, aut adeps, nõ tam alimẽti quàm
cõdimenti uicẽ subit: ἡ πιμελὴ γὰρ καὶ τὸ στέαρ μᾶλλον ἡδύσματά ἐστι τῶν τρεφουσῶν ἡ-
μᾶς σαρκῶν, ἢ αὐταὶ τροφαί, q̃d disertè scribit Galenus, & nos uerbis proximè
antecedentibus sumus interpretati. Sint itaq; quæ huc sumunt̃, quo corpus
impleatur, q̃ possunt cõcoqui & plurima, & plurimũ nutrientia, iucũdaq;.
Ita enim plenissimè corpus, citissimeq; aletur. Quod si quãdo cõciderit, præ
cipit ipsi reparando Hippocrates carnes suillas, easq; assas dari; boni uideli- Lib. 6. Epid.
ces plurimiq; nutrimenti escã significans: quãuis eiusmodi omnis duntaxat,
qualis est suilla, nisi se ualidè exercentibus, & amplis uasis hominibus prædi
tis cõpetit. Porrò præter ea quę è Celso superius exposita sunt, ad corpus im Gal. 6. Val.
plendum nihilo minus opis cõferre docet Galenus, quęcunq; uel assumpta, Lib. 14. Met.
uel admota calefaciũt mediocriter. Eiusmodi enim cõcoctionẽ adiuuãt, nec
C materiã ullã dissipant, & sanguinẽ æquè augent atq; attrahũt, nec attenuant
tamẽ, nec ipsum exedũt. Vt sunt picationes, dropaces, frictiones, exercitia,
perfusiones, ἀνακροῦσαι siue percussiones. At ita, si tantisper ea adhibeant̃ om
nia, donec uel pars quã postulamus, uel totũ corpus intumescat: non tamen
eò usq; donec gracilescat. q̃d Hippocrates demũ, si nimiũ pergatur, cõsecu-
turum admonuit, dum inquit: Perfusione aquę calidæ primùm partem intu
mescere, mox etiam gracilescere. Sed id iam omittamus, idq; repetamus q̃d
ad rem magis facit, etsi è superioribus utcunq; intelligi poterat: uina crassa
& pinguia, & cibum omnem qui succum generet crassiorem, eximia ui cor
pus distendere atq; amplificare: quanquam rursus eadem non uulgare peri
culum adferunt, si qui sunt, ut modò docui, qui uasa uenasq; iecoris ac renũ
angustiores habent, atq; obstructioni obnoxias. Vt sint cautè & prudenter
plurima quę de implẽdi corporis munere pręcipiunt̃ usurpãda, ne dum stre
nuè molem habitumq; diducimus, etiã gracilitate maiorẽ molestioremq; no-
xam ab obstructione inferamus: quam protinus, si iam recens sit oborta, ijs

rebus expedias licebit, quæ tardæ concoctioni opitulantur. ut oxymelite, A & diatrionpipereo, cui nullum immixtum sit medicamentum corpori non familiare, & omnino tenuatorio uictus genere.

Extenuat corpus aqua calida, si quis in eam descendit, magisq; si salsa est, in ieiuno balneū, inurens sol, & omnis calor, cura, uigilia, somnus nimiū uel breuis, uel longus, lectus per æstate terra, hyeme durū cubile, cursus, multa ambulatio, omnisq; uehemēs exercitatio, uomitus, deiectio, acidæ res & austeræ, & semel die assumptæ epulæ, & uini non perfrigidi potio ieiuno in cōsuetudinē adducta.) Tradit Galenus in libris quos de Temperamētis cōscripsit, calidiore sicciore'q tēperie corpus exilius reddi. Quare adlaborandum est, nimiū obœsi corporis temperamentū ut tale efficiat. Prorsusq; rebus cōtrarijs, q̃ quibus obœsitatē superiore iam loco cōparari ostēdimus, ut cōtendatur: nempe minus ut in corpus digeraẽ, et eiusdem substantia ut per exhalationē dissipeẽ. Eiusmodi aũt sunt, assidua uentris deiectio, & quæcũq; tum calefaciendo nimiũ, tum nimis exiccando corpus cōsumũt, attenuãt, digerũt, euacuant, partim quidē sensibiliter, ut per urinas, per uomitũ, per sudorē, & quolibet alio simili modo: partim per insensibilē transpirationē: & ut de qualitate pariter & quantitate cibi demaẽ, nempe ut pro suilla carne, iam olera, legumina, pisciculos, auiculas, & bis edere cōsuetis semel iam alimentũ ac minus præbeamus. Extenuat igitur, inquit Celsus, aqua calida, si quis in eã descendat, atq; immoreẽ diutius. Diuturnitate enim corpus digeritur atq; absumitur: præsertim etiã si qua aquæ digerendi facultas insit, seu spõte innata, seu arte conciliata: magisq; etiã, si quis celeriter in tali natet, aut certè lotionē sæpius repetat, nec protinus post lauationē edat bibat'ue, sed somno interposito, aut saltē quiete interiecta cœnationē differat, extrahatq;. Nam & somnus post exercitia, & balneũ item, sic ut cibũ antecedat, atq; in ieiunis ambo mirificè extenuãt & exiccãt, maximè si inunctione digerente balneũ etiã includatur, & frictio mollis ac relaxans plurima præferaẽ. Vrens præterea sol & sudorē eliciendo, & carnē humoresq; clàm depascēdo, quemadmodũ & ignis, extenuat. Quin & quicquid calidũ uehemēter est, eiusdē est utilitatis, pcipuè si eius rei calor etiã præter naturã est, qui tũ & corrũpit, & exedit humani corporis substãtiã. Curę itē, & folliciti ac uehemētes oēs animi motus, atq; adeo intētæ cogitationes uniuersæ, sic totũ hominē plerũq; turbãt & cōcutiũt, ut gaudio quã περιχάρειαν græci uocãt, atq; animi dolore illo quem ἐκπλήξιαν ijdem nominant, quosdam interijsse, quosdã insaniuisse, ac mœrore quoq; serius tardius plurimos cōtabuisse, memorię mãdarint historici. Quę si quãdo fortassis etiã nõ iugulãt, spiritus tamē, quũ grauius animũ affligũt, nõ modò infirmãt, uerũetiam & resoluũt & absumũt: & caloris ebullitionē toti corpori cōciliant tantã, quæ temperamentũ calidius sicciusq;, & corpus exilius efficere queat. Nam dũ remissius molliusq; afficiũt, ira, cura, mœror, anxietas, tristitia, tũ quoq; nihilo segnius ista q̃ uigiliæ corpus animũq; spiritus cōficiunt. Vnde fit, ut interdum decoloratis, & pre frigore alimenta non C sentientibus, excandescentiã ac feruida animi irritamenta magno cũ emolumento ualetudinis accendãt sapientiores medici. At uerò iam uigilia tã huc cōfert, & est apta, ut & cruditatem efficere, & spirituũ tantã uim, tantũq; pinguedinis ac molis abradere & discutere, quãta ipsa fuerit, queat. Ex quo & folliciti nimiũ, & uigiles, refugos habere oculos, et faciē corpusq; pallidũ ac macilentũ circũferre cernimus. Per uigiliã enim sanguis extrorsum à uisceribus effluit, & in ambientē aerē spiritus paulatim dissipanẽ. Adde uerò his & somnũ, qui si modum quauis ratione exuperet, idipsum efficit. Breuior siquidē si sit, pro uigilia ducitur, & uel cruditatē gignit, uel bilē producit. Sin longior, iam humorib. inutilibus corpus grauat, neutroq; pacto corpori amplificando idoneus est: posteriore uerò modo, ægritudinibus etiã humidis obnoxiũ facit. Et lib. de Diæta inscripto si credimus, unde Celsus bonã partem eorũ omniũ quæ de naturis corporũ posteritati mãdauit, mutuasse omnino

Lib. 14. Met. — Hipp. lib. 2. de Dieta. — Gal. lib. 10. Meth. — Lib. 5. Val. — Lib. 12. Met. — Paul. lib. 1. cap. 58 — Hippoc. de Dieta. — Hipp. lib. de Affect.

A nino uidet̃, nimiũ dormire etiã exiccat. Iã uerò lectus etiã per æstatẽ terra, χαμευνίαν uocãt, corpus astringit, & fundi dilatariq; ꝓhibet. Quocirca & Hippocrates, sub dio corpus durari docet. Durũ siquidẽ cubile, durusq; cubitus omnis corpus unà indurat, & insuauitate quadã, quũ neq; profundè neq; iucundè quiescere cõtingit, extenuat. De cursu iam neutiq; mirũ uideri debet, utpote quo corpus atteri suprà traditũ est, hoc magis, ꝙ celerius peragit̃: præsertim si asperis etiã primũ linteis, quoad cutis rubeat, et mox cũ oleo quoq;, ꝗd digerẽs in se medicamentũ admixtũ, ut altheã, gentianã, aristolochiã, polium, centauriũ habeat, præfricet̃, iterumq; ex eodẽ post cursum frictio repetatur. Galenus eñ præpinguẽ quendã paruo tempore ad mediocritatẽ corporis reduxit, celeri primùm cursu ipsum uti imperãs : deinde sudorẽ linteo uel molli admodũ, uel admodũ aspero detergẽs. Et sub hæc unguentis euaporãtibus, atq; acopis largißimè perfricãs, moxq; in balneũ perducẽs. A' ꝗ nõ protinus cibũ porrexit, sed interquiescere, aut cõsuetũ aliꝗd munus obire iussũ, iterũ ad balneũ secũdò egit. Postremò ciborũ multitudinẽ, qui parum nutrirẽt, atq; abundè saturarẽt, dedit. Verùm de multa ambulatione ꝗd additũ est, quãlibet & cõtenta & celeri, meritò magis miret̃ quispiã, nisi Hippocratis authoritate frangat̃: qui extenuationẽ fieri scribit, cursibus, luctis, quiete, & multis celeribus ambulationibus. Vt eñ omnis exercitatio uehe-

Gal in Pol. Lib. de Vict. acut. — *Lib. 6. Val.* — *Lib. 6. Epid.*

B mens & cõcitata: sic illa quę modò diximus, ual de calefaciũt & exiccant, & cõspicuis simul ac tacitis effluxionib. corpus, maximè in etiam nũ ieiunis colliquefaciũt: queadmodũ & quies, hoc est, somnus ipse, ꝗd paulo antè ostendimus. Nam ocia corpus alũt, animus quoq; pascit̃ illis: Immodicus cõtrà pascit utrunq; labor. Præter hæc aũt efficaciter atq; eximiè uomitus, ꝓpter cibi euacuationẽ, nihiloq; minus deiectiones atq; sudores multi, suũ corpori alimentũ ac substantiã eripiẽdo, simul & spiritus haud paucos dissipãdo ac pariter excernẽdo attenuãt. Adijceiã dictis è uictus nostri officina res acidas oẽs, & austeras, ac magis etiã acerbas, quę ad cruditatẽ potius ꝙ cõcoctionẽ per se cõducũt, certè quũ præter quã dulce nihil nutriat. Nã si quãdo nos acidis, amaris, acribus, similibusq; reb. quenq; alı uesciq; dicimus, id eò facere illa intelligimus, quatenus dulcedinis omnis expertia non sunt, cuius solius nomine alunt, etiã quũ superiorũ qualitatũ uictoria maximè exultãt. Acida præterea succos crassos (ꝗd suprà de pomis docui) secãt, & deorsum uersus agunt. Acetũ aũt pręter hæc etiã eximiè siccat & refrigerat. Astringẽtia uerò humorẽ exprimendo, moleq; in angustũ cogendo, ex accidente plerũq; ac suo cõpressu deorsum pellendo corpus imminuũt. Austera quidẽ minus, acerbaq; magis. Verùm Hippocrates causas aliquãto secus explicauit. Et Galenus etiã assiduã alui deiectionẽ, ꝗ ad superiora parũ cõmodè sequit̃, uel in primis cõmendat: quã reb. idoneis petere, ꝙ dictis supprimere, omnino præ

Ouidius 1. de Pont. — *Hipp. 2. de Dieta.* — *Gal. 5. Val.* — *Gal. 2. Alim.* — *Libro 2. de Diæta.*

C stiterit. At postremò corporis molẽ eleuãt minuũtq; escę paucę ac tenues, semelq; die assũptæ. Quapropter Hippocrates cibũ paucũ & mazã (rẽ tenuis ꝓrsus alimẽti) extenuãdis corporib. imperauit. Atq; idẽ μονοσιτίαν semelq; in die cibũ capere, attenuare simul & arefacere exertè tradidit. Paulus quoq; & itẽ Aetius in eiusdẽ sententiã utroq; pede cõcedũt. Galenus aũt in Polybũ (nã hic quoq; idipsum approbat) solus nõnihil refragat̃. Paucũq; potius ꝑcipiendũ esse cẽset, ꝙ semel etiã nimirũ plurimũ capi posit. At probabile est, & paucũ oẽs & semel quotidie assumptũ intellexisse. Cæterùm de uini non perfrigidi potione, petitũ est ex Polybi de Salubri diæta libro. ex quo, & libris illis trib. qui sub Hippocratis nomine de Diæta inscribunt̃, omnia hæc sua Celsus desumpsit. Nam uinũ profectò tenue atq; albũ in corpus facilè digerit̃, & calefacit, & urinas elicit, & sudorẽ prouocat, quib. omnib. corpora tenuari est euidẽtißimũ, maximè si neq; perfrigidũ, neq; percalidũ sit, cuiusmodi uentrẽ firmare atq; cõtrahere assolet. Hactenus quę Celsus extenuando corpori imperauit, explicauimus. Quib. Galenus adijcit medicamẽtorũ extenuan-

Lib. 6. Epid. — *Lib. 2. de Diæta.* — *Lib. de Affe.* — *Lib. 14. Met.*

extenuantiū usum, & quæcunq; urinā aut sudorē prouocare consueuerūt: A
ut sunt petroselinū, rutæ semen, aristolochia, gentiana, & eiusdem generis
Tet.1.Ser.4. omnia alia. Et præter hæc tum Venerē nimiā, tū domū aërēq; calidiorē. Ae-
tius frictionē præterea siccā et mappas crassas cōsulit, & nitrū asperiorēq; sa
lē cōmendat. Nitrū siquidē multū, inquit, in balneis attenuat: at paucū, irrita-
mentū quoddā ad carnositatē, melioremq; nutritionē cōparandā suppeditat.

Cum uerò inter extenuantia posuerim uomitum, & deiectionem, de his quoq; propria quædam dicenda sunt. Reiectum esse ab Asclepiade uomitum in eo uolumine, quod de tuenda sanitate cōposuit, uideo: neq; reprehendo, si offensus eorū est consuetudine, qui quotidie eijciendo uorandi facultatē moliuntur. Paulo ètiam longius processit. Idem purgationes quoq; eodem uolumine expulit. Et sunt hæ perniciosæ, si nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen submouenda esse, non est perpetuum. Quia corporum temporumq; ratio, potest ea facere necessaria: dum & modò, & non nisi quum opus est, adhibeantur. Ergo ille quoq; ipse, si quid iam corruptū esset, expelli debere confessus est. Ita non ex toto res condemnanda est. Sed esse eius etiam plures causæ possunt: estq; in ea quædam paulo subtilior obseruatio adhibenda.) Omnibus his uerbis nihil subest, q̄d magnopere interpretatione egere uideatur. Aliquot duntaxat pronunciata cōtinentur, perpetua obseruatione & memoria digna. Primùm est, Asclepiadem oēm uomitū perperā reiecisse. Est em̄ eius, dū & mo dò, & nō nisi quum necesse est, adhibeat, haud mediocris utilitas. Alterū est, fœda eorū nihilominus est cōsuetudo, qui quotidie eijciēdo uorandi facultatē moliunt. Tertiū, Ne purgationes quidē prorsus omninoq; cōdemnandæ B
sunt, q̄d idem existimauit Asclepiades. Quartum, Eædem tamē perniciosæ sunt, si nimis uirulentis medicamentis accersantur: propterea quod ea & sto machum lædant, & mali succi ferè sint omnia. Postremum, Valentia nihilominus medicamenta corporū interdum, temporumq; ratio potest facere
6.Aph.47. necessaria. ut colocynthidem, peplium, scammoniam, helleborū. Veris e-
Gal.de Purg. nim temporibus in primis, deinde & autumno, cæteris uerò minus frequen
Lib. & item ter, & grauibus ac diuturnis morbis, tum pellendis præsentibus, tū arcendis
Hippocr. imminentibus, magna eorū & ingens quandoq; est necessitas. Atq; hęc eò
Cels lib.5. pertinent omnia, ut in hac ecbasi & digressione utilitate rei proposita, lecto
ris beneuolentiam, docilitatem, atq; attentionē ad res nouas sibi comparet.

Vomitus utilior est hyeme q̄ æstate. Nam tum et pituitæ plus, et capitis grauitas maior subest.) Dixerat modò Celsus, corporū temporūq; ratione facere nonnunq̄, ut uomere ac purgari necesse foret. Et esse eorū causas multas, cur paulo subtilior in ipsis obseruatio esset adhibēda. Hoc itaq; loco primū, quo præcipuè tēpo re uomitus ex usu sit, eius etiā ætiologia addita, ostendit: proxima deinceps oratione, quib. etiā corporibus cōducat, quidq; efficiat, subditurus: mox etiam, quæ causæ subtiliorē obseruationē postulent, adiecturus. Sic uia ac ratione, sic ordine Celsus inter se conuerrit omnia, ut nihil anacoluthon, nihil dissolutum, in uetusta illa & summa prorsusq; Hippocratica breuitate inue C
nias: omniaq;, sermonē, ordinē, eloquentiā, artificiū, sententias, doctrinā ex æquo maximeq; demireris, si modò Galeni tutissimis atq; illustrissimis con spicillis ac cōmentarijs ueluti naribus impositis, omnia diligēter et accuratè, ne quid erres, circūspicias & intuearis. Sunt em̄ alioqui truncata multa, sunt inchoata tantū, sunt corrupta, sunt uana quædam: qualia & in Hippocratis quoque gnesiis germanisq; libellis Galenus pauca, in Platonis Aristoteles multa, in Aristotelis Galenus plurima, in Galeni item iam plerįq; accurata sua scilicet diligentia annotarunt innumera. Adeò Veneris sandalia suos ubique momos inuenire animaduertas: adeò que diem die doceri, & discipulum prioris posteriorem esse semper offendas. Nam certè hoc illud
Persius. est, quod uenustè scripsit Satyricus: Cædimus, in'que uicem præbemus crura sagittis. Cæterùm Celsi hæc prima sententia de uomitu hyberno, sumpta est ex Polybi illo libello de Salubri diæta. Sex enim (inquit ille) mēses hybernos uomendum est: hoc enim tempus pituitosius est æstiuo, & morbi

A morbi circa caput, ac regionem illam fiunt quę est supra septũ transuersum.
Quum uerò ætas & calor fuerit, enæmatis atq; infusis, clysteribusq; utendũ
erit. Nam tempus istud æstuosum est, & corpus biliosius, & lumbi genuaq;
grauantur: quin & calores oboriuntur, & in uentre tormina fiunt. Quapro-
pter & corpus perfrigerare, & quę in sublime subuehuntur, deorsum uersus
educere oportet. hactenus ille. Ad eundem modum & Celsus, hunc magi-
strum uidelicet secutus, iubet pituitam quæ per hyemẽ in uentriculo genera
tur, uomitu reijci: ueluti & bilem quoq; ille æstate sursum conscendentem,
deorsum reuelli. Nam & Hippocrates sanè supra septum transuersum do-
lores purgatione per superiora egere, infraq; cinctum per inferiora significa
uit. Et genibus idem ac lumbis dolentibus & torminibus affectis aluũ deij- 4. Aph. 10.
ci, morsuq; stomachi & uertigine atq; oris amarulentia infestatos uomitu iu 4. Aph. 17.
uandos præcepit. Verùm idem quoq; disertè per æstatem partes superiores 4. Aph. 4.
uomitu, inferiores per hyemẽ pharmacis ac medicamentis purgare manda-
uit. Ac rursus facilè uomentes uomitione purgandos docet, minimè tamen 4. Aph. 6.
hyeme: difficulter uerò uomentes, deiectione purgandos, neutiquã tamen 4. Aph. 7.
æstate tradit. Verùm enimuerò Galenus omnẽ hanc controuersiã pulcher- In lib. Poly.
rimè clarissimeq;, si nõ nimis subtilis esse quęras, diremisse uidetur. Nam ubi
totũ corpus medicamentis purgare libet, ęstate per uomitũ atq; superiorem
B uentrem, hyeme per deiectionẽ ac uentrem inferiorẽ id facere contenden-
dum est. Quũ uerò non corpus uniuersum exonerare constitutũ est, sed uen
triculum solum à bile uindicare aut pituita placet: illa hyeme deorsum, hæc
æstate sursum in contrariã partem reuellendo expellitur. Certè & Rufus a- De cordis no
pud Aetiũ, pituitã in peste uomitu eijci consulit: et Auicenna quoq; alicubi xis agens.
biliosis uomitionẽ ciere subueref, ne quo spontè illa erepit, tanq; additis pẽ-
nis iam euolet. Atq; idem pituitã uiscidam stomachi uomitu euocare nõ du-
bitat. Vt ne interim hic cõmemorem, ipsi etiam Hippocrati uentrem infer- Lib. de Vict.
num calidum habentibus, & acribus deiectionibus ex colliquatione infesta acut.
tis, probari, si albo ueratro dato ea reuellantur. Vt ne nouũ mirumq; uideri
debeat, pituitam, rem grauẽ ac crassam, & sua sponte pessum euntẽ, aliquan
do uomitu opportunè recteq; exonerari. Ambigit enim quodãmodo pitui-
ta: ut si quando insigniter abundat, primùm uomitu, tum etiam deiectione
reijciatur. Id duntaxat ac meritò miretur quispiam, Celsum pituitæ uomitio
nem, deiectionemq; bilis pluribus locis, tanquam si id ipsis proprium sic es-
set, iubere. Vt de peste libro tertio, & de stomachi uitijs quarto, dilucidè cer
nere licet: quæ, quomodo iam dixi, utcunq; defendi posse arbitror.

Inutilis est gracilibus, & imbecillũ stomachũ habentibus.) Hippocrati rursus istud pri 4. Aph. 6.
ma facie aduersari uidetẽ, qui graciles facileq; uomẽtes per superiora purgan
dos statuit, cauẽdo hyemẽ: quũ Celsus hoc loco gracilibus cõtrà nõ cõueni-
C re, ex suo Polybo, uomitũ dicat. Sed facilis horũ erit cõciliatio, si graciles qui
sint ac uocentẽ distinxeris. Sunt enim graciles alij, quos Græci φθινώδεας, Lati- 4. Aph. 8.
ni interpretes nõ prorsus idẽ notante uocabulo tabidos nominãt. Sũt item
graciles, sicci ac debiles quidã, ut ipsos uocat Polybus. Sunt prꝫterea graciles, Lib. de Sa-
melãcholico habitu & frigido aridoq; ac uenis obscuris pditi. Quorũ nullis lub.
uomitus magnopere utilis est, quòd thorax ijs angustus, & uasa, hoc est, uenæ 4. Aph. 9.
atq; arteriæ obscuræ ac ruptioni facilè obnoxiæ sint. Sunt aũt postremò gra
ciles, hoc est, macilento corpore quidam, sed amplo satis pectore, & uasculis
cõspicuis ac sanguine plenis pręditi: cuiusmodi biliosos, & calidos aridosq;
cõspicimus, qui neq; difficulter uomere, pręsertim æstate, neq; inutiliter solẽt.
Addit aũt Celsus inutilẽ etiã esse uomitũ, ijs qui imbecillũ habẽt stomachũ.
Violẽta siquidẽ res est uomitus, quæ etsi pcipuè stomachũ, tamẽ & oculos,
et dẽtes, et thoracẽ mirũ in modũ infirmare et cõuellere solet. Imbecillo uerò
stomacho pditi sũt, qui insigni quauis intẽperie, maximeq; frigida, aut tumo
re pręter naturã, aut humorib. iniquis, aut sensus teneritudine debilẽ possidẽt.

Vtilis

Vtilis est plenis, & biliosis omnibus, si uel nimium se replerunt, uel parum concoxerunt. Nam A
siue plus est, quàm quod concoqui poßit, periclitari ne corrumpatur, non oportet. Siue corruptũ
est, nihil commodius est, quàm id, qua uia primùm expelli potest, eijcere.) Posteaquam qui
sit uomitus incommodus docuit, proximum est, ut quibus etiam cõmodare
posit, ostendatur. Vtilis est primùm plenis, non carnosis quidẽ, aut pletho-
ricis ijs, quos Hippocrates μέσως εὐσάρκως uocat, id est, bene modiceq; carno-
sos: sed cibo potuq; distentis, aut ijs qui humoribus crudis & inutilibus uen
1. Aph. 21. triculoq; innatantibus refertum corpus habent. Deinde confert biliosis om
nibus: quòd bilis facilè pro sua leuitate sursum euolet; ipsaq; qua uia com-
modisimè excludi posit, suo sic motu significet: maximè si hi quoque tales
Hipp. lib. de uel nimium se replerunt, uel integrè non concoxerunt. Monuimus enim su
Affect. prà, optimum haberi, si quis crapulam cibumq; omnem ac potionem maio
iorem quàm ut bellè concoqui posit, quamprimum uomitione reijciat: par
tim ne calor natiuus mole assumptorũ nimia uel imminuatur, uel opprima-
tur: partim ne quid eius quod nimium fuit, mora atq; cruditate corrumpa-
Gal. 4. Val. tur. Nam quicquid in corpote inest, nec tamen expellitur, aut in melius pro
lib. 2. Febr. ficiat, atq; in alimentum conuettatur necesse est, aut in deterius concidat &
corrumpatur oportet. humidis enim calidisq; rerum locis aliud fieri non po
rest. Iam uerò si quando res ulla tempestiuè, priusquam corrumpatur, exclu
sa non fuerit: quum prima illa nauigatio, quæ optima futura erat, omissa e- B
rit, proximam experiri conueniet: corruptumq;, quacunq; primùm uia ex-
pelli poterit, eijcietur. Si stomachum aut uentriculi capacitatem obsidet, uo-
mitu: si intestina aut præcordia, aut imum uentriculum, aut iecoris limina,
deiectione: si summum hepar, aut renes, aut uesicam, aut uenas, per urinam:
si caput, per nares, palatum, aures: si pulmonem aut thoracem, per expuitio
nem ac tussim expurgari debebit. hæ enim uiæ sunt natura accommodatæ,
etsi nonnunquam ijs desertis in alias περιττώματα ac superuacanea excremen
ta abripiuntur.

Itaq; ubi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum sunt, ad hunc protinus cõfugien-
dum est.) Ructus amari flauæ semper, amarulentæq; bilis indicium faciunt:
quę natura πικρά & amara est, aut certè atræ bilis è flaua illa per ingentem ar
dorẽ genitæ. Vtraq; enim & acrimonia & mordacitate, atq; ustulenta qua-
dam ratione, qua semper est prædita, dolorem adfert: morsuq; stomachum
& æstu infestat, & multitudine quadam grauat, minus tamen quàm uel pi-
ruita, uel succus melancholicus: quòd sit illa quàm hæc utraque tenuior, &
quàm ambo magna ex parte etiam paucior. Quare grauitatis sensus pluriũ
crudorum humorum, aut crassorum, aut uiscidorum index est. At morsus
atq; erosio, & calor, & sitis, & oris amaritudo, & ructuum similis sapor, tum
bilis flauæ, tum aliàs adustionis, aliàs putredinis testes sunt. At ructus acidi,
pitritæ crudiq; sunt humoris indices. Pontici uerò atq; austeri, melancholi- C.
ci succi significationem dant: quomodo salsi, pituitæ salsæ, insipidi, pituitæ
fatuæ, nullaq; concoctione contacti humoris signa præbent. Ructus porrò
& nauseæ uomitionis irritamenta quædam sunt. Qui quoties cum crudita-
te coniunguntur, neq; nimium quicquam admodum subest, concoctionem
somno, quiete, frictione, fomentis, & esculentis rebus calidis adiutare opor
rebit: sin nimium subest, quamprimum uomitu expellere cautum erit. Si ue
rò pituita lenta inest, ea oxymelite primùm incidenda erit, deinde euomen-
da, aut deorsum deturbanda erit. At si non ea quidem lenta, sed crassa sit, re-
bus acribus aut mulsa prætenuanda erit, mox similiter ac lenta eijcienda. Si
melancholicus succus est, calidis rebus atq; humidis præparabitur, mox e-
tiam expelletur. Si bilis amara, ptisanæ succo, aut aqua tepida largiter epota
euometur. Multum enim interest, quale sit, & quid, quod corpori eximere
studeas, ne imperitorum more eodem calceamento uniuersos induamus.

Item prodest ei, cui pectus æstuat, & frequens saliua, uel nausea est, aut cui sonant aures,
aut

A *aut madent oculi, aut os amarũ est.)* Vt æstus pectoris per se significationẽ nullam
edit uomitionis necessariæ, ita ipsius desideratæ magnum argumentum ca-
pitur ex æstu cum frequenti saliua, aut erosione oris uentriculi coniuncto.
Nam æstus & præcordiorum erosio bilem, quod modò diximus, denotant,
eamq́ue uel pallidam, uel flauam, uel uitellinam, uel porraceam, uel deniq; cœ
ruleam, quæ modò in uentriculo primisq́ue uenis, ex ciborũ corruptela, mo- *Gal. de Nat.*
dò per morbos exitiosos è flaua aut uitellina in magnis uasis generantur: *huma. lib. 2.*
sed & atram bilem, quæ facilè omnium humorum est & deterrima & perni- *Feb.*
ciosissima, consignare possunt. Verùm saliua uel è capite dimanat, uel è uen *Gal. in pri-*
triculo extollitur, uel è faucibus glandulisq́ue ijs quas à fundenda saliua σια- *mũ Prædict.*
λοχόυς uocant, funditur, humorisq́ue redundantis specimẽ semper præ se fert:
quæ uomitione curantur, nisi si Hippocrati fortè credendum non est, dicen-
ti: Quibus cibi fastidia sunt, & oris uentriculi morsus, & saliuæ copia, ijs uo-
mitus fit. Nausea porrò, humoris inutilis in uentriculi tunicas demersi, & ex-
pultricem facultatem frustra iritantis signum est: quam uomitio sponte aut
arte accidens eripit. At aurium sonitus ac strepitus præter naturam est, quo-
ties res nulla foris sonitum efficit: oriturq́ue, cùm in cerebro multus ac crassus
flatus est: qui quum exitum liberum non habeat, sonus elidit uarios pro sua
multitudine, proq́ue impetu facultatis expellere connitentis, & pro uiarũ qui
B bus erumpat amplitudine. Producitur uerò is flatus ex humore uel cerebri,
uel partium capiti subiectarum, maximeq́ue uentriculi & hypochondriorum
regione. Quibus fontibus ablatis, flatus etiam tolli contingit. Idemq́ue omni
no existimandum est de oculorũ lachrymis, & humore, qui è capite aut uen
triculo similiter originem habet. Deniq; os amarum bilem declarare uel in
uentriculo commorantem, uel è iecore aut aliunde emergentem, quę uomi-
tu aptissimè eijciatur, ex ijs quæ superius paulo tractata sunt, nemini non
perspicuum sit.

*Similiterq́; ei qui uel cœlum mutat, hisq́; quibus, si per plures dies non uomuerunt, dolor præ-
cordia infestat.)* Cœlum mutaturos, præpurgatos, & neq; pituita, neq; bile cir
ca pręcordia grauatos esse decet: ut & rebus nouis alijs, & aëre nouo minus
lædantur. Palàm enim est, minus eos à causis morbiferis offendi, qui minus
ut ægrotent sunt opportuni. Itaq; Hippocrates: Eum, inquit, qui nõ est as- *Libro 2. de*
suetus impleri, uomere conducit, et post ebrietatem ac ciborũ mutationem, *Dieta.*
regionumq́ue alterationem. Omissam uerò uomendi statis temporibus con-
suetudinem, ita ut excretionum reliqua genera, & exercitiorũ neglecta mor *Lib. 1. Febr.*
bos minitari, & ratio satis testatur, & Galenus multis locis docet. Quare si *Lib. 4. Val.*
cui ex omissione præcordia doluerint, aut grauata sint, quamprimum is uo-
mere meminerit. Nam eodem pacto & deiectio alui desita, aut hæmorrhoi
des morantes, aut menses suppressi, graue alioqui periculum aliquod paritu
C ra, excitari reuocariq́ue debent.

*Neq; ignoro inter hæc præcipi quietem, quæ non semper contingere potest, agendi necessita
tem habentibus, nec in omnibus idem facit.)* Vomiturientem dimoueri ad nauseam *4. Aph. 14.*
cõcitandam, rectum est. Vomitui sistendo quietem comparare, cautum est. *4. Aph. 15.*
Post eundem ocium agere, præterquam si fauciũ exasperatio secuta sit, con-
sultum est. Ante cibum enim tum paulùm quid deambulare, corpus in pri-
stinam integritatem ut reducatur, melius est. Cæterùm necessitatem ferijs
ubiq; legibusq́ue solutam esse, uulgari etiam sermone iactatum est. Vt quod
expediat, perpetuò facere non liceat.

*Itaq; istud luxuriæ causa fieri non oportere confiteor. Interdum ualetudinis causa rectè fieri,
experimentis credo.)* Conclusio est omnis de uomitibus antecedentis institu-
tionis. Asclepiadi enim hoc largitur, Luxuriæ & uoracitatis intemperãtiæq́ue
causa uomendum non esse, quod lurconum est & putidissimorum homi-
num, gulę ac uentri lautitiæq́ue tantum inseruientium: perpetuò uerò idcirco
uomitionẽ damnandam esse, nullumq́ue prębere usum in ualetudine tuenda,

hoc Asclepiadi non concedit, uitiosè (si ita colligat) è forma genus inficianti. Etsi enim, ut in omni studio, sic in medicina magnorũ uirorum grauis esse authoritas debet: plus tamẽ rationi tribuendum est, multumq́ praeterea experimentis. At plurimum ac summum, duntaxat in medicina, rectae rationi usu confirmatae asscribi debet. Amicus Plato, amicus Socrates, amicus Asclepiades: sed maximè amica ueritas. Temerè nemo repudiãdus est, quem ingenio & arte aliquando floruisse uerum sit: sed neq; temerè in omnibus cuilibet assentiendũ est, nisi quae & graui iudicio deprehensa, & experimentis approbata fuisse, in confesso est. Hippocratem ubiq; & Galenum, in ĳs ipsorum libris qui γνήσιοι sunt, neq; subdititĳ, sequi tutò licet: eosq́ omnes qui horum doctrinam puram putamq́ cõsectari sunt. Caeteri iudicio recto, nullo nec amore nec odio impulso, cognoscendi sunt, & rerum usu tanquã lapide Lydio explorandi. Non quòd nostris omne sic studium, atque industriam ingeniumq́ ademptum esse uelim, ut non & pleraq; illorum delicta, & errores quosdam deprehendere ac prodere posse putem ac credam: sed quòd illorum reuerendam in primis authoritatem, summumq́ ingenium odiosè conuellendum non existimem: uel quòd optimè de arte nostra meriti sunt eius & authores & propagatores: uel quòd in omnibus artibus certus quidam scriptorum & auctorum numerus, tantam apud omnes, qui eas artes sibi colendas proposuerunt, authoritatem habere debeat, ut ab ea facilè, B
& nisi grauissima de causa, discedere non liceat. idq́ ob eam causam maximè, quòd nisi is certus numerus habeatur eorum, quib. de rebus omnibus, quae ipsorũ disciplinae ambitu continentur, crederetur: omnesq́, quos quisque & quae potissimum uellet, aut probarent, aut improbarẽt, nihil demum certi esset, quod sequi in ulla arte possent, semperq́ animi eorum qui eas artes sequerentur, fluctuarent ac uagarentur. Sint itaq; certi, caeteriq́ ratione
Lib. de Lege atq; consilio recto cognoscantur. Imperitia, inquit Hippocrates, medico malus thesaurus est. Est enim imperitia timiditatis & audaciae mater. Timidi-
Lib. de Orn. tas impotentiam arguit, audacia ignorãtiam. Rursus: Medicus qui se artem ex disciplina nosse putauerit, ut aurum adulterinum in igne iudicatur, sic il-
Lib. de Praecept. le qualis sit usu ostenditur. Alioq; item loco: Ratiocinatio medici probanda est, siquidem ex fortuita occasione, & apparentibus ex signis rem persequitur. Qui uerò non ex euidente aggressione, sed ex probabili rationis figmento, ad ueritatem cõtendit, saepe grauem & molestam inuehit affectio-
Eodem lib. nem, & inuiam uiam arripit. In his igitur quae fiũt inhaerendum, & circa haec uel maximè uersandum, ut facilem minimeq́ delinquentẽ habitum (quam
Gal. de Compos. phar. p. 5. & libro Meth. 9. medicinam appellamus) sibi quisq; consequatur. Duobus enim pedibus tota medicina nititur, ratione & usu. Et rationẽ quidem atq; iudicium sinistrũ, usum uerò atq; experimentum dextrum melioremq́ esse putandum est. Ex quibus dilucidè intelligi licet, quantũ authoritati in arte medicina cõceden C
dum sit, & quẽadmodum genuinũ ab adulterino medicũ dignoscere oporteat. Insigniter enim depuduisse, uultumq́ perfricuisse semel, aut natibus in incessu ceuere, aut holosericis nitere, aut ore deniq; ac digitis annulisq́ magnificè se in uulgus efferre, quos σφραγιδονυχαργοκομήτας ad rem praesentẽ eleganter producto uocabulo, appositè cum Galeno nominaueris, haudquaq; satis est: quanq; eadem quoq; modestè usurpata, neutiq; damno, nec uituperio: sed longo etiam, assiduoq́ potius studio, & singulari ingenio, & magna diligentia, prudentia, eruditione, usu opus est, ut medici quis, nõ mendici: ut boni, nõ improbi: ut puri putiq́, nõ impuri putidiq́ nomen mereat. Odioq́ idcirco omniũ longè sunt dignissimi inuersi isti Alcibiadis Sileni, qui aliud & eximium Hippocratem ore habituq́ prae se ferũt, aliud asinumq́ Cumanum pectore & animo celant: qui Siculis gerris uaniora, magna orationis ad matulam aut ex equo suaueloquentia, ac uultu uel reuerendo, uel intrepido, promissã plerunq; uentilantes assidueq́ manibus demulcẽtes barbam,

garrire,

A garrire, alienāq; semper operā, atq; industriā uel optimā eleuando se efferūt, & tanq; digito cœlum attingere se putant, artificiosè aut sapienter mederi uel nō student, uel parum didicerūt: ambitiosè, iactanter, inuidè, blandè omnia facere in animū induxerunt: trepidè, cunctanter, prouidè, maturè, certa doctrina ac ratione operari, in paruo quæstu esse sibi persuaserūt: uideri quàm esse medici præclarius multo, splendidius q;, cum summa generis humani calamitate, existimauerunt. Quibus ego uerbis nō bonos iam, qui in omnibus nunc ciuitatibus abundè suppetunt, sed qui eosdem uel uincunt, uel opprimere student, notatos esse uelim: non quo corrigant, quis enim in talibus id speret? sed ut tantum cognoscant, ac cautè, caneq; peius et angue euitentur.

Commoneo tamen, ne quis, qui ualere & senescere uolet, hoc quotidianum habeat.) Vomitus si crebrò repetantur, præter turpitudinē quam coniunctam habent, ualetudinem etiam mirè atterunt, & senectutē uel præmaturā, uel nullam apportant: qui raritate contrà plurimū, & ualent, & iuuant. Nam grauium ægrotationum materiam eripiunt: quas, si nulli fierent, sæpe cōsequi necesse foret. Crebriores uerò non modò stomachū, & caput, & aures, & oculos, & dentes, & pulmonem ac thoracem, totamq; uitæ nostræ officinam quassant, uerumetiam spiritus & calorem naturalem sauciant, præsertim si uiolentius, citra grauem necessitatem prouocentur: quin interdum eo pacto citam mortem, aut senectutem adferunt.

B *Qui uomere post cibum uolet, si ex facili facit, aquam tantū tepidam antè debet assumere: si difficilius, aquæ uel salis uel mellis paulùm adijcere.*) In plenis, nimiumq; saturis, atque adeò etiam in gracilibus, & imbecillis, adde & sanis ferè omnibus, post cibū uomere prestabilius est. Si quid enim nimiū assumptū est, recens id & priusquam corrumpatur, eijcere tutissimū est. Si quid uetustius est, uel per uentrē deturbet, uel multiplicibus multisq; cibis ac potibus cōfusum, permixtūq;, ueluti pleno gurgite per os refundat. Et quò id procliuius fiat, aquā tepidā largè deglutire suadet Celsus, quo uentriculus incōtinentior reddatur, & fibræ tunicæq; eius præmaceratæ minus ab rigiditate rūpantur. Tepore enim uentriculus, & quicquid neruosum est dissoluitur: humore, quæ rigēt, emolliuntur. Copia expultrix facultas iritat, & cōtinens debilitatur, & grandi illa tanq; unda, quæ innatāt, refundunt. Quare aqua tepida ijs qui facilè uomūt sufficiet. Si quis uerò difficilius idē faciat, siue hebetudine sensus stomachi, siue humorum crassitie, sal aut mel admixtum, tum erodendo, tum dissecando, tum abstergendo tenuandoq; conferet. Galenus, si qui ad uomendum sunt idonei, non inutile ijs fore prædicat, si per radiculam ex oxymelite uomant: lenta pituita, si qua uentriculo infigitur, prius rebus idoneis, ut mulsa cum hyssopo, per aliquot dies dissecta. Si uerò neclētus humor sit, nec crassus, utiq; abundè futurum censet, si à ptisanæ solius cremore, itemq; à mulsa

C uomant. Nihilo enim minus ista quàm aqua sunt apta, nec uentriculi robur perinde dissoluunt. Sed hoc casu sumendum utriusq; plus est, quàm uel alimenti, uel deiectionis etiam causa sumeretur.

At qui manè uomiturus est, antè bibere mulsum, uel hyssopū, aut esse radiculā debet, deinde aquam tepidam, ut suprà scriptum est, bibere.) Crassos ac pingues, & lentis crassisq; humorib. grauatos, quin & eos quoq; quib. bilis in superiorē uentrē per se prorepit, post exercitiū ac cursum & ante cibū uomitu purgare decet: hos epota quidē aqua, aut ptisanæ solo cremore, si haud difficulter id faciant: sin molestè, post illa, & dulci uino cōbibito. At illos quibus crassi aut lēti humores affixi sunt, assumptis ijs quæ attenuandi atq; incidendi uirtutē possidēt, ut mulso uino, & aqua etiā mulsa, aut aceto mulso. Vinū mulsum οἰνομέλι, aquā mulsam μελίκρατον, acetū mulsum oxymeli Græci appellant. Primùm calidius est, & fortius. Alterū frigidius & imbecillius, & magis aluo deijciēde, præsertim si melle etiā cōditius est, quemadmodū urinæ sputoq; citādis si sit dilutius, magis accōmodatū est. Tertiū incidēdi uim præcipuā habet. Maio-

Polybus. Gal. 4. Val.

Lib. 7. Met. Gal. 4. Val.

Polybus. Paul. lib. 1. cap. 70. Gal. 6. Val.

Hipp. de Vict. acut.

remq́ſanè omnia tenuādi detergēdiq́ uirtutē accipient, ſi uel hyſſopus, uel A
thymus, uel origanū, uel calamintha incocta, aut inſperſa, aut præſumpta ſit.
Radicula quoq; in oxymelite ſimplici, aut diuretico, ſcyllitico ue macerata,
mirū in modū cōmendari in craſsis ac lentis humoribus ſolet. Maximè ſi o-
Galen. lib. 6. Meth. xymeli ipſum cū decocto raphani, aut ſeminis porri, aut ceparū ſuperbibat.
Efficacius etiā fuerit acetū ſcillites, eodē modo ad ſeſcunciā datū, aut cum a-
quæ hordei cyathis tribus, aut mellitę uncijs totidē, aut alia re ſimili ſumptū.

Cætera quæ antiqui medici præceperunt, ſtomachū omnia infeſtant.) Fuerūt illa, uterq; helleborus, cucumeris ſylueſtris radix, daphnoidis folia, ſtrutiū, thymelea, lathyris, ricinus, thapſia, & ex his ipſis medicamenta concinnata. Quæ & admodum uehementia ſunt omnia, & non niſi ſtrangulationis in periculo, propter ſtomacho & naturæ uim ipſarum infeſtam, uſurpanda.

Poſt uomitū, ſi ſtomachus infirmus eſt, paulùm cibi, ſed huius idonei guſtandū, & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi ſunt.) Oſtenſum eſt, quibus tēporibus & corporū naturis uomitio cōueniat, quæq; ſigna idoneam denotent, & quæ in uomitu ſint fugienda, & quibus ſit, & quo tempore cōcitandus. Nunc quid poſt uomitū cuiq; ſit faciendū, adijcit. Neq; enim ſtatim poſt uomitū edendum eſt, niſi ſi qui debiles ſunt, & fracto admodū ſtomacho præditi, quibus tunc unū alterumq; ouū ſorbile cum cinamomi puluiſculo, quo uentriculus recreeť, permittitur. Cęteris expectandū in horas minimū duas aut tres, & tum demū le B
uia edenda aſſaq; ſunt, & bibendū uinum meracū, quo ſtomachi robur recuperetur, maximè ſi etiā res frigidæ algente è uentriculo reiectæ ſunt: ſed ſunto hæc primùm pauca omnia, deinde paulatim pluſcula. Interim tamē & os hydromelite aut ſyrupo acetoſo, & facies uel aqua roſacea, uel aceto cum aqua tepida lauetur licebit: in quibus nonnulli optimū etiam fore credūt, aliquid imponi ſinapis. Diamoron quoq; gargarizare, aut uinū punicū, aut cidonio rum, berberis ue ſuccū ore ac faucibus cōtinere, quo œſophagus gulaq; con firmetur, idoneo præſidio nō carebit: præſertim ſi uentriculus inter hæc etiā foris hyeme nardino oleo, æſtate melino, uere maſtichino addito amomo in ungatur. Intus uerò deglutire uel cinamomū, uel aromaticū ſimul & ſtipticum quippiam, conſternatū ſtomachū reſtituet. ut ſi quis maſtichē, aut men tam, aut aniſum mandat. Celſus etiam aquā frigidam cyathis tribus bibi pro bat, quæ ut æſtuantē ſtomachum interdum firmare poteſt, ita omnib. perinde non conuenit. Nam & uehementer lædit frigidos, & gulæ pectoriq; nocere conſueuit. Porrò cyathus cochlearia decem continet. Cochleare uerò drachmam unam, & ſcripuli dimidium, ac grana duo, duasq; quartas grani
Lib. 3. de Diæta. unius accipit. Hippocrates alicubi, non horæ modò unius atq; alterius curam ſuadet: ſed poſt uomitum ſenſim per tres continuos dies leniter ac parum laborando, in priſtinum redire ſtatum conſulit.

Si autem uomitus fauces exaſperauit, qui uomuit, ſi manè id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare. Si poſt cœnā, poſtero die lauari, & in balneo ſudare: hinc proximus cibus mediocris utilior eſt, iſq; eſſe debet cum pane heſterno, uino auſtero meraco, & carne aſſa, cibiſq; omnibus quàm ſicciſsimis.) Non ſolū quid in unaquaq; re fieri cōueniat, tradi debet: C
ſed etiā abuſum quid incōmodi ſequať aperiendū eſt, ſimulq́; qua arte id cor rigatur explicandum. Celſus nō quidem omnia incōmoda quæ uiolentiorē uomitū conſequantur, cōplexus eſt. Nam plerūq; & pulmonis uaſcula rumpi, & oculos & dentes multaq; alia affligi cōuellią; cōtingit. Sed noxam frequentiſsimā & propè leuiſsimam quo pacto recurare oporteat, cōmonſtrat, faucīū dico exaſperationem. quæ ſanè primùm ijs quæ exaſperantia depellunt, deinde lenientibus ac mitigantibus reſtituitur. Qui igitur manè atq; ieiunus uomuit, inambulare debet, ad ea quæ nimio conatu cōmota ſunt excrementa aſperantia diſcutiendū. Quo etiam cōducit inungi. mollit enim iſtud, & humectat. Deinde cœnandū. nam hæc tria quo nunc ordine expoſita ſunt, in omni etiam ualetudine, calori naturali excitando opem ſuppedi

tant.

A tant. Si uerò quis post cibũ, maximeꝗ à cœna uomuit (hîc enim contra prãdium cœnam distinguimus, quod alibi tamen hæc suo significatu complectitur) omissa exercitiorum mentione, sudationem in balneo commendat, quæ ambulationis commoda fermè explet. Quæ uerò deinceps de cibo potuꝗ præcipit, eadem nos paulo antè simili ratione suasimus. Quandoquidẽ huc profectò conueniunt, quæcunꝗ stomachum corroborant, & quæ moderatè ac sufficiẽter eius humorẽ, si quis reliquus est, absumunt. Cuiusmodi sunt primùm, quæ uirtute aromatica præstant: deinde quæ nonnihil astringũt, siue austera, siue subacerba ea sint: idꝗ pręcipuè in biliosis. Nam in phlegmaticis carnes in primis assæ, & ex aromaticis acria feruidaꝗ sunt potiora.

Qui uomere bis in mense uult, melius consulet, si biduo cõtinuarit, quàm si post quintumdecimum diẽ uomuerit, nisi hæc mora grauitatẽ pectori faciet.) Hippocrates libro de Insomnijs, & Polybus, abs quo hunc locũ Celsus mutuatus est, bidui uomitũ comprobant: quòd posterior prioris reliquias sine ulla uiolentia cõmodè tollat: quomodo & uenæ sectionẽ interdum partimur, quoties & uires suspectæ sunt, ne debilitentur eæ quas in primis seruàre par fuit, & multũ quantumꝗ sufficit semel eripi tutò nõ potest. Galenus aũt de uomitu postridie repetendo sententiã non undequaꝗ recipit, siue euacuãdi corporis gratia, siue exonerandi uentriculi causa suscipiatur: propterea quòd idẽ efficiat, si ex inter-
B uallo uomatur, atꝗ si duos cõtinuò id dies facere tentes. Hippocrates ijs qui humidiores sunt, ter in mense ut uomant: sicciorĭbus, ut bis à cibis omnis generis decẽ dierũ intercapedine, cõsulit. Ego tantorũ uirorum dissidia cõponere nõ audeam. Et puto prioris diei reliquias, si quæ interdum subsunt, postridie magno cõpendio tolli posse, & assiduo multum impuritatis coaceruantibus decimo quoꝗ die aut quintodecimo repetitam uomitionem plurimum posse subuenire. Quare è grauitate, & dolore uentriculi, & humoris genere ac uiribus, quid quemꝗ facere deceat, coniectandum erit: ne turpis ac fœda ea consuetudo, temerè crebroꝗ usurpetur. Lib. 3. de Diæta.

Deiectio autem medicamento quoq; petenda est, ubi uenter suppressus parum reddit: ex eoq; inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaq; superioris partis mala increscunt. Quid enim inter hæc adiuuare possunt quies & inedia, quæ per illam maximè eueniunt?) Quod de uomitu iam dictum est, id de alui deiectione præter morem iam usurpari desita, & qualibet alia corporis omissa uacuatione, existimãdum erit. Quicquid enim excrementorum colligitur, si non protinus è corpore eijciatur, damnũ inferat aliquod necesse est. Contraꝗ tum ualet unusquisꝗ optimè, quum & uiæ excrementorum alimentorumꝗ toto corpore patent, & illa suis itineribus exeunt, & hæc quò decet in suas partes abscedunt. Quocirca quum per intestina, perꝗ aluum amplissimæ & summè publicæ uiæ purgamentorum à natura factæ sint, illis ipsis interclusis, arte aliqua ut aperiantur oportet. A-
C lioqui enim quæ præter morem, & quàm fieri conuenit diutius retinentur, primùm computrescere, mox etiam inflammationes, febresꝗ creare consueuerunt. Nam quæ putrefiunt è calore externo, aut certè eo qui sit præter naturam, corrumpuntur, quo protinus fluxio concitatur. Calor siquidem, & qui calorem sequitur dolor, materias attrahunt, attractu impingũt, impacta tumorem, & uniuersa deniꝗ uel febrem, uel ardorem, uel inflammationem pariunt. Sin fortassis aliquando talia singulari felicitate nõ eueniunt, & excrementa in imam aluum concidant, tamen suppressa nimium adhuc aluo, fieri non potest quin ex ijsdem retentis & fumi improbi generentur, & sursum in caput, in oculos, in uentriculum efferantur. Vt in fimis externis nostris, & alijs rebus multis licet cernere. Ex quibus tum caligines oculorum, tum capitis dolorem atꝗ grauitatem, tum aurium sonitus, tum appetentiæ deiectionem, aliaꝗ mala in superis partibus præcipuè, sed & toto corpore plurima oriri consentaneum est, nedum in malè ualentibus eadem non multo sint perniciosiora. Quamobrem Galenus, Cõmuniter, inquit, omnibus 6. Vale.

qui uitiosum succū colligunt alui deiectio utilis est, pręsertim etiā quibus ea est natura astrictior. Quies porrò & inedia, quibus innumera alioqui, si cōmodè usurpentur, mala tolli solēt, uel ex laboribus, uel ex nimia saturitate ac plenitudine nata, tantū abest ut suppressæ aluo subueniant, ut multo etiam eam astrictiorē reddāt, & uicissim ab ipsa uel augeātur, uel excitenē. Quies enim ita cōtinet, quemadmodum motus excernit: sic quies astringit, ut motus aperit: quies res immotas, motio mobiles facit. Quocirca quies, uomitum, deiectionem, sudores, urinam retardat: motus eadem citat & propellit. Inedia item siccat: siccitas deinde astringit, & res incrassat, & liquiditate genuina priuat, quare & excremēta pigriora & meatus angustiores efficit. Vicissimq; & quietem & ineddiā uenter suppressus, per ea quę inde modò consequi ostendimus, producit. Quis enim, dum caput dolet, dum caligant oculi, dum corpus inflammatur, uel non quiescere, uel quicquam esse sustinet? A

Qui eijcere uolet, primùm cibis uinisq; utetur his, quæ hoc præstant.) Optima tutissimaq; non modò in ualentibus, sed etiam in ægrotis ratio ineundæ curationis est, alimentis quoad fieri potest noxas emendare. Sunt enim ea quę alendo curant, curandoq; alunt, securissima. Qualia in genere ciborum sunt ad aluum subducendam, pinguia & dulcia, aut acria & liquida atq; lubrica omnia: ut fici, ut oua sorbilia, ut olea, lac, maluæ, lactucæ, rumices, olera ex garo
Seren. cap. 28. & sale uinoq; aut oleo sumpta: ut sunt item pulticulæ aut sorbitiunculæ ante B
Gal. 2. Alim. reliquū cibū præsumptæ, prunaq; præterea quæ mittit clara Damascus, aut utiq; Iberica ex melicrato mellitiore decocta, quæ uentrē abundè molliunt, etiam dum sola comeduntur: & multo magis, si melicratū ipsum deinde bibatur. Perspicuum item est, si uinum dulce post assumptionē hauriatur, sicq; prandium tum non statim, sed aliquāto pòst interuallo inchoetur, id ad alui solutionem maximopere profuturum. Quæ non horum tantum, sed cōmu-
Lib. 5. Val. nia omniū laxantium rerū præcepta sunt. In genere uerò potionis aluo deijciendę idonea sunt uina dulcia ac crassa, uetustaq;, aut salsa patiter ac tenuia, item brassicarū, lentium, ostracodermorū iuscula, serum lactis, præsertim cū sale & melle conditum: adde & ius ueteris gallinacei, & aquam mulsam, &
Aph. 115. mercurialis, rumicū, maluarum, betarūq; decocta. Quamobrē, quod scribit Damascenus, si rebus dictis solaq; uictus ratione sine medicamentis mede-
Aph. 160. ri datur, nihil neq; melius, neq; rectius duci debet. Est enim diętetica medici
Aph. 139. na, quàm pharmaceutica aut chirurgica, præstantior. Quoniam cibaria certè ea quæ confortant & iucundè olent, tum temperamento humano uicina
Celsus lib. 5. naturalem uirtutem tuentur, tum membra principalia confortant. Sunt ta-
Galen. lib. 3. men nihilominus reuera omnes medicinæ partes sic innexæ, ut ex toto ferè
Comp. phar. gener. separari non possint. Adeò ut illa quæ uictu curat, cæterisq; dignitate acutilitate præstare existimatur, aliquando medicamentum adhibeat: & illa quæ præcipuè medicamentis purgat, adhibere etiam rationem uictus soleat. Id C quod proximis iam uerbis Celsus docet.

Dehinc si parū illa proficient, aloen sumat.) Vbi diętetice uictusq; ratio nihil proficit, pharmaceutice, quæ præcipuè medicamentis nititur, accersenda est. Aloen igitur præ cæteris capere idoneū erit: quæ & καθαρτικὴ & ἐκκοπρωτικὴ est, aluumq; & stercora deijcit. Conueniens aliàs quidem sæpius, sed in primis capitis doloribus & oculorū suffusionibus, à uētriculo profectis, drachma minimū dimidata, drachmisq; summū tribus accepta. Eius tamen per se usus hodie rarus est, hieræ uerò δι' ἀλόης seu picræ amaręq; creber. Ex aqua
Lib. 6. Val. mulsa bilem & pituitam purgat. Galenus cum brassicæ succo in pilulas fingi, aut eius puluerem liquori cuipiam inspergi præcipit. Villanouanus aloen nucis dimidiatæ magnitudine inter epulas modò per se, modò cū mastiche assumptā, uitam uitæq; florē mirū in modū producere tradit. senibus tamē concedi nō debet. Quin & resina terebinthina oliuę magnitudine sub somnum accepta, nihilo remissius opitulari sine ulla offensione prędicatur. Cui si

A Cui si quid etiã rhabarbari admisceatur, efficacior futura est. Nec ipsa aluũ tantum citra noxam soluit: sed etiam uiscera omnia, iecur, lienem, renes, pulmonem abstergit. Sunt etiam qui magno emolumento chamępityos pulueírem immisceri posse doceant. Quorum si nihil suppetit, radices polypodij denarijs binis in salsamentis aut ptisana abundè suffecerint: aut certè mercurialis, aut brassica marina, aut cnicus è ptisana satis esse poterit. Quæ sanis omnia tutò permitti possunt. Cato de re rustica brassicã suam illam subcrudam, cum ruta & coriandro concisam, in articulari morbo mirificè commendat. Paul. lib 1. cap. 43. Gal. 5. Val. Seren. cap. 28.

Sed purgationes quoq; ut interdum necessariæ sunt, sic ubi frequentes sunt, periculum adferũt: Assuescit enim non ali corpus, & ob hoc infirmum erit, quum omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas sit.) Quemadmodum de uomitibus traditũ est, ita in purgationibus quoq; usuuenit, ut frequentia sua periculum creent. Purgationes enim etsi sunt interdum necessariæ, & omissæ cumprimis lædunt, officiunt tamen nihilominus, si uel immoderatè, uel crebrò usurpentur. Primùm enim res omnes, certè quibus ualidè procurant, uentriculo & partibus principibus infestæ sunt. Deinde & spiritus multos, & humores plerũq; naturæ idoneos corpori eripiunt: unde infirmitatis plurimum contrahitur, & alimentũ corpori necessarium subducitur. Præterea efficiunt crebritate, ut & proprij muneris natura obliuiscatur, & ut nihil deinceps nisi coacta eijciat. Quibus denique

B omnibus accedit, ut morbis omnibus corpus nimis quàm obnoxium reddatur. Natura siquidem est quæ alit, quæ digerit, quæ continet, quæ excernit, quæ morbos appetentes arcet, quæ mala præsentia depellit. Quorum nihil ipsa, nisi bene ualeat, præstare potest. Quare & in sanis, & in ægris rerũ omnium gerendarum summus scopus, præcipuaq; semper intentiò, ex uirium obseruatione, ut uel seruentur, si adsunt, uel si absunt, reuocentur, peti debet: & in omni purgatione, ne temerè præcipitentur, aut conuellantur, uel studiosissimè prouidendum est.

Calefacit autem unctio, aqua salsa, magisq; si calida est, omnia: & salsa, amara, carnosa, si post cibum est balneum & somnus, nisi nimis longus est, & omnia † acida, aqua quàm frigidissima, oleum si aquæ misceatur.) † acria. Cum in corporum naturis obœsa & tenuia, & calida & frigida, & humida & sicca contineantur: de obœsis & gracilibus, quantum sane sufficiat, itemq; de uomitibus obiter & deiectionibus dictum est. Proximum nunc est, ut quæ sint ea quæ peculiari quadam ui ac ratione calefaciant, refrigerent, humectent aut arefaciant, explicetur. Calfaciunt itaque in genere dulcia, salsa, amara, acria omnia. Quare, quod ad Celsum attinet, calefacit primùm unctio, eademq; humectat, pariter & emollit: ut id aliquoties iam suprà commonstratum est. Deinde & aqua salsa, salsedinis tantum, non aquæ nomine. Balneum nanq; salsum (ut author est Hippocrates) calefacit & siccat. Et addit: Quum enim natura calidum sit, trahit è corpore hu-

C miditatẽ. Nam sal profectò tam fossitius (uulgò sal gemmę à nitore dicitur) q̃ marinus, terget & astringit quidem modicè, ualidè uerò siccat ac digerit: siccat etenim nõ minus q̃ nitrũ, aut nitri spuma, minus tamen q̃ eadem terget, atq; astringit etiam uehementius. Quocirca aquam hoc magis exiccare decebit, quo fuerit ipsa salsior: & humectare similiter eo magis, quanto minus salis habuerit. Cumq; his ipsis calefacere rursus hoc magis, quo magis fuerit calida, ut nec ferueat tamen, nec planè tepeat: idq; si à cibo solũmodo usurpet. Quorũ de causis nos suprà enucleatè disseruimus. Ceterũ quæ iam Celsus subijcit de salsis reb. omnibus, & amaris, & carnosis, & quæ paulo etiã pòst de acidis refert, sumpsisse ipsum ea manifestè ex Hippocratis illa sententia intelligit, qua ille inquit: Dulcia & acida, & salsa & amara, & austera & carnosa calefacere solent. Vtrorumq; enim & salsorũ, & amarorũ, & carnosorum, & acidorũ meminit. At austera quidem quæ cõnumerat Hippocrates, rectè debiteq; Celsus omisit. Nam etsi sunt quædã, quę ob cõiunctas partes calidas, calefacere interdũ queãt, ut spica, ut atramentũ sutoriũ, aliaq; multa: Libro 2. de Dieta. Gal lib. 9. Simplic. Lib. 6. Comp. ph. part. & libro 2. Comp. ph. gener. Lib. 2. de Dieta. Lib. 4. Simpli. cap. 6. 7.

propriè tamen austera, & acerba utique magis, tum frigidæ, tum crassæ sunt A
substantiæ: qua & refrigerandi, & densandi, & cogendi uim, eãq; rebus a-
cribus omnino aduersam possident. Contraq; iam dulcia quæ Celsus præte
rijt, si modò præterijsse ea quæ temporum iniuria interijsse uerisimilius sit,
dici potest, ea bene ab Hippocrate superiori sententiæ adiecta sunt. Modi-
cè siquidem calefaciunt, coquunt, maturant, laxant, rarefaciunt omnia dul-
cia: falsa porrò ambo, ita ut oportuit, addidere. sunt enim ea terrea & calida:
Lib.4.Simpl. cap.20. hinc digerunt ac tergent, illinc cogunt contrahuntq;. Vtrisq; siccant, & à pu
Lib.4 Simpl. cap.18.19. tredine uindicant. Amara rursus uterq; apposité apteq; cõnumerauit: quip-
pe quæ terrea sunt, at adustione quadã tenuata. Calefaciunt itaq;, siccant, te-
nuant, tergent, incidunt, purgant. At uerò acria, quæ & summè calefaciunt,
& maximè huc congruebant, neuter bene siluit: quando & incidant, tra-
hant, digerant, purgent, & menses, urinas, sudores mouent. Acidaq; e diuer
so ambo parum aptè huc apposuere. Nam quamuis ea nonnulli fortassis, sic
Lib.10.Simp. cap.18.19.20. ut de aceto pleriq; falsò crediderunt, summè calefacere, aut, ut alij, summè re
frigerare arbitrentur, peculiari tamen ipsa ui & frigefacere, & cogere, & re-
Lib.4.cap.4. 11.12. pellere nunc in confesso est. Vt tueri nobis ista iam nec liceat, nec uerò li-
beat. Quamuis existimet forsitan aliquis, pro acidis acria, temporum aut in-
terpretum inscitia irrepsisse. Nam & Græca uoce congruunt, qua ὀξέα utra-
que nominantur, & Latina parum dissentiunt. acria enim in acida facilè mi- B
grare, contraq; pro acidis acria substitui possint. Et re præterea ipsa atq; effe
ctu non parum conueniunt. Quoniam ambo mordicant, roduntq;, quæ acre
dinis facultati accepta referuntur. Quum igitur tot nominibus consentiant,
confundi aliquando mirũ uideri admodum non debeat: hoc mirum duco,
Lib.5.Simpli. cap.25. quæ Plato, Aristoteles, Theophrastus, Galenus accuratè planeq; distinxe-
runt, ea pleriq; etiamnum medicis ignorari. Acria siquidem ualidã quadã
caliditate pollent, quam si tollas, acida effeceris: nisi quòd hæc fermentandi
quoq; uirtutem quandam obtinent, qua carent quæ propriè acria nomina-
mus. Cæterùm carnosa, ex ijs animantibus, de quibus antè tractatum est,
sumpta, optimum sanguinem ipsa largiri, atq; item balnea dulcia post cibũ
tum corpus implere, tum calefacere: & somnum quoq; à cibo calefacere at-
que humectare, alimẽtumq; in cuncta membra diffundere, satis est suprà &
plenè traditum. Verùm de aqua frigidissima, quod adijcitur, absurdius ui-
deatur: de qua, quantũ ad rem propè præsentem faciat, licet antè sit dictũ,
5.Aph.21. & lib. de Liquid. usu. tamen illud Hippocraticum addi, non parũ huc conferet. Est ubi in disten-
sione citra ulcerationem, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ ipsius
multæ perfusio calorem reuocat. Cutem enim initiò refrigerando, densan-
do, calorem refringendo, qui intus collectus nutritusq; cum maiore demũ
ui refluit, ægrotationem sanat. Quod ipsum in sanis ac ualentibus multo ma
gis posse fieri nemo dubitauerit: non ut morbum sanè qui nullus est pellat, C
sed ut calorem genuinum ac naturalem augeat atq; confirmet. Hippocrates
quoq;, seu quisquis alius fuit illorum de Diæta trium librorum author: nam
& forma tradendi, & sermonis character, & alicubi doctrinæ ueritas parum
Hippocratis, & summo ingenio, & maximæ facundiæ & miræ breuitati re-
spondere existimentur: is tamen quisquis fuit (nihil enim ego pronunciare
uelim) & passim Celsus, eius in tota de corporum naturis hac disciplina, &
item Polybi sententiam, non modò est imitatus, sed huc planè transscripsit:
Lib.2.de Dieta. Et calida, inquit ille, balnea ieiunũ attenuant, & refrigerãt: propterea quòd
calore humiditatem è corpore auferant, qua protinus ablata, refrigescit: sic
frigida è contrario quandam uacuo corpore caliditatem præbent. Rursusq;
Lib.de Liquid.usu. alibi idem in hũc modum scriptum reliquit: Veluti post calidam corpus fri
gescit magis, perfrigeratum: ita post frigidam recalescit magis, percalefactũ.
Ex quibus iam sententijs, quemadmodum frigida ex accidente nonnunq;
calorem & gignat & intendat, facilè perspici licet. Id tantum hic reliquũ est,
ecquid

A ecquid tandem aquæ oleum cõmixtum efficiat: sed id quum supra satis explanatum sit, hic repetendum nõ duxi. Id solum dicam, mollire ipsum, illi eidem de diæta librorũ authori, & nõ uehementer calefieri permittere: quod implendo corpori quàm calefaciendo insigniter, multo magis conuenire, quisquis aliquid prospexerit, facilè uidebit.

Humidum autem corpus efficit labor minor, quàm ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior, multa potio: post hæc ambulatio & uigilia, per se quoq; ambulatio multa, & uehemens, & matutina exercitatio, & non protinus cibus adiectus, ea genera escæ quæ ueniunt ex locis frigidis, & pluuijs & irriguis.) Refrigerantia uel sunt iniquè à Celso hoc loco prætermissa, uel temporum barbarie inertiaq; interciderunt neglecta, quum nõ minus calefacientibus & humectantibus ac siccantibus fuerant ad rem præsentem collatura. Nam quòd ex calefacientium catalogo contraria refrigerantia quæ sint, cuiq; procliuè sit intelligere, propterea quòd contrariorum eadem sit disciplina: id de humectantibus atq; siccantibus perinde erat facile futurum, ut alterum præteritum ex altero cognosceretur. Et erat agentiũ ambarum qualitatum, quàm patientium, et utilior, & magis necessaria explicatio, quanto ipsarum uis maior est, & usus frequentior. Quandoquidem alterutro intemperantiæ genere, seu calido, seu frigido quicũq; exuperarit, omnino contrario uitæ genere ualetudinem prosperam tuetur. Qui humi- Gal. lib. 6. Valet.
B do constat, sicco'ue, magna ex parte simili melius ualet. Nos itaq; quo hanc fissuram & ruinam expleamus ac reparemus, pauca hoc loco interseremus, & mox deinde ad Celsi explanationem reuertemur. Nimium ergo calentia corpora refrigerantur, de side uita, aut certè molliter ac parum exercitata, aquæ potu, cubili arte aut natura frigido, frictione pauca & suaui, unctione refrigerante, ex rosaceo aut omphacino oleo comparata. Et si flaua bili exuperant, quæ ad superiorem uentriculum emergat, post exercitium & ante cibum ex aqua tepida uomitione: sin ad infernum uergat, sinendo ipsam, neq; quicquam tentando, & præter hæc, uigilias, inediam, curas, sollicitudines, iram, & citas omnes uehementesq; exercitationes maximopere cauendo. Atq; ita quæ uel refrigerẽt, uel calentibus officiant, breuiter dicta sunto. At intereſt rursus plurimum, frigidum'ne sit corpus pariter ac humidum, an frigidum simul & siccũ, an potius frigidum quidem, sed humido sicco'q; temperatum. Nam primum quidem genus & malum est, & fluxionũ uitijs obnoxium: cui succurrendum est & balneorum abstinentia, & exercitijs, & tenuiore uictu, & unctionibus, quæ modicè calefaciant. Alterum pessimum est, & senectuti simillimum, quod idcirco calefacere atq; humectare oportet exercitatione moderata, & cibis potibusq;, qui calorẽ cum humiditate cõiunctum adferant, & somno liberaliore, & Veneris omnimoda abstinentia, & purgamentorum quæ è cibo & potu existunt quotidiana reiectione. Lib. eodem. Paul. lib. 1. cap. 70. Lib. 6. Val.
C Tertium, ut est ad sanitatem & robur corporis minus ineptum, ita eius calorem expergefacere ac fouere, & humidi sicciq; mediũ in omnibus rebus tueri conuenit. Nec refert profectò minus calidum'ne cõtra sit corpus quod refrigerare instituas, æquè ac siccum immodicè: an præterquam calore, etiam humiditate abundet: an certè calore intemperatum sit, cæterùm humido siccoq; moderatum. Primi etenim graciles omnes sunt, ideoq; uel tardè ac molliter, non autem acutè firmiterq; exercendi sunt: uel sola deambulatione ac balneo, mollıq; ex oleo frictione contenti esse possunt, quos ipsos & à cibo balneum iuuat, et uinum album ac tenuè minimeq; antiquum idoneum est, & Venus ijsdem ualde inimica: ideoq; in primis fugienda, ita ut perustiones, & lassitudines, & sollicitudines, & uigiliæ, & animi motus ardentiores. Secundi autem, nisi & pluribus exercitijs, & accurata uentriculi concoctione adiuuentur; fluxionũ & redundantiæ morbis & putredinis facillimè corripiuntur, quos eam ob rem calidis aquis sponte natis bis terq; ante cibum lauare confert: ut & minimum excrementorum coaceruent, & humorem

insitum ac genuinũ quàm diutissimè retineat. Lotiaq; simili de causa his, & A
alui deiectio procuranda. Neq; quicq; prohibebit, quin & apophlegmatis-mis, & purgationibus subinde utantur. Et cibis boni succi, uinoq; urinã prouocante se sustineant. Postremi aũt ad ætatẽ usq; adolescentiæ, similiter ut ij qui optimo corporis statu sunt præditi, habendi sunt. At reliquo uitæ tẽpore ut calidi sicciq; cõseruandi: bili, modò aqua sola epota, modò uino etiam dulci adhibito, per uomitionẽ reiecta, nisi fortè fortuna sua illa sponte, deorsum per aluum excidat, præsertim uino dulci ac crasso, & oleribus ex oleo & garo præsumptis, adiuta. nam & hoc maiorem in modum adiuuare solet: & alioqui, si quicq; in quopiam corruptum est, nisi per se ad aluum descendat, diospolitico quantum cæterorum, tantum nitri continente, aut eo quod ex cnico & ficis conficitur, aut dialoes picra, modicè per interualla purgare corpus expediet: idq; potissimũ aliquo die, quo à cæteris negotijs uacare liceat. Nam ista si negligantur, & uitioso uictu impensè augeãtur, alijs dubio procul diuturni morbi, ut podagra, arthritis, calculus, unde tota uita nõ explicentur, incident: alijs acuti, sed qui singulis annis aut alternis semel iterumq; infestent, obuenient. Sed ad institutum authorẽ iam reuertor. In quo primò sciendum atq; obseruandũ est, humidum corpus omnino à molli differre cutis quodã madore, qui in molli deest. Nam potest alioqui durata caro esse, ut sudor tamẽ madorq; profluat. Nasciturq; tempestiuo è Veneris usu, & uirium imbecillitate, & raritate corporis, & multa mollíq; frictione, nimio balnearũ usu, aere domoq; calidiore pariter ac humidiore, potionibus B
uberioribus, cibo parciore atq; liquidiore, & somno deniq; prolixiore. In teneritudine uerò & mollicie citra humiditatẽ (coniungitur enim & ipsa nõnunquã cum humore) cõcoctũ probè nutrimentũ est, & corpus bene habitum, alitumq;, & exercitatũ diminutius. Efficitq; omnino molliciẽ mollior cum pinguedine frictio, balneæ tepidiores, exercitia tarda & exigua, cibi plures & humidiores, potus uberior, multusq; somnus. Atq; ex his iam clarè dilucideq; perspici potest, Celsum humectantia cum mollientibus, quòd parum breuiq; spacio distent, cõfudisse. Principiò enim, ut labor minor corpus humectat: ita reuera exercitium paruũ tardumq;, præsertim à cibo, corpus emollit ac nutrit. In balneis uerò multis Galenus & Celsus concordant atq; cõsentiunt, quæ siue tepidæ, siue eucratæ temperatęq; sunt, humectant, etsi priora refrigerãt, posterioraq; calefaciũt. Verũm in cibo pleniore dissentiunt. Parcior enim, liquidiórq; humectat: plusculus uerò, humidiórq; emollit. Potione rursus multa cõgruũt: emollit siquidem & humectat. Deambulatione porrò post cibum ac potionẽ, quod de exiguis exercitijs antè prodi-

Lib.2.de Dieta. tum est, iudicari debet. Aluum enim ea ac uentrẽ siccat, tenuatq;: corpus aũt replet simul, & humectat. Mouendo nanq; calefit corpus, itemq; cibi: quare humiditatẽ caro attrahit, uentrẽq; expoliat Hippocrati. Iam uerò de uigilia C
q̃d assutũ est, absurditate nõ caret. Post epulas enim humectare ipsam, perinde atq; ambulationẽ significat: quũ cõstet in exatiatis illam noxiã esse: propterea q nõ sinat cibũ liquari atq; cõcoqui, & quia ieiunos attenuet: quanq̃

Lib.7.Met. eosdẽ minus alioqui lædat, uel eodem illo authore. Galenus: Siccat, inquit, uigilia totũ corporis habitũ, eoq; infestissima est ijs qui ab ariditate laborãt. Quæ iam omnia næ cum humectandi munere parũ conueniunt: quemadmodum etiam & illa quæ de multa ambulatione, & uehemente, ac matutino de exercitio attexuntur. Suspicor itaq;, & penè existimo, nõ tamen quicquam aio, abs quopiam imperito homine è tenuantium superiore catalogo huc perperã ista translata esse. Maximè nimirũ, quum Polybus eadem omnia ordine ac paribus propè uerbis, pinguibus atq; obæsis ut attenuentur imperet. Ex quo Celsum, quũ multa alia rectè sit mutuatus, hæc sola uel nõ intellexisse, uel ad alienũ locum accõmodasse, mihi neutiquam probari potest, hominem profectò & eruditione & iudicio præstantissimũ: præsertim

etiam

A etiam quũ author ille trium de Diæta librorũ, quem Hippocratis nomine ci
tare soleo, ex quo si nõ ista, certè alia multa Celsus desumpsit, matutinas am
bulationes attenuare planè pronunciet, nedũ ea quæ exercitia uoces. Nam
quòd Galenus ieiuni exercitiũ euacuare, & à cibo laborẽ quandoq; implere
docet, id ad Celsum nihil, quo multo fuit ille iunior, attinere puto. Vt uerum
aũt quid sit, intelligatur, non parũ conferre arbitror. Sed iterũ ad Celsum re-
deo, in quo quod de cibo nõ protinus post exercitia adiecto appositum est,
aliquantulo quàm priora rectius est, & illi quod de siccitate è Polybo pau-
lo infrà scribetur contrariũ. Etsi reuera rursus calore exercitiorum discusso;
& corpore iam refrigerato, cibus quicunq; sumitur, non perinde ad nutrien
dum aut humectandum cõducere uidetur. Plusq; fortassis huc præsidij tule Gal. in Pol.
rit, si quis etiamnũ anhelans ab exercitijs cibum assumat. Prorsus enim id, o-
cyus ut quis plenus euadat, efficit. Nisi uel crudorũ pręproperа digestio, uel
uasorũ obstructio, ut fit post cibum laboribus, formidetur. Alioqui enim à
non refrigerato, & ab etiamnũ anhelante, quo corpus & impleatur, & made
fiat cibũ capi malim. Quod aũt postremò de escis è locis frigidis & pluuijs
atq; irriguis petendis ex Hippocrate attexitur, id omnino rationi ac ueritati
consentaneũ est. Quia quæcunq; è terra proueniunt, omnia pro soli & aeris
in quo educantur ratione naturam sortiuntur. In frigidis siquidem frigidio-
B ra, & locis humidis madentiora oriunt̃. Et humida simili solo cœloq;, & sic-
co sicca, & calido calida delectantur: pariter & talia melius atq; uberius eua
dunt, contrarióq; deterius. Rebus autem humidis corpus reddi magis madi
dum, clarius est quàm ut probari debeat.

*Contrà siccat immodica exercitatio, fames, unctio sine aqua, calor, sol, immodicus, frigida a-
qua, cibus exercitationi statim subiectus, & is ipse & siccis & æstuosis locis proueniens.*) Ga Lib. 5. Val.
lenus aridiora fieri corpora scribit primùm potionis cibiq; penuria, Celsus
famẽ dicit: deinde uigilijs, quas Celsus (si modò eius hæc culpa dici debet)
inter humectantia paulo antè non bene annumerauit. Pręterea uitæ curis &
frictione multa, quæ à Celso præterita sunt. Postremò exercitio immodico,
quod primo hic loco à Celso positum est. Celsus præter hæc addit unctionẽ
sine aqua. Quam si ex oleo dulci intellexit, cum Aristotele & alijs multis Galen. lib. 2.
ueteribus, qui oleum calefacere, aut potius cum Archidamo, qui etiã dura- Simp. cap. 6.
re & siccare existimauit, fœdè atque omnino deceptus est. Quæ lis est & co-
piosè & doctè à Galeno dirempta, totaq; explicata. Quamuis enim quæ in Lib. 2. Simp.
oleo friguntur, siccari sæpe uideantur & indurescere: hoc eius tantum feruo
ti, non olei naturæ genuinæ asscribendum est. Sin Celsus salsum oleum, aut
aliud calefacientis atq; digerentis naturæ intellexit, licet minus distinctè, ta-
men uerè locutus est. Ex quo nũc loco suspicio uel grauissima incidere pos-
sit, quod de oleo aquæ mixto superius traditum fuit, uel ad corpus implen-
C dum, quod diximus, uel potius quod iam profiteri & propè affirmare & cõ-
tendere non dubitem, ad humectantia fuisse referendum. Vt in tota hac par
te de calefacientibus, humectantibus, & arefacientibus & multa truncata,
& perperam commutata, & in alienum locum translata esse cognoscantur.
non Celsi ullo merito, quod equidem puto ac credo: sed, quod sæpe dixi;
superiorum ætatũ imperitia atq; inertia. Porrò calor siue motione, siue igni,
siue alio quouis pacto comparatus, omnis nõ modò per se calefacit, uerum-
etiam dum durat aut excellit, ex accidente fortuitoq; arefacit. Sol quoque Lib. 2. de
immodicus siccat propterea, quòd quum calidus sit & siccus, quod scribit Diæta.
Hippocrates, humorem corporis absumit. At aqua frigida neq; humiditate
natiua, neq; frigore genuino quicquam huc confert, ne dicam repugnat ma
ximè. Cutem autem densat modò, cogitq; tum maximè, quum est gelidissi-
ma, astringendo partibus quas contingit suum madorem exprimit. Vnde Lib. 2. de
balneum frigidum post cibum fortassis Hippocrates, humore detracto, sic- Diæta.
citate corpora replere iudicauit. Ex quo sanè loco suam Celsus omnino de

aqua frigida sententiam cœpisse uidetur. Nam alioqui, quid nam aqua fri- A
gida efficiat, satis superq; ex ijs quæ suprà de eadem tradidimus, intelligi po-
test. Quemadmodum de cibo exercitationi statim subiecto (quod Polybus
de ratione corporis implendi, uocat cibum ex defatigatione etiamnum an-
helantes assumere) quid sentiendum sit, & quàm uanè atq; insulsè rebus e-
xiccantibus adijciatur, pariterq; quamobrem hoc loco ex siccis atq; æstuo-
sis locis cibòs uenientes consulat, & abundè à nobis indicatum est, & Hip-
pocrates ipse quoq; admonuit. Quæ, inquiens, ex inaquosis & aridis atq; æ-
stuosis locis ueniunt, ea omnia calidiora sunt, & sicciora, atq; robur amplius
corpori exhibent. Grauiora nanq; sunt, & densiora.

*Aluum astringit labor, sedile, creta figuralis corpori illita, cibus imminutus, & is semel die as-
sumptus ab eo qui bis solet: exigua potio, neq; adhibita, nisi quum cibi quis quantum assumpturus
est, cepit, post cibum quies.)* Quicquid uel uehementer exiccat, uel excremen-
ta immota continet, uel astringendi facultate est præditum, id aluum astrin-
git. Labor itaque ingens atque immoderatus cùm humiditatem exorbens,
tum corporis habitum dissipans atq; exiccans aluum, premit. Sedile uerò,
ociumq;, quieta atque immota corporis excrementa tenent. At quod ad cre
tam, quam uocat figuralem, pertinet: tametsi cretæ uocabulo rem candidam
significare uidetur, qualis penè Samius aster sit, aut certè colore pallidus bo
lus armenius (ambo enim dysenterias, & uentris profluuia, & fluxiones mu B
liebres sistere, Galenus author est) tamen epitheto atq; adiectiuo figuralis
Lemniam sphragidem, hoc est, sigillum, olim à sacro Dianæ signo, nũc uerò
Turcico illi impresso appellatum, quod uel epotum, uel iniectum superio-
ra quoq; nonnihil præstare potest, potius intelligere uidetur. Quanquã &
Cretica terra, quę aliàs quoq; & Cretensis & Creta dicitur, usqueadeò uisci-
da similiter omnis figuralis à formæ capiendæ facilitate dici potest. Nam
Creta certè Samiæ stellæ uirtute propè par est, & terrestris consistentiæ, &
exiccantis citra morsionẽ facultatis: quemadmodum & Cimolia, à loco na-
tali ita nominata. Vtcunque tamen sit, dictæ iam formæ omnes non tam fa-
cultate, licet plus minusq; efficiant, exiccentq;, quàm cõsistentia differunt,
malimq; ipse Galenum secutus, in malacosarcis molliq; corpore hominibus
prędítis Samiam stellam, quemadmodũ in duriuscula carne Lemnium sigil
lum, aut bolum Armeniã, si qua genuina haberi queat, usurpare, alijsq; ista
omnino anteposuerim: neq; cæteras reiecerim tamen, propterea quòd e-
Lib 2. ca- xiccare ac supprimere omnes ualeant. & sanè Paulus sudorem astringi, exi-
pite 47. mieq; siccari creta Cimolia in aqua dissoluta, dorsoq; ac thoraci illita docet.
Siccant enim non cretarum solum, sed terrarum propè genera uniuersa: sed
plus minus tamen, ut modò diximus, uel intus sumpta alia, uel iniecta quo-
que, uel foris corpori illita alia. At uerò iam cibus imminutus & rarius soli-
to assumptus, multa excrementa quæ facilè grauent, procreare non potest. C
Qui si durus, crassus, aut acerbus etiam sit, quòd ad motũ talis piger sit, nec
facilè seu conficiatur, seu corrumpatur, magis etiam deiectionem intercipit.
Semel autem in die cibum capere, quare attenuet & exiccet, ex Hippocrate
aliàs protulimus. Verũ exigua potio corporis madore detracto, arefactoq;
pigriora excremẽta facit, præserim si neq; alia liquida inter reliquum cibum
intermisceantur, neq; bibatur, nisi quũ cibi quis quantũ assumpturus sit, cæ
pit: aut certè quis in acerbiore siti interbibat quàm parcissimè, q̃d uidelicet
& siti pellendæ & siccitati retinendæ faciat satis. Ariditas siquidẽ alimento-
rum tardã atq; ignauã concoctionẽ, digestionẽ, ac superuacaneorũ secretio
nem facit. Præterea huc cõfert, si quæ solida capiunt, ut neq; acrimonia, neq;
mordacitate, quæ uiscera atq; intestina pungãt stimulentq; sint prædita, nec
de se quę acria mordacia'ue sint futura, uentremq; impulsura facilè gignant.
Alioqui & copia sua id q̃d assumitur, & liquiditate atq; acrimonia cõcitare
aluũ & deijcere potest. Neq; uerò iam post cibũ quoties & quantũ libeat bi-
bendum

A bendũ est, sed parcè ac moderatè q̃d sitim modò et uix leuet arceatq́, ꝑtinus
à cibo, aut post ipsius cõcoctionẽ capi debet. Si eñ largius affundaẽ, uel aluũ
ꝑcipitat, uel fluctuationẽ adfert, si reliq̃ tẽpore interbibaẽ, cõcoctio tũ retar-
daẽ, tũ recrudescit. Atq; idcirco post cibũ ad horas fermè quatuor potus om
nis interdici in ualetudinis cura solet. Sed quando alij serius, alij citius cõco-
ctionẽ primã absoluũt, quisq; ex ijs perfectæ cõcoctionis indicijs, quę supe
rius enarrauimus, tẽpestiui potus cõiecturã potius capiat. Etsi aluũ ualde a-
stringere libet, siti & eorũ quæ assumunẽ omniũ astrictione atq; ariditate id
faciendũ, & post cibũ quietè cõtendendũ meminerit. Motus eñ omnis ali-
mentũ etiãnũ crudũ, ut uel subsidat, uel digeraẽ, mediocris tẽpestiuè, immo-
deratus ꝑproperè facit: perinde atq; è diuerso quies, tardè eundẽ elabi sinit.

Contrà soluit aucta ambulatio atq; esca, pòst motus qui post cibũ est, subinde potiones cibo immixtæ.) Vt quies, & quæ sunt arida, firmandæ aluo idonea sunt: sic è diuerso
quę corpus, & excremẽta mediocriter cõcitant, mouentq́, quęq; mollicie il
la & liquiditate imbuũt, aut mole item grauãt, ea ad aluũ soluendam omnia
sunt apposita. Primùm igiẽ ad hoc munus cõducit, ambulationibus uti me-
diocribus, quę neq; quiete omnimoda uentrẽ cõtineant, neq; nimia quassa-
tione humores excrementaq; fundãt in cuncta membra, atq; dispẽt. Cibus
item plusculus, seu uires aggrauans, seu uasa distendens, & crebris potioni-
B bus interfusis maceratus, liquidusq; effectus: sic enim & facilè perfluit, neq;
grauantẽ fugientẽq; natura auarè continet. Et blandus motus si quis illũ se-
quatur, ut mollius pessum eat, efficit. Magna etenim cõcussio, uel uomitum
nauseamq; ciet, uel in reliquũ corpus cruda diffundit. Hippocrates alicubi 4. Aph. 14.
quę per aluũ de facili secedãt, succosa, & natura calida esse debere memoriæ Lib. de Affect.
prodidit. Contraria enim uel ariditate subsistunt, uel frigore pigrescunt.

Illud quoq; scire oportet, quòd uentrem uomitus solutũ comprimit, cõpressum soluit.) Sum-
pta est hæc sententia, uti pleraq; quę suprà sunt exposita alia multa, ex secun
do illo de Diæta Hippocratis libro: ubi uentrem cõpressum uomitu solui,
& egerentem magis quàm oporteat eodem sisti præmiq; scribit. Vomitus
siquidem sua uiolentia, tum cõsopitam naturam desidemq; excitat, tum flu-
xionem retrò ἀντισπάσως ui reuellit ac retrahit. Tale etiam quiddam rebus Lib. 2. Alim.
acidis fieri, Galenus literis mandauit, ut in impuro uentriculo fluxionem pa
riant, in puro firmitatem concilient.

Item comprimit is uomitus, qui statim post cibum est: soluit is, qui tardè superuenit.) Hoc Lib. 2. de
quoq; ab Hippocrate manauit. scribit enim ad hunc modum: Quum aluum Diæta.
quis sistere uolet, auidè deuoratũ cibum reuomere decet, priusquam hume-
scat & deorsum trahatur, & acerbis atq; austeris edulijs uti. Vbi uerò solue-
re aluum quis uelit, plurimo tempore cibis immorari confert, & acribus ac
salsis, & pinguibus dulcibusq; tum cibis, tũ potionibus uti. Causa in antispa
C sin hic quoq; & expergefactionẽ torpescẽtis naturæ, & eorũ quæ assumun-
tur facultatem copiamq; reijci potest. Et quia raptim ingesta supernum uen
trem degrauant, moderatè assumpta molliter pessum eunt: sic quodãmodo,
ut uascula angusti oris superfusam humoris copiam respuere, sensim autem
influentibus uel etiam instillatis compleri cernimus.

Quod ad ætates uerò pertinet, inediã facillimè sustinẽt mediæ ætates, minus iuuenes, minimè pueri & senectute confecti. Quo minus fert facilè quisq;, eo sæpius debet cibũ assumere: maximeq; eo eget, qui increscit.) Dictũ est in huius tertij capitis initio, quasdã obserua
tiones desiderari & nouis in rebus, & corporũ generibus, & sexu, & ætati-
bus, & temporibus anni. Atq; de rebus nouis & corporũ naturis hactenus
tractatum est. Sexus præceptiones uel ab authore præteritæ sunt & omis-
sæ, uel iniuria atq; imperitia temporum interierunt. Hoc itaq; loco commo-
dè ætatũ institutio proponitur, quam deinde mox temporũ anni præcepta
cõsequenẽ. Hippocratẽ aũt Celsus, ita ut solitus est, in toto hoc genere secu
tus est, qui ad eundẽ propè modũ de ætatũ uictu præcipit. Senes, γέροντες, in- 1. Aph. 13.

quit ille, à quinquagesimo uitæ anno ad sexagesimum aut septuagesimum, A facillime ieiunium ferunt. Proximè qui ætatem constantem agunt, à trigesimosexto ad usque uitæ annum quinquagesimum: hos utrosque Celsus cum iuuenibus in medijs ætatibus, quod inter manifestè crescentes atq; decrescentes mediam obtineant, includit: inter eos nempe, qui uigesimumquintum ætatis annum excesserunt, & eos qui superauerunt sexagesimum. Addit deinde Hippocrates ἥκιστα μειράκια, id est, nullatenus adolescẽtes: Celsus uertit, minus iuuenes, quum Varroni iuuenes à iuuanda republica dicti existimentur, quales maximè sunt à uigesimoquinto uitæ anno ad quintum supra trigesimum. Adijcit postremò Hippocrates, omnium uerò minimè παιδία, id est, pueruli, & præsertim qui inter ipsos sunt alacriores. Celsus, minimè pueri conuertit, neq; alacritatis inter ipsos meminit. Et meminit tamẽ, quos tacet Hippocrates, extremè decrepitorum, & iam senectute confectorum. Alteri enim horum caloris natiui copia atque edacitate, & corporei incrementi gratia plurimo assiduoq; opus habent alimento. Alteri non multo quidem illo, propter naturæ ac uirium imbecillitatem, in quibus igniculus fomitis multitudine facilè opprimeretur: sed cùm pauco, tum crebro nutrimento, uti exilis flammula adstillato paulatim oleo si nutriatur, indigent. Proximè pueris adolescentes difficulter inediam ieiuniumq; tolerant, quòd illi ipsi & crescant etiamnum, & calore naturali abundent. Cæteræ ætates B quandoquidem amplius non crescunt, & calor iam sensim in ipsis atteri & interire incipit, quo ad nouissimam illam propius accedunt, hoc fortius inediam perferunt, citraq; molestiam ac noxã nihil admodum appetendo durare possunt. Sunt hi propterea & minore cibo contenti & infrequentiore. Quo quisq; enim inediam fert melius, eo expetit ali rarius: fert autem optimè, quisquis ab omni incremento abest longissimè.

Calida lauatio & pueris & senibus apta est.) Similiter Polybus: Puerulos, inquit, infantes per multum tempus in aqua calida fouere ac madefacere oportet.

Lib. 1. Val. Galenus item, calidam lotionem in pueris, quòd ad eorum incrementa adiuuanda, contraq; cõuulsiones, quibus ea ætas maximè corripitur, id opportunum sit, collaudat. Quod minimum bis ter' ue quotidie fieri frictione molli & concoctione antecedente, ac subsequente lactatione commendatur. In

Lib. 5. Val. adultioribus & ablactatis etiam rarius. Idem' que in senibus in primis bal-

Libro 1. de Nat. anim. nea consulit, quo similarium ipsorũ partium, quas ὁμοιομερεῖς Aristoteles appellat, ariditas irrigatur. Quò etiam Homerum spectasse probabile est, dum

Odyss. ω. caneret τοιούτῳ δ᾽ ἔοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοιτε εὑδέμεναι μαλακῶς, ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων. Sunt enim senes aridi simul & frigidi: & senectus, quam omnes homines appellant, non aliud est quàm frigidum & siccum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione proueniens. Nam sunt etiam alij in cruda uiridiq; senecta constituti, quæ ὠμογερόντων dicitur: sunt qui in desinente & decrepita uersentur, silicernia hominum & πέμπελοι, atque ad manes iam mittendi, quos alterum iam pedem in Charontis habere cymba dicas: sunt denique horum medij, quos γέροντας & senes maximè nominare solemus. De quibus id quod modò ex Homero protulimus, Vt lauit sumpsitq; cibum dat membra sopori, pronunciatum est. Quos bis ter' ue quotidie lauari & temperamẽti corrigendi gratia, & quia id tolerare possunt, cautum est. Primi enim, quia minus adhuc senili temperie affecti sunt, semel iterumq;, habitus corporis à sordibus extergendi causa, lauisse satis habet. Tertij, quia iam desperati sunt, & quia uiribus multũ frequensq; lauacrũ non ferunt, nõ perinde lauatione indigent. Porrò senum balneis, ibiscum, chamæmilum, stœchadem, saluiam, maioranam, melilotum incoquere, perquàm utile futurum est: sed id præcedente exercitio idoneo, & deambulatiunculis matutinis, & frictione molli, quæ habitũ corporis referet atq; calefaciat, nec tamẽ dissipet, & sequente quoq; frictione paulo pressiore, & unctione

ex cha-

A ex chamæmelino aut anethino, tum uerò concoctu facili & salutari cibo, postremò & quiete uti conueniet. Ex herbis autem esse licebit feniculum, mentam, hyssopũ, borraginẽ, buglossum, & eiusdẽ generis alia. E fructibus solum cõgruunt ficus ante oẽm cibũ æstate, sicut hyeme eodẽ pacto caricæ: post eundem uuæ passæ, strobyli, amygdalæ cõceduntur. Calori autẽ nonnunquam expergefaciendo, tum diacalamintho, tum diatriõpipereo, tum theriacis quoque ante omnem cibũ per binas ternas'ue horas uti, mirũ in modum salutare fuerit. Atque si quando fortè plusculum pituitæ ac cruditatis se collegisse sentient, protinus oxymelite unũ alterumque diẽ usurpato, mox etiã leni pharmaco, uel è cnici semine & ficubus pari impari'ue põdere, uel è terebinthina, uel ex hiera picra, uel è simili mitique catapotijs conformatis, corpus emundent. Nam & raro his uti decebit, & formis mutatis, ut ne quicquã eorum assiduo usu naturæ familiare reddatur. Inter hæc plurimum ualet & iucundè & recto idoneoque in aere uitam degere, & iras, sollicitudines, curas, animique tormenta alia omnia procul iubere facessere.

Vinum dilutius pueris, senibus meracius, neutri ætati quæ inflationes mouent. Iuuenum minus quæ assumant, & quo modo curentur, interest.) Hippocratis & Polybi hæc quoque ipsa omnino sunt. Puerulis, inquit iste, uinũ bibendum dare aquosum, & nõ penitus frigidum decet, & tale quod minimè uentrẽ inflet, eluetque. Nam quæ- *Lib. de Aere, aquis & locis.*
B cunque uenter superat, quæque corpus suscipit, ea neque flatũ exhibent, neque tormina cient. Causam quisque facilè ex ijs quæ de uino superius sunt prodita, & temperatione puerorũ humida calidaque, intelliget. Neque enim inflammãt talia, neque cerebrũ neruosque feriunt, & urinæ, sudoribus, aluoque expurgandis, cõcoctionique rectæ efficiendæ, cũprimis opitulañt. Quin èsto puerorũ totus uictus calido humidoque tẽperatus, lacte primũ materno, quod maximè omnibus præcellit, aut delectæ nutricis, cõstans: donec iam dentire incipiãt. Nam hinc sensim à lactarijs ad solidiora cum ætate perferenda proficiẽt. At senibus meracior potio cõpetit, uermiculantis, & calidi, & odorati & pellucidi uetustique uini. Quũ enim temperie, quod modò diximus, frigida sint, & sicca præditi, uino humectante atque calefaciente, cuiusmodi iam nũc depinximus, & qualia sint quæ mera dicunñ, in primis recurantur. Vt taceã interim & crudos humores, quibus illa ætas ferè abũdat, mirificè meri uini potatione ad idoneã concoctionẽ perduci. Iuuenes aũt & in robusta ætate constituti, quiduis & quũ ualent, & quum ęgrè habent, tolerare ac perferre possunt. Id quod naturæ ipsorum fortitudini referri acceptũ debet. Etsi enim senes (πρεσβύτας Hippocrates uocat) magna ex parte iuuenibus minus ægrotãt, *2. Aph. 39.* quòd illi cautius & continentius, hi imprudentius & intemperantius se gerant: & quanquam iuuenes interdum nõ modò citius grauiusque ægrotant, sed etiam curanñ tristius, ut in Catone suo scribit Cicero: tamen paribus morbis
C si utrosque laborare facias, iuuenes quouis pacto potius quàm senes cõfirmaueris. Extremæ etenim ætates ob corporis imbecillitatẽ, quam altera nimia ex ariditate, altera ad modũ algæ nimia ex uuiditate habet, accuratiore obseruatione egẽt. Temperamento nanque senum, & quasi morti appetenti, ut occurras, calida simul & humida requirunñ omnia: pueris nõ illorũ quidem naturæ planè contraria, sed minus tamen quàm illis calida: at iuuenibus refrigerantia quidẽ maximè, sed & laxiora, atque omnium ætatũ propè cõmunia.

Quibus iuuenibus fluxit aluus, plerunque in senectute contrahitur. Quibus in adolescentia fuit astricta, sæpe in senectute soluitur. Melior est autem in iuuene fusior, in senectute astrictior.) Apud Hippocratem hoc pacto scriptum extat: Quibus iuuenibus adhuc *2. Aph. 20.* aluus humecta est, his senescentibus exiccatur. Quibus uerò iuuenibus adhuc aluus sicca est, ijs senescentibus humectatur. Celsus, quod initiò aptè iuuenibus dixit, statim minus propriè, non tamen omnino malè, Quibus in adolescentia, periphrasticôs, & quadam antonomasia circumlocutus est. Hippocrates simplicius utrobique, ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν habet.

Ne

Ne quis in Celso diuersis nominibus res etiã diuersas notari arbitretur: quū sit aliud iuuentus re uera, & aliud adolescentia. Certè ferè atque magna ex parte fit, ut quibus per ætatis uigorem aluus probè excreuerit, fluxaque fuerit, ut astricta aridaque per senectutem reddatur. Vtriusque ætatis, si modò uitæ uictusque ratio eadem conseruetur. Attamen quicunque aluos humidas habēt, A
2. Aph. 53. quod idem Hippocrates alio scribit loco, hi quoad iuuenes fuerint, melius degunt ijs qui siccas habent: in senectute uerò, deterius degunt. nam senescentibus magna ex parte exiccantur. Probat Celsus in senibus aluum astrictam. Hippocrates uerò non quid rectum sit, sed quid eueniat plerunque in utraque ætate, ostendit. Nisi quòd iuuenes soluta aluo cōmodius, senes pressa deterius agere dicat: hoc ipso satis etiam significans, in omni ætate fluxā quàm astrictam nimis aluum tutiorem esse. Quanquam interim laudatissima omnino ducenda est, quæ neque liquida nimis, neque arefacta: sed mediocri consistentia, & colore subflaua, atque rebus assumptis accommodata suo ac stato tempore excernit: idque omni penè ætate ac loco.

Tempus quoque anni considerare oportet.) Propositio est eorum omnium, quæ in calcem usque huius capitis exponentur.

† assa. *Hyeme plus esse conuenit, minus, sed meracius bibere: multo pane uti, carne potius † elixa, modicè oleribus; semel die cibum capere, nisi si nimis uenter astrictus est. Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum est, uel calorem mouentibus. Venus tum non æquè perniciosa est.*) Sum- B
pta sunt omnino partim ex Polybo, partim ab Hippocrate, paucis in utroque
Lib. de Sal. die. lib. 3. de Diæta. Diocles. Gal. in lib. Epid. mutatis, nonnullis etiam additis, detractisque. In genere autem id meminisse decet, hyemem esse à Pleiadum occasu usque ad æquinoctiū uernum. Ille nūc sub Decembris diem decimum, hoc decimo Martij omnino incipit. Et esse hyemem citra controuersiam, si natiuam rationem suam ac temperiem obtineat, frigidam, humidamque: atque idcirco per hoc tempus conuenire quæ utriusque qualitatis excellenti noxæ repugnent & aduersentur, quæque siccando atque calefaciendo ad mediam temperaturam cœli uiolentiam cogant. Quocirca hyeme plus esse conuenit, at semel duntaxat: nisi si uenter astrictior sit, uti ne magis astringatur, aut nisi si quis quin prandeat, committere non potest: id quod tum parcè, & rebus siccis atque calidis efficiendum erit. Sanè famē facilius in denso cœlo, quale ferè est hybernum, quàm in tenui, cuiusmodi est æstiuum, quisque sustiner. Catholica autem hæc sunt, & quæ ad uniuersos pertineant, præcepta. Primùm quòd & alimēti copia, si qua corpori suppetit, raritatem tarditatemque noui assumēdi suadet, & inopia paucitasque frequentiam poscit. Deinde quòd uires, quarum gratia omnia geruntur, si firmæ sunt, multum alimenti, si infirmę, parum postulant. Ex quibus iam efficitur, ut per hyemem & rarò & multum cibi capi debeat. Valent enim tum uires optimè, & est calor naturalis plurimus, & cute ab ambiente frigore den- C
sata contractaque minimum est quod è corpore dissipatur atque absumitur: &
1. Aph. 15. & 18. alimentum omne, quoad fieri id potest, seruatur fidelissimè. Quare Hippocrates hyeme facillimè, deinde & uerno tempore cibos tolerari prodidit. Causa etiam adiecta, quòd uentres hyeme & uere natura calidissimi, & somni sint longissimi: atque eam ob rem alimenta plura dari debere. Eandemque ob causam minus (Paulus & Diocles prolixius habent) bibere conuenit. Neque enim tum uel sudoribus, uel tacitis abditisque trāspirationibus magnopere corpus, ut multum liquoris deposcat, exiccatur. Et crudi humores interim plurimi per aeris intemperiem frigidam cum humore coniunctam, coaceruari solent. Bibendumque idcirco etiam, quemadmodum & senibus, meracius. Quoniam uinum omne plus minus calidum est & siccum, habetque quiddam à sua natura purgatorium, quo crudis excrementis coquendis, & superuacuis expellendis aptum sit. Quamobrem & pane quoque multo uti tum bonum est, utpote qui & alat plurimū, et exiccet ritè confectus, & accu-

rate

A ratè è sale & fermento cum optimi tritici farina mixtis subactus. In his tamẽ
furnacei aliũt magis, testuacei siccant potentius. At uerò quod de carne præ Gal.lib.3.
cipitur elixa, planè mẽdosum est. Nam elixa omnia assis tostisq́ sunt humi- Aliment.
diora. Contraq́ assæ & calefaciunt & siccant magis elixis, quomodo & pa-
nis quàm offa magis arefacit. Quare si brumalis temporis constitutionẽ spe
cies, cui contraria opponenda, non similia adiungenda sunt, omnia assa to-
staq́ quàm elixa, longè ad hanc rem sunt aptiora. Certè Polybus atq́ Hip- Gal.8.Met.
pocrates assa obsonia omnia, quàm cocta elixaq́, potius conuenire prædi- Lib.de Die-
cant. A' quibus hæc sua quæ de anni partibus præcipit, Celsum accepisse eui ta Salub.
denter constat. Fortassis itaq́ quispiam è Tacuinorum illo opere, aut simili, Libro 3. de
sic barbariem, ut alliũ nauta obolente, haud prorsus alioqui certè pœniten- Dieta.
do, quo assa humectare magis quàm elixa, ratione scilicet addita, defendun
tur, pro assis elixa hoc loco substituenda existimauit. Quæ profectò non eò
dico, quòd Tacuinorum illam de humore natiuo rationem nullam esse, aut
omnino plumbeam ficulneam'ue putem. scio enim, quod scribit Galenus, Lib.2.Alim.
nihil quod elixatur, proprium succũ omnino quidem retinere posse: quæq́
amplius coquuntur, plus etiam eius amittere: sed quòd ueterum, quos dixi,
& recentiorum Pauli atque Aetij, authoritati concordi plus multo tribuam,
prẹsertim etiam quum rebus assis sensu atq́ oculis pleraq́ effluere etiam ge
B nuina cernamus: & elixis cùm alienum, tum suum & sibi insitum humorem
circumfundi. Sed hæc ijs qui de omnibus rebus λεπτολογεῖν καὶ στενολεσχεῖν in a-
nimum induxerũt, differenda relinquimus. Ego in approbatis atq́ antiquis
opinionibus acquiescere, quàm nouas extruere aut defendere, aut ingenio
nimium fidere, mihi iampridem non modò tutius, sed etiam fidelius hone-
stiusq́ esse persuasi, maximè si euidente manifestaq́ etiam ratione confir-
mentur: quæ assas res omnes quàm elixas magis certè exiccare, ut ne usum
quoq́ proferam, planè contestatur. Quòd autem ad olera iam pertinet, Cel-
sus modica, Polybus quàm paucissima, Hippocrates quàm minima, præ-
terquam calefacientia & sicca consulit. Cætera enim olera ut humiditate fe-
rè & frigore præstant, ita tempori temporisq́ maleficio premendo nõ sub-
ueniũt. Iam uerò quòd calidis uti rebus, aut calorem mouentibus iubet, du-
plicia esse quæ calefaciunt significat. Altera, quæ reuera atque euentu talia
sunt, etiamsi sensui interdum frigida appareant: ut piper, euphorbium, ui-
num, etiamsi niue fortè frigidiora quandoq́ uideantur. Altera, quæ reue-
ra frigidam facultatem celant, aut parum certè intus calent, calent tamẽ igni
aut sole inflammata: ut lactuca, piscis, atriplex, quum expressa iam qualita-
te calorem præ se ferunt. Sed sunt præterea quæ utraq́ ratione, & euentu &
expressa ui talia sint: ut uinum, calamintha, piper, iam calefacta: quæ nimi-
rum potentissimè frigori repugnant & opponuntur. His proxima sunt quę
C euentu solo, uirtuteq́ tantum genuina idem efficiant. Alienissima uerò, quę
ui sua propriè refrigerent, facieq́ tantum externa calorem simulant. Corpus
autem quum foris frigore peruritur, nequaquã simili intus conglaciandum
est. Vel itaq́ caleant quæ assumuntur omnia, uel calori mouendo demum
sint idonea. Polybus non calida modò, sed, quod plenius est, & ad rem præ
sentem accommodatius, quibus corpus maximè siccum ac calidum redda-
tur, commendat uniuersa. Quibus utriusq́ uerbis non esculenta modò, aut
proculenta, calida siccaq́ per brumam præcipi arbitrabimur: sed & ualen-
tiora exercitia, & iram et excandescentiam, feruidaq́ tum animi, tum corpo
ris omnia irritamenta imperari credimus. Etsi Hippocrate authore, alibi o- Lib.de Hu-
cium ab operibus, alibi exercitia quidẽ multa, sed absq́ lassitudine per hye- moribus.
mem, haud scio quo iudicio aut cõsilio approbantur, nisi & uitæ officia sub Libro 3.de
dio hyeme prohibet, & frigus à lassitudine ne clàm uiscera pertentet, inter- Dieta.
dicit. Certè quæ postremò de Venere Celsus attexit, quum neque Polybi,
neque Hippocratis esse inueniam, è Diocle Carystio desumpta esse suspi-
O cor. Sed

cor. Sed ea de re fusè plenè que satis suprà pertractatum esse existimo. A

† minus.
† elixa ab aßis.

At uere paulùm cibo demendum est, adijciendumq; potioni: sed dilutius tamen bibendũ † magis carne utendum, magis oleribus, transeundum paulatim ad † assa ab elixis: Venus eo tempore anni tutißima est.) Ver est ab æquinoctio, die Martij decimo, ad Pleiadum usq; exortũ, sub uigesimum diem Aprilis, si solarem ortum capias: sin eum quum à sole emicat, sub Maij diem sextum. Ver autem partium omnium anni pars est longè & saluberrima & beatissima, si natiuam modò rationẽ tueatur. Neq; frigidius æquo humidiusq; sicut bruma, neq; calidius sicciusq; ut æstas, neq; inæqualitate molestum quemadmodum autumnus: sed temperatione & summa clementia ad optimam ualetudinem suopte ingenio aptissimum. Quo fit, ut nulla in ipso intemperie rerum sit contendendum, sed moderatis utẽdum omnibus. Est igitur paulùm de cibo brumali demendum, nec tantum tamen, quantum æstate. Plus enim iam per cutem & clandestinam transpirationem, quàm diebus hybernis amittitur: at minus quoque, quàm per æstatem. Et est calor natiuus quàm per hyemem paucior, fusiorq;, & quàm per æstatem quoq; locupletior atq; coagmentatior. Verùm est bibendum plusculum, sed dilutius tamen: idq; quàm æstate rursus multo minus, quòd nonnihil corpus aeris tepiditate atque clementia rarefiat & inarescat: at ita, ut nondum inflammetur grauiter. Deinde minus siccis, pauloq; quàm hyeme humidioribus, atque adeò temperatis ac mediocribus utendum est uniuersis. Quare ut hyeme multo pane, sic nunc plusculo carnis, quàm antè, uti conuenit. Non mehercle, ut caro iam panem superet: sed ita ut hyeme plus panis minus que carnis, at uerno tempore plus carnis, minusq; panis quàm hyeme factum est, accipiatur. Magis item oleribus nunc uesci licebit, quæ hoc tempore felicius proueniunt, & minus frigiditate lædunt, tempore paulatim ad calidiorem constitutionem conuerso. Eo enim ipsis parcius utendum est, quo cœlum premit algidius. Tantoq; rursus uescendum ipsis pedetentim largius est, quanto aer calidior sensim efficitur. Sicut paulatim ex hyberno uictu, rebus nonnihil pro tempore commutatis, ad contrarium totumq; æstiuum transeatur. Proq; assis unà cum tempore elixa assumẽda sunt, sicut per uer partim assis, partim elixis utamur. nam mendosè rursus hoc loco pro elixis assa, cõtraq; posita sunt. Vti etiam pro, minus carne utendum, perperam uulgò, magis utendum legitur. Sint itaq; assa hyeme plurima, æstate quoad fieri potest elixa omnia: uere neutra egregiè, sed hæc modò, & modò illa: proq; carnibus paulatim olera subueniant. Diocles cum Celso hoc tempore concubitum suadet: & laudat eundem maximè Hippocrates, locis plurimis. B

Lib. de Fœm. natur.
Lib. de Steril.
Lib. de Superfœtat.
† elixa.
Gal. in 1. lib. Epidem.

Aestate uerò & potione & cibo corpus sæpius eget: ideo prandere quoq; commodum est. Eo tempore aptißima sunt, & caro, & olus, potio quàm dilutißima, ut & sitim tollat, nec corpus incendat: frigida lauatio, caro † assa, frigidi cibi, uel qui refrigerent. Vt sæpius autem cibo utendũ, sic exiguo est.) Aestas est à Pleiadum, quas latinè Vergilias nominamus, ortu, usq; ad Arcturi exortum, die Septembris duodecimo. Etsi enim medici annum in quatuor, ut cæteri, tempora partiuntur, non tamen ea paria faciunt. Veri enim menses non duos totos tribuunt, autumno duos, æstati quatuor, hyemi etiam plures. Et multo frequentius uer, æstatem, autumnũ, hyemem uocant, non eos menses tantum aut dies quos iam diximus, sed quandocunq; cœli ratio temperiesq;, temporibus illis rectè constitutis respondent: aerem omnem æqualiter temperatum seu uer, seu uernum appellantes, inæqualem uel autumnum, uel autumnalem, calidum aridumq;, præcipuè ubi constans est & durat, tum æstatẽ, tum magis æstiuum, contrariumq; modò hyemem, modò hybernum brumalemq; nominantes. Ratio autem eorum quæ hoc loco traduntur, & è Polybo facilè peti, & ex ijs quæ suprà sunt explicata, facilè ac satis elucescit. Plurimum enim calore cœli & siccitate corporis totus habitus dissoluit, & calor naturalis dissipatur, atq; genuinus C

humor

A humor exugitur. Quare & potione multa, & pauco crebroq; cibo corpus
eget. at tali, qui refrigeret, & humectet. Oleribus itaq; iam multis frigidisq;,
& carnibus elixis, & potione uinoq; bene dilutis, & balneis item frigidis, &
tranquillitate animi pariter & corporis uti conuenit. Illud autem ne admo-
nendum quidem operæprecium existimo, carnem hic rursus assam pro eli-
xa perperam legi. Nam coctis atq; elixis rebus omnib. hoc tempore uti ma
ximè oportet: nisi quòd crudis oleribus & fructibus oporis, ijs qui æstu dif-
fluunt non interdicitur. Id uerò magis miretur quispiam, carnis etiam usum
hic probari, quam & alere multum, & calefacere, quæ hyemi cõgruunt, con-
stat, cuius idcirco nõ meminisse neq; Polybum, neq; Hippocratem censeo.
Verùm & carnium magna est differentia: nec similiter enim alunt, neq; pe-
rinde calent omnes. Et plurimũ præterea refert, quemadmodũ eædem uel
parentur, uel assumant̃. Nullaq; adeò est, quæ non elixa & rebus algidis con
dita, parciusq; sumpta, uel ęstate feruidissima, idonea esse possit. Tum regio
quoq;, natura, ætas, usus cuiusq; hominis huc magna ui pollẽt, ut uel utilio-
res sint, uel magis incõmodent. Alia enim aliterq; apparata picrocholis ac
phlegmaticis competit, quo uel illorum bilis reprimatur, uel horum pitui-
ta conficiatur. Nam cuiq; quoad similem corporis temperiẽ ac ualetudinis
rationem tueri libebit, rebus sibi similibus & assuetis ut utatur necesse est, &
B aeri locoq; intemperato contrarijs. Sin quid emendare uisum est, omnibus Gal. 8. Met.
oppositis niti & contendere decet. Lib. de Arte Medic.

Per autumnum propter cœli uarietatem periculum maximum est.) Autumnum efficit,
quicquid inter Arcturi exortũ Pleiadumq; occasum sub Decembris diem
decimum spacij includitur. In hoc statim periculi mentione proposita, atten
tionem Celsus ac docilitatẽ lectoris sibi comparat. Varietatis atq; inæquali
tatis significatione causam omnino præcipuã ob oculos ponit, cur autũno
(ut author est Hippocrates) morbi acutissimi atq; exitiosissimi eueniãt. De- 3. Aph. 9.
inde quamobrem uer omnium sit saluberrimum, morbisq; perniciosis mini
mè obnoxium, & cur deniq; autumnus tabidis quocunq; modo emaciatis
sit incommodus. Adeò inæqualitas aeris pestilens est, dum modò calor, mo 3. Aph. 10.
dò frigus urget, dumq; assiduè alia cœli aliaq; facies apparet. Quanquã bo-
na pars omnis huius perniciei & cõtagionis forsitan, in huius temporis uen
tos atq; austros conferri posse uidetur. Vnde & plumbeus auster Horatio 2. Serm.
aptissimè dicitur, autumnusq; grauis Libitinæ quæstus acerbæ.

*Itaq; neq; sine ueste, neq; sine calceamentis prodire oportet, præcipueq; diebus frigidioribus,
neq; sub diuo nocte dormire, aut certè bene operiri. Cibo uerò iam paulo pleniore uti licet: mi-
nus, sed meracius bibere.*) Summo studio (inquit Paulus) cauendũ est, ne quis Lib. 10.
in autumno circa refrigerationes delinquat, & accuratiorẽ in uictu diligen-
tiam requirit. Quũ enim inæqualis, & nũc frigidus, nũc calidus sit, facillimè
C morborũ omne genus inuehit. Hippocrates itaq; cõsulit, ut primũ crasso ue Libro 3. de
stitu, & in ueste laboribus: deinde cibis q; æstate calidioribus ac puris liqui- Dieta.
disq;, & postremò potibus minus dilutis minusq; aquosis utamur. Propte-
reaq; diligentissimè corpus ab omni nuditate uestibus idoneis est uindican
dum: idq; maximè diebus frigidioribus. Nam calor, q; frigus, etiã cum inæ-
qualitate quadam coniunctus, minus ualetudinẽ offendit. Est enim naturæ
animantium, nisi admodum sit uiolens aut nimius, frigore familiarior. Sub
diuo uerò dormire, quanquam Hippocrate authore corpus indurat, tamen Lib de Vict.
si quis parum assueuerit, insolito frigore hominem ferit, nonnunquã etiam acut.
interimit, nisi si quis accuratè denseq; opperiatur. Quod uerò deinde addi-
tum est, Cibo iam paulo utendum pleniore: eò id pertinet, ut (quod scribit
Polybus) ab æstate paulatim ad hybernũ uictum homo reducatur: quemad
modum è brumali uictu pedetentim ad æstiuum peruenit descenditur.

*Poma nocere quidam putant, quæ immodicè toto die plerunq; sic assumuntur, ne quid ex den-
siore cibo remittatur. Ita non hæc, sed consummatio omniũ nocet. Ex quibus in nullo tamen minus*

quàm in uuis noxæ est : sed his uti nõ sæpius, quàm alio cibo cõuenit.) Morbi sub autumnũ A
omniũ maximè grassari solent, tribus de causis. Primùm, propter caloris fri-
gorisq; inæqualitatẽ. frigus enim manè ac uesperi, calor reliquo diei tempo
Lib. de Hum. Hip. re premit. Qualia enim sunt tẽpora, tales & morbi fiũt. Mutationes aũt, cùm
aliarũ rerũ, tum temporis in primis, ęgritudines pariũt, pręcipueq; si quę in-
gentes uiolentęq; extiterint. Deinde q̃d æstate pręcedente uires magnope-
re diminutæ fuerint. Ex quo fit, ut impatientiores cõsequentiũ malorũ red-
dantur. Postremò, q̃d potus frequentes, & cibi uarij, & parũ sibi concordes
aut constantes, & uina arborũq; fructus sub insolationes sine discrimine in-
geri soleãt, quod scribit Hippocrates. Cui penè similiter huius temporis ma
Lib. 1. Epist. ad Mecœnat. liciã Flaccus perquàm bellè depinxit, Dum ficus prima calorq;, Designato-
rem decorat lictoribus atris. Celsus uarietatis & incõstantiæ aeris paulo an-
tè meminit : sed æstus, quemadmodum homines frangat & debilitet, siluit.
Rursus fructuũ quis iam sit usus, & quonam pacto uel cõmodare, uel noce
re queant, breuiter, uti solet, tanq; in puncto denotat. nam pomorũ nomine
grandiores omnes cõtineri fructus, & è minutioribus quosdam quoq;, qui-
bus homines in cibu utantur, etiam Grammaticis notum est. Quæ si è fuga-
cium genere sunt, mali succi sunt omnia. Verùm præcipuè nocent uel reple-
tione, uel si uentri diutius immorenť. Alioqui recreandi æstus gratia, q̃d sæ-
pe dictũ est, nonnihil utilitatis interdum præbent. Mala uerò omnia condi- B
tiua, non in hyemẽ modò proximumq; uer asseruata, tum magna discrimina
pro succi saporisq; rarione, ita ut fugacia habent : tum ægris quoq; pleraq;,
nedum ualentibus, plurimũ opis ad meliorẽ ualetudinẽ adferũt. Sed de his
è Galeno optimo physico ac medico quædã superius explanata sunt, à quo
plenissimè, si quis quid amplius requiret, cætera quoq; hauriat licebit. Nam
pomorũ tametsi graues noxæ sunt, quũ uel stultè immatura deuorantur, uel
comeduntur matura immodicè, uel pauca ingeruntur intempestiuè, uel alie
no loco, uel quibuscum rebus minimè cõueniat, assumuntur : tamen abusus,
quàm pomorum, magis hæc uitia sunt. Quod aũt magis frigore suo atq; hu
more, q̃ aqua frigida & humida nocere prædicentur, quòd hæc tenuior sit,
Lib. 1. Probl. & membra nonnihil, si Aphrodisæo credimus, confirmet : id paucorũ for-
tassis est, omnium duntaxat nõ esse satis constat. Illud porrò quòd consum-
matio ex nulla re minus, quàm è pomis lædat, quàm sit uerum, accuratius
interiusq; discutere nõ libet : etsi quòd leue cumprimis & paucum alimentũ
præbeant, totaq; modò nõ per aluũ secedant, id defendi posse arbitror. Cer-
tè Galeno, Paulo, Aetio hoc credo, fructuũ omniũ innocentissimos esse fi-
cus & uuas : sed & credo ipsis hoc quoq;, optimos illos quamuis, tamen fla-
tus excitare, & nisi antè alias escas capiãtur, etiam corrũpi, neq; sola repletio
ne, licet hac ipsa plurimũ, officere. Et deteriores si qua ratione abutaris, non
multo plus uitij daturos arbitrabimur? Verùm illud rectũ esse iudico, quod C
sæpius alijs cibis Celsus poma ne comedantur, interdicat : quodq; densiori
cibo, ut carnibus, piscibus, ouis, aliquid demendum suadet, quoties pluscu-
lum eorum assumere libebit. Minus enim alimenti præbent, & iustum lo-
cum in uentriculo occupant : & mole pariter sua acuentis, quos excitant,
eundem ferè distendunt. Adijcit ergo Celsus:

*Deniq; aliquid densiori cibo, cum hic accedit, necessariũ est demi. Neq; æstate uerò, neq; au-
tumno utilis Venus est. Tolerabilior tamen per autumnũ. æstate in totũ, si fieri potest, abstinen-
dum.*) De sola Venere pauca ut subijciamus, reliquũ tantum esse uideo. A
qua in totũ ęstate, si fieri potest, abstinendũ est, ne æstu debilitatũ corpus, &
sudoribus, & tacitis effluuijs imminutũ solutumq;, concubitu uel inflamme
tur, uel frangatur, uel rarefiat, uel exhauriatur magis. Tutissima autẽ Venus
est temporibus & naturis calidis simul & humidis, & in primis in uere atq;
iuuentute : siccis uerò corporibus supra modum est infesta, magisq; etiam
ijs qui cum siccitate frigiditatẽ coniunctã habent, quàm qui habent calorẽ
siccitati

a ſiccitati copulatã. Grauior tamẽ temporib. quæ calida pariter & ſicca ſunt,
q̃ quæ cũ ariditate, nõ equidẽ frigus, ſed inæqualitatẽ connexã habent. Pau
lus itaq; per autumnum à Venere potuq; gelido cauere iubet. Diocles uerò,
quo tẽpore in hominib. bilis flaua creſcit, Veneri minimè tũ indulgendũ eſ-
ſe p̃cipit. Hippocrates uerò: Re, inquit, Venerea ꝑ æſtatẽ minimè uti decet.
Poſt ſolſtitiũ aũt æſtiuũ, quũ iam atra bilis abundare incipit, uel Venus om-
nino uitãda, uel innocẽtius paulo, quæ de ipſa ſunt tradita, admittẽda ſunt.

De his qui aliqua parte corporis laborãt, & primũ quibus caput infirmũ eſt. Cap. IIII.

PRoximum eſt, ut de his dicam, qui partes aliquas corporis im-
becillas habent. Cui caput infirmum eſt, is (ſi benè concoxerit)
leniter perfricare id manè manibus ſuis debet, nunquam id (ſi fieri
poteſt) ueſte uelare, aut ad cutem tondere, utileq; lunam uitare,
maximeq; antè ipſum lunæ ſoliſq; concurſum, ſed nuſquam poſt
cibum progredi. Si cui capilli ſunt, eos quotidie pectere, multum
ambulare, ſed (ſi licet) ſub tecto, neque in ſole. Vbiq; autem uitare
ſolis ardorem, maximeq; poſt cibũ & uinum potius ungi, quàm
lauari: nunquam ad flammam ungi, interdum ad prunã. Si in bal-
B neũ uenit, ſub ueſte primùm paulùm in tepidario inſudare, ibi un-
gi, tum tranſire in calidarium: ubi ſudauit, in ſolium non deſcende-
re, ſed multa calida aqua per caput ſe totum perfundere, tum tepi-
da uti, dein frigida, diutiuſq; ea caput q̃ cæteras partes perfunde-
re, deinde id aliquandiu perfricare, nouiſſimè detergere et ungere.
Capiti nihil æquè prodeſt atq; aqua frigida. Itaq; is, cui hoc infir-
mum eſt, per æſtatem id bene largo canali quotidie debet aliquan
diu ſubijcere. Semper autem etiam, ſi ſine balneo unctus eſt, neq;
totũ corpus refrigerare ſuſtinet, caput tamen aqua frigida perfun
dere. Sed cum cæteras partes attingi nolit, demittere id ne ad cer-
uices aqua deſcendat, eamq; ne quid oculis, alijs' ue partibus no-
ceat, defluentẽ ſubinde manibus ad os regerere. Huic modicus ci-
bus neceſſarius eſt, quem facilè concoquat, isq; (ſi ieiuno caput læ-
ditur) aſſumendus etiam medio die eſt. Si non læditur, ſemel po-
tius. Bibere huic aſsiduè uinum dilutum leue, quàm aquam, magis
expedit, ut cum caput grauius eſſe cœperit, ſit quò cõfugiat: eiq; ex
C toto neq; uinum, neque aqua ſemper utilia ſunt. medicamentum
utrunque eſt, cum inuicem aſſumitur. Scribere, legere, uoce con-
tendere, huic opus non eſt, utique poſt cœnam, poſt quam nec co
gitatio quidem ei ſatis tuta eſt, maximè tamen uomitus alienus eſt.

ENARRATIO.

Proximũ eſt, ut de his dicã, qui partes aliquas corporis imbecillas habẽt.) Cõpendio quo-
dã Hippocratico, & prorſus antiqua illa breuitate iã pertractata ſunt, quę to
tis quinq; primis libris q̃ fuſiſsimè doctiſsimeq; à Galeno de Valetudine ſe
cũda tuẽda ſunt poſteritati cõmẽdata, & quę de inæquali corporũ ſtatu atq;
intẽperie ab eodẽ in ſexto eiuſdẽ opis libro ſũt deſcripta. Nũc ꝗd paulo antè
monuit, neminẽ eſſe, qui nõ aliquã corporis partẽ imbecillã habeat repetit,
& eſt id iã expoſiturus. Nõ omniũ quidẽ mẽbrorũ oẽm debilitatẽ atq; ægrò
tationẽ: ſed earũ ſolũ partiũ quæ grauiſsimè dolere ſolẽt in certas affectiões
pronitatẽ traditurus, quæ licet hominẽ ualetudinariũ reddant, & atrociſsi-
mè diſcrucient, tamẽ à ſanitatis exiſtimatione uix eximunt: eo crudeliores,

quo minus ſæpe cõmiſerationis apud mortales conſequuntur. ut eſt capitis dolor, ut eſt oculorũ lippitudo, ut eſt coli, aut uentriculi, neruorumq; cruciatus. Sunt enim hi ex ſæuiſsimis, quos ſani quotidie certis in partibus experiuntur, dolores: quemadmodũ ſunt & dentiũ, quorũ haud facile eſt acrẽ tolerare laborẽ, & auriũ tormenta. Nam de peſte alio & ſingulari conſilio poſtremò adiectũ apparet. Naſcuntur aũt hęc nocumenta ab imbecillitate, quã pronitatẽ appellamus. Imbecillitas ab intemperie uel ſimplici, uel cõpoſita, e calore, frigore, humiditate aut ſiccitate, plerunq; per ſe, plerunq; cũ humoris alicuius ſuperuacui cõnexione oritur, quãuis humor interdũ per ſe idem efficere poteſt. De quib. Galenus perſpicua & elegante uia ac ratione, quomodo ſolet omnia, ſexto lib. Valetudinis ſeruãdę, cõſcripſit. Celſus nulla differentiarũ diſtinctiõe, quę publica ꝓpè ſunt, et ad plurimos pertinẽt, ab aliis authorib. ad rẽ ſuã accõmodauit. Quocirca ne nobis quidẽ magnopę in his immorari libet, ſed carptim dũtaxat ꝗdã in trãſcurſu uelut annotare uiſũ eſt, ne ꝓlixitate, quã ſecuturã, ſi omnia perſequar, uideo, lectori moleſtus euadã. A

Ser. cap. 14.

Cui caput infirmũ eſt, is ſi bene cõcoxerit, leniter perfricare id manè manibus ſuis debet: nunquã id, ſi fieri poteſt, ueſte uelare, aut ad cutẽ tondere: utileq; lunã uitare, maximeq; ante ipſum lunæ ſoliſq; cõcurſum, ſed nuſquã poſt cibũ progredi.) Cõmodè à capitis tanq; arcis noſtri corporis infirmitate incipit. Cuius ex intemperie nata excrementa primùm illi periculũ, mox etiã partibus omnib. ſubiectis nõ uulgare minitantur. Ac promptiſsimè quidẽ ori, & naribus, & oculis, auribuſq;. Ab ore deinde, gulæ, arteriæq;. Ab hac, laryngi ac uoci, ut rauca, aut parua, aut nulla edatur: & pulmoni pectoriq;, unde & tabes plerunq; comitetur. Ab gula uentriculo, ab hoc ieiuno aut laxo inteſtino, pro humoris defluentis cõditione & ingenio. Vnde appetentiæ mox uitiũ, aut uentris accidit. ut interim taceã, dentiũ eroſiones, oris ulcera, uuã, pariſthmia, antiades, multaq; alia ab eodẽ fonte dimanare et ſcaturire ſolita. In quibus omnibus primũ malorũ fonti atq; origini, id eſt, capiti proſpiciendũ eſt, ut id ante omnia rectũ efficiatur, pro uitij ſui genere ac forma. Ne ſimplici & una curationis ſpecie in omnib. utamur: aut ne fonte, cui prima debet̃ cura, relicto, ad partes reliquas inde affectas, quib. proxima ſollicitudo præſtanda eſt, operam tantũ conferamus. Calidos enim capitis uapores, potabilis aquę fotu euocare cõuenit, & roſaceo crudo ſaliſq; experte temperare. Niſi ſi è ſtomacho malũ euolet, de quo mox agendi locus dabitur. Sin frigida mali cauſa ſit, calefaciẽtibus intus foriſq; admotis, tempori & noxę impendentis generi accõmodatis, adiumentũ præſtabitur. Nam quæcũq;, inquit Hippocrates, morbis præſentibus rectè peraguntur, ſunt aut incipientibus aut imminẽtibus præmittenda: ſimilibuſq; rebus B

Gal. 12. Met. appetentia uitia præcauemus, quibus præſentia urgentiaq; depellimus. Etſi præcautio propriè cauſarũ, curatioq; morbi nuncupat̃: qui à cauſæ uniq; ſuæ genere curatione nonnunq; naturaq; differt. Sed his omiſsis, ad rẽ propoſitã in Celſo reuertamur. Dum quis itaq; bene cõcoxit, tum et cubitu ſurgere & fricare tutũ eſt. Sed frictionis multæ differẽtiæ ſunt, nec ſimplex eſt genus in firmorũ capitũ. Celſus aũt firmandi potius capitis rationẽ quandã, aduerſus oẽs quidẽ, ſed ꝓcipuè tamẽ extrinſecas iniurias, noxaſq; deuitãdi magis artificiũ indicaſſe, q; peculiarẽ capitis è certo cauſę genere ortũ laborẽ pellẽdi, aut arcẽdi artẽ tradidiſſe uidet̃. nam probè cõcoxiſſe, quãdo uẽtriculi cũ capite ſũma ſit ſocietas, & maxima in ſecũdis pariter & aduerſis reb. cõcordia & familiaritas: & lunã deuitare, peculiari & ui & humiditate capiti aperto cerebroq; inimicã: & poſt cibũ nõ egredi, maximè in ſolẽ meridianũ, ne qua dimotione in caput cibus euaporet, ne ue cerebrũ ſolis ęſtu nimiũ inflãmetur: hæc inq; omnia læſionis tantũ uitandæ gratia ꝓcepta ſunt. At leuiter fricare, nõ uelare, neq; ad cutẽ tõdere, cõfirmãdi capitis cauſa imperata uideri poſſunt: frictio ſiquidẽ fuliginẽ diſcutit, & calorẽ roborat, ſi multa ac mollis extiterit. Verũ caput neq; uelare, neq; ad cutẽ tondere, cutẽ ꝓcipuè quidẽ, ſed C

& totum

A & totum caput densant, firmant, cogunt, & extrinsecus iniurias perferre docent: quanquam hic alius metus iterum imminet, ne dum immoderatè hoc duretur, internis uitijs sæpe longè grauioribus occasio præbeatur. Quare neq; teneritudo molliter foueri debet, neq; durities nimium rigida accersenda est. Etsi cui caput maiorem in modum humet frigetq;, præsertim brumæ tempore, & spirantibus uel boreis, uel subsolanis uentis, uel ipsis denique austris, modò plusculum fricare, modò leuiter uelare, & non tondere, nihil prohibet. Neq; porrò, quum ueste non uelandum dicit, uel serta, uel pilea, quibus solis æstuantis, aut aeris gelidi humidiq;, aut inflammati iniuriæ propulsantur tantum, non caput tenerè fouetur, uetat. Rursus cum tonsionē ad cutem dissuadet, quę ἐν χρῷ κουρὰ dicitur, ἡ ψιλὴ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ χρῶτι, ubi nouaculis, ut quidam autumant, ad uiuam usque cutem cuncti capilli abraduntur, non damnat uel decoris, uel ualetudinis gratia per pectinem (ut Plautus loquitur) capillitium tōderi, comamq; honestè alere improbat multo minus. Verùm tametsi aliud alios sentire & docere memini, tamē aliud, quod equidem censeo, utiq; est, si Scribonium, si Celsum, si Galenū, tres uetustissimos, & duos priores latinissimos quoq; scriptores diligenter & studiosè cognoscamus, tonderi, & aliud ad cutem tonderi, aliudq; radi. Tonderi siquidem, capillorum segetem modò luxuriantem tollit: ad cutem uerò tonderi, cum
B segetibus & stipulas proximè demit. At radi, tum eadem, tum radicum partem eripit. Primum forcipibus suprà cutem longè peragitur, & κείρεσθαι uocatur. Alterum, ijsdem ad cutem usq;, & ἐν χρῷ κείρεσθαι dicitur. Tertium, paulo minus intra eandem, & ad uiuū nouaculis fit, & ξυρεῖσθαι appellatur. Quanquam in nominibus parum ponderis atq; momenti, nisi quatenus ad rerum meliorem intelligentiam conducunt, ponendum existimo. Breuiter itaque, tonsionem & decoram capillorum curtationem prohiberi haudquaquā putabimus: sed ad cutem uiuumq; tonderi, nedum radi caput minimè necessarium Celsum uerè existimare censebimus: quanquam utraq; in aduersa sæpe ualetudine præcipi, ac necessariò cernimus. Hippocratres sanè causam apertam indicasse uidetur, quamobrē nimis delicatè molliterq; caput a ut corpus foueri non debeat. Tegi enim, inquit, atq; uelari solitum, quicquid postea insuetū est, & à familiari calore alienū, peregrinoq; frigori proximum, idipsum protinus auersatur. Atq; hinc offensio, atq; ex offensione deinde debilitas comitatur, quæ uitia mox plurima recipit & admittit. *Lib. de Liquid. usu.*

Si cui capilli sunt, eos quotidie pectere.) Capillitium pectere, ex ijs est rebus, quę mirificè caput leuant, & à fuliginum porriginumq; incōmodis tuentur. Sunt qui eburneum in hoc, aut certè osseum pectinem cæteris anteferant.

Multum ambulare.) De matutina ambulatione, quæ caput mirum in modū
C recreat, id accipiendum est. Post cibum enim è contrario potius caput uaporibus implet, nisi si quam maximè lenta sit. Quanquam ne ante cibum quidem festinanter admodum, & ueluti hoste urgente peragi debet: uerùm nec paulo citatius, quam ea quæ cibum aut crapulam comitatur.

Sed, si licet, neq; sub tecto.) Vmbra enim humectat, & tanquam nebulis cùm omne corpus, tum caput, præcipuè tecto inclusa, imbuit: sub aperto uerò dio, ac cœlo sereno, nec aer computrescit, nec iniucundè corpus animumq; recreat sua amœnitate, claritate, perflatione: tanta nimirùm ui, ut unguenta, resq; adeò metallicas lætiore colore tingat, & quadam tenuitate, quod multis locis docet Galenus, secus cōtrarioq; modo atq; umbra afficiat, quæ res omnes tum fœdius colorat, tum impuritate quadam afflat. *Libro 2. de Diæta.* *Gal. de Comp. phar gene.*

Neque in sole. Vbique autem uitare solis ardorem, maximè post cibum & uinum.) Sol quidem calidior omnis, sed præcipuè meridianus, quia uertici nostro proximè imminet, potentius lędit: cùm cęteros omnes qui caput impurum, aut humoribus uaporé ue quopiam distentū habent, tum picrocholos & flaua bile mordaciq; calore plenos. Nam & eliquat cæteris capitis excrementa,

& bi-

& biliosos uehementius accendit, humoresq; & nebulas in caput ac cerebrum inferne tum è toto corpore, tum maxime è uentriculo ac thorace elicit & attollit, tanto quidem efficacius, quanto nos ille radijs & breuioribus & meridiei propinquioribus atq; illustrioribus contuetur. Quamobrem æstate media quum proxime nos aspicit, & maxime de meridie quũ ex perpendiculo prope nostris uerticibus incumbit, acerbissime lædit. Minus autem officit, quo uel longius abscesserit, uel obliquius atq; transuersius, uel obscurius adfulserit, ut mane ac uesperi & hybernis diebus. Hippocrates itaque medico præcipit, ut domi locum habeat neq; uentis, neq; sole, neq; splendore molestum. Luce enim certè micantiore oculi ægrorum, imò & ualentium hominum, capitaq; debilitantur. Solis ergo ardorem semper atq; ubique fugere conuenit, maximeq; post cibum ac uinum. Capitis enim humores crassos compactosq; tanquam in pluuiam resoluit. Aliquando uerò & ἔγκαυσιν atq; inustionem, febremq; conciliat. Post cibũ autem præcipuè quidem, sed nullo quoq; non tempore, similiter attrahendo atq; euocando ex subiecto corpore fumos, noxam parit. Verùm post uinum non modò iam sol dicta mala creat, sed ipsum uinum etiam genuina sua leuitate euaporans caput percellit & implet: maximè si ipsum aliquanto sit potentius, & caput imbecillius, magisq; etiam si calidius hoc sit natura. Quare neglectius uiuentibus, & præsertim cibo potu q; calido, & rebus odoratis omnibus calidisq; foris incidentibus, in quibus & aer ambiens continetur, impleri facillimè atque grauari, grauis nobis testis Galenus est. Hippocrates certè uitandis capitis periculis, & ebrietate, & Venere, & laboribus omnibus, excepta deambulatione, in qua tamen & sol & frigus uitentur, interdicit.

Lib. de Medico. *In arte parua.* *Libro 2. de Morb.*

Potius inungi quàm lauari.) Vnctio lotionis commoda, molliendi atq; humectandi sufficit. Et præterea lentore suo humorem includit, nec perinde acil la in caput exhalat.

Nunquam ad flammam ungi, interdum ad prunam.) Flammæ eadem quæ ardentis solis est noxa. nam & uertiginem caliginemq; oculorum, & cerebro ac neruis offensionem creare solet. Prunæ sine inflammatione nulloq; micantiore lumine, molliendæ & imprimendę unctioni faciunt satis. Prunam autem dici mollem, ac fumi flammæq; expertem ignem, scire licet. Carbonesq; non dici, ne quis extinctos illos ac suffocatos, qui graueolentiam, & improbam noxiamq; auram ferè expirant, neu panes seu cespites coriariorum, aut summæ terræ abrasos, uel internæ effossos, aut è stercoribus bubulis exiccatis comparatos, fumiq; deterrimi omnes participes, intelligat.

Si in balneum uenit, sub ueste primùm paulùm in tepidario insudare, ibi inungi, tum transire in calidarium, ubi sudauit: in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere.) Celsus hoc loco manifestè tepidarium, quod apodyterion Græci uocant, à pyriaterio seu hypocausto calidarioq; distĩguit. Galenus libro Therapeutices undecimo, ut suprà docui, quum quatuor tantum partes numero percenset, aut tepidarium prætérijt, aut sub calidario complexus est. In tepidario cutis meatibus suauiter rarefactis nonnihil insudabatur, aut uestibus nudabantur tantum: ex quo protinus in calidarium tanquam gradu transibatur, ut ne repetino calore corpora inhorrescerent. At Celsus ibidem hominem etiam ungi præcipit, & mox in calidario plenius sudare citra solij commercium mandat: multa solum calida aqua per caput infusa, quæ capitis, & reliqui corporis humores, deinde sudorem sudoris' que excrementa cessitantia eliceret.

Tum tepida, dein frigida: diutiusq; ea caput, quàm cæteras partes perfundere, deinde id aliquandiu perfricare.) Vt è tepidario in calidarium ibatur: ita è calidario rursus per tepidam ad frigidę usum transibatur. Partim, ut ne calidi frigidiq; repentina uicissim usurpatio quicquã læderet: partim etiam, ut mutatio mollius, interposita tepida, perferretur. At tepidę usus breuis esse debet, frigidæ diuturnior:

A turnior. hæc enim roborat, & cogit, contrahítq; illa debilitat, & rarefacit, & aperit. Sunt qui laudent caput ablui non minus quàm quoq; mense semel, nec crebrius quàm in singulas septimanas semel quoq;. Post quæ, fricari be ne debet: primùm mollius, ut lauationis reliquiæ uaporesq; concepti discu tiantur: deinde durius, ut densescat, & roboretur aduersus omnes iniurias.

Nouissimè detergere & ungere.) Balnearum partē quintam nouissimamq; detersioni & unctioni fuisse nuncupatam, satis explanatum est. In qua detersio mollis ferè frictionis uicem supplebat, duræq; unctio, quippe in qua citra refrigerationis incommodum per sudorem nouū paululum purgabantur, & inunctione moderatè collinebantur. Vt quemadmodum calorē frigida temperasset atq; inclusisset, sic ista frigidam regerent & tuerentur.

Capiti nihil æquè prodest, atq; aqua frigida.) Cerebrū tamen, & quæ è cerebro oriuntur, frigida tristari, calidaq; gaudere, sanè si frigidius etiā atq; solidius na tura fuerit, authoritate Hippocratis, & ratione, quia frigidissimum hominis est, in cōfesso est. Quamobrē in uehementer frigidis corporibus, maximèq; tempore & loco frigidis, prorsus ineptè frigida aqua infundit: frequens aūt alioqui ex ipsa capitis ablutio & caniciem & caluitiū remoratur. Ac tutissimè ipsa utent, primùm quib. caput nō uelari assuetū fuerit: deinde temporibus feruidis, & horis præcipuè calore accensis: postremò quibuscunq; i-

B psum natura calidius est, nec humidis pariter excrementis oneratur. Frigidā nanq; capita frigoris incōmodum promptè facileq; sentiūt. Et quoquo tem pore hanc iniuriā percipiunt, eodem protinus grauedine tentanē: seu sicca pariter, seu humida fuerint: nisi quòd posteriora, & suis quibus intus scatēt, & quæ foris hauriunt, excrementis, obnoxia pluribus sunt molestijs. Aliàs certè frigidæ usu maiorē in modum contra oēs aeris iniurias cerebrū, cerebriq; domicilium caput cōfirmatur, & calore naturali intus coarmaē eximiè. Quōmodo et Hippocrates, extremas corporis partes, q tegi nō assueuerint, & sint è partib. anterioribus atq; calidis, minus tū frigidæ aquæ, tū gelidi aeris usu atq; contactu offendi docet. Et Galenus simili nomine natationes frigidas post ingentē æstū in corporib. firmis atq; cōsuetis magnopē cōmendat. *Gal. in Art. med.* *Lib. de Liqu. usu.*

Itaq; is cui hoc infirmū est, per æstatē id bene largo canali quotidie debet aliquandiu subijcere. Semper aūt etiā, si bene balneo unctus est, neq; totū corpus refrigerare sustinet, caput tamē aqua frigida perfundere.) Satis ex hoc loco intelligitur, neq; quouis tēpore, neq; quali bet temerè occasione, frigida lauandum esse: sed æstate id præcipuè tutum esse, & balneo interdum antecedente, ac præcedente quoq; unctione. Nam æstus & balneū ita præcalefecerint, ut aquę frigidæ uis facilè nocere nequeat. Et unctio tanq; sepes inter utraq; interposita, non modò calorē prægressum includit, uerūetiam frigus aquæ, ne quid uiolentius penetret, excludit. Ita ut aquæ frigiditas admodum densare firmareq; cōtra externas omnes ca

C lamitates possit, & possit unà inclusum calorē parumper temperare, & insitum natiuumq; aduersus intrinsecas iniurias cōmunire. Quippe simile quid dam tum capiti, tum cuilibet particulę accidere uidetur, quoties frigida post calidam aquā abluitur, ei q̄d ferro candenti, quū frigida tingitur, usuuenire assolet, pariter ut & refrigeretur, & roboretur. Quocirca probandum neutiquam est, delicatè nimis ac tenerè caput cōfoueri. Aperto uerò uti, & frigoris æstusq; tolerantia durare atq; assuefacere, longè est tutissimū. Nisi si quibus id singulari quadam imbecillitate permissum non est, aut mala consuetudine dissuetum est. quanquā ne tum quidem nimis fouendo emollire aut confouere pergendum est, uerùm obnitendum mediocriter, & in balneis subinde, reliquo etiam corpore frigidam multā respuente, tamen capiti postremò pluscula infusa firmitatem nonnunquam comparare decet.

Sed quum cæteras partes attingi nolit, demittere id ne ad ceruices aqua descendat, eamq;, ne quid oculis, alijs ue partibus noceat, defluentē subinde manibus ad os regerere.) Modum abluendi capitis, ut aqua frigida reliquas corporis partes subiectas neq; lædat,

P neq;

neq; contingat, ostēdit: fit enim ut in oculos illapsa, aut in aures recepta, aut ad spinam, aut ad dentes, aut thoracē, aut præcordia allapsa, ijs partibus uel noceat, uel sit molesta. Caput itaq; ut deorsum propendeat, faciendum, ut à capite aqua omnis in uas subiectum defluat, perq; genas & maxillas, ne alio concidat, dirigenda est. A

Hipp. de Liquid. usu.

Huic modicus cibus necessarius est, quem facilè concoquat: isq;, si ieiuno caput læditur, assumendus etiam in medio die est. si non læditur, semel potius.) Cruditate, quantū nulla alia re, uentriculus offenditur. Atq; ab hoc protinus & caput, pœnarū illius omnium, & delectationū indiuiduus propemodum comes, & quodammodo Achates, eadem noxa percellitur: idq; crudis uaporibus & crassis, si crudos ille & crassos lentosq; humores continet: uel mordacibus atq; erodentibus, quum acres pungentesq; cōplectitur. qualibus ieiunis caput facilè læditur. Sunt enim isti ut biliosi, ita famis atq; inediæ omnium impatientissimi, utpote quibus à fame bilis undecunq; in uentriculum ac stomachum, & hinc rectà in caput protinus euolat, magna cum corporis & omnium uirium imbecillitate. Quibus idcirco quoties cibo egere uideantur, & prius quàm id mali percipiant, non modò meridie, sed etiam manè & quolibet tempore cibus conceditur. Nam fame contrà nec tam facilè apprehenduntur, nec tam molestè discruciantur, quibus cruditas aut pituita amplior in corpore subest.

Hipp. 2. de Diet. & de Vict. acut.

Bibere huic assiduè uinum dilutum, leue, quàm aquam, magis expedit: ut quum caput grauius esse cœperit, sit quò confugiat.) Tenue & dilutū ac candidū uinū, Galeno & Hippocrate testibus, minimè caput tentat, ac mediam inter aquæ uiniq; naturā obtinet. Et præter ea cōmoda, quæ plurima superius enumerando recensuimus, hominē nec calore, uti cætera uina, ferit, nec frigore perinde ut aqua uisceribus periculum minitatur. Et assuefacit præterea, docetq; & uinum & aquam pariter sine offensione tolerare. Vti ne, si quando postea aqua comprimis cuiquam sit profutura, lædatur: neu uini, si quando ipsum uideatur auxiliaturum, nouitate offendatur. Eamq; ob rem nunc adijcit: B

Eiq; ex toto neq; uinum, neq; aqua semper utilia sunt, medicamentum utrumq; est, cum inuicem assumitur.) Causas iam modò aperuimus, quoniam utrunq; solum si caperetur, periculo non careret. Inuicem dum bibuntur, utriusq; noxa uirtute alterius tollitur, citraq; offensam ambo sic assumuntur. Galenus interdum miscere, interdum per se dare solet, calidis & siccis aquam, frigidis atq; humidis merum: at utrisq; aqua inspurcatum. quanquam ea infusa uinum perdi, uulgò iactari solet.

Scribere, legere, uoce contendere, huic opus non est. Vtiq; post cœnam, post quam nec cogitatio quidem ei satis tuta est. Maximè tamen uomitus alienus est.) Horum omnium munus quum cerebri officina peragatur, eorum usu ipsum deteri & debilitari, rationi consentaneū est: maximè si hæc fiant & exerceantur uel immoderatè, uel intempestiuè. Nam sunt talia, ut ne usu quidem, ut fit in plerisq; corporis laboribus, moderatè partem qua efficiuntur roborent. Et tamen per cruditatem, postq; cibum, æquè propemodum ac motus & uomitus, caput implendo cruditatemq; augendo affligunt acerbissimè. Vomitus uerò etiam tam uiolento plerunq; conatu, ut oculos exprimat, & totum caput sanguine ac spiritibus summè distendat. Etsi is alioqui è capite fluxionibus præsto esse & subuenire solet. C

De his qui lippitudine, grauedine, destillatione, tonsillisq; laborant. Cap. V.

NEq; uerò his solis quos capitis imbecillitas torquet, usus aquæ frigidæ prodest: sed ijs etiam quos assiduæ lippitudines, grauedines, destillationes, tonsillæq; malè habent. His autem non caput tantum quotidie perfundendum est, sed os quoq; multa frigida aqua fouendum est. Præcipueq; omnibus, quibus hoc utile auxilium

A xilium est, eo utendum est ubi grauius cœlum austri reddiderũt.
Cumq; omnibus inutilis sit post cibum aut contentio, aut cogita-
tio animi: tum his præcipuè, qui uel capitis, uel arteriæ dolores ha-
bere consueuerunt, uel quoslibet alios oris affectus. Vitari etiam
grauedines, destillationesq; possunt, si quàm minimè eum (qui his
opportunus est) aerẽ uel loca aquasq; mutet, si caput in sole pro-
tegit ne incendatur, ne'ue subitum ex repentino nubilo frigus id
moueat, si post concoctionem ieiunus caput radit, si post cibum
neque legit neque scribit.

ENARRATIO.

Neq; uerò his solis quos capitis imbecillitas torquet, usus aquæ frigidæ prodest: sed ijs etiã quos assiduæ lippitudines, grauedines, destillationes, tonsillæq; malè habent. His aũt non caput tantum quotidie perfundendum est, sed os quoq; multa frigida aqua fouendum est. Præcipueq; omnibus, quibus hoc utile auxilium est, eo utendum est, ubi grauius cœlum austri reddiderunt.) Est hic
initiò breuis & antecedẽtis capitis repetitio, & præsentis propositio. Transi
tionẽ rhetores uocãt. Lippitudo aũt, quã ὀφθαλμίαν Græci appellant, est mẽ
branæ oculorũ eius quæ adnata nominatᷓ inflãmatio: fitq; multis de causis,
B ut totius corporis plenitate, ut humorum acrimonia aut crassitie quadam,
ut spirituũ distentione, ut sole, pulueribus, fumo, ictu. Rubet in hac oculorũ
pars candida, & calet, exudãt lachrymæ, teniæ hit quis incidũt. At de graue-
dinis & destillationis uocabulis, capite secundo tractatũ est. Cæterùm tonsil
læ quæ παρίσθμια Græcè dicuntᷓ, inflãmationes sunt eorũ locorũ, quæ secun-
dum oris isthmũ sunt. Isthmus aũt ea pars in ore est, quæ os gulamq; interia
cet. cuius inflãmationes medici ꝓpriè παρίσθμια uocãt, & tonsillas. Quanq;
rerum uicinitate ac similitudine quadam fit, ut ἀντιάδες atq; inflammationes
glandularũ linguæ radicibus utrinq; adhærentiũ, eodẽ plerunq; nomine si-
gnificentᷓ. Celsus alicubi tonsillas, quę post inflãmationes induruerũt, ἀντιά- *Lib.7.ca-*
δας Græcis appellari, memotiæ ac posteritati mandauit. Quæ nimirũ partes *pite 12.*
frequentissimè phlegmonis & tumoribus prætet naturã corripiuntᷓ, partim
situs, quo capiti subijciuntur, partim calidi humidiq; loci natura. Idq; maxi-
mè in pueris & infantibus, & qui uel uini, uel sanguinis plenitate sæpe ma-
dere solent. Ex quo difficulter deglutiunt, & dolore ac febri quandoq; cor-
ripiuntur. Aduersus quæ, quid frigida aqua capiti crebrò infusa, quidq; eadẽ
faucibus gargarizata efficiat, suprà satis ostensum est: firmat enim atq; robo
rat utraq; singulari sua frigiditate, cogẽs ea ac densans, astringensq;, modò
& caput corpusq; reliquũ impurum non sit, & cætera quæ huc requiruntur
alia respondeant. Porrò quo tempore quodq; uitium præcipuè fieri solet, eo *Gal.lib.6.*
C ne accidat, maximè prouidendum est. Austri q; sint toti capiti, præsertim ca *Valet.*
lido humidoq; infesti, hinc cognosci potest, quòd auditũ hebetent, & caligi
nem oculis obducãt, & caput grauent, & pigros ac languidos mortales red-
dant, si quando ipsorũ tempestas præualuerit. Vt nõ immeritò plũbeus au- *3.Aph.5.*
ster Horatio, & infelix Persio nominetᷓ. Galenus decidentibus è capite in o-
culos excremẽtis, parocheteusi ad nasum ea deriuari ac trahi, per ea quę ster
nutamenta moueant atq; obstructiones liberent, consulit. Sin eò nõ sequan
tur, apophlegmatismis in os elici iubet: oculisq; ipsis robur colligi collyrio
è Phrygio lapide facto, & ita palpebris ex specillo inducto, ne oculi intus
membrana contingatur, suadet. Trallianus aquam mulsam illi mirificè com
mendat, æquè ac ficubus in oculorum doloribus in primis interdicit: quòd
eæ agitandi quandã uim obtineãt. Quorum summã haberi curam, mirũ ui- *Cap.13.*
deri nõ debet. Nam & in propatulo siti sunt, & sentiunt tenerrimè. Serenus
idcirco: Sũma boni est, inquit, alacres homini cõtingere uisus, Quos quasi
custodes, defensoresq; pericli, Prospiciens summa natura locauit in arce.

P 2 Cumq;

Cumq; omnibus inutilis sit post cibum, aut contentio, aut cogitatio animi: tum his præcipuè, qui uel capitis, uel arteriæ dolores habere consueuerũt, uel quoslibet alios oris affectus.) Contentionem dicimus dissertationem, & diligentiorem cum quopiam rationis atq; orationis communicationem, quæ motu & nixu, & earum partium quibus efficitur usu, ori atq; arteriæ asperæ, faucibusq; totis, adde etiam præcipuè capiti calorem, excrementorumq; fluxionem, & noxam, idq; potissimũ à cibo & in hominibus etiamnum crudis excitat. Nam & laboriosius tum partes dictæ exercentur, & minus offensionibus resistunt, & ad ipsas (ut fit & alijs omnibus dum laborant) humores copiosius confluunt. Cogitationis autẽ uocabulo principis animi facultatis omne munus intelligitur, imaginatio, intelligentia, recordatio. Perindeq; etiam atque superiora nocere consueuerunt, animi motus & perturbationes, quæ πάθη nuncupantur, ira, furor, excandescentia. Quamobrem fugere conueniet non modò hæc omnia, sed etiam quicquid crudos succos foràs trahat, uel acres atq; mordaces intrò reuellat. Foràs autem compellunt, frictio, balneum, fomentum calidum, unctio calefaciens, iracundia, contentio, & quicquid similiter humores intus demersos ad motionem irritat. Intrò repellunt, frigida, astringentiaq; cuti admota, tristitia, horror quacunq; de causa obortus, stupor auditu aut uisu, aut quouis alio nomine inductus, uomitus, deiectio uiolentior, similiaq; alia omnia. Quæ ita capi uolo, ut si quæ sunt, quæ uel suopte ingenio, uel artificio adhibita, caput siue firmare, siue à purgamẽtis asserere possint, ea non aliena esse confitear: quæ implere, quæ distendere, quæ lacessere idem ualeant, hostilia esse fatear. B

Vitari etiam grauedines destillationesq; possunt, si quàm minimè eum qui his opportunus est, aerem, uel loca aquasq; mutet.) Vt austri ad destillationes creandas per se tam opportuni non sunt, quàm si eosdem Boreas aut Subsolanus comitetur: sic aeri contrà calido humidoq; eidem immorari, aut etiam in frigido siccoq; permanere, ad uitandas destillationes tutius est, quàm si quis è priorum altero in alterum subitò transeat. Sic quoq; loca differentia, aut uarias aquas commutare periculo uicinius est, quàm similibus perpetuò uti. Consueta enim, quamuis deteriora, rebus insuetis minus officiunt.

Si caput in sole protegit, ne incendatur, ne'ue subitum ex repentino nubilo frigus id moueat.) Aestus resoluendo liquandoq; humores, destillationes parit: ut frigus subitum, post nubilosum atq; austrinũ aerem stringendo, premendoq; easdem producit. Adde his, magna profectò ex parte, caput ab æstu repleri atq; distendi solere, nisi si quis sit admodum purus ab excrementis. Quibus uideli cet solis contingit, calescens caput citra repletionem permanere. Cæteris & impletur omnibus, & fluxione atq; grauedine tentatur.

Si post concoctionem ieiunus caput radit, si post cibum neq; legit, neq; scribit.) Non frictio, non rasura, non inunctio, non quicquam simile prius utiliter suscipitur, quàm concoctio in uentriculo, ac uenis, si hæc quoq; per negotia accedere potest, sit absoluta. C

Ad solutam aluum remedia. Cap. VI.

QVem uerò frequenter cita aluus exercet, huic opus est pila, similibusq; superiores partes exercere, dum ieiunus est ambulare, uitare solis nimium ardorem, cõtinua balnea, ungi citra sudorem, non uti cibis uarijs, minimeq; iurulẽtis, aut leguminibus, oleribus'ue his quæ celeriter descendunt: omnia deniq; fugere, quæ tardè concoquuntur. Venatio, duriq; pisces, & ex domesticis animalibus assa caro, maximè iuuant. Nunquam uinum salsum bibere expedit: ne tenue quidem, aut dulce, sed austerum, & plenius, ne

que

A que idipsum peruetus. Si mulso uti uolet, id ex decocto melle faciendum est. Si frigidæ potiones uentrem eius non turbant, his utendum potissimum est. Si quid offensę in cœna sensit, uomere debet, idq; postero quoq; die facere: tertio modici ponderis panem ex uino esse, adiecta uua, uel olea, uel ex defruto, similibusq; alijs, deinde ad consuetudinem redire. Semper autem post cibum conquiescere, ac neq; intendere animum, neq; ambulatione quamuis leui dimoueri.

ENARRATIO.

Quem uerò frequẽter cita aluus exercet, huic opus est pila, similibusq; superiores partes exercere.) Etsi propinia aluus, quàm nimis astricta, ad ualetudinẽ melior est: tamen fusa nimis, q; nimis suppressa, cùm omnib. hominibus, tum ijs qui negoriorũ necessitate aliqua distringuntur, molestior est, uiresq; magnopere debilitat, & tabem plerunq; atq; hecticas febres, ut cætera taceam, apportat. Quare factũ esse suspicor, ut citæ alui, quàm pigræ pressæq;, præceptiones porius Celsus hic traderet. Nisi fortè id ètiam fecit, quòd paulo antè, & item pòst secundo libro, solutæ propè uim omnem explicauerit. Id autem perpe-
B tuum est, ut supernis partibus ægrè affectis, inferiores antispasews atq; retractionis gratia, & contrà infernis laborantibus, ut supernæ magis exerceantur. Pila ita ludere, digitis micare, brachia torquere, rotare, & quouis pacto dimouete, his utile est.

Dum ieiunus est ambulare, uitare solis nimium ardorẽ, continua balnea, ungi citra sudorẽ, non uti cibis uarijs, minimeq; iurulentis, aut leguminibus, oleribus' ue his quæ celeriter descendũt: omnia deniq; fugere, quæ tardè cõcoquuntur. Venatio, duriq; pisces, & ex domesticis animalibus assa caro, maximè iuuant. Nunquam uinum salsum bibere expedit, ne tenue quidem, aut dulce: sed austerum & plenius, neq; idipsum peruetus. Si mulso uti uolet, id ex decocto melle faciendũ est. Si frigidæ potiones uentrẽ eius non turbant, his utendum potissimũ est. Si quid offensæ in cœna sensit, uomere debet, idq; postero quoq; die facere: tertio modici ponderis panẽ ex uino esse, adiecta uua, uel olea, uel ex defruto, similibusq; alijs, deinde ad consuetudinem redire. Semper autẽ post cibum conquiescere, ac neq; intendere animum, neq; ambulatione quamuis leui dimoueri.) Quum citatior deiectio accidat interdum quidem, uel cibi assumpti, quæ aggrauet, multitudine: uel rei cuiuspiam quæ pungat & iritet, acrimonia, uel potionis quæ assumitur copia, uel cibi nimia quadam liquiditate, uel facultatis uenarum primarũ, aut iecoris alimentũ non attrahentis infirmitate: interdum uerò & musculorũ sedis nihil cõtinentiũ imbecillitate, & uẽtriculi atq; intestinorũ quauis immoderata intemperie: creberrimè tamẽ, ut ipsa usuuenire cõsueuit, ita ex intemperie hoc loco natã, præcipueq; ex frigida humi-
C da' ue, castigare docemur. Primùm ambulatione matutina, quæ extenuat & siccat, & calorẽ naturalẽ excitat, instauratq;. Deinde cõtinuis balneis, atq; unctione citra sudorẽ. Reuellunt enim ista fluxionẽ, & à uisceribus ad extimũ corporis habitũ aut uesicã reflectũt, uisceraq; arefaciunt, atq; adeò fluxum omnẽ propemodũ, ut somnus quoq; facit, uno sudore excepto, intercipiunt, uomitiones, lotia, deiectiones. Nam sudor certè, & lotiũ, ac aluus mutuum alioqui præpedire & imminuere solent. At uitet interim solis nimius ardor, ne quid è capite in uentriculũ defluere, ne' ue facultates corporis exolui faciat. Addam, uitet quoq; nimiũ frigus, atq; liquidũ quicquid fuerit, aut difficulter aut tardè cõcoquitur, aut lubricitate sua facilè perlabitur: ut sunt uaria quæcunq; assumunt, & oleracea. Iuuantq; è cõtrario, quæcunq; astringũt, aut exiccãt: uti sunt uenatio, & ferinę carnes, & duri pisces, & carnes assæ domesticorũ animanniũ: quippe quæ syluestribus ac ferinis ppter ociũ aereq; domesticũ sunt & humidiora, & excremẽtitiora, eoq; nomine assationi magis idonea. Huc simili de causa confert uinũ austerũ, et plenius crassiusq;. Stringit enim aluum, & tardè perfluit. Quomodo salsum è diuerso tergẽdo,

pungendoq; & tenue perfluitando, & peruetus quadam acredine iritando A facit. Quamobrem si quis mulso uti uolet, id ex decocto melle conficiatur, quod ad alimoniam præbedam, & ut corpori immoret, aptius est, ita ut crudum ad aluū citandam est accōmodatius. Neq; uerò frigida aqua, in quibus uentrē non turbat, et qui eundem feruidū squalidumq; possident, inutilis futura est. Sæpenumero enim stomacho corroborato, alui deiectionē idoneā efficit, aliasq; magis deturbare et mali causam augere solita est. Et si quid forsitan quis assumpserit, q̄d seu copia, seu qualitate molestiā ullam pariat, nihil esse prius debet, nec antiquius, q̄ ut ocyssimè reuomatur. Idq; quò fiat accuratius, securiusq;, postero die repeti iubet, ut ne quid reliquiarū suspectarū relinquatur, & ut uomitione uentris citatio retrò reuocetur ac retrahat. Tertio deinde die, quanq; etiam prius, & ita ut antè traditū est id fieri poterit, rebus idoneis stomachū roborare, & paulatim ad pristinū consuetumq; uictū reducere præcipit. Eiusmodi sunt, panis è uino uel meraco, uel astringente. Polybus panē quammaximè assatū, uinoq; intritū, potionesq; alioqui paucissimas ac meracissimas consulit. Vua porrò uitis satiuæ coquit, astringit, leuiter digerit. Et dulcis si sit, calidum succū, si austera aut acida, frigidū suppeditat. Tutissimus tū eius usus est, quoties carnosa & matura modestè modiceq; assumitur, & post hęc celeriter pertransit. Nam si contrà retineat, obest haud uulgariter. Neq; enim probè cōcoquitur, sed crudum gignit humorem, nec in sanguinē facilè transmutatur. Pensilis neq; sistit uentrē, neq; proritat: cæterisq; melius cōcoquuntur. Dulces simul & albæ quæ sunt, aluum subducunt. Omnes cibi appetentiam & Venerem suscitant. Acerbæ & immaturæ uentrē supprimunt, & stomachō cōducunt. Conuenit aūt in omnibus dum comedūtur, & corticē & acinorū nucleos eximere: & quoniā nō conficiuntur, expuere, nisi q̄d nuclei astringendi facultatē obtinent. At uuæ passæ caro tantū astringit, quantū hepati ex usu esse potest: & coquit crudos humores, & euincit malignos, ipsaq; ægrè corrūpitur: & deniq; singulari ac propria quadā uirtute iecori opitulatur: melioresq; eædem fuerint, quo fuerint pinguiores & dulciores, & cortice tenuiore prædítæ. Et q̄ cæteræ uuæ stomacho sunt aptiores, & pectus pulmonēq; iuuant, & pręter iecur lienem quoq; roborāt. Et si cum nucleis ipsæ edant, uisceribus atq; intestinis opē ferunt: satius tamen est si nuclei reijciantur, propter id quod in ipsis inest terrenæ inuictæq; duritiei. Oliuæ porrò halmades, quæq; in muria sua seruatæ sunt, in qua oleoq; suo quasi urinabundæ innatant, atq; columbades conditæq; ob id nuncupantur, plurimum astringunt, & digerunt. Ex quo tamen, si ante reliquúm omnē cibum præsumantur, aluum proritant. Cæteræ quæ quidem maturæ sunt, temperatè calidæ sunt: non maturæ uerò, frigidæ & stypticæ, siccæq; sunt, & uentrem roborant, & aluum astringunt. Sapa autē bifariam apparatur. Priore modo, quum mulsum ad tertiam partē decoqui C tur: altero, quū ad dimidium coquendo redigitur, q̄d tum defrutū nominari, author est Plinius. Nam q Calenū tertiam duntaxat partē coquēdo perderet, id eius uini peculiari natura fiebat. Columella tamen secus ac Plinius superiora uocabula cōuertere uidetur, sapam tacitè uolens esse inusto ad dimidiam, defrutū ad tertiam partē decocto. Andromachus quartā solum partem coquēdo absumebat. Alij ad melleā crassitiē redegerunt. Sed reuera interest qua sit cōsistentia mustū præditum, ut plus minus ue ferueat, et in sapā aut defrutū decoquat. Galenus: Quod Asiæ, inquit, Græcis ἕψημα dicit, id ijs qui Attico magis sermone utunt, σίραιον, hoc est, sapa nominat: quāuis & σίραιον aliud dicit, nēpe q̄d pinguib. ficis in aqua coctis cōcinnat, q̄d magis digerit & terget. Mustū nanq; coctū, q̄d sapā aut defrutū uocamus, citra rosionē, potius emplasticū est. Hippocrates sapā docet calefacere & humectare, ac subducere. Ac calefacere quidē, quia uinosa est: humectare, quia alit: subducere, quia dulcis est. Quare recreādi à uomitione uētriculi, & crassitie sua hiantia

Gal. 6. Simp.
Symeō Zethi.
Galen. lib. 8. Comp. ph p.
Simeō Zeth.
Lib. 6. Cōp. phar. p.
Lib. 23. ca. 1.
Lib. 12.
Lib. 7. Cōp. phar. p.
Libro 2. de Dieta.

A hiantia obstruēdi, exasperataq́ oblinendi, nō uerò astringendi facultatem, neq; exiccandi obtinet, nisi si quando e cogendi uirtute prædito musto con ficiatur, & præsertim si illi quoque quæ astringant alia incoxeris, ut rosæ uel florem, uel folia, ut gallam, ut malicorium, cæteraq́ similia. Iam uerò postremò quanquam de quiete ac ocio post cibum quid efficiant abundè dictum est, tamen præterire quin hoc adijciam non possum: Leuem ac segnē, quàm robustam citamq́ ambulationē sæpenumero magis aluum deijcere, quod & stando item quàm sedendo magis fieri compertum est. Cita enim atq; uehemens in totum corpus alimenta diripit: stare, aut lentè ambulare, sensim pessum ire eadem permittit: &, nisi imbecillitate atque deiectione affectis, summum præsidium adfert. Polybus item, atque noster author, post cibum ambulationibus interdicit.

Remedia ad coli dolorem. Cap. VII.

ET si laxius intestinum dolere consueuit (quod κῶλον nominãt) cum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis ut lectione, & alijs generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoq; & potionibus calidis, denique omni modo
B frigus euitet: item dulcia omnia, leguminaq́, & quicquid inflare consueuit.

ENARRATIO.

Et si laxius intestinum dolere consueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione, & alijs generibus exerceatur, utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omnimodo frigus euitet, item dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare consueuit.) Iulius Pollux, κῶλον, inquit, ἀπὸ τοῦ κολάζεσθαι, διὰ τὸ φέρειν τὸ ἐν αὐτῷ πάθος τοῖς σώμασιν ὀξείας ἀλγηδόνας. Sunt tamen qui κοῖλον potius quàm κῶλον dicendum fuisse arbitrentur, quòd multos habeat sinus ac cellulas, ut in ipso uentris excrementa diutius continerentur. A' sinistro rene (cui ita inuolutum est, ut sæpe medici non satis de nephritide & colico dolore iudicium facere queant) ad dextrum usq;, per uentriculi fundū, lienemq́ ac iecur serpit. Immanis in ipso dolor fieri solet, quum aut pituita, aut crasso spiritu obstructū atq; distentū est, aut quum inflammatione obsidetur, aut acribus humoribus perediturr. Neq; enim cruciatus hic ob solas inflationes accidit, qui acerbæ minimeq́ grauis tensionis sensu ab alijs generibus distinguitur: huc itaq;, quemadmodum clara lectio, cæteraq́ exercitia, diffusis spiritibus & attenuatis, & calore naturali amplificato, conferant, satis est antè superq́ dictum. Balneæ quoq; & fomentationes, & cibi potusq́ calidi coquēdo, maturando, tenuādo, digerendo humo
C res ac spiritus crassos crudosq́, eòdem pertinēt. Atq; è diuerso quicquid refrigerat, aut flatus gignit, ut olera, ut legumina, ut lac, caseus, aqua frigida, pedes frigidi, ut dulcia, ut crassa, ut uiscida omnia, id aduersum atq; contrarium est: contraq́ summè opitulatur, dum è flatibus nasci solet, allio uictitare, aut theriaca interdum, aut diagalanga, aut diacumino inflationem oppugnare.

Quæ agenda sint stomacho laborantibus. Cap. VIII.

SI quis uerò stomacho laborat, legere clarè debet, post lectionē ambulare, tum pila uel armis, alio uè quò genere, quo superior pars mouetur, exerceri. Non aquam, sed uinum calidum bibere ieiunus. Tum cibum bis die assumere, sic tamen ut facilè concoquat. Vti uino tenui & austero, & post cibum frigidis potionibus potius. Stomachum autem infirmum indicant, pallor, macies, præcordiorum dolor, nausea, & nolentium uomitus, in ieiuno dolor

dolor capitis. Quæ in quo non ſunt, is firmi ſtomachi eſt. Neque A
credendum utiq; noſtris eſt, qui cum in aduerſa ualetudine uinũ
aut frigidam aquam cõcupierunt, delitiarum patrocinium in ac
cuſationem, non merentis ſtomachi habent. At qui tardè conco-
quunt, & quorũ ideo præcordia inflantur, qui'ue propter ardorẽ
aliquem noctu ſitire conſueuerunt, antequam conquieſcant, duos
tres'ue cyathos per tenuem fiſtulam bibant. Prodeſt etiam aduer
ſus tardam concoctionem clarè legere, deinde ambulare, tum uel
ungi, uel lauari aſſiduè, uinum frigidum bibere, & poſt cibum ma
gnam potionem, ſed (ut ſuprà dixi) per ſiphonẽ, deinde omnes po
tiones aqua frigida intercludere. Cui uerò cibus aceſcit, is ante eũ
bibere aquam egelidam debet, & uomere. At is cui ex hoc frequẽs
deiectio incidit, quoties aluus ei conſtiterit, frigida potione potiſ-
ſimum utatur.

ENARRATIO.

*Si quis uerò ſtomacho laborat, legere clarè debet, poſt lectionem ambulare, tum pila, uel armis;
alio'ue genere, quo ſuperior pars mouetur, exerceri.*) Eſt hæc inſtitutio nihilo q̃ præce B
dens omnino diſtinctior. Etſi enim initiò ex rerũ progreſſu atq; exercitiorũ
connexione de imbecillitatẽ, uel ex frigida intẽperie, uel ex humoribus fri-
gidis, uel ex utriſq; natà, ſermonẽ fieri penè cognoſcitur, quam in ſe quiſq;
& frigidorũ offenſa, & calidorũ auxilio, & acidis ructibus percipere poteſt:
tamen quũ multiplex ſtomachi ſit labor, & rurſus interſit, ſtomachũ ne pro
œſophago quem propriè ſignificat, an impropriè pro uentriculo, an pro hu
ius orificio capias, ad explanatã diſciplinam hæc omnia præfiniuiſſe opor-
tuerat. Siue itaq; iam ſtomachũ pro appetentiæ ſede, ſiue potius pro princi-
pe cõcoctionis officina, imòq; uentriculo ſumas, quem quiſquis regẽ totius
Ser. cap. 18. corporis eſſe contendit, uera niti ratione uidetur, frigiditati ipſius & debi-
litati caſtigandæ, uentriq; ac toti corpori ad melius perſpirandum tanq̃ reſe
rando, cõducit clara lectio, nõ modò ut partes illas, quibus efficitur, corro-
borer: ſed etiam quo calorẽ ſpirituumq; à natura inſitũ, & totius corporis, &
præcipuè cõcoctionis officinarũ coaugmentet. Lectionẽ porrò ambulatio,
Gal. 5. Val. hanc pila aut trochus, aut hoplomachia ſequatur. Quoſcunq; enim leui ex
cauſa uertigines, epilepſiæ, ophthalmiæ, aurium dolores, tonſillæ, anginæ,
columellæ, gingiuarũ, dentium, totius aut dimiditati capitis dolores infeſta
re ſolent, exercitationẽ non ſuſtinent, quæ caput impleat: cuiuſmodi ſit, quæ
inclinato uel capite, uel dorſo, uel humi uolutatis geritur: ſed ſunt his omni
bus quæcunq; per crura efficiuntur utilia. Sicut è diuerſo qui imbecillis ſunt C
cruribus, ſuperiores ſatius eſt partes chironomijs, diſci iactu, dimicationib.
umbratilibus, cæteriſq; iam dictis rationibus exercere. Circa thoracem ue-
rò partes imbecillæ, magis inferiorum partium exercitijs iuuantur. Quæ
porrò circa ueſicam ac renes, ſuperiorum potius. At lien, uentriculus, quo
de nunc agitur, iecur, inteſtina, colon, cuius paulo antè meminimus, utra-
rumq; partium motionibus opem experiuntur.

Non aquam, ſed uinum calidum bibere ieiunus.) Vinum totius ſubſtantiæ quadam
Lib. 8. Cõp. ſimilitudine, alit, coquit, roborat, putredinibus reſiſtit, intemperiẽ frigidam
phar. p. humidamq; corrigit. Quorum nihil aqua efficere poteſt, contrariaq; poteſt.
Lib. 5. Simp. Quod aũt ieiunis uinũ ſuadeat, ut neruis & partibus neruoſis parũ id tutum
eſt: ſic intemperiei dictæ emendandæ nõ inutile eſt, præſertim ſi illi puri pa
nis accurateq; cocti portiuncula cõiungatur. Refert aũt plurimum, quale de
mum ſit. Nam muſteum ſi ſit, primo ordine calidum eſt, & inflat, ac difficul-
ter cõcoquitur, craſſũq; gignit humorẽ, ac grauitatẽ capiti & dolorẽ infert.

Vetus

A Vetus tertio ordine calet, frigidis & pituitosis & senibus aptissimũ. Mediũ
calet secundo, calori uerò cuiusq; siccitas respõdet. At protropum, & quod
ab uuis prius quàm calcentur defluit, medium inter calidum et frigidum, he
paticisq; saluberrimum est. Rubrum ac crassum præcipuè sanguinis genera
tioni confert. Post hoc nigrum & crassum, dulceq;. Deinde austerum ac ru-
bellum: ita enim iam κιῤῥὸν interpretamur. Omniumq; minimè id quod al-
bum & tenue atq; austerum est, corpus nutrit.

Tum cibum bis die assumere, sic tamen ut facilè concoquat.) Bis edere neq; tenuat, ne
que siccat, neq; uerò aluum improbè astringit, quod ferè non prandendo e-
uenit. Nec implet, nec humectat quoq; nimium: quod, quoties plus quàm
quod aptè concoquatur, ingeritur, fieri necesse est.

Vti uino tenui & austero, & post cibũ frigidis potionibus potius.) Quia uinũ, ideo cõco
ctioni opẽ fert: quia tenue, distributioni in corpus inseruit: quia acerbũ, cor-
roborationi subuenit: quo si careatur, rubellum, & quod claretũ uulgò nomi-
nant, capi poterit. Frigidæ potiones nouissimo loco assumptæ, õrificio sto-
machi cõcludendo, & capiti à fumis eiusdem uindicando aptæ sunt: nisi quod
hæ calidiori, quàm frigidiori stomachi intemperantię, magis sunt accõmodatæ:
præsertim si è materie fiant, quæ natura uirtuteq; sit etiã frigida. Alioqui uel
diacidonio, uel coriandro præparato, uel uino astringente, uel pomo aroma
B tite rectius mensa finietur. Et pituitoso ac frigido stomacho uinum merum
& calidum, idemq; bene uetustum potius competet: si nõ summo, certè pri-
mo medioq; escarum loco.

*Stomachum aũt infirmũ indicant, pallor, macies, præcordiorũ dolor, nausea, & nolentium uo-
mitus, in ieiuno dolor capitis. Quæ in quo nõ sunt, is firmi stomachi est.*) Sunt nimirum ista
haud uana: non tamen unius generis causæ propria. atq; adeò uniuersa si
spectes, infirmitatis è bile iam fortassis, secus atq; paulo antè quàm è frigido
humore magis indicia sunt: sin singula obserues, nõ stomachi magis causa,
quàm aliarũ partium offensione plerunq; existunt. Pallor siquidem atq; de-
coloratio, quã ἀχροίαν Græci nominant, stomachi quidem imbecillitatem ex
caloris insiti penuria comitatur: licet aliorũ etiam infinitorũ malorum sym-
ptoma atq; accidens esse possit, quoties uidelicet frigiditas & ingeniti calo-
ris inopia noxã uel peperit, uel est secuta, caloris uiuidi nitore genuino extin
cto. Similis enim cutis ipsa internis humoribus cernitur, si nõ animi aliqua
perturbatione, aut externæ rei uiolento contactu in penetralia corporis re-
fugerint. Alioqui enim cuiuscunq; sunt intus generis atq; coloris, eiusdẽ fo-
ris cutis ipsa conspicitur. Vt si summus calor ariditati cõiungatur, nigrorem
producit: frigus cum humore connexũ, alborem gignit. Calor cum humidi
tate mediocri, ruborẽ: pituita cum pauca bile copulata, pallorẽ creat: melan
cholia fuscum, plumbeũ, aut atrũ colorem, bilis flauũ, pituita & cruditas can
C didum pariunt. Et ut quisq; calore naturali ac spiritibus magis uiget: ita illi,
quos diximus, colores in quoq; homine nitẽt, uigentq; amplius. Atq; idcir-
co Galenus ἀχροίας τε καὶ εὐχροίας, hoc est, decolorationis atq; nitoris ratione, ca
loris insiti & sanguinis succorumq; naturã æstimare, atq; metiri docet. Por-
rò macies inopiam comitatur, quæ multiplices causas ipsa quoq; sortita est,
quanq; eius prima præcipuaq; ἀτροφία dici possit. Certè quũ uel ardor cor-
poris molem depascitur, uel frigus alimenti ue prauitas idonea cõcoctione
nutrimentũ destituit, maximè oritur. Præterea præcordiorũ dolor unius for
mæ nõ est: tensionem tamẽ atq; grauitatẽ, obstructionis & cruditatis comi
tes, aut erosionẽ acrimoniæ testem intelligere licebit. Tensionem aũt flatus
aut humoris copia, grauitatẽ humorũ multitudo, crassities, aut lentor, ero-
sionem uaporis aut humoris acredo calorq; producit. Quę caloris natiui in-
flammatione & mordacitate, ut cætera eiusdem infirmitate, accidunt: nisi ci
bi fortè potionisq; natura proueniant. De nausea uerò nihil hic dicere ne-
cesse est, cuius omnis ratio et natura superius explicata est, et è uomitu, cuius

irrito conatu fit, intelligi potest. At nolentiũ, siue inuoluntarius uomitus, fit A moris quapiam forma fit, uentriculum ad excretionis nixũ, uel multitudine, uel infesta qualitate stimulante. Quamobrem ne hoc quidem satis aptè atque distinctè pronunciatũ est: bilis an pituitæ, an alterius euentũ indicet. Nam quæ initio huius capitis tradũtur, ut dixi, potius pituitã, quæque post escæ bis capiendæ mentionẽ subijciuntur, magis bilem significare uidentũ. Adeò sunt incerta ratione hæc omnia & perturbatè tradita. Iam uerò postremò dolor capitis nihilo certiorem notam præ se fert, quoniam & bilis effumatione fit plurimum, & acerbissimè, maximeque in ieiunis, quod Celsus etiam attexuit, & pituitæ nonnunque euaporatione accidit, sed mitius, sed à cibo inclementius: & flatuũ copia nonnunque existit satis immaniter. Adde his & melancholiæ fuliginẽ, quæ ante postque cibum sæuire cõsueuit. Habent igitur quæ hactenus memorata sunt, iudicio & prudentia, ne quid errẽt, opus. Verùm illud magis perpetuũ & certius est: Cui superiora non insunt, & quisquis colore nitido floridoque & toto corpore habitiore præditus est, sine ullo dolore, sine nausea, sine uomitu, is stomacho bene ualet. Id quod retrò aptè nõ conuertas: Cuicunque stomachus sit firmus, is eadem signa protinus ut consequatur. Galenus uerò nihil indistinctè, sed enucleata quodque suarũ causarũ definitione proponit: ijsque qui aut frigido uentriculo laborãt, aut frigidis potius humoribus in eodem grauantur, diatrionpipereon, & diacalaminthẽ quoti B die concoctionis adiutandæ gratia, aut solum piper accuratissimũ in leuorẽ contritum ex aqua bibi cõsulit: purgationisque causa ex intercapedine hierã picram suadet. Et utrique muneri diospoliticon utrunque conuenire prædicat: etsi alterũ concoctioni, purgationi alterũ plus opis cõfert. Sin in uentriculũ calidũ calidi humores coaceruenẽ: hos uomitu aut deiectione ex hiera dialoes, aut, quæ multo est infirmior, absinthij coma expelli iubet: illumque cibis ac potibus refrigerantibus atque humectantibus intus temperare, & malum præuertere docet: forisque hyeme nardino, uere mastichino, æstate melino inungi mandat. Quod si in nimiũ calentem pituitosi illabantur succi, oxymeli cumprimis ex usu futurum asserit. Verùm si cui os uentriculi, quem stomachum uocamus, imbecillum est atque nauseabundum, & uenter pressius retinetur, huic initiò olera cum garo ac oleo, similiaque uẽtri molliendo apta, postremoque demum loco res astringentes, ut mala, ut pira, ut punica, utcunque commodum cuique iucundumque uideatur, assumi commendat.

Neq; credendũ utiq; nostris est, qui quũ in aduersa ualetudine uinũ, aut frigidam aquã concu pierunt, deliciarũ patrocinium, in accusationẽ non merentis stomachi habent.) Reprehendit obiter eos qui & nimis quàm multi omnib. seculis extitere, et quicquid luxuriæ ac gulæ cupiditatisque gratia faciunt, id stomachi aliud non ferentis causa, non deliciarũ ergò se facere prætexunt. Aquam improbè biberunt: hoc se stomachi æstuantis iuuandique studio protinus fecisse purgant. Vinum rur C sus quum minimè esset opus sumpserunt: id stomachum infirmũ sic requisiuisse asserunt. Mellita, dulciaria, placentas, cupedias, carnem, oua, pisces, quum abstinendum erat, uorauerunt: stomachi ingenio, non animi uoluntate inductos sese clamitant. Denique quicquid cupidè delicateque uiuẽdo delinquunt, stomachi immerentis peccato falsò imputant: qui rebus aptis & salutaribus studiosè iuuandus, non delicijs ac uoluptate, libidineque molli & inconsulta deliniendus erat.

At qui tardè concoquunt, & quorũ ideo præcordia inflantur, qui'ue propter ardorẽ aliquẽ no ctu sitire cõsueuerunt, antè quàm cõquiescant, duos tres'ue cyathos per tenuem fistulam bibãt.) Tarda cõcoctio inflatioque præcordiorũ, uel imbecillioris caloris, uel uiscidæ crassæque nimium, uel nimiũ liquidæ aut multæ assumptæ substantiæ accidẽs est & effectio. Infirmitas rebus calefacientibus, ut uino meraco, ut somno, ut quiete & tempestiuis exercitijs, frictionibus, fomentis, ut diatrionpipereo, diacalaminthe, ut oleo nardino, costino, sampsuchino emẽdat. Lentor

A assumptarũ rerũ, præterquã oxymelite, etiã superioribus corrigit. Crassities tenuatur mulsa cum hyssopo, pulegio, origano, thymo apparata. Liquor nimius, si rei est frigidæ, calefacientibus atq; astringentib. pellitur: sin rei est calidæ, aut uini generosi, aqua assumpta & frigidis olerib. uis eius restinguit. Cuius iam uiolentia aut rei alterius ardore si quis noctu sitire cõsueuit, aqua identidẽ affusa succurit. Ἄδιψον, inquit Hippocrates, συνέχειν στόμα, σιγᾶν, ἄνεμον ξὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν. id est, Sitim pellit cõtinere os, silere, aurã frigidam cũ potione inducere. *6. Epid.* Quin & siti ex leui uigilia, somnus remediũ p̃bet, sitiq; è somno uigilia. *Eodem lib.* Nam sitiẽtibus admodũ noctu, si superdormierint, bonum est, inquit Hippocrates. *5. Aph. 37.* Cõcoquit enim somno, & per aluũ subducit, id q̃d sitim efficit. Valde tamẽ atq; acerbè sitientibus, q̃d adijcit Galenus, potus negari nõ debet, siue ex potatione uini meracioris, siue è potionis inopia sitis obuenerit. Nam & defectui succurrere confert, & è mero natũ ardorẽ aqua opprimere, theorema uetus, et res salutaris est. Non tamen eam affatim iam & copiosè ingurgitare decet: sed per tenuẽ siphonẽ ac fistulã paulatim sugẽdo tanq; adstillare oportet, ne quid uiscerũ suo illa frigore deurat: & ut ijs quæ uentriculũ ardote accendũt, sensim cõmisceat: aut in summo innatãs stomachũ muniat, & uim inflãmantis rei atq; euaporantis cõpescat. Sed ut ista è re bona prorsus nunq; proficiscunt: ita ferè aliàs ἀδιψίη ἀνυπεύθυνός ἐστι,

B hoc est, nõ sitire innoxia quædã res est, & quæ correctione minimè eget. Et q̃d scribit Dioscorides, τὸ μὴ διψῆν ἄριστόν ἐστι παράγγελμα, Optimũ præconiũ est nõ sitire. *Lib. 5.* Ad q̃d Plutarchus eleganter allusit: Non solũ, inquiẽs, τὸ ἄδιψον, sed silentiũ quoq; ubiq; innoxiũ est. At Galenus idipsum multo uerissimè frigidæ affectionis, quæ certè omnino uitio nõ caret, indicium esse tradidit. *Lib. 8. Cõp. phar. p.* Nisi fortassis hunc de nimia sitis carentia: at illos de mediocri minimeq; molesta, locutos esse censebimus. Quo sanè nomine nihil inter se neq; discordabunt, neq; dissident, & utriq; quod uerum sit, docebunt.

Prodest etiã aduersus tardã concoctionẽ, clarè legere, deinde ambulare, tum uel ungi, uel lauari assiduè, uinũ frigidum bibere, & post cibũ magnã potionẽ, sed, ut suprà dixi, per siphonẽ: deinde oẽs potiones aqua frigida includere.) Caloris imbecilli castigandi rationem Celsus hoc loco ordine exponit. Post somnũ ac quietẽ clara manè lectio quid cõducat, ex ijs quæ suprà sunt explicata, satis pleneq; cognosci potest. Ambulatio, ac mediocris tẽpestiuaq; exercitatio, calorẽ penitus ingenitũ exuscitat, qui mox quoquo uersum per corpus effusus, omnia suo beneficio locupletat, ut alimenti cõcoctio destributioq;, ac nutritio felicius prouentiat. Idẽ oẽs meatus et spiracula corporis aperit atq; distẽdit, humores extenuat, emollit, fundit, & ut quasi ebulliãt interdũ, uasaq; sua cõpleant ac turgefaciãt perrũpantq; facit. Spiritus præterea per corpus impellit atq; exagitat, ut uias meatusq; corporis expurgẽt, eo fortius, quo ipsa fortius exercet. Vnctio præte-

C rea calida, exagitandi et digerendi facultatem obtinet. Cute enim laxata corporis particulas & humores calefacit, & exteruat, dissipatq;. Mollis adhæc multaq; frictio eadem præstat, sed multo quàm superiora infirmius: summa enim duntaxat corporis in superficie extremaq; cute heret, aut certè nõ mul to altius laxando discutiendoq; incumbit. Balneum autẽ dulcis aquæ quàm superiora omnia multo potẽtius madore caloreq; suo corpus uniuersum nõ modò calefacit, aperit, uerũ etiã humores tenuat, fundit, liquat, fluxosq; reddit: partim tenues ab intimis usq; uisceribus eliciẽs, dissipansq;: partim crassos uel extenuãs cõcoquensq;, uel agitans & in imbecillã aut angustã partẽ impellẽs. Sub hæc uerò uel inediã capessere, quæ subtracto corpori alimẽto calorẽ exacuit, humoresq; crudos concoquit & extenuat, uel boni succi alimentũ capere, uinũq; adbibere cautũ erit. Id q̃d paulatim per siphonẽ fieri Celsus cõmendat, melioris mixtionis, minorisq; fluctuationis gratia. Postremoq; loco aqua frigida hæc omnia includi pro suo more præcipit. Quo consilio atq; euentu, & quibus id fieri oporteat, frequenter iam dictum est.

6. Aph. 1. *Cui uerò cibus acescit, is ante eum bibere aquā egelidā debet, et uomere.*) Acor ex inchoa A ta imperfectaq́ cōcoctione prouenit. Quo fit, ut in diuturnis lienterijs atq́ intestinorū læuitatibus, si ructus acidus, qui antè nō fuit, obueniat, bono sit indicio. Summā enim cruditatē ac frigus, in concoctionē quidem adhuc infirmam, sed tamē aliquā, & nonnihil inceptā progressamq́ cōmutatā, significat. In his igitur, si quis metus est, ne longius quæ acescūt corrūpantur, aut si acor etiā saturitate nimia calorē alioqui integrū opprimente accidat, uomitus in primis è re bona futurus est. Verùm & ea quæ foris admota, quæq́ intus assumpta concoctioni præsidium ferre consueuerunt, & superius à nobis exposita sunt, adiuuabunt. Aquam autem egelidam Celsus idem quod tepidam, & tanquam solari calore tinctam, declarare uult & efficere.

At is cui ex hoc frequēs deiectio incidit, quoties aluus ei cōstiterit, frigida potione potissimū utatur.) Vomitione dictū est aluū astringi solutā, astrictamq́ solui. Et post importunā nimiāq́ oēm deiectionē, seu sponte è magna crapula aut saturitate, aut aliter profectā, seu arte citatā, quanto maior ante cesserit, tanto uēter se

Lib. 5. Val. quentibus diebus magis rebelliusq́ cōsistere cōsueuit: quibus tum nō acribus per intestina infusionibus, sed oleo tantū Galenus, itē ut in senibus aut cōualescentibus, aut lenta ægrotatione afflictis faciebat, se subuenire solitū prædicat. Celsus improbius aluum suppressam frigida potione perrumpendam præcipit, quemadmodum in febri ardenti lienteria plerunq́ ex aquæ B frigidæ incautiore potatione contingere, laxato dissolutoq́ uentriculo cernitur. Quod si cui parum tutum uidebitur, molli clysmate, ut modò è Galeno docui, aut acri glande, aut benigno pharmaco potius utatur is, licebit. Quanquam haud nescio, Celsi hoc loco uerba ancipitem sententiam, & aliorsum fortasis accipiendam, atque ego iam interpretatus sum, celare uideri posse. Sed huic ego iam tum pleniori, tum utiliori acquiescere duxi.

Quid obseruandum sit dolore neruorum laborantibus. Cap. IX.

SI cui uerò dolere nerui solent (q̄d in podagra, chiragra'ue esse cōsueuit) huic quantū fieri potest, exercendū id est, q̄d affectū est, obijciendūq́ labori & frigori, nisi cum dolor increuit. Sub dio quies optima est. Venus semper inimica est. Cōcoctio (sicut in omnib. corporis affectibus) necessaria est. Cruditas enim id maximè lædit: & quoties offensum corpus est, uitiosa pars maximè sentit. Vt cōcoctio aūt omnibus uitijs occurrit, sic rursus alijs frigus, alijs calor. Quæ sequi quisq́ pro habitu corporis sui debet. Frigus inimicū est seni, tenui, uulneri, præcordijs, intestinis, uesicæ, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, ossibus, dentibus, neruis, uuluæ, cere- C bro. Idem summā cutē facit pallidā, aridā, durā, nigrā. Ex hoc horrores, tremoresq́ nascuntur. At prodest iuuenibus, & omnib. plenis, erectiorq́ mens est, & melius cōcoquitur, ubi frigus quidē est, sed cauetur. Aqua uerò frigida infusa, præterquā capiti, etiā stomacho prodest. Item articulis, doloribusq́, q̄ sunt sine ulceribus. Item rubicundis nimis hominibus, si dolore uacāt. Calor aūt adiuuat omnia quæ frigus infestat. Item lippientes, si nec dolor, nec lachrymę sunt. Neruos quoq́ qui cōtrahuntur, pręcipueq́ ea ulcera quę ex frigore sunt. Idem corporis colorem bonū facit, urinā mouet. Si nimius est, corpus effœminat, neruos emollit, stomachū soluit. Minime uerò aut frigus aut calor tuta sunt, ubi subita insuetis sunt. Nam frigus lateris dolores, aliaq́ uitia, frigida aqua strumas excitat.

A tat. Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

ENARRATIO.

Si cui uerò dolere nerui solēt, quod in podagra chiragra'ue esse consueuit, huic quantū fieri potest, exercendū id est, quod affectū est, obijciendūq; labori et frigori, nisi quū dolor increuit. Sub dio quies optima est. Venus semper inimica est. Cōcoctio, sicut in omnib. corporis affectibus, necessaria est.) Podagra sic pedū dolor quidā est, & chiragra manuū, ut est in coxarū uertebro ischias, & in genu gonagra, in articulis corporis multis pariter affligēs cruciatus arthritis. Comites ferè sunt intēperantis atq; incōtinentis uitæ, & artuū singularis infirmitatis. Debitisq; reliqui corporis excretionibus suppresis, aut lōga deambulatione, statione'ue diuturna, aut equitatione, aut alioqui lassitudine molesta excitanť. Sed & magnā quoq; uim ad eādē generāda, sicut ad lippitudinē, ad calculū, ad epilepsiā, ad tabē, maiorū parentūq; in ipsa ꝓpriitas obtinet. his itaq; natura sub uer magna ex parte, & autumnū hyemisq; desinientiā, humores improbos uniuersi corporis in eas partes & capaces, & imbecillas detrudit. Quo fit, ut & distēdanť immodicè, & inflāmenť insigniter, & crudeli dolore nerui afficianť. Nā quū tria neruorū genera sint, ligamēta, tendones, & nerui ꝓpriè dicti, in iam enumeratis ar- *Libro 6, Aph. 53.*

B tuū ægritudinibus sola ligamēta inflāmanť, atq; appulsis è reliquo corpore immundis humorib. extendunť. Nerui uerò et tendones cōdolent tantū, nō ipsi inflāmatione afficiunť. Eoq; fit, cur nemo podagricus unq; aut arthriticus cōuellatur: quū tamē neruus inflāmari usquā sine cōuulsione, quē spasmū Græci uocāt, nequeat. Proinde quū duabus de causis hi cruciatus oriri maximè soleāt, primūm ꝓpter artuū imbecillitatē, quæ uel à parentib. hæreditaria successione nata est, uel uitę libidine & incōtinentia ocioq; immoderato cōtrahitur. Deinde ꝓpter corporis immūdiciē, quæ cruditate, crapula, uinolentia, & cūcti uictus intēperantia, ac reliqui corporis ab suis expurgationibus immunitate producitť. Celsus primū infirmitatis corrigēdæ atq; arcendæ pœnæ præceptiones instituit. Mox etiā immundiciei uitandæ artem subditurus est: cruciatus depellēdi rationes alij facultati atq; Therapeuticæ delegās. Corporū, & ætatū et naturarū discrimina tacet: quū tamen plurimū intersit, quo'nam pacto in quoq; genere uerseris. Neq; enim iuueni, quæ seni, uitæ ratio adhibēda est. Neq; pituitoso, quæ cholerico, curādi iuuandiq; uia cōpetit: hic siquidē frigidis, ille calidis: iuuenis firmioribus, blandioribus senex: & attenuātibus obœsus, gracilisq; mediocribus, cùm cibis ac potionibus, tum cæteris omnib. præsidijs opus habet. Iubet itaq; firmari articulos æque manuū atq; pedū Celsus: primùm exercitijs idoneis, perinde prorsus ut Galenus. Quandoquidē labor, authore Hippocrate, articulis & carni- *6. Valet.*

C bus utilis est, haud secus atq; cibus & somnus uisceribus. Et Galenus inter exercitiorū maxima cōmoda, q̄d suprà retulimus, enumerat, artuū aduersus oēs labores corroborationem. Planè uti Demosthenes, q̄d scribit Valerius, quas corporis habitus illi uires negauerat, à labore mutuatus est. Quod quidem unicuiq; eo tutius est facere, quo fuerit à senectute & ægritudine remotior. Nam in senibus quod parū ritè à natiuitate conditū est, aut lōgo usu debilitatum, id nimirū exercitando imbecillū potius q̄ firmū redditur. Vt crura nimium crassa aut gracilia, aut uacia, ambulatione & cursu lęduntur. Voce, clamore, cantu, thorax nimium uel amplus, uel angustus offenditur. Iuuenis uerò contrà ijsdem omnibus corroborať: & quanto is fuerit imbecillior, modò etiam morbis uacet, tanto per ocium ille quidem exercendus est crebrius, sed tamen exiguè & paulatim. Nam ualidus qui est, rarius multūq; debet. Iam uerò præter exercitia partibus imbecillis & articulis frigus ferre cōsuesse maximopere prodest, abs quo dissueto alioqui malū recrudescere solitum est. Durantur enim eum ad modum artus, & mirificè confirmantur. *6. Epid. 2. Valet. Lib. 5. Lib. 5. Val.*

Nisi quū dolor & cruciatus iam affligit: tum enim cum summa cūctī corporis quiete, sed maximè eius mēbri q̄d afficitur, pro morbi genere & loco sue cuiq; homini curandi formulæ applicandæ sunt. Hippocrates: Qui iuuenis, inquit, est, & circa articulos tofaceos callos nondū cōcretos habet, quiq; & accuratè uiuit, & laboris amās est, atq; aluum bonā pro studiorū ratione habet: hic si podagra laborat, & medicū prudentem nactus est, sanus fieri poterit. In senibus aūt, in callosis artubus, in ærumnosè uiuentibus, & arida aluo præditis, ab arte humana parū spei reliquum est. Qua profectò sententia sapientissimus ille omnis medicinæ ac philosophiæ parens, omnē causarū cōplexus est, quamobrē alijs ab arte medica salus in podagra atq; omni arthritide desperet, in alijs prosperè cōsequatur. Soluere nodosam nescit medicina podagrā, præcipuè in senibus, eamq; iam uetustate confirmatā. Recentes siquidem iuuenūq; callos colliquare & eripere, nedū citra eosdē affligentem arthritidem placare, atq; eximere potest, si & medicus iudicio ac usu peritus accidat, & æger rectè imperāti per omnia obtemperet. Fatuis enim sæpe mulierculis, atq; circumforaneis blateronibus, quiduis quasi iacta alea, q̄d in alijs aliquādo profuisse didicerint cōsulentibus, q̄ homini docto, consilio, prudētia, methodoq; agēti, plus uulgò fidei haberi uideas. Sepe quoq; æger à libidine, luxuria, ignauia, delicijs se continere (quod ipse inquit) nequit: aut, quod ego aio, nō uult. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc uitio tales ferē meruisse dolores. Quidam igitur, q̄d alibi scribit Celsus, è cōtrario, quū toto anno à uino, mulso, Venere temperassent, totius uitę securitatē sunt consecuti. Et Trallianus item bene multos sibi uisos asserit, qui sola uini abstinentia podagrā impendentē arcuerint. Suadetq; idcirco, si in totū ab eius usu abstineri nō potest, saltē ueris atq; æstatis initio, qui calidis succis ac sanguine redundant, ab ipso prorsus ut temperare studeāt: fuerunt eam ob causam, qui podagra & morbo articulari laborantes, proscriptione bonorū facta, ad simplicē uictum & pauperē redacti, omnino cōualuerint. Sub dio itaq; Celsus quietē suadet, q̄ hoc ipso corpus induretur: & Venere in totū interdicit. Primùm, q̄ immodico cōcubitu, cùm corpus totū, tum prę cipuè artus manuū ac pedum, quantū nulla alia re debilitētur. Deinde, q̄ coitu quicquid est humorū uehementer agitetur & cōcutiatur: quo fit, ut protinus ac pedetentim ad partes illas debiles procumbant. Postremò, q̄ Veneri dum opera datur, multū cum semine et libidinis uoluptate spirituū exci dat: unde mox corpus & perfrigeretur & cruditatem coaceruet. Quocirca nec pueri ante Veneris usum, nec eunuchi temerè, nisi intemperantia uitæ desidiaq; maiorem in modum deliquerint, nec mulier facilè, nisi cui menses constiterint, aut temulenta & incontinens insigniter fuerit, podagra laborat. Tanta primùm Veneris, tum ignauiæ, mox intemperantiæ ad podagram, & quamuis arthritidem procreandam uis est & efficacia. Tantaq; è diuerso concoctionis, continentiæ, frugalitatis, sobrietatisq; & exercitiorum in omni ualetudine uirtus est & necessitas. Quæ dū ægrotamus, utcunque seruari satis non est, nisi in omni uictu uitaq; sedulò etiam obseruentur.

Lib. 2. Præd. — Ouidius. — Alex. Tral. lib. 4. — Ser. cap. 37. — Libro 4. cap. 24. — Hipp. 2. Acut. — Hippocr. 6. Aph. 26. & 30.

A B C

Cruditas enim id maximè lædit, & quoties offensum corpus est, uitiosa pars maximè sentit.)

Crudorum humorū uiolentia si aut corpus uniuersum, aut uentriculū maxime q; os eius occupauerit, ut cætera ipsius incōmoda nūc taceam, sæpissimè tum caloris, tum spiritus substantiam adeò refrigerat, infringitq;, ut & pulsus debiles, obscuri, minutiq; cōsequant, & animans omnino elanguescat, & lipopsychia ac syncope nonnunq; cōprehendatur. Nam si uel copia quadam uires aggrauent, uel corporis meatus obturēt, syncopæ, quæ uiriū omniū preceps ac tātus est lapsus, ut ea qui opprimit, nec audiat, nec uideat, nec loquat, nec uerò pręsentes agnoscat, obnoxios reddit. At forte si nec premat uires, nec uias inferciat, iam uiriū quidē defectionē, sed quæ neq; sermonē, neq; lucis intuitū, nec intelligentiā animi eripiat, & lipopsychia aut lipothymia

A mia dicitur, adfert. Pulchrè aūt Galenus cōmentario de Inæquali intēperie, & aliàs frequenter, hanc uitiosarū partium affectionē, quo pacto ea fiat, edocuit. Potentiores enim ac magis integræ partes, quicquid ipsis demum uel multitudine, uel qualibet ratione molestum est, in uicinas, easq; infirmiores semper detrudunt. E' quibus deinde similiter ad imbecilliores perpetuò, donec ad eas uentū sit, quę longius propellere nequeant, excutitur. In has itaq; quicquid assiduè purgamentorū, aut rerum improbarū aliundè adstillatur & influit, primùm uasa maiora minoraq;, deinde spaciola omnia uacua implet, mox etiam obstruit, & distendit. Postremò impactū immoransq; transpirationem intercipit, unde protinus putredo, corruptio, inflammatio, aut certè tumor præter naturā, pro materiei præsentis genere, creatur: è sanguine phlegmone, è bile erysipelas, è pituita œdema, è crasso aut melancholico succo scirrhus. Exempli causa, infirmi seu natura, seu casu sint oculi, huc igitur quicquid caput infestat, protrudirur: sint aūt his dentes etiam aut gingiuæ infirmiores, in ipsos protinus excrementa exonerantur: sint rursus aures minus fortes, sint fauces, sit gurgulio, sit thorax, sit aliud quiduis, in id quod omnium imbecillimū est, aut certè in minus eo, unde accipit firmū, noxa omnis influit. Sic ergo in adenes colli, alarum, inguinum, sic in artus, de quibus nunc agimus, sic in sudare, calere, frigere cumprimis solita membra, quia mi-
B nus robusta sunt, quod superuacancum sit, maximè incumbere uideas. Idq; in primis in illis qui uitæ suæ uictusq; rationem exilem habēt, quiq; eius incuria uel plenitudinis, uel prauorum succorū copiam sibi accumulare sunt soliti, quæ tum alimento uitæq; genere meliore, tum tenuior enutricatu, & purgatione missione'ue sanguinis semel iterumq; quotannis repetita deuitari poterunt: præsertim etiam si, quod Trallianus præcipit, artus rebus idoneis, prius quàm uitio corripiantur, confirmati fuerint uel salis oleiq; in frigidis, uel aceti rosaceiq; in calidis, affrictione.

Vt concoctio autē omnibus uitijs occurrit, sic rursus alijs frigus, alijs calor. Quæ sequi quisq; pro habitu corporis sui debet.) Argumentum subest à contrarijs. Cruditas maximè in omnibus humani corporis uitijs nocet. Concoctio itaq; in ijsdem omnibus summè prodest. Cruditas ægrotationum cunctarum parens est, prosperæ igitur ualetudinis mater est concoctio. Cruditas infirmitatis, concoctio naturæ fortitudinis testis est. Vitam cruditas opprimit, strangulat, enecat: salutem prostratam & enectam concoctio leuat, exuscitat, tuetur. Nec tamen concoctionis rationem duntaxat accuratam simpliciter habere decet: sed & intemperaturæ cuiusq; hominis, & habitudinis, & ætatis, & consuetudinis. Vt calidi refrigerentur, frigidiq; calefiant: & ut humentia exiccentur, & arefacta madefiant: & crassa tenuentur, tenuiaq; impleantur. Cæteraq; similiter fiant, de quibus superius proditum est.

C *Frigus inimicum seni, tenui, uulneri, præcordijs, intestinis, uesicæ, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, ossibus, dentibus, neruis, uuluæ, cerebro. Idem summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram. Ex hoc horrores, tremoresq; nascuntur.*) Causa breuiter omnis & è frigoris ui mordaci ac penetrabili, & è partium istarū natiuo frigore, aut mollicie nuditateq; pendet. Parū aūt fuerat nosse, frigida, quod modò diximus, calore indigere, contraq;, nisi eorum quæ frigida quæ ue calidiora in corpore subessent, pariter memoria haberetur. Nam quicquid calet, friget, humet, aret, à similibus id suæ intemperiei rebus causisq; facillimè offenditur, & recreatur oppositis. Quamobrem senibus, quippe algentibus, tum frigus inimicum, tum amicus calor est. Tenues item frigus facilè exedēdo peruadit, & frigidi habitus efficax est argumentum teneritudo, si quis modò à frigore facilè læditur, & à calore statim melius habet. Vulneribus autem nuditas inest, quam stringendo idem conuellendoq; commordet. Prærerea frigus summā cutem, cōpulso intus calore ac sanguine, primùm pallidā, mox liuidā, postremò et nigrā efficit, uita eius oppressa et quasi extincta penitus.

Eandemq;

Eandemq́ humore insito ac naturali expresso, ipsaq́ cõstricta, & aridam & A
durã, & rigidã facit. Illud in titionibus, hoc in glacie animaduertit. Tremor
porrò, & qui tremore fortior est, horror, & qui utrisq́ est acerbior, rigor, fa-
cultatis motricis imbecillitate ex intẽperie frigida magna ex parte accidunt,
siue ea senio, siue Veneris abusu, siue timore, siue uini aut aquę intempesti-
ua immodica'ue potione, siue ocio, siue aeris deniq́ aut frigidæ lotionis re-
pentino uel diuturno occursu euenerit. At uerò iam præcordia, intestina,
uesica, aures, coxæ, scapulæ, penis, ossa, dentes, nerui, uulua, cerebrum, tho-
rax, spinæ medulla, & eiusdem, frigidi ac seminalis, generis partes uniuersæ,
quia suapte natura frigent, & sanguinis uitæq́ expertes sunt, frigore cùm ci-
tissimè tum maximè læduntur. Quæ Hippocrates eadem omnia ad hũc mo-
dum partim significauit, partim extulit: Frigidum inimicũ ossibus, dẽtibus,
5.Aph.18. neruis, cerebro, spinali medullæ: calidum uerò utile. Et paulo pòst: Vlcera
Aph.20. frigidum mordet, cutẽ obdurat, dolorem insuperabilem facit, denigrat, rigo-
5.Aph.17. res febriles, cõuulsiones, distentiones creat. Aliquanto uerò suprà: Frigida,
5.Aph.25. uti nix & glacies, pectori inimica sunt, tusses mouent, & sanguinẽ copiosè
promanare & destillationes faciũt. Sed hęc ipsa libro de Liquidorũ usu mul-
to sunt fusius explicata, nec ratio ex ijs quæ modò tradidimus obscura est.

At prodest iuuenibus, & omnibus plenis. Erectiorq́; mens est, & melius concoquitur, ubi fri-
5.Aph.21. *gus quidem est, sed cauetur.*) Est, inquit Hippocrates, ubi in distentione citra ul- B
cerationẽ, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquæ multæ perfusio
3.Valet. calorẽ reuocat: calor aũt hæc soluit. Galenus quoq́ frigida lauandos iuue-
nes esse præcipit, nõ quidem omnes, sed addit prætet alia quæ recẽset, & re-
quirit multa, corpore saluberrimo, nullaq́ re neq́ extenuato, neq́ uitiato, et
animo hilari atq́ erecto, si quando alias, tum maximè quum lauantur prędi-
tos. Exiguum fortassis id est, & uix quod admoneatur dignũ, quos Hippo-
crates εὐσάρκους nominat, Celsum hoc loco plenos, secus atq́ superius uoca-
re, aliosq́ è uerbo uerbum exprimentes bene carnosos uertere. Nam crapu-
la aut cruditate distentos, summopere lædit. Etsi obœsulos quoq́ omnes at-
que plenos, frigoris quàm ęstus magni patientiores esse cernimus. Cęterùm
per frigus melius cõcoqui, quod tamen ipsum cauendum est, perspicuũ est:
quia diebus hybernis atq́ omnib. cum claritate frigidis, plurimũ calidi in-
est insiti, coacto intus calore atq́ intẽso: et dormitur ferè prolixissimè, & edi-
2.Aph.15. tur plenissimè. Aristoteles illud antiperistasi fieri ostendit. Nihilo tamẽ mi-
nus, ne quid superius enumeratorũ malorum accersat, néue caput, cutẽ, tho-
5.Aph.23. racem, artus temerè perurat, omniq́ calore prorsus expoliet, cauendũ: neu
tusses, fauciũ exasperationes, aluos duras, urinæ difficultates, horrores, pleu-
3.Aph.5. ritides, oculorũ pectoris'ue dolores apportet, prouidendũ. Alioqui enim ijs
uitaris, tum cõcoctionẽ confirmat, tum corpora robustiora reddit, tum faci-
lè etiã mobilia ac sensibus uniuersis uigẽtia, beneq́ colorata efficit. Vti Hip- C
3.Aph.17. pocrates de Boreali aeris cõstitutione, quippe frigidissima, scriptũ reliquit.

Aqua uerò frigida infusa, præterquã capiti, etiam stomacho prodest. Item articulis, doloribus;
qui sunt sine ulceribus. Item rubicundis nimis hominibus, si dolore uacant.) De stomachi &
capitis perfusione suprà dictum est. Et certè Aetius item, ac noster, frigidam
Tetr.1.Ser.3. capitis doloribus conuenire, hebetiq́ uisui, & comitiali atq́ articulari mor-
bo, necnon ijs qui uel tremunt, uel resoluti sunt, ac ijs quoq́ quibus os uen-
triculi perroditur, admonuit. Vt multa interim alia, ad quæ eandem cõpete-
re docet, prætermittam. Nam & hisce iam dictis, ijs prodest, & alijs incõmo-
dis omnibus ex usu uidelicet esse queat, quæ è bile alterutra, seu nigra, seu fla-
ua, acrem dolorẽ inferente, enascuntur. Paribusq́ noxis è pituita aut seroso,
aut melancholico succo genitis, uel aquã egelidam, calidamq́, uel acribus
potius & attenuantibus rebus infectã adhibere præstiterit. Sunt autẽ quæ-
cunq́ in Celso sequuntur, quemadmodum superiora, prorsus Hippocrati-
5.Aph.25. ca, qui tumores articulorum, & dolores absq́ ulcere, & podagricos quoq́
cruciatus,

A cruciatus, atq; cõuulsiones, frigida aqua largè affusa plerunq; leuari, quia re-
pellit, & refrigerat, & modico stupore dolorem exoluit, attestatur, modò ea
quoq; uitia è bile aut sanguine bilioso sint nata: in his præterea, quod eodẽ 5. Aph. 23.
libro paulo superius memoriæ prodidit, frigida utendum, unde copiosè in-
fluit sanguis, aut fluxurus est, non tamen ad ipsas partes: sed circa illas, unde
influit, adhibita, & quæcunq; inflammationes inflamina' ue, ὑποφλογίσματα
uocat, in ruborẽ, coloremq; subcruentum è sanguine recenti inclinant. Nam
ueteribus nigredinem parit. Adde huc, quòd erysipelas etiam nõ ulceratum
eadem illa iuuet, exulceratum uerò lædat. Ex quibus uerbis quid Celsus in-
telligat, & quo sensu atq; intelligẽtia sit capiendus, facilè perspici licet. Nam
ut rubicundis hominibus dolore uacantibus, quippe sanguine plenis, inu-
tilẽ nõ esse censeo: ita tumoribus rubentibus summo præsidio esse cõsueuit.

Calor aũt adiuuat omnia quæ frigus infestat.) Contrariorũ contraria sunt effecta.
Quibus itaq; frigus hostile est, familiaris & amicus calor ut sit, necesse est.

*Item lippientes, si nec dolor, nec lachrymæ sunt, neruos quoq; qui cõtrahuntur, præcipueq; ea
ulcera quæ ex frigore sunt. Idem corporis colorem bonum facit, urinam mouet.*) Eandẽ sen-
tentiam paulo copiosius Hippocrates his uerbis protulit: Calidum ubi sup- 5. Aph. 22.
purationẽ facit, licet non in omni ulcere (quia non in putrido, & fluxionem
etiamnum habente) magnum tamen ad securitatem indicium est, cutem e-
B mollit, extenuat, dolorẽ lenit, rigores, conuulsiones & distentiones mitigat.
Et in his quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatẽ. Plurimum autem con-
fert ossium fracturis, sed denudatis præcipuè. Præterea his maximè, quibus
in capite ulcera nascuntur, & quæcunq; à frigore moriuntur, aut exulceran-
tur, & herpetibus exedentibus, & sedi, & pudendis, & utero, & uesicæ: his
calidum amicum & iudicans, frigidum inimicum & perimens. hactenus il-
le. Verùm quod iam ad lippitudinẽ attinet, & de ea dictum est antè, & me-
minit Hippocrates in hæc uerba: Oculorum dolores meri potio, aut balneũ, 6. Aph. 31.
aut fomentum, aut uenæ sectio, aut medicamentũ soluit. Balneum quidem,
quum ab acribus humoribus malum ortum est: fomentum uerò, ubi iam in
oculos nihil amplius per inflammationẽ influit. At Celsus lippitudinis sine
dolore ac lachrymis meminit. Eam fortassis Hippocrates aridum, alio loco 3. Aph. 14.
lippitudinem appellauit, quam è siccitate ambiẽtis aeris nasci, sicuti tabem, & 16.
aut artuum dolores, & urinę stillicidia, tradidit. Nisi fortè, quum & dolorem
& lachrymas tollimus, declinationẽ iam inflammationis significari potius
existimemus. Calida enim seu fotio, seu lauatio, & siccitatis offensam, & in-
flammationis inclinatæ reliquias, & Boreæ, cuius idem commeminit Hip- 3. Aph. 17.
pocrates, arrosionem, magno compendio tollit. Quanq; sit' ne lippitudo ul-
la, atq; inflammatio, citra omnẽ dolorem, etiam atq; etiam uehementer ad-
dubito: præsertim ubi causam iam nullam uideo, cur dolorẽ præcipuè, aut
C cur lachrymas etiam fortassis excipiat: quum & doloribus cumprimis, &
lachrymis sanè mordacibus calidam succurrere, non modò ratio euidens &
perspicua, uerumetiam Hippocratis, ut cæteros taceam, non uno tantum lo
co repetita authoritas contestetur. Vt mendã fortè subesse prima fronte con Lib. de Li-
iectari liceat, quæ facilè Hippocratis ad scripta submoueatur, quibus ille in- quid. usu.
quit, calidum oculis conuenire, doloribus auxiliari, suppurationibus omni-
bus ac lachrymis mordacib. aridisq; uniuersis suppetias uenire. Quæ lecto-
ri diligentius penitiusq; expendenda solum, nullo nostro interposito iudi-
cio, propono. Nam propius uero alius forsitan arbitretur, uel ξηροφθαλμίαν
aridamq; lippitudinem illam, qua neq; tument, neq; fluũt oculi, sed rubent
tantum, & cum dolore quodam grauescunt, noctuq; prægraui inarescũt pi-
tuita, significari, uel (quod equidem omnino ac solum censeo) tumorẽ ma-
gnum illum quidem & siccum, sed sine ullo dolore aut periculo, cuius libro
sexto noster cõmeminit, designari. Totidem enim coniecturis ut distrahar,
facit præsidij & aquæ calidæ tam uaria, tamq; locuples utilitas, ut omnibus

iam dictis formis ingente propemodum auxilio iuxta opitulari posse uidea A
tur. Sed his ita omissis, ut frigus cõuulsiones párere docuimus, sic calor eas
5. Aph. 20. & 22. dem demit, tollitq;. Et uti frigus siccitatem pallorem, liuorem, nigroremq;, intrò spiritibus ac sanguine compulsis, oppressis ue, inducit: ita calor ijsdem retrò euocatis, genuinum colorem restituit. At de urina, quod eam calida commoueri scribit, tam uerè id facit, quàm nos uerè frigus lotij difficultatem, suprà ex
5. Aph. 5. & 16. Hippocrate, conciliare, & siccitatem urinæ stillicidium párere modò diximus, nisi contraria suis oppositis nõ emendantur. Certè urinas nihil mouet
Gale. lib. 5. Simpli. capite 21. nisi calidum, mediocriter quidem eccathartica, ut adiantum, ut abrotanum, ut amygdalæ amaræ, & quicquid acre pariter ac tenue sit. Plurimum uerò, quæ acriora & calidiora sicciorаq; sunt: ut semina apij, feniculi, petroselini, dauci. Verùm diuretica propriè dicta, ac lotium citantia, ad rem præsentem minus huc conferre uidentur.

Si nimius est, corpus effœminat, neruos emollit, stomachum soluit.) Eodem pacto &
5. Aph. 16. Lib. de Liqu. usu. sensu Hippocrates, calidum, ubi quis sæpius eo utatur, hęc mala adferre pronunciat, nempe carnium effœminationem, neruorum incõtinentiam, mentis rationisq; stuporem, sanguinis eruptiones, animi defectiones, & postremò etiam mortem. Quę sanè efficere existimandum est, quia laxat, quia soluit, quia emollit, quia dissipat carnẽ, neruos, cerebrum, uenas, arterias, spiritus: stomachum, quia neruaceus totus est, similiter atq; neruos soluit. B

Minimè uerò aut frigus, aut calor, tuta sunt, ubi subita insuetis sunt.) Profluit istud è generali illo pronunciato & axiomate, Subitas & uehementes mutationes natura nunquam sustinet. Vehemẽtis autem operationis sunt, calor & frigus: & uiolentis ac periculosæ quoq;, si quando mutuum se repentè consequantur. Sic itaq; dolent, qui ex frigore ingenti uel horrent, uel rigent, ubi celeriter sese recalefacere properant. Dolent item, qui è calore & inflammatione graui, subito frigore percelluntur: & moriuntur interdum utriq;. Ex quo intelligi potest, quàm sit perniciosum, solis ardore, aut ex itineribus, aut laboribus accensos, frigidam repentè aquam multã haurire, aut in pœnota ac cryptã rigentia se protinus abdere, aut gelido quouis potu se multum implere atque exatiare.

5. Aph. 5. & 17. *Nam frigus lateris dolores, aliaq; uitia, frigida aqua strumas excitat.*) Non solum lateris dolores atq; pleuritides, quum aquilonia fuerit aut uehementer frigida aeris constitutio, nascuntur: sed & alui suppressiones, & tusses, & horrores, & pectoris multiplices afflictiones, ut alia quæ antè dicta sunt taceam, oboriuntur, præcipuèq; si calorem magnum extemplò ea consequatur. Strumas autẽ χοιράδας Græci, uel à Chœradibus petris per marinas aquas cõspicuis, uel à suibus multiparis animantibus, eo morbo frequenter affectis appellãt. Vulgus simili de causa scrofulas uocat. Sunt autem adenes indurati à pituita crassa, uehementerq; impacta, aut scirrhosiores interdum glandularum C
Gal. 13. The. phlegmonæ, bubones nuncupatæ. Extant ferè in collo, alis, & inguinibus, quod ijs locis glandulæ præcipuè uasis substratæ offendantur. Ex ijs autem mites quædam sunt, sine inflammatione ac dolore, cum mediocri, & apprimenti manui cedente quadam duritie, & tumore rotundo atq; æquali, circumscripti. Cæteræ malignæ sunt & uocantur, quoniam cum inflammatio-
Celsus. ne pulsanteq; dolore, & æstu, & tumore inæquali copulantur, quæ contrectando curandoq; efferantur, & præcipuè idcirco medicos fatigare solent. Pueris propter intemperantiam uitæ maximè accidunt: senibus rarò, fre-
Hip. 2. Pred. quentes quibus frons breuis & angusta & tempora compressa, & maxillæ ac buccæ tumidæ sunt. Atq; aquæ præsertim turbidæ potoribus, ob crassi ac crudi humoris succiq; abundantiam oboriuntur.

Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.) Paradoxon atq; absurdum id primo intuitu uideri potest, si non discretione idonea adiuuetur. Nam calor alioqui omnis, non modò conco-

A concoctionis benigníoris, sed & digestionis, & nutricationis, & omnium *Hip. 6. Epid.*
naturalium operationum solus author est & opifex, αὐτοδίδακτος, nulloq́
magistro, nullo monitore, sed per se facere quicquid uitæ conferat, edoctus.
Et facit nimirum ista calor, sed mediocris, sed temperatus, sed naturaliter pe *6. Epid.*
nitusq́ insitus, quem idcirco naturam sæpè nominamus. At immoderatus, *Gal. 10. Meth.*
aut aliunde accersitus, uariè cōtrà peccat & offendit. Cibum corrumpit, ma-
ximeq́ eum qui mediocris est substātiæ, & qui est humano usui egregio pri
uilegio consecratus. Corpus iste præterea, & ipsius alimentum, & regem ca
lorem naturalem exedit, ac dissipat, nutricationeq́ defraudat. Vigilias præ-
ter hæc, & inquietudinem, & fastidia, & sitim, & erosionem, & deliria pro-
ducit, & sudore nimio corporis habitum discutit atq́ absumit. Et febribus
pestiferis si humori improbo coniungatur, aut ardentibus & causonibus bi-
liosisq́ morbis, si siccitati misceatur, corpus obnoxiū facit, quæ & ipsæ lon-
gè lateq́ grassando pestilentes euadunt. Et denique is calor uires ac robur
corporis grauiter cōuellit, euertit, prosternit, disiicit. Estq́ uitæ omnino tam
perniciosus, quàm est prior ille & utilis & necessarius.

Obseruatio in pestilentia. Cap. X.

Est etiam obseruatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur,
B adhuc integer, cum tamen securus esse non possit. Tum igitur
oportet peregrinari, nauigare. Vbi id non licet, gestari, ambulare
sub diuo, ante æstum leniter, eodemq́ modò ungi, & ut suprà com
prehensum est, uitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem,
libidinem: multoq́ magis se continere, si qua grauitas in corpore
est, tum neque manè surgendum, neque pedibus nudis ambulan-
est: minimeq́ post cibum, aut balneum, neque ieiuno, neq́ cœna-
to uomendum est. Neque mouenda aluus, atq́ etiam si per se mo-
ta est, comprimenda est. Abstinendum potius, si plenius corpus
est. Itemq́ uitandum balneum, sudor, meridianus somnus, utique
si cibus quoque antecessit, qui tamen semel die tunc commodius
assumitur, insuper etiam modicus, ne cruditatem moueat. Alter-
nis diebus inuicem modò aqua, modò uinum bibendum est. Qui
bus seruatis, ex reliqua uictus consuetudine, quàm minimum mu-
tari debet. Cùm uerò hæc in omni pestilentia facienda sint, tum in
ea maximè quam austri excitarint. Atque etiam peregrinantibus
C eadem necessaria sunt, ubi graui tempore anni discesserunt ex suis
sedibus, uel ubi in graues regiones uenerunt. Ac si cætera res ali-
qua prohibebit, utique abstinere debebit. Atque ita ab uino ad
aquam, ab hac ad uinum, eo, qui suprapositus est, modo, transi-
tus ei esse.

ENARRATIO.

*Est etiam obseruatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur, adhuc integer, cum tamen secu-
rus esse non possit.*) Vel ipso nomine pestilentia formidabilis omnib. est, quòd
ferè inopinatò & derepentè irruat atq́ abripiat: breuiq́ momento magna
contagione facillimè latissimeq́ serpat, & euagetur. Quòd è publica & om-
nium fermè communi causa, ex aeris uidelicet improbitate, aut è uictus, aut *Gal. 1. de Febr.*
potionis communi coinquinatione proficiscatur. Vt è magnis & diuturnis *lib. de Attenu.*
æstibus, ut locis graui putredine infectis, ut temporibus annonæ caritate *uic. & com-*
magna afflictis, fieri animaduersum est, quū putida, corrupta, herbacea atq́ *ment. in Epid.*

inſalutaria inidonea que omnia nullo diſcrimine, uitæ tuendæ cauſa, inge- A
runtur. Nam peſtilentiæ iam nomine morbos omnes multorum mortalium
eodem loco communes & exitiales complecti uiſum eſt: propterea quòd
id ad eum authorem, quem enarrandum ſuſcepimus, conſentaneum ſit, &
adeò ueteribus cæteris medicis accõmodatum. Duplicibus autem è rebus,
ut modò indicaui, peſtis omnis proficiſcitur. Alia enim in uictus commu-
nis, aut potionis labe cernitur, qui morbi Pandemij appellantur: ut quum
ſemiputridis, aut certè ualetudini ineptis, ſiue leguminibus, ſiue frugibus, ſi-
ue alijs eſcis, ſiue potione infecta atq; malefica homines paſsim utuntur. alia
in aeris coinquinatione ſpectatur: è quo tria morborum genera dimanant.
Primum Endemij, qui à terrenis aeriq; ſubiectis elementis corporibusq; o-
riuntur: quomodo è paludibus, ſtagnis, lacubus, ſpecubus, antris, uallibus,
cadaueribus hominum præcipuè & ſerpentum, quomodo etiam è uenena-
tis ſtirpibus, aut hydrargyro, aut ſulphure, aut prunis ſuffocatis iterũq; ac-
cenſis, aut è ſterquilinijs, cloacis, putrefactis oleribus aut leguminibus, aut è
lino recens macerato, aut deniq; re qualicunq; putida, grauis plerũq; & mi-
rè exitialis uapor, qui eiuſmodi loci incolas cõmuniter omnes contaminet,
exhalare conſueuit. Alteri ſunt Epidemij ſimpliciter dicti, qui partim aeris
& temporum tempeſtatumq; crebra, atq; alia poſt aliam graui magnaq; in-
conſtantia uel frigoris, uel aridatis, uel humoris potius atq; æſtus, aut ingen- B
te intemperantia proueniunt: ut quũ febres ardentes, aut lippitudines poſt
hyemem aquilonarẽ ac uer auſtrinum, longè lateq; per omnia euagari per-
graſſariq; conſpiciuntur. Tertij Epidemij ſunt peſtilentiales, qui occulta at-
que abdita quadam ſiderum concurſione & poſitione pernicioſa, primùm
aerem, tum hinc toto nonnunquam orbe, genus aliquod animantium nul-
lo, quod duntaxat agnoſci aut intelligi queat, diſcrimine inficit, interimitq;.
Quæ ut ſubtiliter hoc pacto, & magna atque erudita probabilitate tradi de-
fendiq; poſſe ſcio: ſic eodem hæc quaſi faſce nobis, ob cauſas paulo antè di-
ctas, omnia cõplecti libuit, maximè quum poſtremo generi, quod propriè
peſtem Fernelius ſolumq; nominat, nec Celſi, nec ueterum pleræque præce
ptiones admodum conueniant: quippe quod neque nauigando, neque pe-
regrinando, neque uictus ullo genere, imò ne corporis quidem uirtute aut
integritate quapiam uitare et effugere, niſi alexipharmacis, & cæca abditaq;
quadam ratione & rebus ferè obſcuris cauſæ aduerſis, idq; eximia etiam fe-
licitate pellere liceat. Quare, ut ad inſtitutum reuertar, Celſus obiter tantum
uel caloris iam dicti mentione atque occaſione, uel egregiæ utilitatis nomi-
ne, præcauendæ peſtilentię quaſdam cautiones, ut de oculorum, de capitis,
de ſtomachi, de neruorum, de coli fecit imbecillitate, non curationis formu-
las, niſi & præcautionem curationis ſpeciem æſtimes, tradidit. Quæ duo-
bus capitibus ſummis continentur: Cauſarum peſtis fuga atque euitatione, C
& corporis undique mediocriter perſpirabilis mundicie. Quod ut in pande
mijs endemijſq; factu, ſi fortunarum uitæq; negotia permittant, nec arduũ,
nec difficile eſt: ita in epidemijs prioribus ac ſimplicibus ægrè & uix, & in
peſtiferis ne uix quidem ſæpe, ac nullo pacto præſtari poteſt. quando alte-
ri totis graſſantur plerunque regionibus: & alteri ſæpenumero omnibus &
calidis, & frigidis, & temperatis, & incoſtantibus tum locis, tum tempori-
bus deſæuiunt. Etſi quoties hi uel epidemijs ſimplicibus, uel endemijs, pan
demijs'ue commiſcentur, tum debacchantur atrocius, & citius multo corri-
piunt. Nam regione putidis expirationibus contaminata, quàm in ſicca pu-
raq;, peſtilentia omnis grauior efficitur: grauiorq; æſtate quàm hyeme, &
intemperato quàm moderato cœlo, atque auſtrali quàm aquilonio trucu-
lentior euadit. Loco item maritimo, aut calido humidoq;, aut tetro ac paten
te, aut incluſo neque perflato, quàm mediterraneo, quàm illuſtri, quàm
arido,

A arido, quàm aperto ac uentis claris perpurgato, perniciosior redditur: præsertim in homine laxo nimis, aut nimis astricto corpore, aut calido similiter humido'que, & multis scatente humoribus putredini obnoxijs, prædito. Nam frigus atque ariditas, & mundicies, ubique pestilentiæ summopere reluctantur: & corpus moderatè pressum, coactum'que, neque foris accipiendo, neque intus alendo uitio ualde nec appositum est, nec subiectum.

Tum igitur oportet peregrinari, nauigare.) Ferè, quod modò docuimus, uel publici uictus prauitatem, uel multo maximè communis aeris corruptionem sequitur pestilentia. Nouus igitur, purus'que, quoties ab impuro improbo'que pestis oritur, aer, peregrè est aut nauigatione quærendus. Quanquam hæc ipsa exercitij coniuncti causa nihilo etiam minus conducunt, quo nempe corpora minus desidia languescant, excrementis'que minus onerentur. Si uerò cui id per negotiorum rationem uitæ'que conditionem facere integrum non est: domi suum igni luculento, & rebus odoriferis emendare, & minimè in publicum prodire cautum erit. Aut si ne publicus quidem deuitari prorsus poterit, rebus odoratis assiduè olfactis, & cibo aut medicamento & antipharmaco præsumpto, ac uestibus iucundè suffitis, occurrere præstabit.

B *Vbi id non licet, gestari, ambulare sub diuo ante æstum leniter, eodem'que modo ungi: &, ut suprà comprehensum est, uitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem, libidinem.)* Cui nauigatio cæteræ'que robustiores exercitationes per imbecillitatem fieri nequiuerint, gestatione ipsi utendum erit, uel in equo, quæ firmior est, uel in lectica, quæ mollior. Ambulatio sub dio salubri, neque contaminato, quod excrementis è cute diffundendis citra fatigationem, & spiritibus recreandis, & corpori moderatè perspirabili reddendo sit accommodata, inepta non est. Caliginosum atque inæquale cœlum, aut magno ardore incensum, & quod putredini summè est obnoxium, nempe calido humidóque intemperatum, summo studio, & remis omnibus uelisq; fugere conueniet. Illud, ne quid turbulentiæ & impuritatis: hoc, ne quid pestilentis auræ corpori afflet, neu uires nimium dissoluat, aut inflammet, debilitet'ue, multóque etiam minus in ipso citatius aut uehementius uel ambulandum, uel exercendum est. Leniter uerò post hæc ungendum, non tantum corporis obstruendi ac muniendi causa, ut plerique secus atq; Galenus iam existimare solent, sed potius utcunque laxandi, aperiendi, dissipandi gratia. Nihil enim æquè in omni pestilentia fugienda prodest, atq; corpus ab omni obstructione & corruptela quàm studiosissimè uindicare, totum'que mediocriter perspirabile & apertum continere, ac strenuè omni'que nixu causis pestilentiæ extrinsecis obuiam ire. Primùm itaque si corpus plenitudine magna & sanguine scatebit, uena pertundetur:
C sin cacochymia citra plenitatem grauabitur, principiò oxymelite crassa lentáque incidentur, & tenuabuntur, & mulsa cum hyssopo, origano, pulegio, thymo, calamentha, uiæ ac spiracula totius corporis reserabuntur: tum mox purgatione ætati, succo, corpori'que accommodata eripientur. sin miscebuntur utraque, sanguine antè emisso, purgatio subsequetur. Impuro siquidem corpore præditi, qualibet uel leuissima occasione peste contaminantur. Quæ tamen ita facienda intelligimus, ut cautissimè, necubi uires magnopere debilitentur, prospiciatur, quas ante omnia uel diligentissimè hic tueri conuenit. Pura itaque & emundata corpora uel non facilè labem receptant, uel leuiter afflatam protinus excutiunt. Quos idcirco euadere, cæteris passim intereuntibus, conspicias. Post hæc deinde alexipharmacis, gentiana, scordio, dictamno, uetonica, theriacis ante reliquum cibum præsumptis, aut electarijs ex ouo, aut ex nucibus, aut alio simili, & rebus odoriferis, purgatoq; aere, pestilentiæ causis fortiter reluctari opor-

tebit. fatigatio, libido, calor, quia debilitant, sunt fugienda: frigus præter hoc A
etiam, quia corpus concludit & obstruit.

Multoq; magis se continere, si qua grauitas in corpore est, tum neque manè surgendum, neque pedibus nudis ambulandum est, minimeq; post cibum, aut balneum, neque ieiuno, neque cœnato uomendum est.) Grauitas redundantiæ cuiuspiam, aut animalis facultatis exolutæ, aut utriusque symptoma est. Exoluitur facultas, ac infirma redditur, intemperie, aut principij neruorum constipatione, quum non tanta spirituum uis è cerebro, quanta ad integram motionem sensationem'que requiritur, transmitti potest: ex quo protinus membra exoluuntur, & graue ac pigrum corpus omne efficitur. Aut si tantum transfunditur, quantum corpori motando sensuíq; sufficiat, atq; interim humorum multitudine prematur corpus, oritur segnities ac grauitas, lassitudinisq; sensus alius atq; alius pro humorum & qualitate & copia. Nam redundantia tensionis, acrimonia ulceris, ambo simul inflammationis sensum efficiunt. Prima plenitudinis morbos minitatur, proxima cacochymiæ uitiosorumq; humorum, tertia utriusque. Plenitudo, sanguinem aperta uena emittendum: cacochymia, purgationem: inflammatio, primùm sanguinem excludi, mox etiam aluum deijci suadet. Sub hæc uerò somno, quiete, frictione, & cibis moderatis ac boni succi, ut quantitati quod superest, dematur, & ut uires tamen non frangantur, prospiciendum est. Nam cùm in omnibus febribus, tum maximè (quod B
Tetra. 2. Ser. 1. scribit Aetius) in pestiferis, uirium ratio, ut quàm minimũ illæ deijciantur, perpetuò haberi debet. Et fugiendũ quoad fieri potest cautissimè, quicquid eas euertere atq; labefactare solet. Quare nec effusam sanguinis missionem, ut paulo antè docui, nec fortem purgationem unquam moliri: sed tantam quæ necessitati solum subueniat, nec uires pariter imminuat, decet. Adeò ut ne inedia quidem hic urgere, aut ulla re quæ uirtutẽ ualde debilitet, uti cautum sit. Clysteres & mites alui deiectiones haudquaquam nocent. Et omnis intemperantiæ, crapulæ, libidinisq; fuga maximopere prodest. Sunt igitur saturitatis grauitatisq; causæ paulùlum detrahendæ. Est pedum frigus fugiendum, quod alijs colicum cruciatum, alijs lienteriam, alijs diarrhœam, alijs neruorum imbecillitatem, quibus mox uires corruunt, adferre consueuit: maximeq; si balneum, aut cibum consequatur. Post quem etiam crudita tem, cumprimis in omni pestilentia periculosam, creat. Est uomitus quoq; eadem de causa uitandus, nisi grauati fortè stomachi causa leuiter, nullaq; ui corpori illata, irritetur. Nam & Rufus in pestibus, et noster item Celsus libro tertio, uomitione pituitam reijci commendant. Sed id ut necessarium ne fiat, etiam atq; etiam moderato temperatoq; uictu prouidere cautius est, ut ne quid hinc corporis facultates ac uires conuellantur: quas Hippocrates, optimus rerum in tota medicina gerendarum magister, non in peste tantùm, sed
Gal. in 2. lib. Aphor. etiam in omni uita uitæq; curatione studiosissimè tueri assolet. C

Neq; mouenda aluus: atq; etiam si per se mota est, comprimenda est.) Non expurgationem immundiciei & prauorum humorũ, præsertim in pandemijs & endemijs epidemijsq; simplicibus nuncupatis uetat opinor: sed fluxionem alui eam, quæ tum frequentia, tum magnitudine robur ac uirtutem corporis exolueret atq; consumeret, dissuadet. Quæ cùm in omni pestilentiæ metu grauem calamitatem minitatur, tum certè præcipuè in ea quæ neque uictu, neque pestifera inspiratione, sed occulta astrorum ui percipitur, & inhæret, summam perniciem adfert. Nam Hippocrates, et Galenus quoq;, quid subsit huic periculi, satis nos docẽt, quum alter sua primo Epidemion, alter suæ tempestatis illa longissima peste, alui excrementis omnes, maximeq; pinguium quadam syntexi & colliquatione interijsse, quicunq; tum morerentur, ad posteros scripserit. Eamq; ob causam Celsus alio loco potius sangui-
Lib. 3. nem mitti, si quis in peste febri dolor coniungatur, quàm aluum duci, quàm famem permitti, quàm medicamenta dari, consulit.

Abstinen-

A *Abstinendum potius, si plenius corpus est.*) Purgandum clementer, & exonerandum corpus est: aluus solutior reddenda, aut corpus debilitandum non est. In imbecillibus itaque, pueris, senibus, mulierculis, praecipuè quae uterum gestant, si detrahi sanguinem, si corpus purgari, cum maximè sit necessarium, non patiuntur, aut non ferunt, frictione unctioneque cautè ac prudenter, & quiete, somno, abstinentia, & cibis paucis ac salutaribus, qui frigore leuique astrictione spiritum, sanguinem, humores reprimunt, atque muniunt, ut & minus inficiantur, & fortius malo resistant aduersus plenitudinem ac putredinem, totis uiribus contendendum erit. Eiusmodi autem sunt, mali punici, mali medici, uuae acerbae, oxyacanthae, rumicis, generosi aceti, & praesertim rosacei liquor tum per se, tum in omni uictu permixtus. Nam in firmioribus & purgatione, & uenae sectione, quemadmodum modò diximus, & rebus iis omnibus quas iam percensuimus, uti licebit. Aluusque cunctis quotidie ut deiiciat uel sponte, uel arte procurandum erit.

Itemque uitandum balneum, sudor.) Balneum iis qui ipso uti non assueuerint, & qui uel plenitate quauis premuntur, uel immundicie corporis contaminantur, uel cruditate circa hypochondria, uel uiscere quopiam imbecilli affecti sunt, loti'ue inhorrescerent, Celso prorsus assentior, neutiquam conuenire. Verùm assuetis, & denso corpore praeditis, ac praepurgatis, atque si ex re fore B uideatur, prius etiam euacuatis, praetereaque ieiunis, plurimū praesidii ad corporis totius perspirationem, & fumorum fuliginumque dissipationem, allaturum arbitror: modò, quod semper meminisse oportet, ut ne uires & facultates naturę maiorē in modum imminuat, diligenter caueatur. Quod idem de sudore, praesertim quū in summo incremento morbus est, censendum existimo. Corporique laxando ex oleo chamaemelino, aut eius herba cum oleo dulci tepidoque leniter affricata, mulsaque cum calamenthe epota, multū opis latū iri censeo: saltem si praeter ardorē nulli dolores, nullus praecordiorū tumor, nihil alioqui prohibēs uel in thorace, uel in pulmone, uel in faucibus: nec uerò animi defectio, nec alui profluuiū adsit. Quinetiam & urinas quoque cicerum, seminūque apii, dauci, petroselini, feniculi decoctis cieri, & mēses quoque si parum respondent, prudens cautumque fore puto. Quin & grauidatis mulierculis & parturientibus quoque aluū, si durius subsistat, prouocari uel cassiae nigrae uncia è pisorū aut gallinaceo iusculo, uel alia re similiter molli clementer subduci, è bona re futurū iudico. Nihil enim aequè efficiendum (dicam enim bis, iterumque) quàm ut corpus ab omni sua improbitate humorū, sine uirium ulla graui iactura uindicetur: & ut in aere libero atque salutari uiuatur. Qui qua sit arte cōparandus, paulo antè tradidimus. Et mūdicies quónam pacto sit accersenda, iis omnib. rebus quas modò dixi, cōmonstratum est. Quae si sunt, dum pernicies pestilentiaque urgeret, saepe profuisse comper C ta: cur nō sint, eodem uitio nondum praesente, & imminente tantum, multo magis, ea cautione eoque consilio quod ubique inculcauimus adhibito, ad integritatem seruandam profutura? Nisi iam quibus rebus noxa depelli, iisdem ne occupet arceri nō debet, neque uerò potest. Quod ab Hippocratis sententia, & ab omni ratione alienissimum est.

Meridianus somnus, utique si cibus quoque antecessit, qui tamen semel die tunc cōmodius assumitur, insuper etiā medicus, ne cruditatē moueat. Alternis diebus inuicē modò aqua, modò uinū bibendum est. Quibus seruatis, ex reliqua uictus consuetudine, quàm minimū mutari debet. Cùm uerò haec in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maximè, quam austri excitarint. Atque etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi graui tempore anni discesserunt ex suis sedibus, uel ubi in graues regiones uenerunt. Ac si caetera res aliqua prohibebit, utique abstinere debebit: atque ita ab uino ad aquam, ab hac ad uinū, eo qui suprapositus est modo, transitus ei esse.) Corpus quidem ab omnibus superuacuis adserere studendū est: uirtus tamen, q̄d iam toties, quia summè necessariū est, repetendo cōmendauimus, studiosissimè custodienda. Prioris causa somnus meridianus reprehēditur: sed is cur nemini magno-

magnopere prodesse soleat, suprà dictum est. Posterioris gratia cruditas in primis prohibetur, & concoctio omni laude cõmendatur & extollitur. Semel itaq;, & modicè potius edendum; quàm cruditatis periculum ut adeatur. Edendum alioqui, quantum natura citra grauem uitiositatē non incommodè conficere queat. Fortissimi enim, quod scribit Galenus tertio in tertium Epidemiôn librum commentario, qui uim sibi inferentes, cibum oblatum per pestem assumpserunt, omnes ferè superstites permansere. Sed plurimi, inquit, emori, quàm quicquam comedere, prius antiquiusq; duxerunt. Quare huc etiam nimirum pertinet; quod Celsus non hoc quidem, sed alio loco, res uiscidas carnesq; lentas in pestilentia commendat. Quæ quamuis uiscera fermè obstruant, unde mox ac tandem corruptela, nisi occurras, consequatur: tardè tamen intus alioqui computrescunt, & pestis uiolentia serius polluuntur. Nisi profectò quæ difficulter concoqui possunt, nunc etiā haud facilè eadem non uitiantur. Certè ipsa sua qualicunq; mora, tanquam uitij castigandi tempus aliquod, & quasi inducias largiuntur. Quorum iam omnium, tametsi nihil etiam esset, quo celerius tamē eiusmodi tempestates corripiunt, eo fortasis maturius auxilia, uel cum quadam temeritate nonnun-
Cels. lib. 3. quam rapienda sunt: &, iuxta Thucydidis consilium, uel operando aliquid
Galen. 10. periclitandum est. Idq;, si quę antè diximus, parum proficere, quamlibet tu-
Meth. tissima sint, animaduertantur. In medicina enim, ubi perpetuū est quod fie-
Cels. lib. 7. ri debet, non tamen perpetuum est quod sequi conuenit. Quare fit sæpe, ut quos ratio non restituerit, temeritas cùm in hoc, tum alijs multis uitijs, ut adiuuet. Quamuis ego temeritatem eam sic amē & expetam, ut nec cæca omnino sit, nec inconsulta, & ita ut summis ægrotationibus summę extremæq; regendi curandi rationes adhibeantur. Quæ iam porrò in Celso consequuntur, ex ijs quæ superius uarijs locis exposita sunt, facilè intelligi omnia licebit, ut ea nunc alia mea opera egere non existimem.

LIBRI PRIMI FINIS.

ILLVSTRISSIMO AMPLISSIMOQVE MAGISTRATVI, AC SENATORVM COLLEGIO ornatiss. Franconatus Flandriæ, Gulielmus Pantinus Tiletanus S. D. P.

A

VM seculis perpetuò omnibus, ubi læta pax & ocium mortalium animos ad industriam excitarent, tum nostra præcipuè hac tempestate, Patres illustrißimi, uerißimum esse comperimus, quod inquit Satyricus, Tenet insanabile multos Scribẽdi cacoethes. Bello namq; quasi fera, ac peste truculentißima sæuiente, conticescunt non leges modò, sed emoriuntur etiam sapientiæ, atq; literarum omnium exercitia: quæ pace rursus, hominumq; concordia, tanquam à parente fœcundißima, nisi inter gentes barbaras, uberrimè paßim reuiuiscunt & oriuntur, tanta luxurie ac copia, ut multitudine nos potius opprimi, & ab optimis reuocari, adde etiam plerosq; uerius corrumpi, quàm erudiri atq; emendari conspiciamus. Id quod uiri sapientes ac principes quum animaduerterent, licentiam hanc premere legibus, & mulctis coercere, maximo merito instituerunt. Sunt autem in eo gene-
B *re plurimi: sed quorũ minimè tolerabiles, maximeq; noxij conatus sunt, quatuor omnes formis comprehendere licebit. Peßimi enim sunt, qui malis de Deo, rebusq; diuinis opinionibus, incautiorum mentes inficiunt. Secundum hos, qui moribus uitiosis, aut scurrilibus ac comicis iocis, & illepidis atq; mæsonicis facetijs, sillisq;, animos imperitorum imbuunt. Tum, qui artibus nefarijs, & ad callidas subtilesq; imposturas pertinentibus, homines instruunt. Postremò, qui ea quæ scripserunt alij rectè ac sapienter, uel recoquunt tantum: uel, quod inutilius & deterius est, aliàs, quod utile non sit, addendo: aliàs, quæ non oportuit, demendo, facie duntaxat paululum immutata, refingunt. qui etsi minus nocent cæteris, tamen magnopere prodesse nemini possunt. Nocent autem alij, homines illi quidẽ excellente ingenio plerunq; & natura prædití, haud uulgariter, dum cancellis suarum artium, & finibus disciplinarum diruptis, aut ratione duce contempta, ad ambitionem, & gloriæ aucupium, animiq; cupiditatem explendam, studium omne applicant. Nam qui editis libellis, aliorũ nomen ac laudem imminuere atq; infringere contendunt, per*
C *ea omnia spargi, quæ modò diximus genera, ne nouo sit ipsis hic loco opus, inuenias. Primi itaq; Theologiæ, & rectæ de Deo & rebus cœlestib. institutionis oleas, quod aiunt, transiliunt. Secundi, morũ decoro ac probitate spreta, & Ethicen, & Oeconomicen, & Politicen totã peruertunt: quippe qui amare, scortari, rapere, prostituere pudorẽ: parentes, patriam, Deum prodere: fallere, mentiri, ridere omnes, & in quemuis dicere quæuis, modò sermone delicijs Alexandrinis uix tolerando, modò nuda, citraq; omnem circuitionem turpitudinis expositione, perdocent. Proximi doctrinas scientiasq; uitæ humanæ necessarias penitus defœdat, atq; corrumpunt. Sunt enim in Leguleiorum nõnunquam, ac Iurisperitorum professione*

quidam, qui callidis interpretationibus excogitandis, aut summo iure, quod sum- A
mam crucem antiqui dixerunt, courgendo, eq; lite litem serendo, æquum & ius,
hominumq́ concordiam patria aut ciuitate expellere, præclarum, & apprimè pal
marium sibi esse persuadent. Tenuium quoq; in his, & uiduarum, & pupillorum,
& rudium, foriq́ imperitorũ expoliationem, oppreßionemq́ nullam usquam cer-
ni, nullam scripto tradi, optabile sit. Sunt autem in medicina fortaßis etiã plures,
qui uideri interdum curare, & boni putari, sumpta non facie, sed persona medici,
quàm esse, ac uerè mederi, potius, utiliusq́ sibi ducant. Hic astra plerunq;, hic deos,
hic dæmonas, hic rerum omnium principia, hic orbis omnes partes in fraudis socie-
tatem, ut uerborum sæpe nemini intellectorum ui, & crucibus, dæmonumq́ præsi
dio, seni deliro iuuentam, mulæ aut equo Principis ualetudinẽ, moribundo uitam,
febri enecto salutẽ restituant, euocari audias. Nam ad matellas nugari, ad omnia
ferreo quodã uultu depudere: uerbis, amictu, fronte quemuis fallere, ferè populare
his est, & pluma quauis leuius. Et uocant, qui talia scilicet mandant, medicorum
cautelas. Sunt deniq; in mathematicis, sunt in logicis artibus, qui subtiliter ratio-
nem circunscribendi inuenire, dolum fallaciamq́ contexere, ore uidelicet rotundo B
loqui, nugas canere, scopticis quemlibet salibus ferire, ac σιλλαίνειν, non sapere me-
lius, neq; rectius uiuere doceant. Quorum commentandi omnium studium, cacoe-
thes, ac detestandam, & legibus supplicioq́ coercendam consuetudinem uerè appel
laueris. Quibus ita demum ui metuq́ sublatis, cæteros iam fermè tenet exoptabile
scribendi caloethes. quos mihi iam uideor tribus posse generibus complecti, ut solet
meliorum pars à malorũ numero semper uinci. Facile autem in his omnium præ-
stantißimi sunt, qui res nouas, uel utiles mortalibus, uel necessarias, nullo prius æuo
cognitas, primi in medium ac lucem proferunt. id quod in rebus diuinis, ex unius
orthodoxæ Ecclesiæ authoritate pendet: in legibus humanis, & principũ & ma-
gistratuum nutu, & approbatione atq; uoluntate manat: in medicina, ab usu &
ratione petitur: in mathematicis, à ratione duntaxat: in moribus atq; officijs, ab ho
nesto utiliq́ tantum: quemadmodũ in grammaticis, ab usu solum sumitur. Multi
ea facultate hoc tempore, in quamcunq; partem spectes, excelluerunt, quos enume
rare necessarium non existimo. Alteri sunt, qui quæ inuenerunt alij, & sapien-
ter, imò nonnunquam etiam perperam tradiderunt: hominumq́ deinde ac tempo
rum uel inscitia neglexit, uel inertia obscurauit, uel labefactauit malicia, tum me- C
liorum exemplarium collatione, tum lectione atq; eruditione præclara, uel casti-
gant, uel interpretatione enucleant, uel uera defensione tuentur. Absq; quibus la-
bi in ijsdem plurimos, atq; turpiter errare, esset necesse. Ad quos etiam pertinent
ij, qui cognitas quidem res, sed uel obscurius, uel imperfectius, uel tractatas etiam
totas inconcinnius, alij nouo lumine aspergunt, alij inchoatas perficiunt, alij horri-
dulas expoliunt, aut utili sanè nouitate quapiam & iucunda exornant. Quorum
uirtus quanto est quàm superiorũ inferior, tanto est eorundem numerus in omni-
bus artibus & disciplinis maior. Hos autem sequuntur, qui linguarum peritia cla-
ri, nec nouas res ipsi cudunt, nec retractant aut defendunt uetustas: sed optimis qui
busq; authoribus, quorum ad multos, qui eum quo usi sunt sermonem non didice-
runt, cognitio pertinet, incumbunt: qui nostro quoq; tempore, quot aliàs nullo flo-
ruerunt,

A ruerunt, suborti sunt plurimi. Talium nimirum omnium industria, meo quidem iudicio laudanda est, & opera extollenda, sanáq́ & expetenda consuetudo nominanda. Iuuant siquidem uniuersi, & sapientiæ, artiumq́ bonarum notitiam ornant, illustrant, amplificant. In his itaque medium mihi genus ad imitandum iam olim proponere cœpi: quando uis ea ingenij mihi concessa non fuit, qua me in primum illud optimumq́ efferrem. Infimum uerò fuerit, non quidem omnino ignorantia: sed eorum librorum, quos nemo attigisset, quosq́ ego suscipere auderem, inopia denegatũ. Scripsi igitur olim primùm, ac lusi adolescens: deinde iuuenis uaria, nec publica dicam lectione, nec posteritate digna: sed quibus & mea studia, & mihi creditos adolescentes in poematis et oratorib. intelligendis erudirem. Ex quo uerò tempore, ijs studijs desertis & posthabitis, in Medica arte paulo altius mihi progredi sum uisus, quod genus studij atq; interpretationis antè in humanioribus consumpseram, id in Medicina experiri, in animum induxi: propterea quòd eo me pacto erectiore esse mẽte ingenioq́ ad eas res, quas sequerer, intelligẽdas, quàm si sola niterer lectione, perciperem. Languet enim qui legit tantum animus, neque in res ipsas admodum penetrare solet. Sustinet eundem, & acuit atq; alit maximè stylus, scriptioq́ plurima: non dicendi tantum, sed discendi quoq; optimus magister.
B Quod ita faciendum mihi putaui, non quo meorum quicquam unquam in uulgus ederem: quanquam id iam facio, amicorum authoritate, & certis magnisq́ rationibus adductus: sed ut, quod sum modò professus, pressius in mea studia incumberem. Uagatur enim meus animus in res semper nouas, insita quadam inconstantia & uolubilitate: neq; in eadem re immorari atq; insistere amat, nisi talibus tanquàm frenis coercitus, ut inhæreat, deuinciatur. Quamobrem Consules nobilissimi, sapientissimiq́ Senatores, uos oro, obsecro, atq; obtestor, meam qualemcunque hanc operam, quam in secundum Cornelij Celsi librum contuli, uestroq́ sub fauore ac nomine diuulgari permisi, benigniter, atq; ore renidẽti ut suscipiatis. In quo non minorem bonæ ualetudinis thesaurum, quàm in primo, qui suo illum titulo promittit, abditum inuenietis: & cui hunc adiungi, summè futurum est omnibus & iucundum & utile. Non dicam uerò hic causam, cur bonæ ualetudinis opem Brugensi magistratui: signorum uerò ualetudinis omnis, & præsidiorum generalium rationem uestro candori consecrarim. Etsi nec ineptam, nec longiusculè petitam
C mihi uideor adferre posse rationem, seu signa cum uestra dignitate comparare: seu auxilia totius Medicinæ generalia cum ampliss. uestra ditione conferre cupiam: seu deniq; esculentarum poculentarumq́ rerum omnium penum, cum uestrorum subditorum amplissimis ditissimisq́ uillis, & horreis, & pascuis, & cætera multa studiosè ex longa similitudine, aut antithesi atq; contentione uelim cõnectere. Imò ne de dignitate quidem uestra illustrissima, qua nobilissimi Comitatus Flandriæ portionem quartam perpetuo, quoad uita defungamini, regno administratis, quicquam dicam: non de prudentia uestra, aut in dicendo iure solertia, & legum uestrarum seueritate: non de diuitijs, aut soli ubertate: non denique de eruditione tum uestrûm multorum, tum uerò etiam eorum quos tribunali uestro assistere, uestramq́ Rempub. consilijs iuuare uoluistis, quicquam sum additurus. quæ nemo est qui non uideat, quantam orationis supellectilem suppeditare possint, si Oratorum more

rum more partes omnes copiose explicare, & uerbis sententijsq́ idoneis amplificare atq́ extendere, epistolæq́ modum excedere aut uelim, aut possim. Id autem magis omnium intererit, scire ecqua spes utilitatis hoc libro, quem uestro sub præsidio lucem inspectare patimur, promitti possit, aut debeat. Quæ mehercle & grandis est, & multiplex: sed quæ tribus maximè partibus contineri queat. Primum signis: deinde rebus ijs summis, latissimeq́ per omnem Medicinam patentibus, quibus aliquid corpori demitur: postremò & ijs similiter, quibus corpori aliquid adijcitur. Cæterum signa hoc se ordine & miro & elegante, ex Hippocrate propè omnia magno studio & iudicio collecta, consequuntur. Primo namque statim capite, quid anni pars unaquæq́, quid tempestas omnis, quid aeris constitutio, quid ætas omnis fausti infaustiq́ apportet, designetq́, docetur. Secundo capite, quæ signa aduersam ualetudinem præcedant, nuncientq́ futuram, tradetur. Tertio, quæ morbo correptis spem faciant, promittantq́ salutem. Quarto, quæ metum obijciant, & in difficili fore ualetudinis recuperationem prænunciant. Quinto, quæ malū productum iri, & non nisi post longam uexationem desiturū, prædicunt. Sexto, quæ mortem intentent, & spem penè omnem, certè quæ ab arte peti queat, adimant. B
At ita, ut sint hæc omnia in aduersa ualetudine cōmunia. Nam septimo demū, quid unumquodq́ propè morbi genus ac formam speciatim antecedat, & quid ubiq́ ægrotationis metuendum sit, proponetur. Quemadmodū octauo, quæ in quoq́ genere uel spem, uel periculum ostendant, explicabitur. Post hæc, nono deinceps capite, signis omnibus fœlicibus & infœlicibus, quæ uel omnium sunt communia, uel unius alicuius uitij atq́ ægritudinis propria, expositis, ad curationes generales accingetur: quæ sunt eiusmodi, ut ad morbum pellendum, reparandamq́ ualetudinem, uel demant, ut diximus, aliquid corpori, uel adijciant. Demunt autem, uenæ sectio, cucurbitæ, deiectiones, uomitus, frictiones, gestationes, sudor. Quæ singula quid ualeant, efficiantq́, & quid noceant, uel commodent, singulis capitibus ordine exponetur. Adijciunt porrò corpori aliquid, cibi potionesq́: quorum cum sint etiam multa genera, ac uariæ diuisiones, accuratè omnia, & serie iucundissima docebuntur. At in his omnibus ego memet uariè necessariò gessi. siquidem in signis id studio maximè habui, ut quamq́ Celsi sententiam cum Hippocrate, abs quo ea defluxit, quoad fieri potuit, conferrem: ut quid consentiant, quid discrepent ambo, clarè omnes conspicere possent. In quibus & multa, & fœdissima mendæ, à nemine, quod equidem sciam, hactenus obseruata, mihi detegendæ fuerunt, & obscura pleraq́ explicanda. In ijs autem, quibus aliquid demi scripsimus, tantum quæ opus esse putaui, attexui, & cætera explanatione breui illustraui. In postremis multa mihi rursus addenda, ad pleniorem intelligentiam: multaq́ reprobanda, turpissimis erroribus contaminata, obtigerunt. Græca ex Hippocrate, cum id possem, non semper attuli: partim ne id ostentationis amplius, quàm utilitatis præ se ferre crederetur (odi siquidē ostētatores, ut qui maximè) partim ut ne studiū legendi multorum, dum longa crebraq́ Græca, Latinè continuò repetenda, attexerem, retardaretur. Protuli uerò quatenus ad rem, & lectoris Græcæ linguæ non imperiti delectationem atq́ utilitatem satis esse iudicaui, ex sententijs ijs præcipuè, quas Hippocrates Aphorismos, quod ab integra perpetuaq́ tractatione separatæ atq́ resectæ sint, C

A ftæ sint, appellare uoluit. Sunt enim & breuitate mirum in modum iucundæ: & rerum, quas plurimas ac grauissimas continent, locupletissimæ. Et habent profectò suo illo sermone, quo ab authore sunt prodita, suauitatem quandam eximiam, atq; energiam unicè suspiciendam, quam nemo facile alio sermone, pariq; & breuitate & uirtute expresserit. Quas iccirco græcè tantum & legi & cognosci, sicut ea omnia quæ à Græcis autoribus sunt tradita, si omnes modò id possint, omnium referret plurimum. Verùm quando id pauci norunt, nec paucis his deesse omnino, dum nihil adferrem, debui: nec alijs plurimis, dum producerem omnia, tædio esse uolui. In cæteris rarò authorem quenquam citaui, quod in primum librum studui facere maximè: quòd hic plus mihi laxæ libertatis sumpserim, sed classicorum Medicorum doctrinæ ubiq; cõsentaneam. Id quod uerum esse intelliget, quisquis Hippocratis, Galeni, Pauli, Aetij, cæterorumq; similium institutionem cum nostra doctrina comparabit. Hos enim mihi ad imitandum præcipuè sumere soleo: & neotericorum, qui in ipsis ingenio maximè, studioq; & eruditione maximè præstant, doctrinã non excludere. Horum igitur è penu, Celsi librum secundum B instructum, & quasi nouo quodam, paupere illo quidem, tenuiq;, sed nouo tamen mundo ornatum, ornatissimo uestro Senatui, Consules illustrissimi, nuncupo, ut eum uestro fauore atq; authoritate tueamini: cuius cognitione, omniũ mortalium ualetudo, qualis ea cunq; demum fuerit, non uestra solum, & firmior, & certior, & manifestior habebitur. Nam signa statim præsentem, cuiusmodi ea tandem sit, cognoscere: & uenturam ubi spes elucebit, letè prospicere, & malam tempestiuè arcere, aut certè clementius excipere docebunt. In rebus desperatis nec operam, nec sumptum inanem subire: inq; summis malis extrema, leuiáq; in leuibus experiri monebunt. Ea uerò, quibus aliquid corpori detrahi solere ostendimus, quanquam ad bonos tantum relegari ea postulem medicos, ne quis ijs tantum fisus, temerè atq; inconsultò ipsis aliquando abutatur: tamen longè meliora sunt, quàm sint notulæ illæ atræ, quas in diarijs istis & ephemærinis libellis depictas quotannis cernimus. Reliquum id nunc postremò solum est, ut breuiter de cibo ac potione (nam pars ea tertia est eorum quæ toto hoc libro tradentur) deq; rebus alijs, quibus homines uitam uictumq; sustinent, adijciamus, quæ nemo propè ignorat, paucula. Quas certè omnino nouisse omnes, ad omnium bonam ualetudinem pluri- C mum intererit: quoniam ea sanè rerum earum præcipuè obseruatione sustentatur, quæ aut prodesse solent, aut obesse. Deinde opportuno earum usu, ac postremò ijs uitãdis, quæ inimicas atq; exitiosas uires habeant. In quibus cum plurima sint, quæ ipso usu aliàs salubria, aliàs insalubria esse soleant, si quisq; quibus se optimè ualere nouit, ea usurpet moderatè: prætereaq; crapulam ac Venerem, non quidem omnem, sed crebram duntaxat, & intemperantem: tum præter hæc languida ocia, ac medicamẽta, uenæq; sectiones, nisi quas necessitas, & uir bonus & prudens consuluerit, deuitet, fugiatq;: & postremò letam & iucundam, curisq; mordacibus uacuam uitam degat: & aptè denique, probeq; corpus pariter atque animum exerceat: fieri profectò non poterit, quin is & fœlicem & longæuã uitam, & ab omnibus molestijs maximè immunem experiatur. Ea uita uictusq; temperantis, eorumq; cognitionis & scientiæ uirtus est atq; efficacia. Temperãtiam porrò istam,

uestra uobis, Patres Consulesq; grauissimi, sapientia suadebit & imperabit. Ut in A
omni autem uictu quid res unaquaeq; ualeat, ne ignoretis, hic, quem damus & offerimus, libellus docebit atq; efficiet. Utraq; uitam beatam, augustam, diuturnam largientur, & sustinebunt. Quam omnino nunc talem, precor, Deus Opt. Max. qui eiusmodi adesse & fauere studijs ac moribus solet, ut tueri & adseruare uobis dignetur. Valete. Datum Brugis, anno supra millesimum ac quingentesimum quinquagesimoprimo, pridie Calendas Augusti.

AURE-

AVRELII CORNELII CELSI
Liber Secundus.

PROOEMIVM.

A NSTANTIS autē aduersæ ualetudinis signa com plura sunt: in quibus explicãdis non dubitabo au thoritate antiquorũ uirorum uti, maximeq́; Hip pocratis: cùm recẽtiores quoq; medici, quamuis quædam in curationibus mutarint, tamen hæc il lum optimè præsagisse fateantur. Sed antequam dico, quibus præcedentibus morborum timor subsit: non alie num uidetur, exponere, quæ tempora anni, quæ tempestatum ge nera, quæ partes ætatis, qualia corpora maximè tuta, uel periculis opportuna sint, quod genus aduersæ ualetudinis in quoq; timeri maximè possit. Non quòd non omni tempore, in omni tempesta tum genere, omnis ætatis, omnis habitus, homines per omnia ge nera morborum & ægrotent, & moriantur: sed quòd frequentius tamen quędam eueniant. Ideoq; utile est scire unumquemq;, quid B & quando maximè caueat.

GVLIELMI PANTINI TILETANI
Enarratio.

Nstantis ualetudinis.) Valetudinis uocabulum μέσον esse, & modò prosperam corporis ratione, modò aduersam notare, cùm per se, tum additis differentiæ epithetis: eoq; Ciceronem solo uti, sa nitatis uerò nomine in hoc duntaxat significatu nunquam, illi sanè meminerũt, qui paululum modò elegantiorum literarum degustauerunt, quiq; in eius lectione non omnino oscitabundam operam, attentionemq; collocarũt. At ego nunc res eiusmodi persequi, aut sanitatem à corpore eximere, aut orationis splendorem aucupari magnopere, in ani mum non induxi: fide quanta potero optima, cum Celso primùm Hippo cratem è Iani Cornarij conuersione ualde religiosa, & græcis exemplaribus conferre contentus. nullo facundæ dictionis, aut elegantis splendidæq; ora tionis studio aucupióq; ductus, quo simplex certè, & breuis, & è uerbo, uerbo propè expressa illius sententia ac ueritas uel obruatur, uel immutetur: deinde alijs partim ratione breui, aut authoritate confirmatis, partim ratio ne simili confutatis. Vera siquidem tueri, & Annotatiunculis illustrare, falsa reprehendere & refellere, & ueri obeliscis confodere ac iugulare proposui. Quare ne talia quidem attingere, uisum est, quàm paucis hic Celsus uerbis C initiò omnem procemiorum disciplinam & artificium sit complexus: dum & intentum lectorem, rerum magnitudine statim proposita: & beneuolum, Hippocratis atq; antiquorum cæterorum mentione, eiusq; ætiologia addi ta: & docilem deniq;, breui rerum omnium consequentiũ, quæ quidem hoc libro tractabũtur, partitione, ut in utroq; suo opere fecisse Homerum docet Fabius, sibi effecerit. E' quibus appositissima procatalepsi, quam occupatio nem Latini rhetores uocant, in primam suæ diuisionis partem statim deuol uitur. Ostendere enim tantum, & tanquam indice demonstrare constitui, ut dixi, quantũ ipse quidem memoria lectioneq; ex ijs omnibus libris, qui Hip pocratis nomine ac titulo circunferuntur, sum consecutus: è quibus illius lo cis noster Cornelius non modò quanta fide, uerùm etiã quàm multa ad La tinos transcripserit. Quò uel hinc omnes intelligere & perspicere queant, & quibus

quibus toto hoc libro hic cum illo consentiat, atque concordet: & ubi quid di- A
minutum, & ubi quid appositum, atque adtextum: ubi deprauatum, corru-
ptumque hominum, ac superiorum seculorũ ignauia, inscitiaque extiterit. Non
profectò, quòd ego aut id iudicij, aut eam memoriam mihi usurpem ac uen-
dicem, ut omnium usquam in Hippocrate conscriptorum recorder, aut me-
minerim: & uti quicquid Celsi genuinum sit, aut quid alienum, statim odo-
rer atque agnoscam: sæpe enim apertis oculis, quæ præsentia sunt, & quæ per
se in oculos incurrunt, non animaduertimus: & sexcentæ mentiendi formæ,
ut decipiaris, sexcenti uerorum fuci extare possunt: sed quòd bonam partem
signorum, quæ hoc uolumine continentur, è quibus ea fontibus profluxe-
rint, claré ac dilucidè ob oculos statuemus. Et inter hæc à Celso quædam mu-
tata, & nonnulla uitiata, & multa diminuta ac truncata: & hominum, supe-
riorumque ætatum ignauia inertiaque passim plurima fœdissimè conspurcata,
corruptaque demonstrabimus, atque adeò pleraque etiam obscurata aperiemus.
Libenter namque in uetustissima illa purissimaque medicina uersor, ac delicias
ago: cuius siue neglectu, siue contemptu, ad nostram propè usque ætatẽ mul-
tos iam annos summa barbaries, & turpissima inscitia nitidissimam ualetu-
dinis humanæ artem scientiamque oppressit, ac defœdauit: quam doctissimi
nunc in omnibus regionibus uiri, omni nixu & studio è barbarissimo isto
cœno eripere, & ab omni errore uindicare, & pristino uerò restituere nito- B
ri, neruis omnibus & animi & corporis contendunt. Cum quibus quidem
ego me comparare non audeo: æmulari tantum pro uiribus nimis quàm im-
becillis illorum uoluntatem studeo. Nam spero futurũ, ut alij nostra hac qua
licunque industria adiuti, ad res maiores capessendas paululum subleuentur:
alij nostro exemplo incitati atque inuitati, quæ nos hic fugerint, aut fefellerint,
uel sint indicaturi solertius, uel explicaturi eruditius, quo tandem medicina
ad meritum honorem splendoremque prouehatur: & omnes demum cogno-
scant, quanta hactenus caligine obscurata delituerit: & quibus antè uulneri-
bus confossa, uix ægrè spiritum misera traxerit. Certè nostra hac opella sub-
leuati intelligent omnes, quæ bona ex parte quasi scopulos in hoc toto o-
pere uitare ac desugere debeant, quæque tanquam portus sequi ac petere tu-
tò possint. Id etenim præstitisse si non uidebimur, certè præstare contendi-
mus: & uidebimur quoque fecisse, spero, quod profitemur, alicubi.
Non quod non omni tempestatum genere.) Hippocrates 3. Aphor. 19. νοσήματα πάν-
τα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται, καὶ
παροξύνεται. id est, Morbi quidem omnes in omnibus temporibus fiunt: qui-
dam tamen magis in quibusdam ipsorum & eueniunt, & exacerbantur. Ra-
tionem cuius libro quem de Natura humana inscripsit, talẽ refert, quòd an-
nus omnis quidem omnium particeps est, & caloris, & frigoris, & siccitatis, C
& humoris: nihilo tamẽ minus nunc hyems in ipso uiget maximè, nunc uer,
nunc æstas, nunc autumnus. Sicut in homine quoque omnia quidem insunt
semper: aliàs tamen alia præualent, modò sanguis, modò pituita, modò bilis
alterutra. quorum ut unumquodque uel modum, uel mixturam, uel rationem
corpori humano salutarem excesserit, ita ægrotationem parit.

Quæ anni tempora, quæ tempestatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora uel tuta, uel morbis opportuna sint, & quod ualetudinis genus in quoque timeri possit. Cap. I.

IGitur saluberrimum uer est, proxima deinde ab hoc hyems, peri-
culosior æstas, autumnus longè periculosissimus. Ex tempestati-
bus uerò optimæ æquales sunt, siue frigidæ, siue calidæ: pessimæ,
quæ uariant maximè. quo fit, ut autumnus plurimos opprimat.
Nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atque matutinis,

A ſimulq́ etiam ueſpertinis frigus eſt. Corpus ergo & æſtate, & ſubinde meridianis caloribus relaxatum, ſubito frigore excipitur. Sed ut eo tempore id maximè fit, ſic quandocunq; euenit, noxium eſt. Vbi æqualitas autem eſt, tamē ſaluberrimi ſunt ſereni dies, meliores pluuij, quàm tantum nebuloſi aut nubili: optimíq; hyeme qui omni uento uacant, æſtate quibus Fauonij perflant. Si genus aliud uentorum eſt, ſalubriores ſeptentrionales, quàm ſubſolani uel auſtri ſunt. Sic tamen, ut hæc interdum regionum ſorte mutentur. Nam ferè uentus ubique à mediterraneis regionibus ueniens ſalubris, à mari grauis eſt. Neque ſolum in bono tempeſtatum habitu certior ualetudo eſt, ſed priores morbi quoq; (ſi qui inciderunt) leuiores ſunt, & promptius finiuntur. Peſſimum ergo cœlum eſt, quòd ægrum fecit: adeò ut in id quoq; genus, quod natura peius eſt in hoc ſtatu, ſalubris mutatio ſit. At ætas media tutiſſima eſt, quæ neque iuuentæ calore, neq; ſenectutis frigore infeſtatur. Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. Corpus aūt
B habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obœſum. Nam longa ſtatura, ut in iuuenta decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. Gracile corpus, infirmū: obœſum, hebes eſt. Vere tamen maximè, quæcunq; humoris motu nouantur, in metu eſſe cōſuerunt. Ergo tum lippitudines, puſtulæ, profuſio ſanguinis, abſceſſus corporis (quæ ἀποστήματα Græci nominant) bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, inſania, morbus comitialis, angina, grauedines, deſtillationes oriri ſolent. Hi quoq; morbi, qui in articulis, neruiſq; modò urgent, modò quieſcunt, tum maximè & inchoantur & repetunt. At æſtas non quidem uacat pleriſq; ab his morbis, ſed adijcit febres, uel continuas, uel ardentes, uel tertianas, uomitus, alui deiectiones, auricularū dolores, ulcera oris, cancros, & in cæteris quidem partibus, ſed maximè obſcœnis, & quicquid ſudore hominem reſoluit. Vix quicquam ex his in autumnum non incidit, ſed oriuntur eo quoq; tempore febres incertę, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes, quàm Gręci φθίσιν nominant: urinæ difficultas, quam
C στραγγουρίαν appellant: tenuioris inteſtini morbus, quem εἰλεόν nominant. Fit item lenitas inteſtinorum, quæ λειεντερία uocatur, coxę dolores, morbi comitiales. Idemq; tēpus & diutinis malis fatigatos, & ab æſtate tum iam proxima preſſos interimit, & alijs nouis morbis cōficit: & quoſdam longiſſimis implicat, maximéq; quartanis, quæ per hyemem quoque exerceant. Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet, cuiuſcunq; ea generis eſt, quamuis uarijs rationibus nocet. Hyems aūt capitis dolores, tuſſim, & quicquid in faucibus, in lateribus, in uiſceribus mali contrahitur, irritat. Ex tempeſtatibus aquilo tuſſim mouet, fauces exaſperat, uentrem aſtringit, urinam ſupprimit, horrores excitat, item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen corpus ſpiſſat, & mobilius atq; expeditius red-

dit. Auster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolores mouet, & aluum soluit, totũ corpus efficit hebes, humidum, languidum. Cæteri uenti quo uel huic, uel illi propiores sunt, eo magis uicinos his illis'ue affectus faciunt. Denique omnis calor, & iecur, & lienem inflammat, mentem habetat, ut anima deficiat, ut sanguis prorũpat, efficit. Frigus modò neruorũ distentionem, modò rigorem infert, illud σπασμὸς, hoc τέτανος, Græcè nominatur: nigritiem in ulceribus, horrorem in febribus excitat. In siccitatibus acutæ febres, lippitudines, tormina, urinæ difficultas, articulorũ dolores oriuntur. Per hymbres longæ febres, alui deiectiones, angina, cancri, morbi comitiales, resolutio neruorũ, quam παράλυσιν Græci nominant. Neque solum interest, quales dies sint, sed etiam quales præcesserint. Si hyems sicca septentrionales uentos habuit, uer autẽ austros & pluuias exhibet, ferè subeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in molliotibus corporibus, ideoque præcipuè in mulieribus. Si uerò austri, pluuiæque hyemem occuparunt, uer aũt frigidum & siccũ est, grauidæ quidem fœminæ, quibus dum adest partus, abortu periclitantũ: hæ uerò quæ gignunt, imbecillos, uixque uitales edunt. Cæteros lippitudo arida, & si seniores sunt, grauedines atque destillationes malè habent. At si à prima hyeme austri ad ultimũ uer continuarunt, laterum dolores et insania febricantiũ, quam φρενῖτιν appellant, quàm celerrimè rapiunt. Vbi primò calor à primo uere orsus, æstatem quoque similem exhibet, necesse est multũ sudorem in febribus subsequi. At si sicca æstas aquilones habuit, autumno uerò hymbres austrique sunt, tota hyeme, quæ proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdam etiam tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoque æquè siccus, iisdem aquilonibus perflatur, omnibus quidẽ mollioribus corporibus, inter quæ muliebria esse proposui, secũda ualetudo contingit: durioribus uerò instare possunt & aridæ lippitudines, & febres partim acutæ, partim longæ, & hi morbi qui ex atra bile nascuntur. Quod ad ætates uerò pertinet, pueri, proximique his, uere optimè ualent, & æstate prima tutissimi sunt. Senes æstate, & autumni prima parte: iuuenes hyeme, quique inter iuuentam senectutemque sunt. Inimicior senibus hyems, æstas adolescentibus est. Tum si qua imbecillitas oritur, proximum est, ut infantes, tenerosque adhuc pueros serpentia ulcera oris (quæ ἄφθας Græci nominant) uomitus, nocturnæ uigiliæ, auriũ humor, circa umbilicũ inflammationes exerceant. Propriæ etiam dentientium gingiuarũ exulcerationes, distentiones neruorũ, febriculæ interdũ, alui deiectiones, maximeque caninis dentibus orientibus malè habent. Quę pericula plenissimi cuiusque sunt, & cui maximè uenter astrictus est. At ubi ætas paulùm processit, glandulæ, & uertebrarum quæ in spina sunt, aliquæ inclinationes, strumæ, uerrucarum quædã genera dolentia (ἀκροχορδόνας Græci appellant) & plura alia

A ra alia tubercula oriuntur. Incipiente uerò iam pube, ex ijſdem multæ & longæ febres, ſanguinis ex naribus curſus. Maximéq; omnis pueritia primùm circa quadrageſimum diem, deinde ſeptimo menſe, tum ſeptimo anno, poſtea circa pubertatem periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertati, neq; primis coitibus, neq; in fœmina primis menſtruis finita ſunt, ferè longa ſunt. Sæpius tamen morbi pueriles, qui diutius manſerunt, terminantur. Adoleſcentia morbis acutis, item comitialibus, tabiq; maximè obiecta eſt: fereq; iuuenes ſunt, qui ſanguinem expuunt. Poſt hanc ætatem laterum & pulmonis dolores, lethargus, colera, inſania, ſanguinis per quædam etiam ue lut ora uenarum (αἱμοῤῥοΐδας Græci appellant) profuſio. In ſenectute ſpiritus et urinæ difficultas, grauedo articulorum, & renum dolores, neruorū reſolutiones, malus corporis habitus (καχεξίαν Græci appellant) nocturnæ uigiliæ, uitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, præcipueq; ſoluta aluus, & quę ſequunť hanc tormi
B na, uel lęuitas inteſtinorum, cæteraq; fuſi uentris mala. Præter hęc graciles, tabes, deiectiones; deſtillationes, item uiſcerum & laterum dolores fatigant. Obœſi plerunq; acutis morbis, & difficultate ſpirandi ſtrangulantur, ſubitoq; ſæpe moriuntur. Quod in corpore tenuiore uix euenit.

ENARRATIO.

Saluberrimum uer eſt.) Hippocr. 3. Aph. 9. ἦρ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες. id eſt, Ver ſaluberrimum, & minimè morbis exitialibus eſt obnoxium: ſanè ſi ſuam modò temperiem, genuinam illam quidem & moderatam obtinet; ut & tempeſtiuè in eo pluat, quod eo libro Hippocrates, quem de Aere, locis & aquis uulgò appellant, docet: & nec æſtu flagret, nec frigore rigeat. Nam quæcunq; uſquam de omnibus anni partibus referuntur, ea de ſuam illis natiuam indolem ſeruantibus intelligi omnia debent. Etenim poteſt aliàs ſæpe alterius pars unaquæq; ingenium atque temperantia induere. Quæ tum medicus, tum alius quilibet, qui de rebus ſanè ac ſapienter æſtimare uolet, multò pluris facere debebit, quàm non dicam aſtrorum ſiderumq; poſitus, ſed cæcas iſtas & amentes, quorundā de rebus futuris ex illis nec uiſis, nec intellectis, diuinationes earum rerum futurarum, quæ uel rarò, uel nunquam
C fiunt: & eorum non imminentium, quæ ſola eueniunt. Verùm non ipſi talia, quod aiunt, ſed aſtra mentiuntur. Credo equidem, ſi falli iam ignaros iſtos & errare, in illis etiam mentiri eſt: & è rebus conſtantiſsimis firmiſsimisq; incōſtantia, incerta, dubia, uana omnia prædicere, editis in hoc etiam libellis, mentiri, decipere, fallere non eſt. Sed non hic tantum iſti extra ſuæ profeſsionis ac medicinæ ſepta proſiliunt, dum pulcherrima aſtrologia atq; aſtronomia ſpurciſsimè indigniſsimeq; abutuntur: ſed multis alijs item nominibus ſuam artem ac diſciplinam, cùm longam ſatis, tum ſatis difficilem, in qua ſolum & perpetuò deſudando uerſarentur, & è rebus tantum euiden tibus atq; conſpicuis ualetudinem, ac ſalutem corporis humani ſummo ſtudio, conſilio, ſolertia, prudentia ſemper aucupantē, proſtituunt: idq; uel die bus faſtis atq; nefaſtis, quod ædilium eſt, denunciandis: uel nundinis, quod uiatorum ac pretorū eſt, indicendis: uel equorū nundinationibus, quod agaſonum eſt, publicandis: uel marinorū æſtuum fluxibus, quod nautarum eſt, deſcribēdis. Quæ & quilibet è uulgo ſæpe faceret melius, & certè leuius hic

isti tamen, quam in illo prædicendi ac uaniloquentiæ munere delinquunt. A
Possim hic multo longior esse, si & medicũ quid deceat, & quid omnes mortales ex aere cœloq; in corpore bene gubernando, animaduerrere & obseruare oporteat, ostendere uelim. Nam & temporũ aerisq; graues & magnæ mutationes, & cõcursiones siderũ pleræq; excellenres atq; constitutæ, tantã uim, quantã uerbis exprimere nõ facile sit, omnino obtinẽt: ne quis eam me rem certã ac ueram cõtemnere, ac pro nihilo putare, aut uelle eleuare existimet, quam agnoscendã obseruandamq; diligennissime omnib. scio & pronuncio: sed uereor ne hæc quoq; nimis multa, quamuis & uerissima, & ab eo loco ac libro, quem tractamus, nõ aliena, quibusdam qui hoc uaticinãdi nomine potissimũ & nomen & gloriã consectantur, dixisse uidear. Et dixi hæc pauca profectò unius medicinæ fauore, & singulari studio ductus: nõ odio cuiusquã, aut inuidẽtiæ stimulo, aut lædendi ullius libidine impulsus.

Proxima hyems.) Nam sunt, quod 1. Aph. 15. scriptũ ac testatũ reliquit Hippocrates, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. id est, Ventres penetraliaq; corporis hyeme sunt & uere natura calidissima. Quod eo modo nunquam non corpori bonum esse potest.

Periculosior æstas.) Hippocr. 1. Aph. 18. θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσιν. id est, Aestate & autumno cibũ difficillimè homines ferũt. Quod & uirium impotentiæ & caloris à natiuitate penitus insiti & inhærentis infirmitati præcipuè tribuendum & imputandum est. Quanquã autumnus alijs B
quoq; de causis lõgè perniciosissimus efficitur, quas ijs cõmentarijs quæ in primũ Celsi, ac de Tuẽda ualetudine librũ cõscripsimus, planius effecimus.

Autumnus longè periculosissimus.) Hippocr. 3. Aph. 9. ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νόσοι καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν. id est, Autumno morbi acutissimi & omnino exitiosissimi accidunt.

Ex tempestatibus optimæ æquales.) Hippocr. 3. Aph. 8. ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσιν ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νόσοι γίνονται. ἐν τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. id est, In temporibus constantibus si tempestiuè tempestiua reddantur, morbi constantes & iudicatu faciles fiunt. In inconstantibus aũt inconstantes, & qui difficulter iudicantur. hoc est, Vbi anni pars omnis moderata est, nec à ratione cœli sibi debita multum abscedit, quumq; suo tẽpore atq; opportunè pluuiæ, uenti, serenitas, calor, frigus, ut decet eueniũt, tum morbi stabiles & quieti, minimeq; uel uarij, uel enormes accidunt, & iudicia exitusq; sortiuntur mitissimos: sin ualde immutent aut turbent eximiè anni tempora, tum inquietas ægritudines & atroces & multiplices periculosasq; progenerant. Nam quod 3. Aph. 1. Idem tradit Hipp. αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι τὰ νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως. id est, Mutationes tempo
rum maximè pariunt morbos, & in ipsis temporibus magnæ uarietates seu C
frigoris, seu æstus: cæteraq; congruenter hoc modo. Pulchrè autem ad hanc rem illustrandam facit, quòd Hippocrates libro de Diæta primo, de fabris ferrarijs igniuicisim & aqua ferrum domantibus recẽset, quodq; de fullonibus multo attritu pannum, & calcatu, multaq; & supplosione & maceratione mollientibus cõmemorat. Crebræ enim & ualidæ illæ commutationes nemo facilè dixerit, quàm res etiam firmissimas debilitent atq; confringant. Id quod in ferro, in metallis, in saxis si ualet: quid non in imbelli hominis corpore aeris & cœli uentorumq; uehemẽs mutatio & uiolentia, ac multo etiam magis, ualebit & efficiet?

Sed ut eo tempore id maximè fit, ita, &c.) 3. Aph. 4. ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὅτε μὲν θάλπος, ὅτε δὲ ψῦχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. hoc est: Per tempora quandocunq; eodem die modò calor, modò frigus accidit, autumnales expectare morbos decet, nempe summè exitiosos & inconstantes, exitusq; planè perniciosi.

Meliores

A *Meliores pluuij, quàm nebulosi, aut nubili.*) Nebulæ tum rerũ unde euolant spur-
citie, tum quia immotæ proximeq́ terram incumbunt, ferè putidæ sentiun-
tur. Nubes & crassiusculæ sint oporter, & quiete, quantam aer quidem tole
rare ac sustinere potest, ut contaminentur necesse est, duntaxat quæ neq́ in
pluuiam resoluuntur, neq́ ui solis ac uentorum dissipantur. Pluuiæ non mo
dò è purissimis aquaticarum rerum partibus ferè oriuntur: sed etiam uento
rum cõcussione, suoq́ lapsu depurgantur. Vt ne interim cõmemorem, Hip
pocratem libro quem de Aere, aquis & locis uocant, nebulas nubesq́ è tur
bida et caliginosa uaporũ portione enasci, pluuiasq́ è partibus mundis pro-
duci existimare. Id certè prætermittere, quin hic addam, non possum: ut est
æqualitas moderata & suo tempori consentanea tutissima, ita esse quamli-
bet ingentem uarietatem, & subitam omnẽ seu serenitatis, seu nebularum,
seu uentorum, seu deniq́ cuiuscunq́ tempestatis eo perniciosiorem, quo ci-
tius uiolentiusq́ uel uariauerit, uel incubuerit.

Optimiq́, hyeme qui omni uento uacant.) Ne uidelicet uel frigidis uentis brumæ
frigus nimis intendatur, neu calidis hyemis mador cõspurcet: sic enim Hip
pocrates libro de Aere, aquis, & locis, eam hyemem salutiferam ducit, quæ
& moderata sit, & neq́ clementia, neq́ sæuitia frigoris exuperet.

Aestate quibus Fauonij.) Fauonios hic mites omnes uentos intelligã, qui ad-
B uersus æstatis calorem flatulum blandè faciant. Non occidentales illos tan-
tum, quos Græci zephyros appellant. Licet enim sint hi plerisq́ in locis &
mitissimi, & rerũ omnium uitæ iucũdissimi, ex quo & nomina Latinis Græ
cisq́ sumpserunt: sunt tamen ipsi nobis frequenter pluuij, & parum propi-
tij. Ego summo in æstu aquilones, etesias, apheliotes, euros desiderem: sum
mo uerò in frigore uel à flatibus silentium, uel clementem fauoniorum aspi-
rationem concupiscam.

Salubriores septentrionales.) Flant à septentrione apatotiæ, boreæ, circij, uen-
ti facilè omnium saluberrimi, quod ab euentibus & morbis ipsorum mode-
ratissimis disci potest. his proximi, subsolani atq́ euri sunt: nisi quod calo-
re isti per æstatem, sicut frigore nonnihil per hyemem nobis exuperent. Au
stri uerò seu noti, suprà quàm credi possit, corporibus humanis animisq́ in-
commodant, & sunt facilè omnium maximè pestiferi.

Sic tamen, ut hæc interdum regionum sorte.) In quoq́ loco partim spectandũ est,
ecqua is parte, mare, lacus, paludes ingẽtes aut stagna respiciat, quòd illinc
& nebulæ, & uenti, & nubes pluuiæq́ putidissimæ oriantur: partim, ecqua
campi, colles, montes, ualles sint. E campis enim mundissima euaporant:
è collibus ac montibus perflatissima, è uallibus spurcissima expirant. Atq́
ut paucis uniuersa complectar, cuiusq́ regionis tractui, ac cœli soliq́ omnis
ingenio, sui perpetuò respondent uapores atq́ exhalationes: his deinde nu
C bes, uenti, pluuiæ, aer totus circumfluus, cæteraq́ similia. Nam è calidis, fri-
gidis, probis, improbis, putris, putidis locis, similia semper enascũtur. Adeò
ut auster mare egressus summè pestilens sit, quia calido humidoq́ aere im-
buitur, & Libycis idem sit æstu & ariditate infestus, & antarcticis borearum
uim exhibeat: quod de cæteris item uentis eodem modo censeri debet, ut ui
res ipsorum pro locis, è quibus, & per quæ commeant, assiduè cõmutentur.

Neq́ solum in bono tempestiuo.) Aeris uel probi, uel grauis quanta uis sit & effi
cacia in cuncta ualetudine, & primo libro de Sanitate docui, & dicam hoc
secundo paulo pòst iterum. habet siquidem, quod libro de Natura huma-
na scribit Hippocrates, corpus humanum semper & bilem utranq́, & san-
guinem, & pituitam: sed quæ pro temporis præsentis ratione assiduè & cre-
scant inuicem, & diminuantur.

Sed priores morbi quoq́.) Eo libro quẽ de Humana natura scripsit Hipp. Qui-
cunq́, inquit, morbi hyeme augescũt, æstate desinere solent: at qui æstate au
gentur, hyeme finiri cõsueuerũt, nisi certo dierũ circuitu discedat. Et qui sub

uer oriuntur, ij ut sub autumnũ migrent, expectandũ est. Atq; autumnalium A
exitus uerno tempore sperari debet. Quæ tempora quicunq; morbi trãsgre
dientur, annui demũ futuri sunt. Nec id sanè immeritò: nam qua cœli tempe
state ægritudo debilitasq; nata est, eius contraria intereat, uel non opposita
duret, trahatq; necesse est: nisi medicinæ opera atq; arte, diuersa contrariaq;
molientis, antè depellatur.

Aetas media tutißima est.) Aetatem mediam uocat τοὺς γέροντας καὶ τοὺς καθεστη-
κότας, hoc est, senes, & qui ætatem constantem agunt: nempe quicunq; inter
senectute confectos, id est, eos qui sexagesimũ ætatis annum superauerunt,
& inter iuuenes, qui quintum annum supra trigesimũ excesserunt, medij in-
tercedunt. Non quòd ij profectò soli mediũ omnium ętatũ ad unguem ob-
tineant: sed quòd calidissimarũ frigidissimarũq;, nempe iuuentæ quæ sum-
mo calore, & senectutis quæ maximo frigore infestatur, in medio sint cõsti-
tutæ. Nam iuuentæ iam nomine etiam adolescentiam cõplectimur, & sene-
ctutis, eam tantũ quæ iam senio conficitur: sic enim & primo libro ijs uoca-
bulis idẽ usus est, & rerũ hîc tractatio capi postulat. Verùm enimuero haud
scio ꝙ cõgruenter ueritati, mediã hanc ætatẽ tutissimã pronunciet: si enim
temperię species, optima iam sit pubertas necesse est, & quę pubertatis pars
est adolescentia, calidi uidelicet naturalis fœcunda, & humoris puerilis ari-
ditatisq; iuuenilis atq; insequentis omnis ætatis uacua. Constans uerò ætas, B
& quæ hanc proximè excipit uiridis senecta, nimia ariditate squalescit, & ca
lore genuino iam cõtabescit. Est igitur adolescentia non solũ optima, sed &
tutissima, si ariditatis humorisq; ægritudines, atq; adeò uires etiã practicas,
quas καθ' ὁρμὴν appellant, quòd uoluntatis imperio subijciantur, consideres.
Sin prudentiam, grauitatẽ, consilium cuiusq; ætatis pariter & caloris mitita
tem animaduertas, uidebis Celsi mediam nec iuuenũ acutis morbis, nec se-
num longis æquè capi solere. Cauent nanq;, quàm iuuenes, melius, nec pe-
rinde facilè corpora inflãmantur: senibus, si nõ cauent prudentius, certè fri-
gidis longisq; ægrotationibus & minus multo corripiuntur, & facilius libe
rantur. οἱ πρεσβύται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον, ὅσα δὲ αὐτέοισι χρόνια νοσήμα-
τα γίνεται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. id est: Senes iuuenibus magna ex parte mi-
nus ægrotant. Quicunq; uerò in ipsis fiunt morbi diuturni, ij ferẽ cõmorium
tur. Certè libro quem de Morbis inscripsit, iuuenum tum calori, tum robori,
tum imprudentiæ tribuit idem Hippocrates, cur morbis ex incautis labori-
bus, quàm senes, frequentius infestentur, & tristius ægriusq; eripiantur. Et
Cicero in Catone, disertè idipsum in illis incusat: horum itaq; amborũ æta-
tem mediam, quàm à priorũ uitijs procul abest, tam à posteriorũ quoq; mor
bis dissidere consentaneũ est. Quando & iuuenũ firmitas ipsorũ temeritate
& incontinentia superatur, & senũ consilia corporis infirmitate opprimun
tur. Media uerò inter hæc ætas nec animi prudentia, nec membrorũ robore C
caret. Nec perinde feruet ac iuuenum, nec alget ac senum temperies. Quare
minus lentis, & minus quoq; acutis premitur ægritudinibus.

Longis morbis senectus.) Ad sententiam id spectat illius Aphorismi ẽ libro se-
cundo, quẽ modò protulimus, Senes iuuenib. magna ex parte minus ægro
tant. Quanq; sunt alij, qui id de acutis solũ cum Celso intelligũt. Nam in ge-
nere profectò defendi de omnib. morbis, si primùm senũ prudentiã, deinde
Hippocratis ætatẽ conferas, facilè etiã potest. Acuti aũt aut longi morbi qui
sint, & Celsus libro tertio docet, & Hippocrates libro de Victus ratione: In
acutis sunt, inquit, acuti, quos ueteres nominauerũt pleuritidem, peripneu-
moniã, phrenitidẽ, et febrẽ ardentẽ, & alij morbi, quicunq; illorũ participes
sunt: quorũ febres omnino cõtinuæ quũ sint, interimunt, idq; intra dies ferè
quatuordecim. τὰ ὀξέα, ꝗd 2. Aph. 23. habet Hipp. τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσα-
ρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι. Verùm sunt ista tantũmodo de simplicirer acutis appella-
tis dicta. Nam acuti nõ simpliciter, ut uocãt, uigesimo die lõgissimè finiunt.

At

A At acuti ex κατάπτωσι, hoc est, ex translatione degenerationeque summum diem habent quadragesimum. Supra quem quicunque proferuntur, iam longi sunt reuera, & nominantur: etsi eadem uoce etiã quicunque intra dies quatuordecim non reliquerint, sæpissimè continentur. Illud perpetuum est, acutos omnes è calida materia, nempe sanguine aut bile, quæ primis ætatibus: præcipueque adolescentia & iuuenta crescunt & abundant, oriri: quemadmodum longos è frigidis humoribus, pituita aut melancholia, quæ consequentibus annis maximè infestare consueuerunt, generari.

Corpus autem habilißimum.) Habilissimum id efficit & declarat, quod habitu præstantissimo præditum: habitũ porrò uocamus uniuersam corporis molem, certa proceritate & crassitudine constantem, quam seclusis humoribus, carne & ossibus, & quibus hæc ipsa nectũtur & cohærẽt, metimur. Quadratũ uerò dicit, neque proceritate enormi, neque breuitate deforme, et cuius crassitiei longitudo membrorũque omnium analogia ac decora proportio respondet: qualis maximè est eorũ qui in his rebus mediũ quoddam obtinent, pręsertim ἐν συμμετρίᾳ τε καὶ κάλλει τῶν τοῦ παντὸς σώματος ὀργάνων, id est, in instrumentorum cũcti corporis proportione quadã, & pulchritudine. Cæterùm gracile idẽ ualet, quod teneritudine ac macilentia contractũ: obœsum, quod crassitie ac pinguetudine distentum. Illud ferè calorem edacem, hoc corporis
B frigus comitatur: si modò illud hirsutum, hoc etiam glabrum sit.

Nam longa statura.) Hipp. 2. Aph. ult. μεγέθει δὲ σώματος, ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀειδές, ἐγγηρᾶσαι δὲ δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων. hoc est: Corporis proceritas iuuentæ quidem nec illiberalis, nec indecora est: senectæ uerò parum utilis, & breuitate deterior. Quoniam gibbositatis, & incuruæ ceruicis, ac molestæ celsitudinis demum rationem corpori præbet.

Gracile corpus infirmitate.) Raritate & teneritudine habitus delicatũ, externisque offensionibus summè obnoxiũ, gracile corpus efficit. Obœsum, pigrũ, deses, brutũ, cùm ad honesta uitæ omnia munia inutile, tum noxis intrinsecis affine crassitie sua, et abdominis adipisque mole reddit. Atque utrisque mens ac animus suus congruit. Crassa siquidẽ Minerua, pinguisque, corpus obœsum sequit: præsertim si qui pręterea gastrimargia, quos γαστριμάργους Aristoteles uocat, aut si δι' οἰνοφλυγίαν τὸ τοῦ σώματος πάχος, id est, uinolẽtia corporis grauitatem sibi accersiuerint, quos ἀσκούς, hoc est utres, & γάστρωνας, uentresque, & gulæ tantum atque abdominis mancipia quędam, uerissimè nuncupaueris. sed longius à re proposita discedo.

Vere tamẽ maximè quæcunque humoris.) Humorũ motione fiunt febres intermittentes, ἀποστήματα, tumores præter naturã, abscessus. Nempe sanguinis per totũ corpus æstuoso fluxu febres cõtinuæ, in partẽ aliquam decubitu inflãmationes excitantur: flaua bilis si in corporis habitum citra putredinẽ dif-
C funditur, aurigo ac regius morbus: cum putredine, tertiana febris nascitur: si in quamlibet partem defluxerit, herpes: si sanguis siue tenuis, siue biliosus, erysipelas oritur. Atra bilis, si per cuncti corporis membra spargitur, sine putredine elephantiasim parit: si putredine affecta, quartanam febrem gignit: si in certam partem coaceruetur, carcinoma: si per omnem cutem diffunditur, uitiliginem nigram apportat. Pituita per totum corporis habitum cõcepta, nulla præsente putredine, aquã inter cutẽ, quã Græci hydropa uocant, adfert: putrefacta, quotidianã. Certę corporis parti adfixa, œdema: si tenuis, liquidaque, aut flatibus distenta sit (nam crassa scirrhum producit) cuti subiectæque carni illita uitiliginẽ albã creat. Denique serosa corporis substãtia, cuiusmodi aliàs lotijs, aliàs sudoribus excidere solet, in corporis habitu si putris subsistit, febrẽ quotidianã: sin nõ putris, leucophlegmatiã, siue anasarcã, ac hydropa per uniuersum corpus diffusam generat. In cute uerò modò pustulas, modò pruritũ, eo peruicaciorẽ, quo in carnẽ altius cõsederit, aut crassior fuerit. Cæterùm ut brumæ frigus suo foris contactu cutem contrahit, densat,

densat, stipatque, & humores omnes intrò pellit, cogitq́: ita uer sua clementia & suaui ac dulci calore cutem corpusq́ totum aperit, & quasi è carceribus humores euocat, & ad se foràs elicit, præcipueq́ omnium sanguinem, qualicunq́ eum demum humore alio imbutam reppererit. Vnde sicubi pars ulla eximiè imbecilla est, tumor protinus in ea pro humoris natura enascitur: sin totum uincitur corpus, febris, aut quicquid cunctū corpus afficiat, incenditur, non ueris profectò malignitate aut uiolentia: sed eo, quodcūq́ infirmissimum est, motioni illi, & tanquā tempestati succumbente. Hippocrates libro de Aere, aquis & locis appellato: Vnà, inquit, cum temporibus uentres in hominibus commutantur. At uere, quod libro de Natura humana docet, sanguis summè affluit, æstate bilis flaua, autumno atra, hyeme pituita: eoq́ ijs temporibus, qualia ex quoq́ genere produci maximè & consueuērunt, & ostendimus, ebulliunt: si non uictus antecedentis præsentisq́, & corporis natura exercitijq́ ratio aliud effecerit. Nec uerò inflammatio solum, quocūq́ sanguis appulerit, nominatur: sed cerebri phrenitis est, aut deliriū, gutturis angina, gurgulionis uua, costas subcingentis mēbranæ pleuritis, pulmonis peripneumonia, oculorum ophthalmia atq́ lippitudo, glandularum phyma, artuum pedum podagra, manuū chiragra, omnium in toto corpore arthritis. Similiterq́ atra bilis in cerebro melancholiā, eademq́ aut pituita uel epilepsiam, uel apoplexiam, uel coma, uel cataphoram, uel lethargū, pro copiæ ac decubitus humoris ratione efficit. Eademq́ alijs locis ac sedibus, quomodo & reliqui humores, aliā uim & appellationē sortitur.

Ergo tum lippitudines.) Hippocrates 3. Aphoris. 20. τοῦ μὲν ἦρος τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ λέπραι, καὶ βῆχες, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα καὶ ἀρθριτικά. id est: Vere insaniæ, & biles atræ, & morbi comitiales, & sanguinis fluxiones, & anginæ, & grauedines, & raucitates, & tusses, & lepræ, & impetigines, & alphi, & pustulæ ulcerosæ plurimæ, & tubercula, & morbi articulates proueniunt. Hippocrates neq́ lippitudinū meminit, neque abscessuum corporis, quæ ἀποστήματα Græci uocant: nisi hæc in φυμάτων uoce comprehendi putemus. Cum phyma propriè inflammatio quædam glandularum sit, quę citò augetur, & ad suppurationem accelerat, id quod Celso alicubi tuberculum dicitur. Apostemata, siue abscessus, quū materia, quæcunq́ tumorem excitat, extra musculi carnem propulsa, à subiectis continentia separat ac diducit: cauoq́ spacio in medio relicto & substantiam quampiam uel spiritalem, uel humidam, uel ex utrisq́ mixtā comprehendente, quæ mox temporis diuturnitate, plerunq́ in uarias ac multiplices res commutatur: uulgus exituram nominat. Celsus è diuerso neq́ tussium, neque leprarum, neque impetiginum, neq́ alphorum mentionem ullam facit: ut neuter omnia enumerasse uitia, quæ humorū motu concitantur, nec uerò uterq́ alterius omnia dixisse uideatur. Verùm ita, ut exemplis rursus utriusq́ omnia utriq́ dicta esse facilè cognoscantur. Nam si insaniam uer, aut anginam adfert, cur non & lippitudinē, & phrenitim, & pleuritidē, & inflammationē quamlibet, & stultitiam quoq́, & amentiam, & delirium conciliet? Rursus si pustulas, si abscessus, si articulorū cruciatus creat, quare non cutis etiam illa uitia, alphos, uitiligines, lepras pariat? Si raucitatem, cur non & raucitatis parentē destillationē? si hanc, quamobrē nō prolem? maximè quū Celsus etiā dixerit: Vere quæcūq́ humoris motu nouantur, in metu esse: generatim certè hic omnia quæ dici poterant cōplexus, id quod statim exemplis, nō omnibus quidem, quod longū ac superuacaneū fuisset, ne dicā etiam ineptū, ac fastidij plenū, sed paucis, sed aptis, sed sufficientibus illustrans: nisi fortassis Hippocrates plerisq́ omissis, quæ addi poterant, ueniam mereт, quæ eodē modo delinquēti Celso denegabitur. Quam ego nūc defensionē semel hoc loco necessariā, infinitis alijs ualere, ac multo sæpe etiā magis

A magis censeo debere. Porrò lippitudo sic oculi est inflãmatio, uti est angina gutturis: utraq; sanguinis illuc cõmoti, sicut est omnis inflãmatio, soboles. Bilis autem atra humoris eius, unde in cerebro generatur, suo nomine indicium facit: qui si frigidus est & feculentus, terroris, metus, odij, tristitiæ, ac pertinaciam & sæpe ridicularum imaginationũ plenam melancholiam adfert: sin ille calidus est & retorridus, θηριώδης atq; immanis, planeq; & delira & phrenetica capitis affectio producitur. Insania si ferox est, bilis: si mitior, sanguinis in capite uitio, fit atq; inflãmatione. Morbus comitialis, qui & Sacer, & Herculeus, & Magnus, & Lunaticus, & Brutus, & infantilis dicitur, existit melancholico aut pituitoso humore in uentriculũ cerebri, uel medij, uel postremi meatus illabente, è quibus naturæ ui protinus expellitur. Grauedo humoris à capite, defluxione in nares fit. Quæ si in asperam arteriam concideret, raucedo: si in pulmonem, tussis: si in os, iam destillatio uocaretur. Morbi articulorũ sunt, podagra, chiragra, gonagra, arthritis, ischias: qui omnes & earum partium debilitate, & humorum redundantium collapsu oriuntur: & elapsu, uiribusq; redintegratis, intereunt.

Hi quoq; morbi qui in articulis.) Hippocr. 6. Aph. 55. τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. id est, Podagricæ affectiones uere & autumnõ magna ex parte cõcitantur. Breuius Hippocrates, angustiusq;, prolixius

B eandem sententiam ac plenius Celsus protulit. Pedum ille, hic articulorum: ille neq; neruorum neq; interstitiorum, hic amborum non sine causa meminit. Nam & cæterorum artuum iuxta ac pedum cruciatus per uer & inclinatam hyemem recursare consueuerunt, & neruorum quoq; tormenta, atq; eorum interuallorum quæ inter articulos cõtinentur, incrudescere solent. Conuulsiones, distentiones, tremores, certa membra repetere cernuntur. Adde huc, podagricos esse dolores quosdam, atq; adeò neruorum etiam, qui nunquam dimittant, & esse per autumnum aut ineunte hyeme aliásq; excitatos qui totam uitam infestent. Rursusq; hoc mihi considerato, non uerno tempore solum inchoare quæ diximus: sed æquè, etiã quouis tempore, pro corporis subiecti humorumq; quibus premitur ratione semel iterũq; ac sæpius recurrere, uarieq; nunc mitius, nunc atrocius, modò longius, modò breuius cruciare & desinere. Vt sit quod uterq; alteri attulisse uideatur, & utriusque nos amplectamur omnia.

At æstas non uacat quidem.) Hipocr. 3. Aph. 21. τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τούτων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἱδρῶα. id est, Aestate uerò & pleriq; istorum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & uomitus, & alui profluuia, & lippitudines, & aurium dolores, & oris exulcerationes, & pudendorũ putredines, & sudorum

C papulæ. Nam quæ ueri congruunt, æstatis initio, quod ueri & loco & natura proximum est, conuenire par est. Et fieri potest, ut media æstas uernũ aliquid referat: & quę uere futura erant, ut aliquã de causa in æstatẽ producantur. Vt si brumale uer accidat, aut uictu; aut loci natura uitium erupturũ in æstatem coerceatur: febres continuæ humoribus ac causis intra uenas arteriasq; putrefactis oriuntur. Ardentes è bile similiter ijsdem locis succensã nascuntur. Nam si extra uasa id illa patiatur, iam tertiana & interpolata efficitur. Bilis itaq; quum per æstatẽ summè redundet, nihil miri uideri debet, si quæ modò dixi in humanis corporibus excitet. Quartanas Celsus in autumnũ, nõ nullo iudicio consilioq;, nec malè relegauit. Nam & rariuscule hic fiunt, & factæ breui finiuntur: fiunt nihilominus tamen. Vomitus autẽ bile uentriculi orificiũ sollicitante, & alui deiectiones eâdem intestina corrodente euenire frequens est. At lippitudines quas Celsus hinc in uernum tempus transtulit, ut ibi reliquis inflammationibus conuenienter adijciuntur, sic bilis pũctura calidiq; sanguinis ustione iam commoueri possunt: quanquam

aures magis ea tentare solent, quòd per eas natura bilem cuncti capitis ex- A purgare docta est. Quarũ idcirco sordes amarescere rectum est, quemadmodum dulcescere summè malum. Celsus quoque auriculas appellare non dubitauit, utcunque eas grammatici quidam mutorum tantum animantium, ut aures hominum esse, nullo iure statuerunt: sequuntur deinde oris ulcera, quæ è stomachi bile atque aliarum quoque partiũ frequenter accidunt. Verùm cancros, nescio quo iudicio pro putredine posuit, quum neque obscœnarum partium omnis putredo protinus cancer sit, neque cancer omnis putrefactionem cõiunctam habeat. Et si quando fortasis habet, iam saniem quouis ueneno uirulentiorem, & longè lateque sic depascentem omnia, atque absumentem, ut nulla arte compesci aut cicurari queat, fœdissimè eructat. Quocirca ut æstate ac maximè autumno cancros tum alibi in partibus nõ pudendis, tum his quoque obscœnis euenire non negauerim: sic putredinem sæpius in ijsdem accidere sine cãcris seu occultis, seu exulceratis existimauerim: fit enim cancer ex humore melancholico, & tanquam sanguinis fece crassissima, quæ autumno plurima est, uti est æstate bilis feruentissima: sic ut æstate ferocissimos nasci, & autumno plurimos ac pertinacissimos, rationi cõsentaneum sit, maximè si cui tum mariscarum purgatio pariter intercepta sit: sunt tamẽ omnino crudelissimi, qui à bile adusta originem trahunt, quæ desinente æstate æquè ac autumno plurima habetur. Putredo porrò non solum exulce- B rantes cancros et alia similiter includere potest: sed & mitioribus initijs oriri illis ipsis in partibus sæpe solet. Quomodo hydroa, sudorumque papulæ multis sudoribus uel biliosis, uel mordacibus genitæ, nullo præsidio adhibito, candidis squamulis tantum relictis, in pueris maximè & iuuenibus per se euanescere conspiciuntur. Celsus postremò obscura periphrasi non tam hydroa papulasque circuire, quàm ea omnia quæ sudore copioso excitato corpora humana resoluunt, designare uoluisse uidetur, non sanè exercitia, labores, amictus, stragula, quæ hoc maximè tempore plurimum sudoris elicere consueuisse nemo est qui inficiabitur, sed certas affectiones quæ sudore plurimo siue inchoent, siue desinant, hominem mirum in modum infirmant.

Vix quicquam ex his.) Hippocrates 3. Aphoris. 22. τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλά, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοί, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικά, καὶ τὰ μελαγχολικά. hoc est: Autumno uerò æstiui quoque multi fiunt morbi, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes magni, & hydropes, & tabes, & urinæ stillicidia, & intestinorum læuitates, & dysenteriæ, & coxendices, & anginæ, & anhelationes, & uoluuli, & comitiales morbi, & insaniæ, & atræ biles. Cur autumnus sit æstiualium ægrotationum particeps, & ipsius quoque uitiorum insequens hyems, ex ijs quæ paulo suprà docui, cognosci licet. Quo enim modo ac no- C mine uernis æstas morbis contaminatur, eodẽ penitus pacto pars anni consequens omnis, antecedentis ualetudine laborat: febres autem incertas temporis inconstantia parit, de qua suprà proditum est. At lienis tum dolor, tum tumor fit, ex humore eius melancholico, huic tempori unicè accommodato, & iam, si quando aliás, in animantibus plurimo. Tabes ab exulceratione pulmonis, & acribus humoribus illum erodentibus existit, quos autumnus partim ab æstate, partim à sua ui & intemperie accipit. Vrinæ difficultas (sic enim Celsus στραγγουρίαν non hoc tantum loco peruertit) ab acribus item & mordacibus humoribus assiduè uesicam irritantibus, aut eius certè impotentia, quam aeris incertitudo maliciaque conciliat, generatur. Tenuioris autem intestini morbus Latinè uoluulus, Græcè εἰλεός nominatur. Est enim εἰλεῖσθαι, circumuolui. Præceps in hoc & uitæ mirè uiolenta noxa excitatur. Lienteria escarum potionumque incontinentia est, quum protinus, quemadmodum quæque res assumpta est, per aluum reijcitur. Coxæ dolores coxendices, partis quæ

A tis quæ affligitur nomine etiam appellamus. Atque hæc omnia uitia, cæteraq; consimilia, uel temporis huius imparitate orta homines fatigant, uel humoribus iam retrò, contrà atque uere fit, ui frigoris repulsis exiliunt: facit enim subita ea dimotio, ut & uernæ rursus ægritudines propè omnes, & quæcunque uel adustis, uel è crassis proferuntur humoribus, iam ualde corripiant: ut sunt comitiales & articulorum morbi, ut insaniæ, ut atræ biles: quos nihil mirarer à Celso omissos esse, quippe præter comitiales, ueris quoque comites uernos magis, si dysenteriæ duntaxat & asthmatis com meminisset: quum illa ab retorridis atq; mordacibus humoribus, iam nunc præteriti temporis uel maximè progeneretur: & hoc ab humorum crassorum in pulmonem coactorum multitudine producatur. Sed noluit Celsus superstitiosè omnia quæ fierent, aut Hippocrates tradidisset, percensere: summam perniciem ac pestilentiam huius temporis, cuius antè causam tradiderat, aliquot exemplis aperuisse contentus. Nullo enim tempore plures mortales opprimuntur morbis, nouis, ueteribus, lentis, acutis: nullo tempore latius atrociusq; grassatur pestilentia, nullo tempore implicantur homines, si hyemem solum excipias, ægritudinibus peruicacioribus. Neque enim quartanæ modò, quæ nunc inuadunt, quàm æstiuæ, longiores sunt: sed & cuncti morbi, cuiuscunque demum illi generis sunt, longius
B protrahuntur.

Hyems autem.) 3. Aphoris. 23. Hippocrates, τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, λήθαργοι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, πόνοι πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι. id est, Hyeme uerò pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, grauedines, raucitates, tusses, dolores pectorum, laterum, lumborum, capitis, uertigines, apoplexiæ: haud facilè dixerim, utrum Hippocrates'ne, an Celsus plura complexus sit. Numero uincit Hippocrates: Celsus grauitate præponderat. Celsus nihil alibi dictum repetit: facit id nòn hoc tantum loco, ac rectissimè Hippocrates. Viscerum aut faucium in Hippocrate nullum factum uerbum est: Pectorum aut grauedinis in Celso quoque nullum. Nam lethargum, uertigines, apoplexias, capitis doloribus subijcere licebit. Et ad tussim, raucitatē referre, ac peripneumonias quoq;, licitum erit: quemadmodum sub laterum dolore pleuritidem & lumborum tormenta complecti, absurdum ualde non erit. Quæ si quis ita parum probabit, uitia certè utriusque omnia uel frigori brumali, uel humori imputari poterunt ac debebunt: quomodo & si quæ sunt, quæ neuter annumerauerit, consimilia.

Ex tempestatibus aquilo.) Tempestas hoc loco idem ualet ac efficit, quod uentus ac cœli ratio, ex effectu causa ut declaretur. Hippocrates eandem sententiam 3. Aphoris. 5. his uerbis expressit: ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραί, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ,
C τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή. id est, At si aquilonia fuerit constitutio (aeris) tusses, faucium affectiones, alui duræ, urinæ difficultates, horrores, costarum dolores ac pectoris: si quando hæc dominatur, eiusmodi in morbis expectare oportet. Et 3. Aphoris. 17. αἱ καθημερινὰι καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ μᾶλλον πονέουσιν. hoc est: Quotidianæ constitutiones aquilonares corpora quidem condensant, & robusta, & ad facilem motionem idonea, & bene colorata, & meliore auditu prædita reddunt, & uentres reficcant, & oculos mordent, & circa thoracem si quis antè dolor fuerit, magis intendunt. Celsus ea quæ recenset, aquiloni asscribit. Hippocrates non protinus aquilonibus, seu boreis spirantibus, superiora quæ enumerat, euenire docet: sed altero loco, si multis illi continuò diebus: altero, quod idem ualet,

si quàm cæteri uenti crebrius ualidiusq; ac diuturnius spirauerint, quæ cum-
que enumerat accidere, significat. Nam si quę usquã alijs tum anni partibus A
omnibus, tum uentis cœliq; constitutioni tribuuntur, ea in ipsis tum solum,
si & indolem natiuam & temperiẽ retineant, & perpetua temporis amplaq;
spacia possideant, oriri intelliguntur. Nec enim una hirundo, nec uernus
dies unus uer facit: nec borealis dies unicus, aut rarus, aut inualidus, aqui-
loniam constitutionem parit: sed tum hirundines multæ, tum dies uerni
plurimi, tum boreales uenti assidui, firmiq;, primùm cõstitutiones suas, tum
quæcunque eas sequi traduntur, efficiunt. Aquilo sanè, quæ diximus om-
nia, penetrabili quadam pernicitate, & horrifero suo frigore, & siccitate be-
ne mordaci, non aerem solum, sed & corpora humana serenat, cogit, pre-
mit, arefacit, urit, exest, pungit: præcipuéque eas ipsorum partes, quæ uel
frigidæ sunt ipsæ quoque, ut sunt pectus, costæ, uentres: uel teneræ, ut ocu-
li, fauces, latera. Celsus quæ in Hippocrate de robore, de meliore auditu, de
suaui colore memorantur, expeditiore omnia corpore comprehendisse ui-
detur. Oculos quo alio nomine præteritos dicam, quàm quo multa passim
relicta additaq; suprà defendimus, non habeo. Id iure miretur quispiam, pri
mùm in autumno stranguriam, urinæ difficultatem uersam esse, quum uel
uocabuli sola compositione stillicidium urinæ efficere & declarare intelligi
poterat: deinde hoc loco dysuriam, urinæ suppressionem reddi, quæ diffi- B
cultatem notari uel prima uerbi fronte, si quis modò paulùm Græcè sciret,
admonuerat. Ischuria enim est, quum lotium supprimitur: Dysuria, quum
magna ui & dolore redditur. Minus autem graue putari potest, quod dolo-
res lateris, quibus ferè Græcorum pleuritidem Latinè significamus, pro co-
starum doloribus posuerit: quum priores Hippocrates, & quicunque eum
secuti sunt, πλευρίτιδος uocabulo, si qua duntaxat inflammatio commenta
sit, posteriores sine hac πλευρέων ὀδύνας appellare solitus sit.

Auster aures hebetet.) Hippocrates 3. Aphoris. 5. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες,
καρηβαρικοί, νωθροί, διαλυτικοί, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πά-
σχουσιν. id est, Austri auditum grauant, caliginem obducunt, caput grauant,
torpidos reddunt, & uires resoluunt. Eiusmodi in ualetudine aduersa mor-
tales patiuntur, si quando illi diuturniore tempore durauerint. Ac rursus
3. Aphoris. 17. οἱ νότοι διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρη-
βαρίας, καὶ ἰλίγγους ποιέουσιν· ἐν δὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ
τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι. quæ ita uertas licebit: Austri corpora dissoluunt, & hu-
mectant, & grauem auditum, ac capitis grauitatem, & uertigines faciunt.
In oculis autem, & corporibus ægrum motum, & uentres aluumq; hume-
ctant: fiunt hæc austrorum pessima illa intemperie, quæ res omnes hebetat
& obtundit, & pestilentia quadam imbuit. Quoniam nec uentus est alius
impurior, nec perniciosior, ob humorem, quem habet cum calore consocia- C
tum. Damnatus idcirco non Physicis tantum, qui rerum naturas causasq;
inquirunt, sed & sapientia & eruditione ulla præclaris omnibus. Celsus au-
tem hic quoq; mutauit quædam: at prætermisit nihil. Aures siquidem he-
betari, synechdochicõs ex re continente aut instrumento rem siue conten-
tam, siue agentem intelligendo, aliud est nihil, quàm auditum uel grauari,
uel obtundi: similiterq; sensus tardari, an est obsecro aliud, atque torpidos
eosdem reddi? nisi quod in Hippocrate aliquanto id latius patet, dum ad
totum ille hominem torporem accommodauit. Rursus capitis dolores mo-
ueri, est fateor non planè idem quod caput grauari, aut uertigines cieri, sed
sunt tamen hæc ipsa cognata. Et qua figura ex parte totũ iam paulo antè de-
signauit, eadem nunc ex genere formam, & ex uicino iam rem uicinã signi-
ficat. Est enim grauitas doloris species quædam: & uertigines grauitatis fe-
rè affines sunt. Iam uerò aluum solui, quantulum quæso ab eadem hume-
ctata

A ciata discrepat: ex consequente, eodem quem modò dixi tropo, si rem antecedentem capias: quæ forma loquendi nec inuenusta est, nec infrequens. Cæterùm uitia reliqua, non modò quę Hippocrates numerando percenset, uerumetiam quæcunque ijs sunt similia, pulchrè tanquam unum in fascem colligit, dum corpus rotum austris hebes effici, & humidum & languidum dicit. Pariter ijs et causam poriorem, quippe humorē nimium, & fermè quicquid is apportat mali, complexus. Vides enim hic principiò caliginem oculorum, uides deinde & corporis exolutionem atque humectationem, uides mox oculorum toriusq; corporis ęgram motionem, neutiquam obscurè includi: præterquam si caligo hebetudo quædam dici haud potest, aut nisi exolutio ægraq; dimotio languor quispiam non est. Nam humido certè ambo congruunt.

Cæteri uenti quo uel.) Aquilo uicinos habet Circiū ac Cæciam, Noortoost & Noorruuest. Auster Euronotum, Zuytoost: & Libonotū, Zuytuuest utrinq; habet. In medio amborū ex diametro Subsolanus & Fauonius positi sunt. Ille cum ijs qui aquilonem cingūt, siccitatis aquilonaris: & cum ijs qui austrum circumstant, caloris austrini particeps est: hic item ac aquilonaris turba frigore boreali riget, & similiter atq; austrina cohors australi humiditate madet. Quos octo mihi in pręsentia numerasse sufficit: quum Homerus

B & uetustissimi quiq; quatuor modò ex ęquo inuicem distantes agnouerint, & notent hodie nautæ alij duplo, alij triplo plures. Nam quaq; cœli parte uentos nasci & spirare posse, constat. Verùm quatuor illorū principū temperatione cognita, omniū ratio, quo propius longiusq; absunt, facilis habetur.

Deniq; omnis calor.) Hippocrates eandem sententiā 5. Aphor. 16. sic expressit: Τὸ θερμὸν βλάπτει τοῦτα τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας. τοῦτα οἷσι, θάνατος. id est: Calida ijs qui frequenter ipsa uruntur, has noxas inducit, carnium effœminationem, neruorum impotentiam, mentis stuporem, sanguinis eruptiones, animi deliquia: hæc quibus, mors. In Celso pleraque hoc loco deesse, aut certè quædam potius deprauata subesse, uehemens mihi suspicio est. Nam deesse primùm à Deniq;, quod plerisq; alijs antè enumeratis subijci tantum solet denotat: calor autē quid aliàs efficeret, nihil prægressum est. Truncum deinde quid subesse clamitant, quæ ad plenam Hippocratis sententiam desunt, præsertim quum ea quæ preterita sunt, talia non sint, nec ea cognatione coniuncta, ut è positis facilè intelligi queant. Quoniam quid neruorum impotentia, aut carnis mollicies atq; effœminatio, quæ sunt hic omissa, cum mentis stupore, aut eruptione sanguinis, quę sunt expressa, commune habēt? At deprauatum atq; corruptum quippiam esse subindicant, quæ de iecore & liene, nescio quo pacto attexta sunt. Causam siquidem nullā uideo, nec ue-

C rò ullam esse puto, quamobrem iecur aut lienem calore inflammari dicat, aliaq; non dicat. An non & uentriculus calore inflammatur? an non & caput quam illa procliuius? An non his omnibus tum pulmò, tum cor, non modò spiratione, sed et arteriarum micatione promptius, ut sumendas res atq; admouendas omnibus communes taceam, non ne & crebrius inflammantur? An deniq; calor omnis, quod hoc loco significatur, uel iecur, uel lienem accendit? Vanum nimirum hoc ipsum est, nec ratione fulciuntur cætera. Quare mendam apertè clareq; agnosco, medelam uerò nusquam circumspicio: neq; Hippocrates, circumactis oculis ubi omnia perlustro, huic uulneri curationē ullam, quā equidē agnoscā, suppeditat. Eamq; ob rem pro saucia ego libēs hac parte, sanam Hippocratis sententiā uel ex Aphorismis, quam modò diximus, uel ex Liquidorū lib. tantisper substituā, donec sit qui Achilleo huic uitio integritatē inuenerit. Præstat aūt calor plerunq; quę enumerauimus, quia (ut de Valetudine tuenda libro docui) laxat, exoluit, emollit

V 3 carnem,

carnem, neruos, cerebrum, uenas, ſpiritus. Etſi iſta in aquam calidam A ac tepidam temperatamque propriè, non in calorem omnem, quomodo Celſus docet, competunt.

Frigus modò neruorum diſtentionem.) Hippocrates 5. Aphoriſ. 17. τὸ ψυχρὸν, inquit, σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα. hoc eſt, Frigida conuulſiones, diſtentiones, denigrationes, rigores febriles adfert. Vel hic locus Celſi ſumma & propè inuſitata fide partes omnes Aphoriſmi Hippocratici continens, euidenti firmóque indicio & teſtimonio ſit, ſuperiorem ſimiliter ad Hippocratis uerba fuiſſe recurandam: quando, ut hic è quinto illo Aphoriſmorum libro omnis ſententia citra corporis humani ullarum partiũ mentionem petita eſt, ita illam fuiſſe capiendam, & in archetypo fuiſſe ab authore ſcriptam, maximè quum & contrariæ oppoſitæque ſententiæ ſint, & ab eodem authore, eodemque continuò ex loco translatæ, probabile penitusque certum ſit. Illud anno, tandum duxi in Celſo τέτανον, hoc eſt, erectam diſtentionem, ubi ex æquo antrorſum retrorſumque homo conuellitur, rigorem dici, quo tamen nomine Græcorum ῥῖγος propius clariusque ab alijs reddi ſolet. Nam quod horrorem hic ſubſtituit, quo nomine ſuperius quoque τὸ φρικῶδες aptè conuertit, res duas diuerſiſsimas ſimplici uocabulo, maximo ſententiæ & claritatis damno confudit. Illud minus mali habet, quod μελασμοὺς non denigrationes tantum interpretatus eſt, quod uox nuda poſtularat, nulla quidem ueri iactura: ſed tantum anguſtius, in ulceribus nigriciem dixit. B Scimus enim, frigore compluria primùm liueſcere, mox etiam nigreſcere, nullo ſanè ulcere affecta: & ulceribus tamen idipſum quoque uſuuenire, ut frigore non ſolum commordeantur, aut cutis ut obduretur, aut dolor non ſuppurabilis reddatur, ſed ut etiam denigrentur: quod 5. Aphoriſ. 20. docet Hippocrates. Nec interim docet, quod noſter tradit, frigida rigorem in febribus excitari: ſed ab ea duntaxat febrili rigori ſimilem affectionem moueri. Non quin à frigore ingenti rigor in febribus plerunque accidat, ſed quòd & ab acri calore idem euenire queat. Verùm impoſuit Celſo τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, quæ non ad ſubſtantiam atque elementum, ut debuerat, ſed ad qualitatem, ac frigoris calorisque rationem retulit. Ex quo ea huc, quum de ſiccitate & madore, quid efficerent, ſermonem paratet, aliunde ex Hippocrate reuocanda exiſtimauit.

In ſiccitatibus acutæ febres.) 3. Aphoriſ. 16. Hippocrates: ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινάδες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι. id eſt, In ſiccitatibus tabes, lippitudines, arthritides, ſtillicidia urinæ & dyſenteriæ. Idemque rurſus 3. Aphoriſ. 7. ἐν τοῖσι αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται: καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν ὡς, ἐπὶ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι. id eſt: In ſiccitatibus febres acutæ contingunt. Et ſiquidem annus magna ex parte talis fuerit, qualemcunque fecerit conſtitutionem, C tales etiam morbos plerunque expectare decet. Celſus utranque ſententiam ad ſiccitates collegit, ac ſolas tabes ſilentio præterijt, fortaſsis quòd pulmonum exulcerationi, unde tabes propriè nominata naſcitur, ſiccitatem ac puritatem aeris ſummè opitulari animaduerteret. Quare & ex Italia ac Roma modò in Libyam, modò ad Tabias deportari tabidos medici conſultiſsimi imperauerunt. Verùm Hippocrates etiam tabem eſſe nonnunquam citra exulcerationem, cui diuturna ariditas maximè eſſet infeſta, cognouerat: ſicut lippitudinem quoque quandam eſſe ſiccam, & artuum aliquando dolores ab acrimonia humorũ genitos, quibus arida aduerſa, humidaque ſalutaria eſſe, ratione & uſu compererat. Tormina autem pro dyſenterijs, hoc eſt, inteſtinorum ulcerationibus, & urinæ difficultates pro ſtranguria pro, ſuo omnino more Celſus interpretatus eſt. Cæterùm ex anni conſtitutionibus, ut in ſumma id dicam, ſiccitates aſsiduis imbribus ſemper

A ſemper ſunt ſalubriores, minusque lethales, ut 3. Aph. 15. habet Hippocrates.

Per imbres longæ febres.) Νοσήματα, ut 3 Aphoriſ. 16. legimus, ἐν μετὰ τῇσιν ἐπομβρίῃσιν, ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. id eſt, Morbi per aſsiduos imbres bona ex parte fiunt, febres longæ, alui deiectiones, & putredines, & comitiales, & ſiderationes, & anginæ. Hippocrates nec ſuperiore in ſententia, nec iſta, hos morbos ſemper fieri per imbres dixit, ſed bona duntaxat ex parte. Quia & alij quoque accidere poſſunt, & iſti non euenire: febres acutæ ut materia conſtant arida, calidaque, qua & breues, & ſæuis accidentibus truculentæ fiunt: ſic longæ humida materia & è frigida oriuntur, qua lentius deſinunt, languidiusque afficiunt. Celſus hoc loco, item ac ſuprà fecit, pro putredinibus cancros reddidit: qui ferè tam humoribus adiuuantur, quàm putredines ab iiſdem exacerbantur. Iterumque ne omnia Hippocratis referret, & aliquid de ſuo attexeret, pro ſiderationibus ſiue apoplexijs, neruorum reſolutionẽ, quam Græci paralyſin appellant, repoſuit: quæ etſi cauſa quidem communi unde fiant congruunt, tamen grauitate & magnitudine plurimum diſſentiunt: fit ſiquidem apoplexia è frigidis & craſsis uiſcidisque humoribus, principes cerebri uentriculos totos atque affatim replentibus: unde ſenſus protinus omnis ac motus cuncti corporis adimitur. Para-

B lyſis uerò fit, ubi alter tantũ uentriculus, uel dexter, uel ſiniſter, idem uitium patitur, ex quo deinde dimidium ſolum ad unguẽ corporis ſub idem latus ſimili calamitate percellitur. Quanquã & reſolutio unius alicuius membri, pro neruorum uariorum aut muſculorum uitio exiſtere ſæpenumero conſueuit: de quali Celſus loqui duntaxat hoc loco, & aliàs ſæpe, ubi pro apoplexia paralyſin ſubſtituit, non uidetur.

Nec ſolum intereſt.) Præteritionem id oratores uocant, qua breuiter & quid dictum ſit repetunt, & quid dicendum oſtendunt. Dixit enim hactenus, quid quiſque uentus, quid tempeſtas omnis, quid aeris unaquæque ratio in præſentia adferret. Nunc quid alia alijs antecedentibus & inſequentibus pariant, docebit: faciunt autem talia ad memoriam, & ad beneuolentiam comparandam.

Si hyems ſicca ſeptentrionales uentos habet.) Hippocrates 3. Aphoriſ. 11. περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς, καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον, καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας. id eſt, De temporibus, ſiquidem hyems ſicca & aquilonia fuerit, uer autem pluuioſum & auſtrale, neceſſarium eſt ſub æſtatem febres acutas, & lippitudines, & dyſenterias fieri, maximè mulieribus & uiris natura humidioribus: hyems optima mediocriter humida, & opportuno frigore, nec ingẽti, nec immoderato prædita ſit opor-

C tet. Vti & uer, & æſtas, ſuas, atque tempeſtiuas quoque pluuias deſiderant. Quamobrem ſi hyems plus iuſto ſicca ſit & frigida, & uer deinde æquo pluuioſius, ægritudines eæ quas modò enumerauimus, æſtate ſubeunt: ſic enim in Celſo, pro eo quod habent exemplaria typis excuſa τὸ ferè, legerim: niſi ſi quis pro ἀνάγκη, quam addit Hippocrates, ſeruandum exiſtimet. Celſus febres tantum dicit, neque acutas addit: forſitan quòd ueris ratione putaret longas quoque euenire poſſe. Nam quòd molliora corpora pro uiris humidioribus ſubſtituit, planè tolerabile eſt. Porrò Hippocrates libro eo quem de Aere, aquis, & locis uocant, cauſam omnẽ in uernas pluuias & repentinum ac duplicatum ſolis & æſtatis æſtum confert: adijcitque, Et ſi quidem circa canis exortum accidat aqua ac tempeſtas, & Eteſiæ ſpirauerint, ſpes eſt ceſſationis, & fore ut autumnus ſalubris ſubeat: ſin minus, in metu futuri ſunt & pueri & mulieres ne moriantur, minimèque omnium ſenes, & illorum ſi qui euadent, periculum erit ne in quartanas incidant, & ab his in hydropas.

Si uerò austri pluuiæq; hyemem.) Hippocrates 3. Aphor. 12. ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν A
καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ᾗσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν, &c. id est, Si uerò hyems australis fuerit, ac pluuiosa clemensq́ue, uer autem siccum atq; aquilonare, mulieres sanè quibus partus sub uer imminet, ex quauis occasione abortiunt. Verùm si quæ pariũt, infirmos & morbidos puerulos edunt: ita ut uel protinus occidant, uel teneri morbosiq́ue uitam degant. Cæteris autẽ mortalibus dysenteriæ, & aridæ lippitudines accidunt. At senioribus, fluxiones quę breui perimunt. Quòd attinet hoc loco ad integritatem Hippocraticæ sententiæ, Celsus quidem de suo nihil addidit, solam dysenteriam detraxit. Cæterà ſeipsa fidelis, uerbis angustior: de aere, aquis & locis libro, multo etiam fusius pleniusq́ue omnia sunt exposita: ac dysenterias corporibus pituitosis fœminisq́ue pituita è cerebro defluente euenire, biliosis lippitudines aridas contingere. Graui senio confectis, è capite in pulmonẽ defluxiones, & grauedines ac raucitates accidere tantas, tãq; uiolentas tradit, ut quos breui spatio non sustulerint, semisideratos, & uel dextra uel sinistra corporis parte resolutos dimittant. Ex Aristotelis Problematis nihil hic referre libet. Si cui uidetur, ac uacat, ea quin consulat, nullus prohibuero. Et si quem etiam cõtrouersiæ de clementia uetis addita Hippocrati, & nõ hic solum præterita Celso, delectãt, è neotericis, Manardo, Fuschio, cæterisq́ue quæ ea de re doctè disserteq́ue differuerunt, petat licebit. B

At si à prima hyeme austri.) Non sunt hæc quidem Hippocratis, nihilo tamẽ minus recta sunt, et ueritati cõsentanea: præsertim si perpetuos illos austros, aquilones excipiant, & corpora bile infestentur. Magnam enim corruptelam è tali cœlo colligi necesse est, quæ demum perniciosissimos exitus sortiatur. Causam quisq; ex austrorum natura & ui superius exposita facilè consequetur. Alioqui in mollibus humidisq́ue corporibus intemperie magnopere adaucta, quicquid è putredine nasci solitum est, fore sperandum est.

Vbi primò calor à primo uere orsus.) Hippocrates 3. Aphor. scribit, ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι προσδέχεσθαι χρή. id est: Quandocunque æstas similis ueri fuerit, sudores in febribus expectare conuenit. Hippocrates uerni temporis nec calorem, nec ullum temperiei genus, ut sudores è febribus reliquis temporibus erumpant, postulat: sed æstate ut profluant, æstatem uernum ac temperatum solummodo requirit: huc enim mitis ille cœli calor, blandaq́ue humiditas satis in febrientibus confert. Nec tamen idcirco uanum est, quod Celsus in hac sententia mutauit, de calore uerno in æstatem continuato. Nam multo etiam sic magis sudores exiliẽt, qui sub uerna aeris omni constitutione, quandocunq; ea demum, seu æstate, seu hyeme se exhiberet, proditurí erant. Non satis mihi constat, quia temerè, nisi graui ratione aut meliorum codicum fide urgente, nihil immutandum in ueustis authoribus puto, sim ne uenia dignus futurus, si pro eo quod inuenustè & parum aptè uulgò legitur, Vbi primò calor: & aptius ad terum cõnexionem, & ad orationis sermonisq́ue ratione elegantius sufficiam, Vbi uerò calor: aut potius, Vbi porrò calor. nam hæc in ꝯ primò ut peruerterent, de procliui fieri potuit. C

At si sicca æstas aquilones.) 3. Aph. 13. ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν, καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον, ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες. hoc est: Si uerò æstas sicca fiat & aquilonaris, autũnus porrò pluuiosus et australis, capitis dolores hyeme accidunt, & tusses, & raucitates, & grauedines. Nõnullis uerò & tabes quoq;. Caput siquidem æstiuis aquilonibus serenum, autumnalium imbriũ magnam uim imbibit: quæ si per hyemẽ resoluta, aut ui frigoris expressa in fauces defluat, destillatio: si in nares decurrat, grauedo: si in asperam arteriam cadat, raucitas: si in pulmonem leuiter transeat, tussis: si grauius, tusses molestas, & post

has

A has pulmonis exulcerationem aut tabem creat. Atque his omnibus ferè præsto est, aut antecedit capitis dolor. Quem haud scio, quamobrem mali totius fontem & originem, Celsus prætermiserit. Hippocrates libro de Aere, aquis & locis inscripto, cerebri adnumerat corruptelam: quippe quum austri uniuersi capitis officinæ perniciosissimi, unde & superiora & aliàs multo plurima uitia scaturiunt.

Sin autem autumnus quoque æquè siccus.) Hippocr. de eadem sententia 3. Aphoris. 14. uerba sunt. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τοῖσι γυναιξὶ ξύμφορον, τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ κόρυζαι χρόνιαι, ἐνίοισι δὲ μελαγχολίαι. Ea in hunc modum interpretabimur: At si autumnus borealis, atque aquarum uacuus fuerit, iis sanè qui humida natura sunt præditi, & fœminis utilis erit. Cæteris uerò lippitudines aridæ, & febres acutæ, & grauedines, & plerisque etiam biles atræ contingunt. Quamobrem mollibus corporibus, humidisque, sicca tempora idonea sint, aut quare corporibus duris aridisque madidus aer cōueniat, tam est ex oppositorum ratione apertum, ut uerbis aliis ad enucleationem opus non habeat: ne illud quidem obscurum est, cur per tempora sicca, hominibus siccis, siccæ lippitudines eueniant: febres porrò acutæ, & biles atræ tenui modò bilis, modò sanguinis parte ab aeris ariditate consumpta, crassaque solum & ea adusta
B relicta generantur. Quod autem grauedines seu κόρυζαι χρόνιαι adiiciantur, ut prorsus id absurdum non esse fateor, sic Celsum πολυχρόνιαι omnino legisse, id est, longæ, ut febrium id alterum sit epithetum, magna ratione contenderim. Quando Hippocrates quoque libro de Aere, aquis & locis nuncupato, & τῆς κορύζης, hoc est, grauedinis nullo modo meminerit: & meminerit diserte febrium simul acutarum, simul diuturnarum. Iam illud præterea elegās ac rectum esse arbitror, quod μελαγχολία, seu bile atra periphrasi ac circuitione Celsus dixerit, & hi morbi, qui ex atra bile nascuntur. Quandoquidem perpetua tum æstatis, tum autumni ista siccitate fieri non potest, quin in omnibus quidem, sed in biliosis & melancholicis præcipue, plurimū crassæ deustæque materiæ coaceruetur: unde quicquid ex atra bile nasci solet, demūque oriatur. ut sunt carcinomata, dysenteriæ, psoræ, lepræ, phagedenæ, elephātiases, ulcera cacoethe, & Chironia & Telephia, cæteraque similia.

Quod ad ætates uerò pertinet, pueri.) 3. Aphor. 18. Hippocratis sic habet· κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ μὲν ἦρος, καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες, καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι. Quæ ita uertero: Quod ad anni uerò tempora attinet, uere quidem & æstatis initio pueri, & qui hos proximè sequuntur ætate, optimè degunt, & ualent maximè. Aestate uerò, & autumni aliquanta parte senes. Reliquo autumno & hyeme, qui
C ætate inter utrosque medii sunt: nempe iuuenes, & uiri, & qui constante ætatem agunt. Nam qui calore naturali præstant, simili illi quidem sibi, & temperata uernaque anni parte rectissimè ualent. At ita, ut adolescētes ueris principio, puberes medio, pueri extremo & æstate noua quàm iucundissimè utantur. Ex cæteris ætatibus, ut quæque frigidissima est, ita calidissimo aere gaudet: atque è contrario, quo feruet unaquæque corpore magis, hoc brumæ frigora fert erectius, & æstu citius frangitur. Quare extremè decrepiti feruentissima æstate suauissimè recreantur: quomodo etiam summa æstate, qui ad hāc nunc iam ætatem proni feruntur. Ineunte autumno degunt optimè, qui in uiridi senectute sunt constituti. sic hyeme item frigidissima iuuenes omniū patientissimè se gerunt: mitiore, uiri, & qui constante in ętate uersant. Quicquid enim mediocritatem exuperat, id à rebus omnib. similibus in immensum uitium tendit, & corrigitur contrariis, quemadmodum temperata temperatis conseruantur.

Tum si imbecillitas oritur.) 3. Aphor. 24. ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει τοῖς

μετὰ σμικροῖσι, καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν, ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφα-
λοῦ φλεγμοναί, ὤτων ὑγρότητες. id est, Per ætates talia contingunt paruis & re- A
cens natis puerulis, feruida oris ulcera, uomitiones, tusses, uigiliæ, pauores,
umbilici inflammationes, auriū humiditates. Tusses & pauores, seu formidi
nes Celsus siluit, uitia teneræ ætati frequentissima. Pulmo siquidem etiam-
num tenellus, humoribus è capite aut aliunde collapsis, & quouis frigore &
proprio humore nimio facilè tentari solet. Et è cruditate aut lumbricis cor-
pore abditis metus subiti, quos pauores appellamus, crebrò territare cōsue
uerunt. Nam paribus de causis, aut certè alimenti corruptela, cætera quæ di-
cta sunt mala infantes experiuntur. Serpentia ulcera propriè ea sunt, quæ
Græci nomas, aut phagedænas, aut herpetes uocant: à quibus aphthę, quas
Hippocrates nominat, longè sunt diuersæ: & qui Latinam medicinā sectan
tur, calida feruidaq; oris ulcera appellant. Nec tamen eam ob rem tam uani-
tatis, quàm minus fidelis interpretationis insimulandus Celsus est. Nam &
serpentia ulcuscula puerorum faucibus sæpissimè innascuntur, non sine ui-
tę magno periculo. Id quod si non aliunde, nec usu quotidiano deprehende
retur, certè authoritate Hippocratis cùm alibi, tum eo libello quem de Den
titione inscripsit, satis constare potest. Vmbilici inflammationes nemo iam
est, qui è recenti uulnusculo, quo infantulus à parente & secundina libera-
tur, oriri nesciat. B

Propriæ etiam dentientium gingiuarum.) Hippocrat. 3. Aphor. 25. scribit, πρὸς δὲ τὸ
ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξυσμοί, πυρετοί, σπασμοί, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν
ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων, καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοι-
λίας ἔχουσι. hoc est: Ad dentitionem uerò iam accedentibus, gingiuarum pru-
ritus, febres, conuulsiones, alui profluuia fiunt, et maximè cùm caninos iam
edūt dentes, tum pueris crassissimis, tum aluos duras habētibus. Sunt quæ-
dam exemplaria typis excusa, in quibus mendosè dentium hoc loco Celsi,
pro dentientium reperias, magno ueræ germanæq; sententiæ damno. Non
enim hic dentium uitia docere, sed dentientium puerorum, ex Hippocrate
instituit. quum iam ętas puerorum secunda sub mensem omnino septimum
incipit, tum dentes exiliunt: qui anno rursus septimo sua sponte excidunt,
quoniam ab alimento caduco uel intra matrem, uel à prima natiuitate con-
cepto, primùm sint orti. Post quos qui subeūt, à firma materia & ætate firmi
constantesq; in omnem ætatem, nisi ui aut iniuria corruptelaq; uel pellan-
tur, uel uitientur, hærent. Cæterùm primi illi, ubi primùm prosilire incipiūt,
tanto dolore gingiuas findunt atq; perrumpunt, non pruritu tantum affici-
unt, ut inflammationes & exulcerationes febresq; plerunq; concitent. Ex
quo Celsum non equidem mendacem, sed parum superstitiosè fidelem Hip
pocratis interpretem, si pari esset fide interpretatus cætera, agnoscas. Sunt
alij, qui per dentitionem pruritus auditorij meatus esse doceant. Nam con- C
uulsiones tum neruorum adhuc teneritudine, tum ętatis illius uoracitate, &
stomachi multa cruditate eueniunt. Cui malo ipsas deiectiones alui aut fe-
bres eripere, aut mitius certè obnoxios reddere cōsueuerūt. Id quod de den-
titione libello docet, & hoc satis loco indicat Hippocrates: ubi crassissimis,
& astricta maximè aluo præditis hoc periculum minitatur, non quidem de-
iectionis dico, sed conuulsionis, & si ita uidetur febrium quoq;. Fiunt igitur
quæ diximus dentientibus ferè omnibus, sed quum canini dentes proueni-
unt, maximè. Ex duobus siquidem et tricenis, quot singuli propè habemus,
(inuenias siquidem octonis & uicenis, inuenias & tricenis instructos) qua-
tuor infrà supraq; diducto ore statim ostendimus, quos primores à situ pari
ter & ortu nominauerunt: hos canini atq; acuti utrinq; duo sequuntur, du-
rioribus escis arrodendis nuncupati. Ab his deinde maxillares utroq; latere
modò quini, modò quaterni tantum proferuntur: hinc intimi, nouissimiq;
positu & natiuitate, quos genuinos uocant, homini sub uigesimū quandoq;
annum

A annum primo enascuntur, quorum nulli, quemadmodum neq; conuulsi utcunq;, homini unquam reponuntur.

At ubi ætas paulùm processit.) 3. Aphoris. 26. Hippocrates: πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοί, στρουμία, χοιράδες, καὶ τὰ ἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα. id est: At ubi ætate iam progrediuntur, tonsillæ, uerticilli in occipitio intrò uersus luxationes, anhelationes, calculorum uitia, lumbrici rotundi, ascarides, uerrucæ pensiles, prominentes secundum aures glandularum tumores, strumæ & alia tubercula, maximè tamen prædicta. Quæ παρίσθμια & αὐτιάδας Græci uocant, ea Latini tonsillas nominant, inflammationes nempe uel earum glandularum, quæ in intimis faucibus inuicem sibi opponuntur, & amygdalæ uulgò dicuntur: uel eorum corporum quæ in pharynge os, gulamq; interiacet. Celsus loci nomine pro eius inflammatione utitur: ne quis glandularum forte uocabulo tumores illos duros & sensus omnis expertes, mobilesq;, cuiusmodi in collo & alis & inguinibus plurimi proueniũt, quas strumas paulo pòst hoc eodem in loco rectè appellauit, denotari putet. Vertebrarum autem occipitis luxationes, ipsarum in spina inclinationes, latius aliquanto, quàm pro Hippocratis uera intelligentia cõueniat, noster appellauit. Non enim spinæ totius inclinatio-
B nes huic ætati, quàm cæteris, magis accidunt: sed in occipite ac summa ceruice, cauitate quadam relicta, uerticulorũ introrsum uersus luxationes, quæ quartam illam anginarum formam, cuius alibi meminit Hippocrates, plerunq; pariunt. Verrucarum porrò genera multa quum sint, acrochordõ pensile quoddam est, atq; tenui angustataq; prope cutẽ basi nititur, adeò ut chordæ nexu, unde nomen consecutum est, amploq; extra cutem capite, suspensum uideatur. Contra quam eæ quas myrmecias, ampla radice & coacto capite constatites, nominant. Acrochordon pueros istos multis ipsorum locis præcipuè infestare solet, & modò subitò desinere, modò inflammationem quandam ac suppurationem trahere. Frequentissima huius eiusdem ætatis cætera uitia, quæ recenset Hippocrates, miro silentio Celsus præteriit: eoq; ipsa uelim ab illo repeti, quando omnia ex incauto uictu, & imprudenti genere uitæ propter summam cruditatem, atq; humorum crassitiem, etiam alicubi pauca bile intermixta, oriuntur.

Incipiente uerò iam pube.) 3. Aphoris. 27. Hippocrates: τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι τουτέων τε τὰ πολλά, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες. id est: Atq; adhuc etiam ætate prouectioribus, & iam ad pubertatem accedentibus, pleraq; eorundem, & febres diuturnæ magis, & ex naribus sanguinis profluuia. Celsus sententiam totam transtulit, si hoc saltem modò legatur: Incipiente uerò iam pube, ex iisdem multa, & longæ fe-
C bres, & sanguinis ex naribus cursus. Nam si multæ, genere fœminino legas, & hypodiastolen cum insequente cõiunctione tollas, ut est sublata in iis ferè qui uulgò extant exemplaribus, nec uenustas par orationis retinetur, & sensus uel alius, uel obscurior, uel imperfectior relinquitur. Contingunt autem puberibus tum alia multa, tum ista quoq;, ætatis ac sanguinis æstu quodam & incremento. Etsi totam pueritiam quæ infestant, ex uictus uictæq; totius erroribus summam etiam causam accipiunt.

Maximeq; omnis pueritia primum circa.) Hippocrates 3. Aphoris. 28. τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθη κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησί, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν, &c. id est, Plurimæ uerò ægritudines puerulis iudicantur, partim quidem in quadragitita diebus, partim in septem mensibus, partim in septem annis, partim etiam ad pubertatem progredientibus. Quæ uerò puerulis permanserint adfectiones, nec prope pubertatem fuerint exolutæ, nec fœminis sub mensium eruptiones, multo

tempore durare consueuerunt. Hactenus ille. Celsus nec ista omnino, nec uana quoque protulit. Nam septimanæ cunctæ propemodum circuitio- A nes dierum, aut mensium, aut annorum, ingentes rerum præcipuasque mutationes, & sæpe pericula adferre solent, corporaque humana summa ui concutere: sed sunt hæc, quamuis ut dixi uera, tamen ab Hippocratis ingenio sententiaque alieniora: qui totius pueritiæ diuturni morbi quibus spacijs maximè finiri soleant docuit, quos si terminos exuperent, in omnem consequentem uitam ferè producuntur. Sunt autem illi, dies primùm quadragesimus, deinde mensis septimus, tum annus item septimus, & postremò annus magna ex parte septimus etiam alter: aut certè fœminis sub menstruorum principia. Quicquid enim his spacijs nõ desiit (quod aptè & clarè expressit Celsus) id ne nunquam deficiat metus est. Celsus in pueris etiam sæpius terminari, quàm dictis interstitijs non cedere, bene sapienterque monuit.

Adolescentia morbis acutis.) Sumpta sunt, ut omnia, ex Hippocrate, 3. Aphoris. 29. τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ᾽ ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα. id est: Iuuenibus autem sanguinis sputiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & plerique item alij: at maximè antedicti. Comitiales uel uictus incontinentia, uel bile uentriculi magna ex parte, & abdito quodam ueneno accidunt. Cæteri cùm propter ætatis B feruorem, tum uitæ intemperantiam, inconsultaque exercitia, quibus & omne corpus accenditur, & sanguis ebullit, & uasa dirũpuntur, eueniunt. Quare 5. Aphoris. 9. φθίσις, inquit, γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα. hoc est: Tabes fit præcipuè ætatibus ab anno decimooctauo ad quintum supra trigesimum: propter errores nimirum eius ætatis in omni uita.

Post hanc autem ætatem laterum.) Hippocrates 3. Aphoris. 30. τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες. id est: Verùm ijs qui hanc ætatem excesserunt, anhelationes, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, alui profluuia longa, bilis uomitu pariter & deiectione effusiones, dysenteriæ, alui læuitates, hæmorrhoides. Multa sunt hic rursus à Celso ad plenam Hippocraticæ sententiæ explicationem necessaria, omissa: febres primùm ardentes, quæ è bile intra uenas arteriasque putrefacta, nulla, donec ex toto desinant, quiete intercedente, succenduntur. Deinde tria illa fusioris alui genera, quum uel longa tantummodo mora copiaque fatigant, uel cruditate atque incontinentia ea, quæ qualia assumpsit per aluum cõtinuò dimittit, uel quæ intestinorum exulceratione hominem conficit. Postremò anhelationes, quas hactenus nullo usquã loco, nulla uersione dignatus est. Nam quod lateris & pulmonis dolores, ac insaniam pro earum partium & cerebri inflammatione posuit, nihil noui fecit: nec magno C pere refert, modò non omnis dolor lateris aut pulmonis, nec insania omnis, sed inflammationis intelligatur. Veniaque etiam dignius est, lethargum & choleram ab Græcis seruata esse: quum sit ille obliuiosa quædam & inuincibilis dormiendi cum febricula coniuncta necessitas, quem ueternũ & marcotem quidam interpretantur: hæc sit præceps malum, bile sursum deorsumque magna ui effusa. Omnium est & aptissima & elegantissima periphrasis hæmorrhoidũ: qua facilè cognoscitur uocabulum illud & uenarum in ano oscula, & sanguinis per illa profusionem denotare. Causam porrò omnium earum ægritudinum in bilem uel flauam, uel atram è iuuentute retentam aptè reieceris: si in crassos duntaxat, ac frigidos pulmonis humores, anhelationes: in similes cerebri posterioris, lethargum: in uentriculi item similes, aut intemperiem, diarrhœan & lyenteriam cõtuleris. Vt sint hi morbi uictus intempetantis, & ætatis uirilis ac constantis, quam tractamus, proprij: reliqui

A reliqui iuuentutis reliquiarum. Nam in omni ætate ex antecedentium temporum humoribus reliquis sua illorum uitia sæpenumero generantur.

In senectute spiritus & urinæ.) Ex 3. Aphoris. 31. desumpta sunt, ubi Hippocrates: τοῖσι, inquit, δὲ πρεσβύτῃσι δυσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, καὶ βαρυηκοΐαι. hoc est: Senibus autem spirãdi difficultates, è capite defluxiones tussiculosæ, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, articulorum dolores, renum uitia, uertigines, siderationes, mali habitus, pruritus uniuersi corporis, uigiliæ, alui & oculorum & narium humiditates, uisus hebetudines, glaucedines, auditus grauitates. Ista nec omnia, nec nulla uertit Celsus. Et adiecit, ac nouauit quædam. Defluxiones nanque tussiculosas, & urinæ stillicidia, & uertigines, & cuncti corporis pruritus prætermisit, senum uexationes & afflictiones creberrimas. Tormina uerò, ac læuitates intestinorum, cæteraq; profusi uentris mala è superiore ætate huc de suo iudicio detraxit: fatigant enim senes ista quoque, præterquam quòd tormina rarius in hanc ætatem incidant. Et proximam quamque iam tum præteritæ noxis sollicitari, suprà commonefecimus. Nouauit autem articulorum grauedinem, pro eorundem laboribus, sed delicto minimè graui: & leui item peccato, renum do-

B lores pro nephritide. Grauiore damno, neruorum resolutiones, quod suprà etiam monuimus, pro sideratione atq; apoplexia collocauit. Vt existimem, in eo exẽplari quo usus est Celsus, παραπληγίας, non ἀποπληξίας, id est, neruorum eas resolutiones, quæ ex siderationibus nascuntur, non siderationes ipsas scriptas fuisse. Tolerabilius paulo illud est, uitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, pro oculorum nariumq; humiditatibus, pro uisus hebetudine, & oculorum glaucedine, & denique pro auditus grauitatibus, esse sola posita. Quæ mala quamuis longiora esse soleant uel suapte natura, uel senij infirmitate, tamen explanatius Hippocrates eadem enunciauit. Quæ, superioraq; omnia senectutis uitia, frigore atq; ariditate singulari, ad quę cru di crasśiq; humores plurimi cum summa totius corporis imbecillitate consequuntur et eueniũt. Ariditatis siquidem comites sunt glaucitates, uigiliæq;. Reliqua huius quoq; quædam nonnunquam, sed frigoris ac cruditatis & infirmi corporis maximè.

Præter hæc graciles, tabes.) In gracilibus ĳs qui angusto pectore & procero collo ac capite imbecilli præditi, ordine se mutuò hęc consequuntur. Ex destillatione nempe peripneumoniæ & pleuritides oriuntur: quæ uiscerũ & laterum doloribus hoc loco, ut aliàs quoq;, in hoc duntaxat authore, significantur. Ab his tabes, post tabem deploratam deiectiones & alui profluuia lethalia consequuntur. Adde gracilium omnium tum temperaturã calidam

C aridamq; magna ex parte, tum capita grauitati suscipiendæ opportuna, tum etiam uasa sanguine biliq; distenta huc inclinari, nisi siqua gracilitatem à corporis siccitate, cum frigore connexa insitam habeant.

Obæsi plerunq; acutis morbis.) 2. Aph. 25. οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν. id est: Ii qui natura uehementer crasśi sunt, subitò moriuntur magis quàm graciles. Acutos hic morbos intellige, quicunque hominem breui ac momento rapiunt, non eos tantum qui accidentium uiolentia & inflãmata sua natura longi esse non possunt: his enim qui obœsi crasśiq; à natura primaq; natiuitate sunt, non tam facilè opprimunt, quàm apoplexĳs, & anhelatione, & spiritus difficultate, ac uiriũ suffocatione strangulantur: paucisśimo sanguine & uasis minutisśimis cum uasta carnis mole præditi. Siquidem ab ineunte ætate tales si qui non fuerint, & sanguine ac potentibus uenis fuerint conspicui, ex obœsitate atq; abdomine minus periclitantur. Minimèq; omnium, qui tenuiore constant corpore.

De signis aduersæ ualetudinis futuræ. Cap. II.

Ante aduersam autem ualetudinem, ut suprà dixi, quædam A notæ oriuntur, quarum omnium commune est, aliter se corpus habere atque consueuit, neque in peius tantum, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis & speciosior & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Quæ quia neque in eodem habitu subsistere, neque ultra progredi possunt, ferè retrò quasi ruina quadam reuoluuntur. Peius tamen signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacruit, & colorem decoremq; amisit: quoniam in his quæ superant, est quod morbus demat, in his quæ desunt, non est quod ipsum morbum ferat. Præter hæc protinus timeri debet, si grauiora membra sunt, si crebra ulcera oriunt, si corpus supra consuetudinem incaluit, si grauior somnus pressit, si tumultuosa somnia fuerunt: si sæpius expergiscitur aliquis, quàm assueuit: deinde iterum soporatur, si corpus dormientis circa partes aliquas contra cõsuetudinem insudat, maximeq; circa pectus, aut ceruices, aut crura, uel genua, uel coxas. Item si marcet animus, si loqui & moueri piget, si corpus torpet, si dolor præcordiorum est, aut totius pectoris, aut in plurimis ueniis capitis: si saliuæ plenum est os, si oculi cum dolore uertunt, si tempora astricta sunt, si membra inhorrescunt, si spiritus grauior est, si circa frontem intentæ ue B næ mouent, si frequentes oscitationes, si genua quasi fatigata sunt, totum'ue corpus lassitudinem sentit. Ex quibus sæpe plura, nunquam non aliqua febrem antecedunt. In primis tamen illud considerandum est, nunquid sæpius horum aliquid eueniat, ac ideo neque corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim quædã proprietates hominum, sine quarum notitia non facilè quicquã in futurum præsagiri potest. Facilè itaq; securus est in his aliquis, quæ sæpe sine periculo euasit. Ille solicitari debet, cui hæc noua sunt, aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit.

ENARRATIO.

Ante aduersam ualetudinem.) Futuræ ægrotationis signa mediã inter ea quę salutaria ac morbosa sunt, formã obtinẽt. Valentibus siquidẽ omnia secundũ C naturã insunt: ægris, quatenus certè ægrotant, cõtra naturã ẽ diuerso insunt omnia. In amborũ medio posita sunt, quę appetẽtes morbos denũciãt. Quę duûm rursus ipsa sunt generũ. Nam alia quidẽ secundũ naturã sunt, sed uel qualitate, uel quãtitate, uel tẽpore idoneo permutata. Alia ꝑter naturã sunt, sed ꝙ ea quæ in morbis cernuntur, obscuriora. Prioris generis sunt, cibi potionisq; aut rerũ insolitarũ appetentia, uel solito maior, uel minor, uel alieno tẽpore accidens. Item purgamentorũ alui, uesicæ, sudoris, modò plurĩũ paruciorũ'ue, modò liquidiorũ aut duriorũ, modò tẽpore inusitato, aut absurdè coloratorũ, excretio: huc quoq; refer, uigilias, somnos, Venerẽ, maiores, minores, importuniores, inquietiores, molestiores ꝙ ꝓsperę ualetudini ex usu sit. Adde motus tarditatẽ, grauitatẽq;, aut exolutionẽ animi indebitã: adde itẽ ructus, nauseas, sternutamenta, pręterea hæmorrhoidũ, mensiũ, mariscarum suppresionẽ aut profusionẽ, uel maiorem æquo, uel minorem. Eòdem pertinet mentis noua hebetudo, animi obliuio, somni uisis, quàm pro cõsuetudine,

A tudine, pluribus fracti: auditus similiter, gustatus, uisus, sensus hebetiores aut obscuriores, corporis moles maior, minor, rubicundior, candidior, fœdior, speciosior. Item narium, palati, aurium recrementa, pectoris sputa, tum copia, tum ratione quapiam, tum tempore opportuno immutata. Denique quicquid in secunda ualetudine rectum fuit, id iam si fit indecenter innouatum. Posterioris formæ sunt, grauedo, morsus, dolor, punctio, uentris, stomachi, intestinorum, capitis, seu aluo deijcienda, seu lotio reddendo, seu uomendo sic percepta mediocriter, ut à solitis omnino negotijs atq; officijs hominem non prohibeant, neq; auertãt. Sic in gustatu salsus, aut amarus saliuæ & rerum omnium quæ assumuntur sapor. Sic in odoratu uel rei absentis, uel omnium quæ in nares incurrũt similis odor, aut putor. Sic in auribus sonitus ac strepitus. In oculis secus ac sunt, quę uidentur, colorata aut formata, aut gracilia, aut crassa: sic in tactu inæqualitas, grauitas, tensio, stupor, ulceratio, percepta. Sic in toto postremò corpore tensio, contusio, morsus, grauitas: sed uel instabilis, uel parum magna, formidinẽ mali subesse denotant. Ad quam istam methodum, si quæ Celsus hoc toto capite exponit exigantur, omnia congruere doctrinæ modo & ueritati deprehendentur. Quæ enim in genere bonorum mediocritatem naturæ consentaneã excellunt, hoc ipso in uitio sunt, quòd nimia sunt. Nimium appetere, aut dormire, nimiũ sa-
B pere, aut ualere nimium, nempe athleticè aut pancraticè, praua ideo sunt, quia naturæ inepta sunt.

Ergo si plenior.) Hippocr. 1. Aph. 3. ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐῶσιν, &c. id est, Constitutiones corporis athletarũ summè bonę, periculosæ sunt, si ad extremum progressæ fuerint. Nec enim possunt in eodem statu permanere, nec quiescere. Quum uerò quietem non habeant, neq; possint amplius in melius proficere, reliquum est idcirco ut uergant in deterius. Ob has itaq; causas bonam illam cõstitutionem quàm primùm soluere expedit. Hactenus ille.

Peius tamen signum est, ubi aliquis.) Bona si qua nimia sunt, mala sunt, nedum quæ per se mala sunt, aut si quæ iam in peius inclinata. Quoniam nisi occurratur, aut nisi quis Deus ea de improuiso sustulerit, quin suum ingenium illud mox prodant malignum, fieri non potest. Illa quo sustineantur, si quid detrahas, non habent: quod factu sæpe multo est procliuius, tutiusq;, quàm ut diminuta suppleas, aut deprauata corrigas. Celsus in his quæ desunt, Nõ est, inquit, quod ipsum morbum ferat: quod neutiquam uanum esse, libens illi largior, si ξυμπτώσιες ἐς τὸ ἔσχατον, hoc est, extremas extenuationes, quas maximopere etiam damnat Hippocrates, intellexerit. Alioqui certè esse, quod ferat plus, minus, euidentissimum est.

Præter hæc protinus timeri debet.) Facilè mihi quis persuaserit, qui è tertio libro
C de Salubri diæta, non nullis commutatis pro more quodam Celsi penè perpetuo, hæc deprompta contenderit: ubi imminentium ægritudinum uariæ eiusmodi notæ depinguntur, etsi quædam è Prædictionum etiam libro secundo petita uideri possunt.

Si grauiora membra.) Hipp. 2. Aph. 5. κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους. id est, Spõnte enatæ lassitudines morbos denunciant. At ab exercitijs & laboribus contractæ minus habent periculi: hi etenim facilè discutiuntur, illi grauibus de causis & corpori intrinsecis oriuntur.

Vlcera crebra.) 2. Aph. 15. Hipp. ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ἐκκρισίας. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει, ἢν δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν. id est, Vbi fauces ægrè habent, aut tubercula in corpore enascuntur, excremẽta intueri cõuenit. Nam si biliosæ fuerint, corpus simul ęgrotat: sin uerò sanis similes euadãt, tutũ fuerit corpus alere. Ex quib. uerbis, queadmodũ de ulceribus sperare deceat aut iudicare, cõpēdio ostẽdit. Quãdo nec imminẽtis mali indiciũ ac testimoniũ semp dãt: sed

sed interdum sponte sua, quæ intus mala delituerunt, foràs expellentis natu- A
ræ indicia sunt, si recta reliqui corporis excrementa sunt. Verùm si hæc quo-
que corrupta prodeant, imminere aliquod periculum & occultari testantur.

Si corpus supra consuetudinem incaluit.) 4. Aphor. 39. Hippocr. ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος. hoc est: Vbi in corpore calor aut frigus, illic morbus alitur. Intemperiem siquidem subesse, & cum calore sæpe putredinem, significatur.

Si grauior somnus.) 2. Aphor. 3. Hippocr. ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τῆς μετρίης μᾶλλον γενόμενα, κακόν. id est, Somnus, uigilia, si mediocritatem excesserint, utraque mala sunt: somnus refrigeratum, aut unà cum frigore humectatum cerebrum, aut in ipso uaporosi excrementi defluuia accumulata coerceri, quæ frigidum demum morbum pariant, ostendit. Vigiliæ siccitatis nimiæ aut caloris metum, ne quid uitij tandem apportent, commonstrant.

Si tumultuosa somnia.) φανταστώδη Græci uocant. Animus corpori & quum bene, & dum malè ualet, plerunque consentit. Is itaque quum ferietur nunquam, neque sensibus externis uigilibus, neque somno obrutis, quin intelligat, ratiocinetur, æstimet, expendat semper aliquid, modò cum lætitia, modò mœrore, tum metu, tum aliqua cum spe, audire, uidere, gustare, uenari, studere, negotiari, aut aliud se facere credit, tum ea omnia magna ex parte pro corporis affectionibus, & humorum natura ac plenitudine, defectu, qualitate, desu- B
mit. Quamobrem in somnis ægrè se moueri quis putat? aut se grauia ferre pondera? aut in ulla re impediri somniat? animalem facultatem uel copia, uel crassitie, uel lentore aliquo humorum aggrauatam existima. Volare contrà aut currere expeditè quis se credit? humores iam paucos ac leues, minimeque excrementitios restare conijcito. Nocturnas Veneris imagines quis dormiendo spectat? genitali hic semine abundat. Fœtidis, sordidis, aut immundis locis uersari se quisquam credit? materiam putrem ac grauiter olentem corpori inesse suspicio est. Odoriferis & amœnis mundisque locis agere sibi quispiam uidetur? probè iucundeque corpus intus affectum esse spes est. Ignem porrò somniat quis? hunc flaua bili infestari consentaneum est. Fumum, caliginē, tenebras uidet quis? eum atra bile premi putandum est. Imbres, pluuias, aquas sentit quis? pituita hunc liquida aquosaque perfundi atque madere probabile est. Niue conspuitur, aut glacie, aut grandine lapidatur quis? pituita talem frigida refertum esse credibile est. Item rubet quippiam per somnum? sanguinem: flauet? flauā bilem: atrum apparet? bilem atram & melancholiam: albet? pituitam significat. Bibere rursus suauiter se quisquam credit? is sitit: edere similiter iucundè se putat? hic esurit. Breuiter, quicquid agere sibi dormiens aut sentire uidetur, eius ferè causam intus accipit. Adeò animus corporis omnes affectiones percipit: ijsque, dum illud ab externis officijs quiescit, solis occupatur. Præterquā ubi per uigilias C
quippiam uehementer ipsum seu odio, seu amore graui, seu molestia sui, seu uoluptate magna sollicitarit. Eius enim tum rei imaginibus maximè afficit, nec corporis tum affectiones à potentioribus formis oppressæ satis emicāt.

Si sæpius expergiscitur.) Bilem cum pituita pari ui cōiunctam significat, si par uigiliarum soporisque uictoria extat: sin alterius maior uis est, eius protinus maiorem affluentiam declarat. Certè sociata ista pessimos morbos, ut semitertianas, et tertianas nothas, et quotidianas illegitimas, & febres horriferas minitantur. Quanquam sine his, uel curis, uel sollicitudine pertinaci quies interrumpi sæpenumero potest. Ne humoribus id semper imputetur, ut modò dixi, quod aliunde sæpe proficiscitur.

Si corpus dormientis circa partes aliquas.) Hippocrates 4. Aphoris. 38. ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον. Vbi in corpore sudor, illic morbum impendere denotat. Quod de sudore sponte & naturæ ui prosiliente, idque crebrò intelligitur. Et 4. Aph. 41. Sudor multus qui à somno citra ullam causam

aliam

A aliam manifestam accidit, corpus significat pluri uti alimento. At si cibum non capienti idem fiat, euacuatione ipsum egere demonstrat: quæ prius uel sanguine detracto, uel medicamẽto purgante adhibito malũ eximat, quàm uires aut corpus occupet. Nam è plenitudine alioqui uenarũ ruptio, inflammatio, obstructio, febris nascitur. E uitiosa corporis constitutione, uitium suo cuiq; humori accommodatum.

Circa aliquas contra consuetudinem corporis.) Hippocrates libro de Iudicationibus: Sudor multus, qui sano immoderatè exilit, morbum denunciat: æstate quidem minorem, hyeme uerò grauiorem.

Maximè circa pectus.) Libro de Iudicationibus Hippocrates: Sudores pessimi sunt frigidi, & qui circa ceruicem fiunt. Mortem enim isti, aut morborum longitudinem præsignificant: sed aliàs hæc commodius dicentur.

Aut crura uel genua.) Sub septo transuerso, & in imum uentrem malum abdi, quemadmodum & sub hisce comprehensarum partium dolor, ista significat. 4. Aphor. 18. Hippocrates: τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα ἄνω φαρμακείας δεῖσθαι σημαίνει, ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω: id est, Dolores supra septum transuersum purgatione per supernas partes, ac uomitu opus esse declarant. At ijdem infra cinctum, per infernas & per alui deiectionem requiri significant. Et 4. Aphor. 33. ἤν τι καὶ προπεπονηκὸς τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος. id est: Si quid

B etiam ante morbum doluerit, in id morbus incumbit. Iterumq; paulo pòst Aphor. 20. Non febrientibus si tormen fiat, & genuum grauitas, & lumborum dolor, deorsum medicamento purgante opus habere significant.

Item si marcet animus.) De his omnibus initio huius capitis quædam diximus, sic ut nihil iam hic addi ualde sit necesse, cuius quidem ratio è superioribus peti non possit. Vna enim cum corpore torpet animus, torpent sensus, torpet omnis uitæ functio. Naturæ siquidẽ facultates grauatas esse ac declarant, aut debilitatas certè. Grauitatem, & tanquã lassitudinem ac segnitiem torporemq; adfert uel plenitudo, si modò ulla tensio uasorum subesse percipitur: uel magis cacochymia, si quid tanquam ulcerans aut inflammans apparet. Infirmitatẽ porrò tum intemperantia, tum cerebri neruorumq; constipatio aut obstructio conciliat. Cæterùm eædem causæ, aut materiæ plerunque crudæ, aut flatulentæ hypochondriorum dolorem, sic enim præcordia uocat Celsus, si liene aut iecore cõcipiantur, excitant. Et pectoris, & capitis, & oculorum cruciatum, si in his partibus constiterint. Saliuæ copia, modò è capite, modò è uẽtriculo, modò è faucibus nimia humiditate infestatis ẽmergit. Tempora cõstringit, quicquid immoderatè ea refrigerat, exurit, exiccat. Horrent membra, & tota cõcutiuntur, uel ingenti frigore, uel mordaci calore matericrum quarundam intus per sensilia membra discursantium. Spiritus autem grauis fit ab ijs quę sub pectore, aut faucibus, aut uẽtriculo, aut si-

C mili quapiam parte computrescunt. Plenitudine & calore quodam tum arteriæ concitantur, tum uenæ distenduntur: frequenter oscitant, qui flatulenta humiditate, aut spiritibus uaporosis inferioris maxillæ musculos alicunde imbutos, plenosq; habent.

Ex quibus sæpe plura.) Hoc in omni de signis ullis disciplina meminisse conuenit, non τεκμήρια notasq; necessarias tantũ, sed & σημεῖα ac signa probabilia, magnaq; ex parte respondentia ea esse, quæ de futura ualetudine præuidenda medici tradiderunt. Vtuntur enim artificiosa quadam coniectura è rerum notis ac signis, non ijs quidem uerisimilibus ac sæpe fallacibus, ut faciunt oratores, collecta: sed quæ non sanè nunquam, sed rarò fallere ac decipere, si accuratè in omnẽ partem cõspiciatur, possint. Vrsunt ea primùm, quæ sumuntur ex totius corporis functionibus atq; officijs: deinde è qualitatibus partium temperaturas consequentibus, quas sensibiles, quòd alicui semper generi sensuum subijciantur, nominant. Postremò ab his quæ à corpore toto reijciuntur, per aluum, per uesicam, per sudorem, per uomitio-

nem,sputa,muccos,cæteraq; similia. Ad quos iam tanq; tres nidos,quęcunq; A
usquam de signis sunt prodita,accõmodari possunt: functiones autem dixi,
in cerebro sensus internos atq; externos, & mouendi cuncti corporis facultatem,& ratiocinationẽ,cogitationem,memoriã: in corde,arteriarũ pulsus,
& affectus animi,ac spirationis omnẽ rationẽ.In iecore, appetendi,coquendi,dispensandi,nutriendi uim. At qualitates nominaui,tum cõmunes illas
omnium plurium'ue sensuum affectiones,ut figurã, situm, numerũ,magnitudinem:tum unius alicuius proprias, nempe uisus colorũ genera,olfactus
odorũ formas,gustatus saporũ species, auditus uocum sonorumq; discrimina: tactus, quę tangi possunt,calorẽ,frigus, madorem, siccitatem,duritiem,
molliciem,asperitatem, læuitatem,dolorem,pruritum,uoluptatem. Necue
rò uniuersa indicia, quæ ad unam rem cognoscendam applicantur, semper
ut appareant necesse est: quanquam si id accidat,firmissimam spem aut formidinem facit, sed multis sæpenumero artificiosa coniectura contenta est:
nec paucis tamen satis fidit, uni alteriq; multo minus, nisi id plurium instar
sit,& apprimè momentosum,aut nisi effectuũ omnium uel causarum distributione in unum certumq; adducatur. Certè quo signa & plura,& euidentiora ad eandem rem conspirant,hoc minus dubitationis relinquitur.Et eo
uacillat coniectura magis, quo debilioribus notis & paucioribus sustentatur: singula itaq;, aut pauca si apparent, an quid inde aliàs sit cõsecutum, an B
noua sint,percontabimur: si noua, solerter omnibus rebus expensis,& animi oculis in omnem partem circumactis,de euẽtu trepidè pronunciandum
est,donec quod certum sit,emicet:sin etiam aliàs apparuerint,metus ac spei
rationem ex se quisq; optimè capiet. Etsi ne his quidem ita fidere oportet,
quin quæ sæpe minitando pepercerint,aliquando demum moram grauitate ac periculo pensare possint.

Quæ bona in ægrotantibus signa sint. Cap. III.

VBi uerò febris aliquem occupat,scire licet non periclitari, si in latus aut dextrum,aut sinistrum,ut ipsi uisum est, cubat,cruribus paulùm reductis, qui ferè sani quoq; iacentis habitus est, si facilè cõuertitur,si noctu dormit, si interdiu uigilat, si ex facili spirat,
si non conflictatur, si circa umbilicum & pubem cutis plana est, si
præcordia eius sine ullo sensu doloris æqualiter mollia in utraque
parte sunt. Quod si paulo tumidiora sunt, sed tamen digitis cedũt,
& non dolent, hæc ualetudo, ut spacium aliquod habebit, sic tuta
erit. Corpus quoq; quod æqualiter molle & calidum est, quodq;
æqualiter totum insudat,& cuius febricula eo sudore finitur, securitatem pollicetur,quando iam ad sanitatem uenit corpus. Sternutamentũ etiam inter bona indicia est, & cupiditas cibi uel à primo C
seruata, uel etiam post fastidium orta. Neque terrere debet ea febris, quæ eodem die finita est: ac ne ea quidem, quæ quamuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram accessionem ex toto
quieuit,sic ut corpus integrum quod ἀλειπὲς Græci uocant, fieret.
Si quis autem incidit uomitus, mixtus esse ex bile & pituita debet,
& in urina subsidere album, leue, æquale, sic ut etiam si quæ quasi
nubeculæ innatarint, in imum deferantur. At uenter ei qui à periculo tutus est, reddit modò mollia, figurata eodem ferè tempore,quo secunda ualetudine assueuit: modò cõuenientia his quæ assumuntur. Peior cita aluus est; sed ne hęc quidem terrere protinus
debet,

A debet, si matutinis temporibus coacta magis est: aut si procedente tempore paulatim cōtrahitur, & ruffa est, neq; fœditate odoris similem aluum sani hominis excedit. Ac lumbricos quoq; aliquos sub fine morbi descendisse, nihil nocet. Si inflammatio in superioribus partibus dolorem, tumoremq; fecit, bonum signum est. Sonus uentris inde ad inferiores partes euolutus: magisq; etiam, si sine difficultate cum stercore excessit.

ENARRATIO.

Non periclitari.) nisi rebus immutatis. Sunt enim quæ hic traduntur indicia, quæ spem quidem de se faciant bonam, pro alijs uerò minimè spondeant.

Si in latus dextrum aut sinistrum.) Hipp. in Prænot. Decumbentē, inquit, ægrotum à medico deprehendi conuenit in latus dextrū aut sinistrū, & manus ac collum cruraq; modicè reflexa habentē. Et eodem rursus libro, atq; in Coacis item Prænotionibus: Decubitus optimus est, inquit, quo quis dum ualeret, uti solitus fuit. Quibus locis Hippocrates, decubitus formā qualemcūq; ualentium cæteris antepōnit, non dextros semper aut sinistros, nisi si in bona ualetudine fuerint usu frequentati, quod Celsus ita inquit: Sed hos tamē
B longè optimos quoq;, si ualentibus ita sunt usurpati.

Si facilè conuertitur.) Hipp. in Prænot. utrisq;: Conuerti autem facilè conuenit ęgrotum, & in se attollendo esse leuem. Si uerò grauis esse appareat, tum reliquo corpore, tum manibus pedibusq;, perniciosius est.

Si noctu dormit, si interdiu uigilat.) Hipp. in Prænot. Quod ad somnos attinet, quemadmodum secundum naturam consuetum nobis est, interdiu uigilare, noctu dormire oportet. Secus si fiat, peius est.

Si ex facili spirat.) In Prænot. utrisq;: Bonam spirationem ualde magnā habere uim ad salutem in omnibus acutis morbis, existimare decet: si quidem cum febribus ij affligant, atq; à quadraginta diebus iudicentur.

Si non conflictatur.) In utrisq; Prænot. Digitis ac pedibus penitus nigrescentibus, alia quoq; signa spectare conuenit: si enim æger facilè ferre uideatur malum, & aliud è salutaribus signis cōtestetur, fore ut morbus ad abscessum conuertatur ægro superstite, sed partibus illis nigris decidentibus, spés est.

Si circa umbilicum & pubem.) Hipp. 2. Aph. 35. ἐν πάσῃσι τῇσιν νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς μοχθηρόν, ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας. id est: In omnib. morbis partes circū umbilicum & pectinē, crassitudinem habere melius est. At uehemens extenuatio atq; eliquatio, praua est. Quin & periculosa est purgationibus, quæ per infernas fiunt partes. Ferè in Celsi exemplaribus hoc loco cutis pla-
C na legitur. Ego & Hippocratis uerbis adductus, & antithesi cutis macræ, cuius proximo capite fiet mentio, plenam cutē hic substituere nihil uerear, aut dubitem. Nam & in Prænot. Conueniunt, inquit, in omni morbo mollem esse uentrem, & iusta mole præditum. Quam molem plena cutis, quàm plana, melius impleuerit.

Si præcordia eius sine ullo sensu.) In Prænot. Præcordium optimum est doloris expers, & molle, & æquale, tum in dextra, tum in sinistra parte.

Quòd si paulo tumidiora.) In utrisq; Prænot. Tumores præcordiorum molles, & doloris exortes, & qui digito cedunt, tardiores iudicationes faciūt: ac minus, quàm his contrarij, sunt horrendi.

Corpus quoq; quod æqualiter molle & calidum est.) In Prænot. utrisq;: Optimum est, & totum corpus calidum esse, & molle.

Quodq; æqualiter totum insudat.) Ambobus in Prænot. Sudores optimi sunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus iudicatorijs fiunt, & febrem omnino submouent: sed & boni quoq; sunt, qui per totum corpus promanāt, & qui,

ut homo facilius morbum ferat, efficiūt. Hippocrates primùm qui sint optimi ostendit: tum qui, quamuis optimi non sint, boni tamen habeantur docet. Celsus ambo cōfudit & miscuit, præterquam quòd dierum iudicatoriorum, iudiciorumq́ in morbis rem cum nominibus cautè hoc libro ubiq́ fugisse omnino uidetur: sui seculi quorundam medicorum iudicio planè secutus. sed ea de re tertio libro dicendi amplius, locus dabitur. A

Quando iam ad sanitatē uenit corpus, sternutamentū.) Cerebrū ubi calefit uel igni, uel sole, uel alia re qualicūq, calefaciendi ulla ui prædita: aut si est humectatum siue uictus ratione uberiore, siue aeris madore: aut si qui in cerebro est humor, in uapores ab aliquo calore resoluit, aut uapores in spiritus rarescūt, atq; diffunduntur caliditate: aut si solitū effluuiū, seu frigore, seu astringente re quapiā cohibetur, sternutamentū oboritur. Id q̄d ad ignē è frigore ingressi, aut è calore in frigidum locū digressi, & qui solem subitò intuentur, aut micantius lumen inspiciūt, quotidie in se experiri cernunt. Quod si iam nulla istarum causarū de ratione crebrius excitet, humidam capitis, unde erumpit, ægritudinem intus ali sæpe minitatur: quam natura ut expellat atq; exturbet, gemino spirationis incumbit et cōnititur motu. Altero, quē per ossa ethmoidea in cerebrum trahit: altero, quem à naribus per neruos, ceu per digitos quosdam prælongos in thoracē demissos, è uestigio à pulmone pariter & à capite spiritū omnē summo nixu summaq; ui elidente exprimit. Ex quo fit, B ut capiti oppleto uaporibus, plerūq; sternutamentū conducat uel plurimū, nisi ob destillationem eueniat, aut pectoris cuipiam ulceri coniungatur. Alioqui enim pulmonis humores forte fortuna simul excutit, & maturis iam morbis summopere confert: nam & mali causam, nunc ubi opportunum est, fortiter elidit, & naturæ uires iam confirmari atque redintegrari significat. In crudis uerò uitijs sternutatio licet præmatura fit, neq; quicquam opitulетur, tamen naturæ cum uitio depugnantis uirtutem aliquam arguit.

Et cupiditas cibi uel à primo seruata.) Hipp. 2. Aph. 33. ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθὸν· τὸ δ' ἐναντίον, κακόν. id est: In omni morbo ualere mente, & bene se habere ad ea quæ exhibentur, bonū est. Contrà uerò si fiat, malū. Nam prius, cerebri prosperè affecti neruosorūq; omnium partium signum est: posterius, cor, iecur, uentriculum ualere, robustaq; esse denotat. Quæ si nō ualeant, nec cupidè cibus appeti, nec uires constare possunt. Quod nullo non tempore felix, dum mediocriter fit, esse debet.

Neq; terrere debet ea febris.) Hipp 4. Aph. 55. οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημερίων hoc est: In adenū inflāmationibus febres oēs malæ, præterquàm diariæ. Diariæ siquidē ut à causis ferè externis, aut iuxta magnas uenas ulceribus nascuntur, ita mitissimæ sunt, & citissimè suauissimeq; desinunt.

Quamuis longiore tempore euanuit.) Diarias etiam biduū triduumq; durātes febres nominat. Nō sanè à tempore, sed quoniam diariarū clementiā totumq; C ingeniū imitantur: solum hoc nomine differentes, quòd productiores sint, quodq; stipato corpore à nimia ui frigoris aut æstus, aut astringēte è balneo nascantur: huc quoq; refer febres eas, quæ repetunt quidem, sed interuallis ex toto quietis liberisq;. 4. Aph. 43. ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ πυρετοὶ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι. id est: Quocunq; demum modo febres intermiserint, periculo uacare significat. Eiusmodi autem maximè sunt tertianæ puræ interpolatæ, & quartanæ quoq; intermittentes. Cæteræ enim integrum corpus, & prorsus omnis ægritudinis uacuum, ne per remissionem quidem deserunt. Quoniam & quotidianæ maximè intermittentes aliquid semper turbulentiæ retinent, & reliquæ omnes, donec ex toto terminentur, perpetuò continuant.

Siquis autem incidit uomitus.) In utrisq; Prænot. Vomitus commodissimus ac minimè molestus est, ex pituita ac bile quàm maximè permixtus, & neque crassus ualde, neq; multus.

Et in urina.) In Prænot. utrisq;: Optima est urina, cuius toto morbi tempore, quo

A quoad iudicetur, candida est, & leuis, & æqualis subsidentia. Securitatem si quidē designat, & morbū fore breuem. In iudicationib. uerò suis Hippocrates albissimā subsidentiā in urina optima, nō candidam tantū esse postulat.

Sic ut etiam si quæ quasi nubeculæ.) Quæ nubeculæ deorsum quidē feruntur, eas bonas esse putandū est, & laudādas, inquit in Prænotionib. suis utrisq; Hippocrates: sed & albas easdē utrobiq; pariter esse, quo sint meliores, expetit.

At uenter ei.) Vtrisq; suis in Prænot. Hipp. Alui deiectio optima est mollis & cohærens, & quo tempore ualenti reddi solebat, egesta. Et, q̃d ad copiam attinet, ciborum assumptorum multitudini respondens: hoc enim indicio infernum uentrem sanum esse cognoscitur. Idem eo libro quem de Victus genere in morbis acutis posteritati mandauit, eam aluum prædicat salutarē, quæ toto ægritudinis tempore, ualentis hominis deiectioni similis conspicitur: quæ profectò eiusmodi esse debet, qualem modò depinximus. In libro secundo Prædictionū, eam Hippocrates damnat alui deiectionē, quæ liquidior sit, quàm ut in transitu conformetur. Celsus item cum mollicie figuratā hic postulat, hoc ipso pariter & liquidam & dutā uituperandam esse significans. Neq; enim aliud Hippocrates requirit, dum mollem ac cohærentem, & (quod in Coacis adijcit) compactam, alijs omnib. generibus anteponit.

Peior cita aluus, sed ne hæc quidem terrere.) Secundo libro Prænotionum Hippo-
B crates, & item in Prænot. Quin, inquit, & egerere (si liquida est aluus) iuxta ingestorū copiam oportet bis aut ter in die, noctuq; semel. Plura quoq; manē, quemadmodum homini consuetum est. Inspissari item decet quod egeritur, morbo ad indicationē urgente, & subfuluum esse, & nō ualde grauiter olere. Celsus hactenus tam ab Hippocratis uerbis non abscessit, quàm iam facit hoc loco. Liquidam enim aluum (citam ipse nominat) matutinis horis coactiorem laudat. Hippocrates nō id quidem, sed plura tum deijcientem. Rursus ille, procedēte tempore, paulatim quæ cōtrahitur, aluum prædicat: si nō iam idem quod cogitur ac spissatur, id ualere & declarare, quod omnino cōgruat, & facilè ab imperitis & indoctis hominibus secus accipi potuit, existimes. Nam & in ambabus Prænotionib. & de Iudicationib. lib. Hippocrat. appetenti morbi iudicio spissiorē reddi aluum planè cōmendat. Postremò Celsus iudicationis nullam facit omnino mentionē, sed eam tota hac de signis doctrina graui delicto, cuius creberrimè meminit Hippocrates, ubiq; prætermisit, ne uerbulo quidē ullo eam alicubi dignatus. Cætera ad unguē tota sententia congruunt, & cum Hippocrate concordant atq; cōsentiunt.

Ac lumbricos quoq; aliquos.) In utrisq; Prænot. Commodum est & lumbricos rotundos cum alui egestione prodire, morbo ad iudicationē tendente. Finē hic, ut passim hoc libro, nisi rem etiam omnino taceat, quàm iudicationem dicere, aut iudicium, aut Græcorū more crisin maluit: haud scio, an insolita
C apud Latinos uocabuli significatione deterritus, non rei omnino ignorantia inductus: sed sunt ita medicinæ, ut cuiusq; artis, certa uocabula, quæ temerè mutari non debent, nec propter nouitatem apud eos qui disertè omnia quàm aptè ac clarè dicere ac legere malunt, repudiari.

Si inflāmatio in superioribus.) Fœdissima ignorantia superiorū temporū hic locus omnis hactenus cōspurcatus habet, sensu & dissipato ac dissoluto, & lōgè omniū uanissimo, quē Hippocratis libris collatis ad longè aliam sententiam reuocare, ut faciemus pòst in alijs bene multis, non dubitabimus. Præcordiorum dolores, in utrisq; Prænotionib. inquit ille, ac tumores si fuerint recentes, citra inflammationē, soluit murmur in præcordio obortum: idq; maximè sanè, si pertransierit cum stercore & urina ac flatu: sin minus, etiam ipsum per se, si permeauerit, prodest. Prodest quoq;, si quouis modo ad infernas partes subsederit. Et 4. Aph. 73. Eandē sententiā uerbis nōnihil cōmutatis breuitatis ergò sic extulit: ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορίζοντα ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, &c. id est: Quibus præ

cordia sublata ac tumida permurmurant, lumborũ dolore subeunte, his alui humectantur, si non flatus erumpant, aut urinæ copia prodeat: hæc uerò in febribus accidunt. Quibus locis persuasus, Celsum in hæc uerba restituendum esse, cum quouis cõtendere audeam: Si sine inflammatione in superioribus partibus dolorẽ quid, tumoremq; fecit, bonum signum est sonus uentris: inde ad inferiores partes euolutus, magisq; etiã si sine difficultate cum stercore excesserit. Consentiunt enim ista doctrinæ Hippocratis, nec habent quicq; incommoditatis, prẹterquàm quòd ex Celsi more, mutata sunt quædam, ut partes præcordiorum, siue hypochondriorum, in partes superiores, uocabulo latius patente: & murmur in sonum uentris, simili figura, quam synecdochen & intellectionem uocant. Et quod diminuta truncataq; in fine sunt quædam, quod ex ijs sentẽtijs, quas modò ex Hippocrate protulimus, facilè perspici licet: sed sine ueritatis uiolatione graui, quæ non cõmoda interpretatione tota facilè tolli queat, & cum rerũ inter se omnium appositissima cõnexione. quũ quòd antè legebatur, & uanissimũ esset, nempe inflammationem in superioribus partibus, si tumorẽ doloremq; faceret, esse signũ bonũ: quo quid dici aut cogitari poterat uel absurdius, uel uanius? Id ne bonum signũ sit, quo nihil propè perniciosius haberi potest? Et erat præterea proxima sententia nullo sensu, nulloq; iudicio à superiore diuulsa, ex qua ipsa necessaria coniunctione dependebat. Quid est, si hoc non est, insigne barbariei, ne quid dicam atrocius, & ignorantiæ, qua optimi quiq; authores confossi & penè enecti iacuerunt, argumentum? Sed nihilo minus grauia putidaq; uulnera paulo pòst, si Deus uolet, aperiemus ac detegemus, & curabimus quoq; plurima.

A

B

Mala signa ægrotantium. Cap. IIII.

Contrà grauis morbi periculũ est, ubi supinus æger iacet porrectis manibus & cruribus, ubi residere uult in ipso acuti morbi impetu, præcipueq; pulmonibus laborantibus. Vbi nocturna uigilia premitur, etiam si interdiu somnus accedit. Ex quo tamen peior est, qui inter quartam horam & noctem, quàm qui matutino tempore ad quartã. Pessimum tamen est, si somnus neq; noctu, neq; interdiu accedit: id enim ferè sine continuo dolore esse non potest. Æquè uerò signum malum est, etiã somno ultra debitum urgeri: peiusq;, quo magis se sopor interdiu, noctuq; cõtinuat. Mali etiam morbi testimonium est, uehementer & crebrò spirare, à sexto die cœpisse inhorrescere, pus expuere, uix excreare, dolorem habere continuũ, difficulter ferre morbum, iactare brachia & crura, sine uoluntate lachrymare, habere humorem glutinosum dentibus inhærentem, cutem circa umbilicum & pubem macram, præcordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta, magisq; si hæc dextra parte quàm sinistra sunt: periculosissimum tamen est, si uenæ quoq; ibi uehementer agitantur. Mali etiam morbi signũ est, nimis celeriter emacrescere, caput & pedes manusq; calidas habere, uentre & lateribus frigentibus, aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente, aut post sudorem inhorrescere: aut post uomitum, singultum esse, uel rubere oculos: aut post cupiditatem cibi, post ue longas febres hunc fastidire, aut multum sudare, maximeq; frigido sudore: aut habere sudores non per totum corpus æquales, quiq; febrem non finiant, & eas febres quæ quotidie

C

tempore

A tempore eodem reuertantur, quæ'ue ſemper pares acceſſiones habeant, neq; tertio quoq; die leuent: quæ'ue cõtinuent, uel per acceſſiones increſcant, per diſceſſiones tantum molliantur, nec unq; integrum corpus dimittant. Peſſimum eſt, ſi ne leuatur quidem febris, ſed æquè concitata continuat. Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrem oriri, utiq; ſi præcordia dextra parte dura manſerunt, ac dolentibus his læua. Nulla acuta febris leuiter terrere eos debet. Neq; unq; in acuta febre, ut à ſomno non eſt terribilis neruorum diſtentio. Timere etiam ex ſomno mali morbi eſt. Itemq; in prima febre protinus mentẽ eſſe turbatã, membrum'ue aliquod eſſe reſolutũ. Ex quo caſu quãuis uita redditur, tamen id ferè membrum debilitatur. Vomitus etiam periculoſus eſt ſinceræ pituitæ, uel bilis: peiorq;, ſi uiridis aut niger eſt. At mala urina eſt, in qua ſubſidunt ſubrubra, aut liuida: deterior, in qua quaſi fila quædam tenuia atq; alba: peſſima ex his, ſi tanq; ex furfuribus factas nubeculas repræſentat. Diluta quoq; atq; alba uitioſa eſt, ſed in phre
B niticis maximè. Aluus autem mala eſt, ex toto ſuppreſſa. Periculoſa etiã, quæ inter febres fluens conquieſcere hominem in cubili nõ patitur: utiq; ſi quod deſcendit, eſt perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut ſpumãs. Præter hęc periculum oſtendit id q̃d excernitur, ſi eſt exiguum, glutinoſum, leue, albũ, idemq; ſubpallidum: uel ſi eſt aut liuidũ, aut bilioſum, aut cruentũ, aut peioris odoris, q̃ ex cõſuetudine. Malum eſt etiã, q̃d poſt longas febres ſincerũ eſt.

ENARRATIO.

Vbi ſupinus.) In Prænotionibus: Supinum iacere, & manus, & collũ, & crura extenſa habere, minus bonum. Colli Celſus non meminit: quemadmodum nec huius ipſius, neq; manuum quoq; Hippocrates, in Coacis Prænot.

Vbi reſidere uult in ipſo.) In Prænot. Hipp. Erectũ ſedere uelle ægrũ in morbi uigore, in omnib. morbis acutis malũ eſt: peſsimũ aũt in peripneumonicis, pulmone inflãmato. Celſus impetũ pro uigore, ſummaq; acerbatione, quã habere poteſt morbus, poſuit: quũ impetus uocabulo alias paroxiſmus omnis, & quæcunq; ex interuallo recurrit exacerbatio ſignificetur. Deinde pulmones laborãtes pro inflãmatis, ampliore quàm res ferat nomine ſubſtituit. Non enim in dyſpnœa aut aſthmate, illã ſpirãdi difficultatẽ, hoc anhelatio-
C nem Latinè appellamus, uelle reſidere, malũ ſic eſt, ut nouũ inſolẽſq; periculum minitetur: ſed id pulmoni inflammato accidere, nouũ terrorẽ & ingentem metum obijcit. Vero propius eſt, quod Hippocrates in Coacis Prænotionibus in pleuritide parem formidinem ſubeſſe, ſi quis ita reſidere cupiat, dicit: quando pleuritis acutus quoq;, & peripneumonię uicinus morbus eſt.

Vbi nocturna uigilia.) In Prę not. utriſq;. Antè dixerat interdiu uigilandũ eſſe, noctuq; dormiendũ. Deinde cõtinuò adijcit: Si uerò hoc fuerit trãſmutatũ, peius eſt. Minimè uerò lędi æger poterit, ſi dormiat manè ad tertiã dieiſ partem. Qui uerò ab hoc tempore fiunt ſomni, deteriores ſunt. Peſsimũ autem eſt non dormire, neq; noctu, neq; interdiu. Aut enim pręⁱ dolore & affectionibus uigiliæ premunt, aut delyrium ſecuturum eſt ab hoc ſigno. Celſus magna uenuſtate ac fide omnia reddidit. Eſt enim afflictio uel dolor moleſtus, uel è tali dolore naſcitur: ſed delyri mentio ab huius loci inſtituto aliena erat. De quo Hippocr. 7. Aph. 18. ubi is è uigilia ſeu conuulſionem, ſeu delyrium malum prædicat.

Aequè uerò signum malum est.) 2. Aphoris. 5. Somnus aut uigilia, utrumuis ubi modum excesserit, malum est. Et primo libro Prædictionum: Sopor est ubique malus. A

Maliq́; etiam morbi testimonium.) 4. Aphoris. 68. Hippocrat. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει. id est: In febribus spiritus offendens atq; subsistens, malus: conuulsionem nanq; significat. Neruorũ siquidem & musculorum eorum qui thoracẽ mouent, siccitate prouenit. Verùm Celsus hoc loco nõ tam huius, quàm densi naturam depingit. De quo Hippocrat. in Prænotion. Densus spiritus dolorem aut inflammationẽ in locis supra septum trãsuersum denotat. Et eodem libro: Mala, inquit, signa sunt, ægrè ferre morbum, spiritum magnum ac densum esse, dolorem non mitigari, sputum uix tussiendo reijcere, ualde sitire, corpus inæqualiter à febre teneri, uentrem quidem ac costas magno æstu premi, frontem uerò & manus ac pedes frigere.

A' sexto die cœpisse inhorrescere.) Hippocr. 4. Aphor. 29. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα. id est: Si cui per febres sexto die rigores fiunt, mali indicij sunt: sic, ut uel ultra debitum tempus prorogentur, uel desinant non integrè, uel relabantur, uel perniciem adferant. Porrò Celsus, τὰ ῥίγεα horroris uocabulo conuertit: quem alij, uti decuit, rigore mitiorem statuerunt: sed de hoc ipso suprà dictum est, esse nempe rigorem inæqualem, & uehementem uniuersi corporis quassationem. B

Pus expuere.) Pectoris siquidem, aut pectore atq; thorace comprehensi uisceris, aut gutturis, aut eius canalis exulcerationẽ subesse significat, quorum nihil est quod non magnopere sollicitum hominẽ habere debeat, aliâs aliasq; magis ac minus. Hippocratres 4. Aphoris. 47. Excreationes, inquit, in febribus non intermittentibus liuidæ, & cruentæ, & graueolentes, & biliosæ, omnes malæ sunt. At probè uerò secedentes bonæ sunt, et per alui deiectiones, & per urinas. Si uerò nihil per hæc loca, quod adiuuet, excernatur, malum est.

Iactare brachia & crura.) In Prænot. Et manus, & collum, & crura inæqualiter disiecta ac nuda habere, malum est: anxietatem enim declarat. Celsus nec colli, nec nuditatis, nec anxietatis commeminit: non colli, quia quòd pari careat, uariè quidem posse moueri, non inæqualiter disiici posse, fortassis uideatur. Non nuditatis, quoniã alio loco de ea quid minitetẽ, scripserit: non deniq; anxietatis, quando ipsa facilè è partibus disiectis intelligatur. At Hippocrates optimo iure omnium commeminit. Causamq́; eius quisq; & eorũ omnium quę de signis consequentur, ex Galeni benignissimis fontibus abundè, plenaq; manu haurire poterit.

Sine uoluntate lachrymare.) ὁκόσοισι τοῖσι πυρετοῖσιν, ἢν ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον, ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον, C inquit Hippocrates 4. Aphoris. 52. Quicunque in febribus, aut alijs ægritudinibus suo arbitratu sponteq; lachrymantur; nihil absurdi: qui uerò præter uoluntatem, absurdius. hoc enim ab infirmitate euenit. Vt Temeniæ sorori 4. Epidemion: Illud uel animi perturbatione & tristitia, uel ui expressis, tutisq; oculis fit.

Habere humorem glutinosum.) 4. Aphoris. 53. Hippocrat. ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί. id est: Quibus circa dentes in febribus admodum uiscida adhæserint, uehementiores ipsis febres fiunt, febrili nempe ardore lentorem hunc efficiente.

Præcordia inflammata, dolentia.) In Prænotionibus: Præcordium inflammatum, aut dolorem exhibens, aut dextra parte secus ac sinistra affectum, hæc omnia obseruare oportet. In Coacis uerò Prænot. Non leuis, inquit, ægritudinis hæc signa sunt: si uerò etiam pulsus suberit in præcordio, turbationẽ denunciat, aut delyrium. Verùm oculos talium præter hæc intueri oportet,

A qui si frequenter dimouentur, ne furiosi euadant metus est. Tumor in præcordio si durus est & dolorosus, pessimus quidem is est, ubi per totum spargitur præcordium. Sin in alterutra tantũ fuerit parte, minus periculosus est in sinistra. Sed & alia multa ad hanc rem cumprimis utilia, eodẽ loco de Præcordiorum tumoribus refert Hippocrates. Et Celsus quoq; mox eadem de re uarijs in locis pro re præsente, quã tractabit, uerba facturus est. Nam tumores præcordiorum soli qui periculo uacãt, superiore capite expositi sunt: & hoc, duntaxat qui malum imminere denunciant.

Mali etiam morbi signum est nimis celeriter.) 2. Aphor. 28. Febricitantiũ, ait Hippocrates, non omnino leuiter, permanere, & nihil minui corpus, aut etiam magis quàm pro ratione colliquescere, malum est. Prius enim morbi longitudinem, posterius debilitatem significat.

Caput & pedes manusq; calidas.) In Prænot. utriusq; Hippocr. Caput & manus, & pedes contrà si frigida sunt, malum est ubi & uenter, & latera calida sunt. Quæ si iam inuertas, ex uitio sanè aliquo etiam proficiscuntur.

Aut frigidas extremas partes.) 7. Aph. 1. ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν. id est: In morbis acutis extremarum partium frigus malum est. Malum quoq; in uehementi circa uentrem dolore, si quid eiusdem libri Aphoris. 27. credimus.

B *Aut post sudorẽ inhorrescere.*) 7. Aphor. 4. ὑπὸ ἱδρῶτι φρίκη οὐ χρηστόν. id est: Post sudorem horror bonus non est. Quoniam noxiæ materiæ copiam in partibus sensilibus delitescere notat.

Aut post uomitum singultum esse.) Hippocr. 7. Apho. 3. ὑπὸ ἐμέτου λύγξ, καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν. hoc est: A' uomitu singultus & oculi rubicundi, malum. Quippe hæc coniuncta (licet Celsus distrahat, separetq;) uel uentriculi, uel potius cerebri inflammationem significant. In Coacis itaq; Prænot. Ex meracis, item uomitionibus singultus aut conuulsiones malitiæ cõdemnantur.

Aut post cupiditatem cibi.) Id Celsus ex oppositione eorum, quæ superiore capite de cibi appetentia sunt dicta, sumpsit. Nam si appetentia in omni ægrotatione expetenda est, certè cibum fastidire malum est. Hippocr. 7. Aphor. 6. ὑπὸ νόσου πολυχρονίης ἀσιτίη κακόν. id est: In morbis longis cibũ fastidire malum est. Ne quis, quod Celsus hic refert, de acutis intelligat: qui propterea designatè inquit, post longas, & post cupiditatem. Id quod ex 2. Aph. 32. transtulisse uidetur, ubi hæc prodita sunt: ὡς τὰ πολλὰ πάντων οἱ φαύλως ἔχοντων κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντων, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντων, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν. οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἀσιτέοντων ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντων, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι. id est: Plerunq; omnes qui malè habent, si ab initio cibum bene capiant, nec roborentur, tandem sub finem cibum rursus fastidiunt. At qui ab initio cibũ ualde auersantur, ac deinde cibum probè capiunt, melius euadunt.

C *Aut multum sudare.*) Sunt hæc tam multis locis in Hippocrate repetita & inculcata, ut quem primùm proferam, penitus ignorem, 4. Aphoris. 42. ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζονα, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσονα νοῦσον σημαίνει. id est: Sudor multus siue frigidus, siue calidus assiduè fluens: frigidus maiorẽ, ac longiorem, calidus minorem breuioremq; morbum indicat. Et primo libro Prædict. Sudor multus cum febribus acutis, malus, sed in Prænotionibus quæcunq; Celsus habet, præscripta sunt ab Hippocrate plenissimè, quẽ idcirco solum locum protulisse propè suffecerat: Sudores pessimi habentur frigidi, & tantum circa caput ac faciem ceruicemq; oborientes: hi etenim in acuta quidem febri mortem denunciant, cum mitiore uerò morbi longitudinem. Et eodem libro paulo suprà: Sudores, inquit, qui neq; febrem perfectè submouẽt, neq; eandem leuant, incommodi sunt. At 4. Aph. 56. Qui febrienti, febri non remittente, sudor accidit, prauus est. Moram enim hic trahit morbus, multamq; humiditatem significat.

Et eæ febres quæ quotidie.) ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς ἐν

τὴν αὐτὴν ὥρην ἣν λάβῃ, δύσκριτα. id quod habet Hipp. 4. Aph. 30. id est: Quibus exacerbationes accidunt, quacunque tandem hora febris dimiserit, si eadem postridie corripuerint, difficile iudicium sortiuntur. Quibus ego uerbis impulsus, pro τ' eas in accusandi casu, quē uulgò pleraque exemplaria habēt, primùm casum pluratiuū, eæ, suffecio. Vt ne sudores cum his febribus quotidianis, nulla authoritate, & ratione exigua consocientur: sed ut, quemadmodum sudores dicti, & fastidia, cæteraque exposita malum euentum præ se ferunt: sic has febres eodem tempore recurrentes, & pares accessiones seruantes, à periculo minimè immunes esse intelligamus. A

Neq; tertio quoq; die leuentur.) Alludit ad illum Hippocr. ex 4. lib. Aphor. 43. Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείπουσιν, διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι. id est: Febres quæcunque non intermittentes tertio quoque die intenduntur, periculosæ sunt. at quæ quoquomodo intermiserint, periculo carere eas testimonio est. Semitertianas enim utrque suis uerbis depingit, quæ & continuæ sunt, & formidandis horrēdisque signis plenæ: nempe lethargicis delationibus, atque attonitis, sideratisque, & uigilijs, & syncopis, & totius corporis metuendis turbationibus refertæ. Cæterùm quæ Celsus de continuis cæteris, & per accessiones increscentibus, ac nunquam integrum corpus dimittētibus attexit, facit id paraphrasticōs, ex aphorismi Hippocratici parte posteriore: quæ laudatis solis ijs, quæ sincerè interdesinunt, tacitè, quicquid in febribus tale non est, damnat. B

Periculosum est etiam post febrem.) Dubium nemini esse debet, hunc quoque locum corruptè mendoseque, in ijs qui typis excusi extant, exemplaribus, lectū esse: quo, febrem post arquatū morbum oriri periculosum esse, significatur. Constat enim, atque in cōfesso est, tum rei natura bene perspecta, tum Hippocratis sententia ex 4. Aphor. 6. & è Coacis Prænotionibus, prolata, febribus contra bifariam arquatū morbum uitiosè superuenire. Tum si septimū ante diem appareat, tum si post eundem cum præcordiorū duritie suboriatur. sic enim ille scriptū reliquit: Morbus regius (Celsus arquatū uocat) ante septimum diem si accedat, malus est. Nec scripsit tantū hoc pacto Hippocrates, sed & legit & approbauit omnis deinde posteritas. Adijcit itaque: Septimo uerò, ac nono, & undecimo, & decimoquarto, iudicatorius est, si non etiam hypochondria indurauerit. Sin id fecerit, etiam ambigua res est. Quæ repetuntur ferè Aph. & 62. & 64. eiusdem libri. Quare hoc modo Celsus emendari ac restitui poterit, & nisi fallor, etiam, ut sanus sit, debebit: Periculosum est etiam arquatū morbū post febrē oriri. utique si præcordia dextra parte dura manserunt, aut dolentibus his læua. Vbi codices excusi rursus, ac pro aut habent, non bene, meo quidem iudicio. Celsus numeros dierū neque parium, neque impariū ullo usquam loco dignos existimauit. Et eorundē obseruationem explanatè alibi sugillare nō dubitauit. Itaque id hoc loco delinquit, quòd falsa hac persuasione, ex gemino naturæ peccato simplex statuit. Duplici nanque nomine, ut modò docui, arquatus in febribus improbè superuenit: si ante septimū diem, aut si cum hypochondrij duritia corripiat. Nam ἐν τοῖσιν ἰκτερικοῖσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν. 6. Aph. 42. id est, Morbo regio affectis, iecur indurescere malum: idque nullo non tempore. Arquatus uerò post diem sextū sæpe etiā bonus est, & iudiciarius, si diebus illis imparibus, quos modò tradidimus, hominē mundat. Plinius hunc locūde ictero Hippocratis, uanitatis insimulare non dubitauit. Sed non animaduertit iste, de iecoris hæc inflammatione dicta esse. Celsus ut alterius delicti iacturā pensaret, hic etiam sinistri hypochondrij dolorē simile ferè uitium attexuit: solet aūt frequenter dolorem, hoc potissimū libro, pro inflammatione sufficere. Quod si ipsum hic etiā fecisse largiamur, nihil absurdi magnopere cōmissum arbitrabor. Quinetiā quàm est ab dextro hypochondrio inflāmato morbus regius intempestiuus detestandus, tam est propè periculosus fortasis, cum sinistri C

A hypochondrij inflammatione subortus. Præsertim quum sit arquatus etiam duplex, à iecore flauescens, et à liene subnigricans. Id quod tacitè Hippocrates notasse uidetur, dum hypochondriorum uno nomine, uel tota ipsa, uel ipsorum dextram, uel læuam partem complectitur.

Nulla acuta febris leuiter.) Omnes acutas febres, si non felici uacuatione in die quopiam iudiciario finiantur, periculosum subitumq; exitum sortiri, omnibus seculis compertum est: eamq; uel interitus, uel recidiuæ, quæ morte plerunq; nõ multo sit tutior. Neq; ullæ sunt quæ per initia quò demũ euadant, obscurius præ se ferant: nullæ de insperato citius tum in partẽ meliorem ac salutem, tum in deteriorẽ atq; perniciem ruunt. Quare Hipp. 2. Aph. 19. τῶν ὀξέων, inquit, νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιείης. id est: Acutorum morborũ non omnino certæ sunt prædictiones, neque mortis, neque salutis. Vocat autem eos omnes acutos, qui citò iudicantur, eoq; protinus summam acerbitatem obtinent.

Neq; unquã in acuta febre ut à.) Ex 4. lib. Hipp. duos Aph. hic in simplicẽ orationis sententiã contexuit. Alterũ 66. ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσιν οἱ σπασμοί, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροί, κακόν. id est: In febribus acutis cõuulsiones, et circa uiscera uehemẽtes dolores, malũ. Alterũ: ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοί, κακόν. id est: In febribus post somnos timor, aut cõuulsio, malũ.

B *Timere etiam ex somno.*) Istud melancholici humoris copia caput grauari declarat, uti conuulsio pituitæ multitudine neruos redundare denotat. Quæ quemadmodum nunquam bona sunt, ita in febribus præcipuè acutis multo sunt peiora. Hippocr. 2. Aph. 1. ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. hoc est: In quo morbo somnus laborem adfert, lethale. Nam de timore ex somno, iam nunc in proxima sententia dictum est.

Itemq; protinus mentẽ esse turbatam.) 2. lib. Prædict. Hipp. In principijs febrium siue delyriũ accesserit, siue mẽbri alicuius sideratio cõtigerit, periturũ hominem, sciendum est: si non omnino aut ex optimis signis aliquod accesserit, aut corporis uires sufficiant. Quare is cõsiderandus modus est, quippe homini spes etiam salutis tum supererit: at ita, ut si superstes maneat homo, claudus reddatur articulus in quem uitium incubuerit. Et certè si quod 2. Aphoris. 33. scribit, ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, ἀγαθόν. id est: In omni morbo ualere mente, bonũ est: turbari nimirum, malum est. Maximè in principijs, & antè maturitatis morbi indicia, post quæ mali iam nihil idem denunciat, sed crisim iudiciumq; modò instare ægritudinis monet.

Vomitus etiam periculosus est sinceræ.) In Prænot. utrisq;: Võmitus meraciores, deteriores sunt. Si uerò id q̃d uomitu reiectũ est, prasini uiridisq; fuerit coloris, aut liuidum, aut nigrum, quicũq; horum fuerit colorũ, malum esse putandum est. Celsus liuidũ data opera cõsultoq; omisisse uidetur. Quod is Hippocrati paulo pòst non malus solum, uerumetiam citam mortem, iamq; ap-
C petentem minitari tradatur: sed addit ibi Hippocrates, si graueolens fuerit. Alioqui ubi non putet, liuidus inter malos tantum censeri debet. Prasinus autem is color dicitur, qui ad morem porraceorum foliorum uiret.

At mala urina est, in qua subsidunt.) Si quæ de subrubra & liuida hypostasi atq; subsidentia hoc loco docent, è Coacis Prenot. nõ sunt decerpta, qua authoritate uetusta ea cõfirmẽ, nõ inuenio. Verũ illic malitiæ neutra apertè insimulatur: solũ subrubra morbũ nullo cũ metu productũ iri, liuida prædictiorũ dolorẽ significare tradit. Quæ uerba sicut uituperationi, quàm laudi propiora sunt: ita rationẽ nõnullam subesse uideo, cur utraq; nõ bona esse credatur: idq; si & coloris modò naturã cõtemplemur, & optimæ urinæ notas cõferamus. Abest enim uterq; color plurimũ, sed maximè liuidus, à candidissimæ subsidentiæ, quæ optatissima ducitur, natura. Et in cæteris excremẽtis alui, sputi, sudoris, uomitionis similes damnari colores omnibus cõsueuerunt. Id tantũ igitur meminerimus oportet, dum malitiæ eas subsidentias taxamus,

urinam subrubram cum subsidentia simili ac leui diuturnum quidem mor. A
bum significare, sed admodum salutarem, quod scriptum reliquit Hippocr.

Deterior in qua quasi fila.) Id credo Celsus in his uerbis spectauit, quod in Prae not. utrisq;, inquit Hippocr. Sed & pinguedines supernè instantes, araneorum telis similes, damnare oportet. Sūt enim quædam colliquationis signa: has Celsus quasi filis albis ac tenuibus, & Latinè, & clarè proximeq; designari atq; explanari posse ratus est. Nam quum colliquationis pingues illæ guttulæ minutis ueluti filis & tenuibus lineis dirimuntur: tum reticulorum telarumq; plagæ, atq; interstitia quædam quasi fenestrata, filisq; distincta in ipsis cernuntur. Vtcunq; tamen sit, res modò intelligatur, quibus id uerbis fiat, parum referre puto. Nec aliud quò Celsi sententia referatur, atq; illustretur, usquam inuentum iri existimo.

Pessima ex his.) Oro te atq; obsecro lector, accuratè hæc mecū ut inspicias, sint ne hæc nimis quàm pro re præsente, diminuta atq; obscurata. Minuta quidem uoco & truncata, quando inter eas res, quæ in urinis subsidunt, tum crymnodeos, à polentæ crassioris quam præ se fert, similitudine, tum laminosæ, tum albæ tenuisq;, tum deniq; furfuraceæ subsidentiæ, ut fecit Hippocrates, meminisse oportuerat. Cæterùm obscurata dixi, quum tanquam è furfuribus factas nubeculas cōmemorat. Nubes enim eiusmodi nemo legit, nec uidit, puto, unquam. Sed iam dudum uidere mihi uideor, quid Celso (si B
eius modò hæc culpa fuit) imposuerit. Quamobrem repetā uerba Hippocratis ea, quib. quæ diminuta dixi, cōprehendantur omnia: hinc mox quid errorē pepererit, ostendam. Subsidentiæ (inquit senex ille & medicinæ parens sapientissimus) in urinis crassiores polentæ partes præ se ferētes, prauę sunt: his tamen peiores, laminosæ. Albæ porrò & tenues, admodum malæ: uerùm & his ipsis deteriores sunt furfuraceæ. sequitur deinde continuò: Nubeculæ quæ feruntur in urinis, albæ quidē bonæ sunt, nigræ uerò malæ. Hactenus quanta potuimus fide, uerba Hippocratis protulimus. In quibus uides principiò, in prauis subsidentijs, quatuor ordine gradus expositos esse. Primùm, eas quę polentæ partes crassiores referant: deinde peiores laminosas, tum utrisq; etiam deteriores albas tenuesq;, postremoq; uitiosissimas illas furfuraceas. Quas quum Celsus aptè uereq; pessimas appellaret, minus noxias illas alias quoq;, ut in quibus pessimæ essent cognosceretur, adijcere debuerat. Sed uides quoq; post hæc, quæ nubeculæ bonæ, quæq; malignæ habeantur. At ista, quisquis ea scripsit, ita separata non animaduertit. Adiectiuum nāq; furfuraceæ, summo errore & ueri dispendio nubeculis adiecit, quod erat subsidentiarū substantiuo apponendū. Quare è Celso nubeculas istas libens sustulero, ut à crassissima caligine, qua cōtectus à nemine hactenus cognosci potuit, totus tandem uindicetur. Atq; in hunc modū posthac legendum cuiq;, ne quid usquā cespitet, censebo: At mala urina est, in qua C
subsidunt subrubra, aut liuida: deterior, in qua quasi fila quædam tenuia aranearum innatant: pessima ex his, si tanquam ex furfuribus factas subsidentias repræsentat. Nam hæc si minus uidetur compta oratio, res certè est melior, imperfecta tamen adhuc, si non reliquas illas ex Hippocrate subsidentiæ formas adiunxeris.

Diluta quoq; atq; alba uitiosa est.) Non hypostasin quidē atq; subsidentiā, sed dilutam urinā, quam Plin. crystallinā lib. 28. cap. 6. aqueā Actuarius lib. 1. cap. 2. Hipp. διαφανέα uocat, intelligito. 4. Aph. 72. ὁκόσοις οὖρα διαφανέα, λευκά, πονηρά, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἢν ἐπιφαίνεται. id est: Quibus urinæ pellucidæ & albæ, malæ, maximè si in phreneticis apparent. Quandoquidem in his bilem omnem & crassitiem urinæ in caput abreptam declarant. In reliquis extremam cruditatem, aut obstructionem, aut naturæ imbecillitatem, aut deniq; hæc omnia denotant.

Aluus autem mala est ex toto.) Quia alui purgamenta diutius æquo in corpore

retenta,

A retenta, ipsa putrefieri necesse est, & pessimis putidisq; uaporibus reliquum corpus afficere, unde capitis grauedo, aut cordis palpitatio, aut uentriculi fastidia, & totius corporis debilitas consequatur.

Periculosa etiam est, quæ inter febres fluens.) In Prænot. Si liquida fuerit alui egestio, conducit neq; stridere, neq; frequentē esse, & paulatim secedere. Delassatur enim homo ex frequenti desessu, & uigilias utiq; contrahit. Si uerò sæpe aceruatim egerit, periculum est, ne in animi deliquiū præcipitet. idemq; Prædict. lib. 2. Liquidiores deiectiones, quę cum febribus fiunt, si longæ fuerint, penitus malæ sunt, siue biliosæ fuerint, siue pituitosæ, siue crudæ. Cæterùm huc quoq; uel maximè quadrant, quando sua illinc Celsus omnia desumpsit, illa in Prænotionū uolumine tradita: Aquosum ualde, aut albū, aut pallidum, aut uiride, aut uehementer ruffum, aut spumosum stercus egerere, hæc omnia mala sunt. Malum insuper est, & quod exiguum est, & uiscidum, & album, & quod subpallidum, aut subuiride, ac leue sit. Celsus liuidū etiam huc, & biliosum, & cruentum, & malè olens, è superiori catalogo adiecit: fortassis quòd ista, si singula appareāt, minus esse mortifera cognosceret, quàm si alijs aut inter se permixta deijcerentur. Quando huius quoq; nomine Hippocrates ipsa summè perniciosa esse pronunciat.

Malum est etiam quod post febres.) 7. Aphor. 6. Hippocr. ἐν τῇσι νόσοισι πολυχρονίῃσιν ἀποσιτίη,
B καὶ χολώδεες ὑποχωρήσιες, κακόν. id est: In morbo diuturno fastidium cibi & meracæ deiectiones, malum. Fastidium quidem, quia concoctricis uirtutis infirmitatem denotat: Meracæ deiectiones, quia aquosa omni ipsarum substantia per febres exusta, consumptaq;, eueniunt.

De signis longæ ualetudinis. Cap. V.

POst hęc indicia, notum est, longum morbum fieri. Sic enim necesse est, nisi occidit. Neque uitæ alia spes in malis magnis est, quàm ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturq; in id tempus, quod curationi locum præstet. Protinus tamē signa quædam sunt, ex quibus colligere possumus morbum, etsi non interemerit, longius tamen tempus habiturum. Vbi frigidus sudor inter febres non acutas circa caput tantum, & ceruices oritur, aut ubi febre non quiescente corpus insudat: aut ubi corpus modò frigidum, modò calidum est, & color alius ex alio fit: aut ubi quod inter febres aliqua parte abscessit, ad sanitatem non peruenit: aut ubi æger pro spacio parum emacrescit. Item si urina modò liquida & pura est, modò habet quædam subsidentia, leuia, atque alba ru-
C bra'ue sunt, quæ in ea subsidunt, aut si quasdam quasi maculas repræsentat, aut si bullulas excitat.

ENARRATIO.

Sic enim necesse est.) Refert signa horrenda, quónam tempore in morbis oriantur. Cum cruditate enim morbi nunquam bona sunt. Cum maturitatis uerò indicijs atque concoctionis morbi, non semper mala. Quare, quod docet Hippocrates, signis, ne bonis quidem ipsis in speciem, quū nulla ratione subleuant, fidere oportet: nec formidare nimis quoq; mala, si quæ citra rationem eueniant, est necesse. Multa siquidem talia inconstantia parumq; firma sunt, quippe quæ neque diu permanere, neque longo tempore produci consueuerunt. Cæterùm nulla ratione Hippocrati releuare ea dicuntur, quæ citra aliquam uel sponte uel arte factam uacuationem, nulloq; antè cōcoctionis indicio conspecto, mitigantur. Vel enim ea peius aliquod monstrū intus alūt, q̄d mox per se apparebit: uel relapsum experiētur.

Mala autem ea citra rationẽ accidere dicuntur, quæcunq; post cõcoctionis notas horrendæ res apparent, crisis iudicijq; appetentis internunciæ. Nam A
q̃d Celsus inquit, In magnis malis impetũ morbi trahendo effugi: in crisi im perfecta morbi salutaris locũ habet. Perfecta nanq; morbum totũ idonea uacuatione uel sanguinis, uel alui, uel lotij, uel sudoris, uel uomitus, uel horum pluribus, post certa concoctionis testimonia eripit. Duabus etenim his formis morbi salubriter desinunt, si uel lentè quasi in salutẽ pristinã migrando, uel subitò noxã abrumpẽdo, ualetudinẽ reddant. Id q̃d fit, impetu quodam ferè terribili, & (ut Hippocrates dixit) nocte graui antecedente. ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δ᾽ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ πολύ. 2. Aph. 17. id est: Quibuscunq; iudicatio fit, ijs nox grauis ante exacerbationem. Quæ uerò sequit̃, plerunq; tolerabilior est. Est enim crisis siue iudicatio, subita & præceps ægritudinis mutatio, in melius aut deterius. Atq; utrũq; rursus modò paulatim, modò subitò uel necẽ, uel salutem præbet. Ne putes morbum quemcunq;, ubi non occiderit, à malis testimonijs, sempet longum fieri. Potest siquidem uel pedetentim, uel raptim in perniciem ire. Et potest subitò integritati post concoctionem excretionemq; legitimã, & lentè quoq; restituere. Quæ è concoctionis signis, ut dixi, aut cruditatis, & ægri uiribus, ac morbi natura moribusq; metiri omnia decet.

Protinus tamen signa quædam sunt.) Sunt hæc signa, si pariter cum morbo appareant, & durent, longitudinis certiora multo testimonia, quàm quod est dictum: morbos, si impetu non perimant, trahendo motum adimere. B

Vbi frigidus sudor inter febres.) 4. Aph. 37. Hipp. οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον· ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νόσου σημαίνουσιν. id est: Frigidi sudores cum acuta quidem febri ubi accidunt, mortem denunciant: cum mitiori uerò, morbi longitudinẽ. At in Prænot. utrisq;: Pessimi, inquit, sudores sunt, frigidi, & qui tantum circa caput; & faciẽ, ac ceruicẽ oriuntur: hi siquidem, cum acuta quidem febri mortẽ prænunciant, cũ mitiore morbi longitudinẽ.

Aut ubi febre non quiescente.) Hipp. 4. Aph. 56. πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει. id est: Febrienti sudor obortus, febre non remittente, malus est. Diu enim durat morbus, & multam humiditatẽ significat, quam breui tempore natura concoquere nequeat, atq; discutere.

Aut ubi corpus modò frigidum.) αἱ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νόσου σημαίνει. tradit Hipp. 4. Aph. 40. id est: Atq; ubi in toto corpore mutationes, etsi corpus perfrigeretur, deinde rursus inuicẽ calefiat: aut color alius ex alio fiat, longitudinem morbi designat. Quoniã uarij humores subsint oportet, quos difficulter superari par est. Vti sunt febres cõplicatæ simplicibus longiores: sunt eadem omnia quę de sudore iam, & corporis crebra mutatione diximus, in C
eo libro Hippocr. tradita, quem de Crisibus siue iudicationibus conscripsit.

Aut ubi quod inter febres.) 4. Aph. 51. Hipp. ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει. id est: In febribus abscessus ad ptimas iudicationes non resoluti, longitudinem morbi testantur. Quòd fit in longis morbis tota materia in abscessus locum non delapsa, siue quia nimia, siue quia crassior sit, siue quia natura debilior est: sed interea, quæ bona sunt, cruda parte retẽta. Et de Ratione uictus in morbis acutis, docet idem: Si quibus in febribus crura tuberculosa fiãt, eaq; & diu trahãt, & per febres non maturentur, sed clàm euanescant, strangulatione fauciũ cum gracilitate subeunte: si sanguis è naribus multus profluxerit, solui, sin paucus, produci.

Aut ubi æger pro spacio parũ macrescit.) Ex 2. Aph. 28. petitũ est, ut est suprà à nobis annotatũ: Febricitantiũ nõ undequaq; leuiter, si corpus permaneat, nihilq; minuat, aut etiã magis quàm pro ratione colliquefiat, malũ est utrũq;. Illud enim morbi longitudinẽ, hoc uerò debilitatẽ significat. Prius ob cutis

A denſitatem & humorum craſsitiem,lentoremq́ accidit. Poſterius ob cutis raritatem & humorum tenuitatem, & æſtum ferè fit.

Item ſi urina modò liquida.) In Prænot. Si urina intermiſerit,& aliquando quidem pura mingať,aliquãdo albũ ſubſidat ac leue, diuturnior fit morbus,minusq́ ſecurus: ſi uerò fuerit et urina ſubrubra,et ſubſidẽtia illi ſimilis,leuisq́, diuturniorẽ quidem hæc morbũ quàm ſuperior ſignificat, ſed ual de ſalutarem. Porrò quas hic Celſus maculas intelligat, neſcire me ingenuè profiteor: niſi quod non omnino aliena mihi uideantur ab ijs, quę tum in Prænot. tum Aph. 31. lib. 7. in hunc modum Hippocr. poſteritati mandauit: ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀρρωστίην σημαίνουσι. id eſt: Quibuſcunq́ febrientibus in ipſorũ urinis ſubſidunt, quæ craſsiores polentæ partes repræſentent, longũ morbũ deſignant. Idq́ ob materię craſsitiem, ſi non mors etiam, ut ferè fit, præuertat. Vides enim ad hunc locũ de ſignis lõgæ ualetudinis, mirè omnia & cũ Celſi doctrina quadrare, quẽ probabile eſt uel aliam uocẽ hic offendiſſe, uel putaſſe κριμνώδεα maculas repręſentantia ſignificare, quæ ꝓpriè craſſas cuiuſq́ farinę illas partes notat, quæ moliturã effugerint. Vnde metaphoricõs trãsfert ad corpuſcula cũcta ſimiliter craſſa: quales et molas ſæpe effugiũt, et in urinis ſæpenumero cõſpiciunť.

Aut ſi bullas excitat.) 7. Aph. 35. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσιν οὔροισιν πομφόλυγες ἐφίστανται,
B νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν τὴν ἀρρωστίην ἔσεσθαι. id eſt: Cuicunq́ in urinis bullæ ſuperſtant, renũ affectiones & longũ fore morbum declarant. fiunt enim è flatibus bullę intra craſſum lentumq́ humorẽ, qui diuturniore ſpacio, quo ſuperetur, indiget, comprehenſis. Atq́ hic locus apertè è ſeptimo lib. Aphoriſmorum ſumptus, probabili atque adeò euidenti argumento eſſe teſtimonioq́ poſsit, ſuperiorem quoq́, quem modò patefecimus, ex eiuſdem libri eo Aphoriſmo, qui hunc proximè ferè continuoq́ antecedit, eſſe petitum: ſicq́ ambas ſententias de eadem re agentes, in Celſo eſſe connexas, ut conſociauit in eandem ſignificationem illas Hippocrates.

De indicijs mortis. Cap. VI.

SEd inter hæc quidem propoſito metu, ſpes tamen ſupereſt. Ad ultima uerò iam uentũ eſſe teſtantur, nares acutæ, collapſa tempora, oculi concaui, frigidæ languidæq́ aures, & imis partibus leniter uerſæ; cutis circa frontem dura et intenta, color aut niger, aut perpallidus: multoq́ magis, ſi ita hæc ſunt, ut neq́ uigilia præceſſerit, neq́ uentris reſolutio, neq́ inedia. Ex quibus cauſis interdum hæc ſpecies oritur, ſed uno die finitur. Itaque diutius durans, mortis index eſt. Si uerò in morbo uetere iã triduo talis eſt, in propin-
C quo mors eſt: magisq́, ſi præter hęc oculi quoq́ lumen refugiunt, & illachrymant, quæq́ in ijs alba eſſe debent, rubeſcunt, atque in hiſdem uenulæ pallent, pituitaq́ in ijs innatans nouiſſimè angulis inhæreſcit: alter'que ex his minor eſt, hi'que aut uehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt: perq́ ſomnum palpebræ non cõmittunť, ſed inter has ex albo oculorũ aliquid apparet: neq́ id fluens aluus expreſſit: eędemq́ palpebrę pallent, & idem pallor labra & nares decolorat. Eademq́ labra & nares, oculiq́ & palpebrę et ſupercilia, aliaq́ ex his peruertũtur: isq́ propter imbecillitatẽ iam nõ audit, aut nõ uidet: eadem mors denunciať, ubi æger ſupinus cubat, eiq́ genua contracta ſunt, ubi deorſum ad pedes ſubinde delabiť; ubi brachia & crura nudat, & inæqualiter diſpergit,

neq; his calor ſubeſt. Vbi hiat, ubi aſsiduè dormit, ubi is qui mentis ſuæ non eſt, neque id facere ſanus ſolet, dentibus ſtridet. Vbi ulcus quod aut antè, aut in ipſo morbo natum eſt, aridum, & aut pallidum, aut liuidum factum eſt. Illa quoque mortis indicia ſunt, ungues, digitiq; pallidi, frigidus ſpiritus: aut ſi manibus quis in febre, & acuto morbo uel inſania, pulmonis' ue dolore, uel capitis, in ueſte floccos legit, fimbrias' ue diducit: uel in adiuncto pariete, ſi qua minuta eminent, carpit. Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti, ſi ad uiſcera tranſierunt, ſubitoq; deſierunt, mortem ſubeſſe teſtantur, magisq;, ſi alia quoq; ſigna acceſſerunt. Neq; is ſeruari poteſt, qui ſine ullo tremore febricitans, ſubitò ſtrangulatur, aut deuorare ſaliuam ſuam non poteſt. Cui ue in eodem febris corporisq; habitu ceruix conuertitur, ſic ut deuorare æquè nihil poſſit. Aut cui ſimul & cõtinua febris, & ultima corporis infirmitas eſt. Aut cui febre nõ quieſcente, exterior pars friget, interior ſic calet, ut etiam ſitim faciat: aut qui febre æquè non quieſcẽte, ſimul & delyrio & ſpirandi difficultate uexatur: aut qui epoto ueratro B exceptus diſtentione neruorum eſt, aut qui ebrius obmutuit. Is enim febre, adiecta neruorũ diſtentione conſumitur: niſi aut febris acceſſit, aut eo tempore, quo ebrietas ſolui debet, loqui cœpit. Mulier quoq; grauida, acuto morbo facilè cõſumitur, & is cui ſomnus dolorem auget: & cui protinus in recenti morbo, bilis atra uel infrà uel ſuprà ſe oſtendit: cui' ue alterutrum modò ſe prompſit, cum iam longo morbo corpus eius eſſet extenuatum & affectum, ſputum etiam bilioſum & purulentum, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniunt, interitus periculum oſtendunt. Ac ſi circa ſeptimum diem tale eſſe cœpit, proximum eſt, ut is circa quartumdecimum diem decedat: niſi alia ſigna meliora, peiora' ue acceſſerint. Quæ quo leuiora, grauiora' ue ſubſecuta ſunt, eo uel ſeriorem mortem, uel maturiorem denunciant. Sudor quoq; frigidus in acuta febre peſtiferus eſt, atq; in omni morbo uomitus, qui uarius, & multorum colorũ eſt, præcipueq; ſi malus in hoc odor eſt. Ac ſanguinẽ quoq; in febre uomuiſſe, peſtiferum eſt. Vrina uerò rubra, & tenuis, in magna cruditate eſſe conſueuit: & ſæpe antequã ſpacio maturescat, hominem rapit. Itaq; ſi talis diutius permanet, periculum mortis oſtendit. Peſsima tamen eſt, præcipueq; mortifera, nigra, craſſa, mali odoris. Atq; in uiris quidem & mulieribus talis deterrima eſt. In pueris uerò, quæ tenuis & diluta eſt. Aluus quoq; uaria peſtifera eſt, quę ſtrigmentum, ſanguinem, bilem uiridem, aliquid modò diuerſis temporibus, modò ſimul, & in miſtura quadam, diſcreta tamen repræſentat. Sed hæc quidem poteſt paulo diutius trahere. In præcipiti uerò iam eſſe denũciat, quæ liquida, eademq; uel nigra, uel pallida, uel pinguis eſt, utiq; ſi magna fœditas odoris acceſſit. Illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio: ſi certa futuræ mortis indicia ſunt, quomodo interdum deſerti à medicis conualeſcant,

A ſcant, quoſdam fama prodiderit in ipſis funeribus reuixiſſe: Quin
etiam uir iure magni nominis Democritus, ne finitæ quidem uitæ
ſatis certas notas eſſe propoſuit, quibus medici credidiſſent: adeò
illud nõ reliquit, ut certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent. Aduer-
ſus quos ne illud quidem dicam, quod in uicino ſæpe quędam no-
tæ poſitæ, non bonos, ſed imperitos medicos decipiunt. quod A-
ſclepiades funeri obuius intellexit, eum uiuere, qui efferebatur: ne
protinus crimen artis eſſet, ſi quod profeſſoris ſit. Illa tamen mode
ratius ſubijciam, Coniecturalem artem eſſe medicinã: rationem'q;
coniecturæ talem eſſe, ut cum ſæpius aliquando reſponderit, in-
terdum tamen fallat nos. Si quid itaq; uix in milleſimo corpore ali-
quando decipit, id non tam non habet, cum per innumerabiles ho-
mines reſpondeat. Idq; non in his tantum quæ peſtifera ſunt, dico,
ſed in his quoq; quæ ſalutaria. Siquidem etiam ſpes interdũ fruſtra
tur, & moritur aliquis, de quo medicus ſecurus primò fuit. Quęq;
medendi cauſa reperta ſunt, nonnunquam in peius aliquid cõuer-
B tunt. Neq; id euitare humana imbecillitas in tanta uarietate corpo
rum poteſt. Sed eſt tamẽ medicinæ fides, quæ multo ſæpius, perq;
multo plures ægros prodeſt. Neq; tamen ignorare oportet, in acu
tis morbis fallaces magis notas eſſe, & ſalutis & mortis.

ENARRATIO.

Sed inter hæc quidem.) Superiora metus omnis uacua non ſunt, ſed bona ta
men aliqua ſpe ſuſtinentur omnia. Amplæ ſpei locupletiſsima ſunt: nõnul-
lo tamen metu ſemper, ut in rebus ſit humanis, addito, quæ hominẽ non pe-
riclitari docent. Plus formidinis habent, quæ longitudinem oſtendunt. Plu-
rimum terrent, quæ grauis morbi periculum præ ſe ferunt. In primis enim
illis optimè ſperare, ſed coniuncta quadam ſollicitudine licitum eſt. In alte-
ris ſpem intra metum'q; magna cum diligẽtia uerſari decet. In poſtremis exi-
gua cum ſpe, & metu bene graui, maiorem in modum ſollicitum eſſe conue
nit. At in ijs indicijs, quæ nũc explicabimus, nulla fermè cum ſpe (niſi quan
tã in rebus propè deſperatis, Deus aliquis de inſperato accidẽs bene facere
poteſt) & terrore longè maximo ſumma quæq; & accuratiſsima, ultimaq;,
addam interdum etiam & temeraria experiri oportet. Alijs nanq; extremã
debilitatem, in alijs morbi ſæuiſsimam atrocitatem, diſcere licebit. Et ſunt
hæc à Galeno in ijs commentarijs quos ſcripſit in Hippocratem, clariſsimè
C explanata: ne quis nouam noſtram in cauſis eorũ reddendis operã requirat.
Nares acutæ, collapſa tempora.) In utriſq; ſuis Prænotionibus Hippocrates in-
quit: In morbis acutis primùm quidem faciem ægroti, an ſimilis ſit eorũ qui
ualent, maximeq; eius qui nunc decumbit, conſiderare oportet: ita enim o-
ptima fuerit. Sin ſummè contraria, horrendiſsima eſt. Talis autem fuerit, na
ſus acutus, oculi caui, tempora collapſa, aures frigidæ & contractæ, atq; ex-
tremitates aurium auerſæ, & cutis circa frontem dura, & circũtenta, aridaq;,
& color totius uultus pallidus, aut etiam niger, & liuidus aut plumbeus. Si-
quidem igitur in principio morbi facies talis fuerit, & nondum ex alijs con-
iecturã facere licuerit, interrogare decet, num uigilauerit homo, aut ſint'ne
alui excremẽta ualde liquida, aut fames ne aliqua ipſum detineat. Quorum
ſi quid cõfiteatur, minus graue eſſe putandum eſt. Iudicantur autẽ, cogno
ſcunturq; talia diei unius ac noctis ſpacio, ſi modò ob eas cauſas facies talis
extiterit. At uerò ſi nihil horum eſſe dicat, nec prædicto iam tempore conſi-

Aa dat,

dat, scire oportet morti proximum esse. Verùm si uetustiore existente mor- A
bo seu triduano, seu quatriduano, eiusmodi facies apparuerit, de his interro-
gare, quæ prius etiam suprà iussi, conueniet. Itemq; alia spectare tùm in uul-
tu uniuerso, tum corpore quoq; & oculis. Hunc autem totum locum quàm paucis uerbis Celsus, quantaq; luce incluserit, qui utrūq; alteri comparabit, facilè cognoscet. Neq; enim in sententia multum discrepant, pauca modò quædam Celsi, si ad Hippocratem reuoces. Quoniam Hippocrates aures contractas, Celsus languidas, contrario propè sensu, dixit: præterquã quòd illæ ariditatis maximæ, hæ debilitatis extremæ testimonium dant. Hippocrates item extremitates auriū expendit, Celsus minus idem facit, partemq; solum imarum aurium attrectat. Nam quod frontis aridæ non meminerit, quæ è dura, quam parit, utcunq; intelligi potest, exile crimen est. Illud magis miror, nec liuidi coloris, nec plumbei in uultu, mentionem factam esse, quum soleat alias colorum formas diligenter explicare. In cæteris nihil Hippocrates à Celso, imò Celsus ab Hippocrate nihil differt: præterquam quòd hic prolixior sit, & medicum quid legitimum facere, & quo se pacto apud ægros gerere deceat, ostendat. Non enim domi desidendo lotia operiri, & ea tantum, sæpe uetustate, sæpe quassatione portantium ab omni iudicio, ut infinita alia incommoda taceam, alienissima contemplari uult: sed in arenam egredi, ac cominus cum ægritudine, adhibito etiam ægro, iubet. Vbi B
rursus nec futilem loquacemq; hominem expetit, nec protinus arripere matellam docet: sed inspicere in primis & intueri uultum suadet. Et, si hominē antè nouerat, sit'ne ab illo quum ualeret prosperè commutatus, animaduertere. Sin ad ignotum uentum est, an à cōmuni eius regionis hominū uultu multum diuersus sit uidere: hinc enim morbi sæuitiem, hinc pericula, hinc quid facto opus aut dicto sit, intelligi. Nec tamen his contentum esse permittit: sed causis mali omnibus propositis, ex ipsa illarum partitione percontando præsentia præteritaq; omnia, in eam demum quę uitium fecerit, deuenire docet: hinc os, oculos, supercilia, nares, decubitum, manus, brachia, curaq;, & paucis, cūcta corporis membra, functiones, qualitates sensiles uniuersas inspectare consulit. Postremoq; demum excrementa non unius uesicæ, sed cuiusq; partis obseruare & expendere, quemadmodum à corpore digressa, & quo modo seposita quietaq; sint immutata, præcipit. Talem profectò ægri medicum expetere & amplecti, tali uitã salutemq; suam credere debent. Tales se, medicos bonos præbere decet. Causasq; omnes, è quibus quodq; uitium sequi possit, & causa quot unaquęq; effectus habere queat, cunctaq; indicia, et cuiq; malo quid optimè opponi solitū sit, in numerato atq; in promptu habere oportet. Vt illos Deus optimus maximus malè perdat medicos, quid autem dico medicos? medicastros, pharmacopœos, seplasiarios, insanas Circes aut Pithias dicere debebã, qui artem ualetudini humanę præ- C
fectam, & multo difficillimã, longissimamq;, & longè prudentissimam, nullo iudicio, consilio nullo, nulla eruditione, nullo studio tractant: imò labefactant, illudunt, contaminant spurcissimè. Sed quid ego ad istos relabor? desino itaq;, & ad propositum redeo.

Si præter hæc oculi.) Hipp. in utroq; Prænot. Oculi si lucē fugiunt, aut inuoluntariè lachrymentur, aut distorqueanť, aut alter altero minor fiat, aut candidas partes rubore suffusas habeant, aut uenulas in ipsis liuidas, nigras'ue, aut lemę ac sordes circa oculos appareant, aut sint instabiles quoq;, aut protuberantes, aut caui uehementer redditi, aut squalidi, aut etiam obscuri, aut sit totius faciei color alteratus, hæc inquam omnia mala, atq; adeò perniciosa esse putandū est. Nihil hic est quod nō planè & enucleatè Celsus expresserit. In lachrymis tantū id quod dixit Hippocrates, inuoluntariè prætermisit. Et in uenulis pallorē pro liuore, omisso etiã nigrore, reddidit. Sed superius, sine uoluntate illud ipsum, est noster interpretatus. Nec, si tacuisset, puto,

A quisquã de ijs lachrymis, quas sibi quisque sponte, aut mœrore, aut tristitia elicit, exteritque, sed quas morbi iniquitas cuique exprimit, accepisset. Nec uerò infrequẽs est, ut pallorem pro omni decoloratione, fœdoque colore, quam ἀχροίαν Græci uocant, capiamus. Etsi pallor propriè pituitæ multæ cum pauca bile soboles est, quod Græci ὠχρὸν nominant. Vti liuiditas ab humore & simul à frigore nascitur, qui color in cadaueribus, maximeque in labris ac genis ipsorum cernitur. Quanquã est sanè liuiditas non omnis similis: sed aliàs argenteo, aliàsque pullo colori propinquior, id quod in plũbo manifestè perspicitur. Adde his, ueteres ἄχλωρον, id est uirorem, pro eo quod est ὠχρὸν pallidumque sæpe posuisse. Vt sæpe pallorem, an liuorem, an uirorem, dicerent, in paruo discrimine haberent, modò propè enecti corporis speciem significarent. ut ne grauis de his coloribus, tanquam de asini umbra, controuersia suscitetur. Cæterùm si quis iam pituitam pro lemis & sordibus positam à Celso accusabit, is se animum rixandi cupidiorem, quàm ueritatis amantiorem ad ad lectionẽ attulisse, quod à uirtute & omni probitate longissimè abest, existimet. Quis enim nescit, lemas illas oculorum ac sordes pituitam sæpe appellari? non in iecore quidem natam, aut eam quæ sic propriè dici solet, sed quiddam subacidæ pituitæ simile.

Perq; somnum palpebræ non committere.) In Prænot. Hippocr. Considerare etiã B oculorũ in somnis subapparitiones conuenit. Si enim albæ quid partis subapparuerit palpebris non commissis, si id non ex alui profluuio, aut medicamenti potione acciderit, aut ægrotus non ita dormire assueuerit, malum signum & ualde lethale est. Celsus utrunque alui profluuium, siue natura redditum, siue pharmaco petitum, fluentis appellatione simplici cõplexus est: nõ malè quidem, meo iudicio. Illud uellem adiecisset, quod de cõsuetudine ità dormientium Hippocrates rectè admonuit: sed ne nullo exemplo id Celsum commisisse putemus, ipse Hippocrates, cum 6. Aph. 52. hæc eadem omnia repetiuerit, consuetudinem tamen prætermisit. Nam in ægris, ex rebus signisque nouis & non assuetis, spem aut metum quærimus.

Eædemq; palpebræ pallent.) In Prænot. Si uerò distorta, aut cõtracta, aut liuida, aut pallida palpebra fiat, aut labrũ quoque, aut nasus, cum aliquo ex alijs signis, morti proximũ esse sciendum est. Sola supercilia Celsi in Hippocrate hoc loco nõ inuenio, sed reperio in Aphorismis lib. 4. Aph. 49. Labrum, palpebra, supercilium, oculus, aut denique nasus, si in febre non intermittente distorqueat, aut si non audiat, aut nõ uideat æger iam debilis, morti uicinũ esse scire licet. Vnde dubio omni procul, sua Celsus ordine hæc omnia trãscripsit. Hoc uehementer admirandũ duco, cum nihil hactenus intactũ in tota facie pretermiserit, tamẽ illud omissum esse, Labra resoluta habere, ac pendula, & frigida, atque albicantia, æquè ac ea quę dicta sunt reliqua, lethalem notã esse.

C *Eadem mors denunciatur.*) In Prænot. utrisque: Lethale est & hiantẽ semper dormire, & crura supini iacentis ualde incuruata esse, ac cõplicata. Tenue hoc est, & rectũ tamẽ, genua pro cruribus, quæ nisi per genua curuanẽ, positũ esse.

Vbi deorsum ad pedes.) In Prænot. ambobus: Si quis etiam pronus fiat, & de lecto ad pedes delabatur, magis horrendum est.

Vbi brachia & crura.) In Prenot. Si uerò nudos quoque pedes habere cõperiatur, nec admodum tamen calidos, & manus, & collum, ac crura inæqualiter disiecta, nudataque, malũ est: anxietatẽ enim significat. Hoc oportuerat fortassis inter periculorũ tantũ indicia superius, nõ inter hęc lethalia annumeratum fuisse: quum maliciam & anxietatem, non interitũ denunciare dicatur.

Vbi is qui mentis suæ non est.) In Prenot. Dentibus stridere in febribus, quibus id à pueris familiare nõ fuit, furiosum est, ac lethale. Verùm prædicere oportet, ab utrisque periculum imminere. Si uerò delyrus etiã hoc faciat, perniciosum ualde iam habetur. Discedit nonnihil Celsus, dum nimiũ breuis esse studet; à plena Hippocratis sententia: hic enim stridorẽ modò præcedere de-

lyrium, modò unà cum eodem coniungi declarat. Atque utrauis ratione periculum ac necem denunciare, si quis id à puero facere non est solitus, docet. Celsus dentibus stridere in delyrio, tantummodo quid significet ostendit. A

Vbi ulcus, quod aut antè, aut.) In Prænot. Vlcus autem siue prius extitit, siue in morbo ortum fuerit, obseruare decet. Si enim periturus est homo, ante mortem liuidum ac siccum, aut etiam pallidum pariter ac siccum euadet.

Illa quoque mortis indicia sunt.) In Prænot. Si cui supra grauitatem cùm pedum manuumque, tum reliqui corporis, & ungues & digiti liuidi fiãt, mors è uestigio expectanda est. Iterum pallorem pro liuiditate supposuit, neque his grauitatem membrorũ, quod fecit Hippocrates, Celsus adiunxit. Verùm pro uicino rem uicinã capere frequens est. Alioqui pallor exiguo calore naturali reliquo: liuor eodem prorsus oppresso atque extincto oboritur. Id quod paulo antè notauimus.

Frigidus spiritus.) In Prænot. Spiritus si frigidus è naso atque ore expiretur, apprimè is nunc perniciosus est.

Aut si manibus quis in febre.) In utrisque Prænot. Quę manus in febribus acutis, aut peripneumonijs, aut in phrenitide, aut capitis dolore, ante faciẽ feruntur, & quid frustra uenanẽ, & festucas legunt, & floccos de uestibus reuellunt, & è pariete paleas extrahunt, malæ omnes sunt & lethales. Pro phrenitide insaniam Celsus, & pro peripneumonia pulmonis dolorẽ, etiam aliàs frequẽter usurpat. Pro febre acuta, re simplici, febrẽ & acutum morbũ res geminas esse subditas nouũ est. Et, quod purgari nequit, de manibus ante faciem dimotis, & aliquid tanquam uenantibus, Celso summum silentium est. B

Dolores etiam circa coxas.) In Prænot. utrisque: Dolores qui cũ febre fiũt circa lumbos, & partes infernas, si septũ transuersum attigerint, infernis partibus relictis, perniciosi sunt maiorẽ in modum. Et si quid aliud signũ malum pariter appareat, iam desperatus homo est. At si assiliente ad septũ transuersum morbo, alia signa nõ mala cõspicua sint, hũc suppuratũ iri spes est. Celsus coxas substituit pro lũbis, atque ijs partibus quas λαγόνας Hippocrates uocat, nempe à mollicie eximia & quasi uacuitate quadam sic appellatas, in quibus ieiunum tenueque intestinum ac mesenterium tantum sine ossibus, sine cartilagine ulla continentur. Et uiscera præterea noster pro septo transuerso cõuertit. Illic re ac parte uicina, hic genere pro forma deceptus. Si modò id decipi est, data opera quippiam nouare, nec tamen omnino mentiri. Nam certè & à coxis in uiscera noxam transire, perniciosum esse solet.

Neque is seruari potest, qui sine ullo tumore.) 4. Aph. 34. ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον. id est: Si cui febricitanti, nullo in faucibus conspicuo tumore, strangulatio subitò superuenerit, lethale est. Idipsum repetitur 7. Aph. 62. Et in Coacis Prænot. in hæc uerba: In febribus derepentè suffocari, & deglutire non posse, citra tumorem, malum est: huc refer, quæ de anginarũ prima specie in Prænotionibus memorantur. Vbi, id quod de saliua Celsus attexuit, comprehensum esse cernes. C

Cui ue in eodem febris corporisque habitu.) Hipp. 4. Aph. 35. Si cui febrienti collum repentè peruertitur, & uix deglutire potest, nullo neque in faucibus, neque in ceruice tumore conspecto, mortiferum est. In Coacis Prænot. sic habet: Collum conuerti non posse, neque deglutire, ut plurimum lethale est. Quia inflammatio uel gulæ, uel eius musculorum subest.

Aut cui simul & continua febris.) Ex Aph. 46. lib. 4. sumptũ apparet, ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον. id est: Vbi rigor incidit febri non desinente, & ægro iam debili, lethale est.

At cui febre non quiescente exterior pars friget.) 4. Aph. 48. ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔσω καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον. id est: In febribus nõ intermittentibus si externæ quidẽ partes frigidæ fuerint, internæ uerò ardeant, ac sitiant, lethale est. De ardente febri loquitur, & Lipyria, quarum

A quarum illa ex uiſcerum eryſipelate, hæc ab inflammatione naſcitur. Eadem ſententia repetita eſt 7. Aph. 1. & in Prædict. lib. 2.

Aut qui febre æquè nõ quieſcente.) 4. Aph. 50. ὁκόταν ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. hoc eſt: Vbi in febre nõ intermittente difficultas ſpirandi & delyriũ accidit, lethale. Verùm 6. Aph. 54. ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι, τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακόν. quod ita uertas: In acutis morbis coniunctis cum febribus luctuoſæ reſpirationes, malæ ſunt.

Aut qui epoto ueratro.) 4. Aph. 16. ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι, σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει. id eſt: Sano corpore præditis helleborus periculoſus eſt. conuulſionem etenim parit. Et 5. Aphor. 1. σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου θανάσιμον. id eſt: Conuulſio ex ueratro mortalis eſt.

Aut qui ebrius.) 5. Aph. 5. Si quis ebrius ſubitò uoce priuet̃, cõuulſus morit̃, ſi nõ febris corripuerit: aut niſi qua hora crapulæ ſoluunt̃, ea loquatur, uocẽq; recuperet. Voce aũt priuari dicuntur ij, qui & ſenſu & motu omni deſtituti ſunt, q̃d cerebro neruisq; uino refertis accidit. Vnde uel febribus cruditatẽ eam ac crapulã abſumẽtibus, uel tẽporis ſpacio natura illũ ſuperãte, euadũt.

Mulier quoq; grauida acuto morbo.) Hipp. 5. Aph. 30. γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον. id eſt: Mulierem uterum gerentẽ ab acuto quopiã morbo corripi, lethale eſt. Quia fœtus tum morbo perimitur,

B tum inedia: quam ſummã morbi ratio poſtulat. Sin fœtum alimento ſuffecto ſeruare contendis, nec ſeruas quidem, & cum fœtu fœtam interimis.

Et is cui ſomnus dolorem auget.) Hipp. 2. Aphor. 1. In quocunq; morbo laborem ſomnus parit, lethale eſt. Maximè ſi id in declinatione morbi, quo tempore ſomnus maximopere ſubleuare debebat, euenerit.

Et cui protinus in recenti morbo.) 4. Aph. 22. νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα, ἢ ἄνω, ἢ κάτω ὑπέλθῃ, θανάσιμον. id eſt: Quibuſcũq; morbis inchoantibus, ſi atra bilis uel ſupernè, uel infernè prodierit, lethale eſt. Id ſiquidẽ nulla cõcoctione apparente, & per initia quoties acciderit, atrã illam peſſimamq; bilem ſuapte tum malitia, non naturæ ui exturbari cognoſcitur. Eadem extat ſententia in Coacis Prænot.

Cui'ue alterutrũ modo.) 4. Aph. 23. ὁκόσοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως λελεπτυσμένοισι χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι. id eſt: Quibuſcunq; ſiue ex morbis acutis, ſiue diuturnis, ſiue è uulneribus, ſeu aliàs attenuatis, atra bilis, aut quaſi ſanguis niger ſubierit, poſtridie moriuntur. Tanta eſt huius mali uiolentia in corporibus uehemẽter debilitatis. Locũ hũc in Celſo nimis eſſe truncatũ uideo: eius'ne incuria, uehementer addubito. Nam ſolet aliàs, quũ eſt breuiſſimus, & ubi multa omittit, tamen aliquã ſententiã dilucidè retinere: hic uerò & alterutrũ poſitũ eſt, q̃d quũ de duobus optionẽ proponat, atrã quidẽ bilẽ præceſſiſſe

C uideo, ſecundũ uerò quippiã nuſquã conſpicio. Hippocrates tamẽ id nobis ſuffecit. Quare uix dubitẽ in Celſo hanc ſententiã, bona lectoris cum uenia, ita reſtituere: Cui'ue alterutrũ modò, bilis atra, aut tanquã ſanguis niger ſe prompſit, cum iam longo morbo corpus eius eſſet extenuatum et affectum. Quanquã & cætera quęcunq; refert Hippocrates, mirificè ad totius rei plenam intelligentiam requiruntur. Quæ poterant ſimul omnia pari breuitate, quantam affectauit Celſus, comprehendi, uocula modò una commutata, ſi pro longo morbo, aut ꝯ quopiã, aut multo, aut ullo, aut quid ſimile legeris. Quale nunquid Celſus ſcriptum reliquerit, quod poſtea ſcioli & indocti hominis opera deprauatum ſit, ſpectandum tantum propono. Certè præter hæc, illud quoq; ad huius mali atrocitatem faciebat, ſi poſtridie quàm talia euenirent, mortem expectandam cum Hippocrate tradidiſſet.

Sputum etiam bilioſum & purulentum.) In Prænot. utriſq; Hipp. Quæcũq; dum ſputũ adhuc bilioſum eſt, ſuppurantur, pernicioſa ualde ſunt, ſiue bilioſum illud ſeorſum, ſiue ſimul cum pure expuatur: & hoc potiſſimum, ſi mor-

bo ad septimum diem progresso, suppuratio à tali sputo procedere incipiat. A
Timor autem est, ne qui eiusmodi expuit, decimaquarta die, si non aliquod ei bonum signum acciderit, moriatur. In Coacis Prænot. Quicunq; inquit, cum bilioso purulentũ educũt, seu seorsim, seu permixtũ, plerunq; decimaquarta die, si non mali aut boni quippiã alioqui superueniat, intereunt. Periclitantur autẽ ita maximè, quibus eiusmodi pus septima die incipit.

Sudor quoq; frigidus in acuta.) 4. Aph. 37. οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι θάνατον. id est, Sudores frigidi cum febre acuta mortẽ denunciant: seu tactui tales appareant, seu eiusmodi è corpore dimanent. In Prænot. utrisq;: Pessimi sudores sunt frigidi, et qui circa caput solũ, &c. quę suprà ꝓtulimus.

Atq; in omni morbo uomitus qui uarius.) In utrisq; Prænot. Si q̃d uomitu reiectum est, prasini sit coloris, aut liuidũ, aut nigrũ, malũ esse putandũ est. Si uerò oẽs colores idem homo uomit, ualde perniciosum est. Celerrimã tamẽ mortẽ significat liuidus uomitus, si graueolẽs fuerit. Omnes aũt subputridi ac fœtidi odores in omnib. uomitibus mali sũt. Celsus nõ quidẽ distinctè hæc omnia, sed in summa propè uniuersa dixit: si de citissimã nécẽ minitante quippiam duntaxat adiecisset. Hippocrates etiã breuius q̃ Celsus in Prædict. 1. lib. dixit: Vomitiones malæ sunt tum aliàs, tum si proximè inuicem cõsequantur.

Ac sanguinẽ quoq; in febre uomuisse.) 7. Aph. 37. ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. id est: Quicunq; sanguinẽ uomũt, siquidẽ B
sine febre, salutare est: cum febre uerò, malum. Et 4. Aph. 25. αἷμα ἄνω μετὰ ὁποίου ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ, ἀγαθόν. hoc est: Sanguis sursum qualiscunq; elatus fuerit, malus est: deorsum uerò, bonus. Quanq̃ neq; sine febre omnino salutaris, neq; per inferna deiectus undequaq; bonus est: sed uterq; minus malus ac perniciosus, catachresticõs. In Prænot. autem Coacis: Est, inquit, & lethalis ruber uomitus, & maximẽ si cum necessitate dolorosa proueniat.

Vrina uerò rubra & tenuis.) Quandiu fulua fuerit urina & tenuis, morbum crudum subesse significat. Si uerò diu talis permaneat, periculũ est, ne non sufficiat homo, donec cõcoquat. Lethaliores aũt sunt urinæ & fœtidæ, & aquosæ, & nigræ, & crassæ. At tum in uiris, tum in mulieribus nigræ urinæ pessimæ sunt, in pueris autem aquosæ. E' quo loco Hippocratis è Prænot. facilè perspicitur, uel fuluã urinam in rubrã à Celso uersam fuisse, uel in eandẽ ab alijs perperam cõmutatam esse. Et omissa esse pessimarum genera plurima.

Aluus quoq; uaria.) Hippocr. in Prænot. ea stercora pronũciat mala, quæ exigua sunt, & alba, & subpallida, aut subuiridia, leuiaq;: sed his etiam magis lethalia sunt nigra, aut pinguia, aut liuida, aut æruginosa, aut malẽ olẽtia. Quæ uerò uaria sunt, diuturniora quidem his sunt, nihilo tamen minus perniciosa. cuiusmodi sunt ramentosa, & biliosa, & cruenta, & prasina, & nigra, modò pariter prodeuntia, modò per se singula. Scio equidem Celsi orationem defendi posse. sed dubito idem quoq;, possit'ne in hunc modum, ueritati & C
Hippocrati cõueniẽtius legi: Aluus quoq; uaria pestifera est, quę strigmentum, sanguinẽ, bilẽ, uiride aliquid, modò diuersis temporibus, modò simul, & in mixtura quadã, discreta tamẽ, repræsentat. sic enim & bilis, quã adijcit Hippocrates, adiungetur, & atrũ solum tacebitur. Aeque nescio, paulo pòst pro liquida, utrum'ne potius liuida, litera solũmodo una erasa, subijci possit propterea quòd & hãc in Hippocrate inuenio, & ratio magis eandẽ approbat, etsi nõnihil reclamat rerũ & orationis structura. Aptum siquidẽ est, quæ liquida, eademq; uel nigra, uel pallida, &c. Minus aũt congruũ est, quę liuida, eademq; uel nigra, uel, &c. Fortassis alius quispiã idcirco & Eadem, è medio sustulerit, atq; ut æruginosa substituatur expetet. Ego ut ita malim, quia ratione hæc & authoritate magis cõfirmata uideo: tamen quæ paulũm modò tolerari possunt, temerè mutare nõ audeã. Quid incõmodi animaduertã, profari nihil erubesco, sed interim sine præiudicio: tamẽ, quid ab Hippocr. Celsus dissẽtiat, indicasse cõtẽtus. Quæ porrò in finẽ usq; capitis huius conse-

A consequuntur omnia, ut ad σημειωτικὴν indiciorumq; ac notarum cognitionẽ nihil conducere possunt: ita sunt aptissima ad ostendendum quid firmi medicina cõplectatur, & quantũ sit medicorũ diuinationibus tribuendũ. Neq; enim principijs mathematicis, & præfatis atq; ratiocinationibus necessarijs perpetuoq; ueris, ars medicina nititur: sed nec eadem oratorum icotibus ac probabilibus, incertisq; & plerunq; fallacibus axiomatis uacillat: sed artificiosis coniecturis, sæpissimeq; respondentibus sustentatur. Quę ubi per innumerabiles homines apparuerint, uix in millesimo quoq; fallunt. Aut si fefellerunt sæpius, hominum incuria ac imprudentia imperitiaq; fortasis, nõ signorum natura & uolubilitate deceperũt. Modò id quoq; meminerimus, quod suprà ex 2. Aphor. 19. protulimus: Acutorum morborum non esse per omnia certas prędictiones nec salutis, nec interitus: fallunt enim hi interdũ, præsertim per initia, & prius quàm firmæ notæ elucescant: propter subitas quas natura in illis habet mutationes. Quod quum imperiti homines non animaduertunt, uel bonorum medicorũ in his hęsitationem reprehendunt, uel temerariorum mendacem diuinationem irrident.

De notis, quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit. Cap. VII.

B SEd cum proposuerim signa quæ in omni aduersa ualetudine communia esse cõsueuerunt, ea quoq; transibo, ut quas aliquis in singulis morborũ generibus habere possit notas, indicem. Quędam autem sunt quæ ante febres, quædam quæ inter eas, quid aut intus sit, aut uenturũ sit ostendunt. Ante febres, si caput graue est, aut ex somno oculi caligant, aut frequentia sternutamenta sunt, circa caput aliquis pituitæ impetus timeri potest. Si sanguis aut calor abundat, proximum est, ut aliqua parte profluuium sanguinis fiat. Si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus est. Si præcordia dolent, aut inflammatio grauis est, aut non toto die cõcocta fertur urina, cruditatem esse manifestum est. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi uel capitis doloribus conflictantur, uel terrã edunt. Qui diu habent faciem pallidam & tumidam, aut capite, aut uisceribus, aut aluo laborant. Si in cõtinua febre puero uenter nihil reddit, mutaturq; ei color, nec somnus accedit, ploratq; is assiduè, metuenda neruorũ distentio C est. Frequens autem destillatio in corpore tenui, longoq;, tabem timedam esse testatur. Vbi pluribus diebus nõ descendit aluus, docet aut subitã deiectionem, aut febriculam instare. Vbi pedes turgent, longe deiectiones sunt. Vbi dolor in imo uentre & coxis est, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. Idem propositum periculum est his quibus uoluntas desidẽdi est, uenter nihil reddit, nisi & ægrè & durum: tumor in pedibus est, idemq; modò dextra, modò sinistra parte uentris inuicem oritur atq; finitur, sed à iocinere id malũ proficisci uidet. Eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicũ intestina torquentur (στρόφον Græci nominãt) coxæq; dolores manẽt, eaq; neq; tẽpore neq; remedijs soluunt. Dolor aũt articulorũ, prout in pedibus manibus'ue, aut alia qualibet parte sic est, ut eo loco nerui cõtrahant: aut si id mẽbrũ ex

leui causa fatigatum æque frigido calido'q offenditur, *ποδάγραν χειράγραν* ue, uel eius articuli in quo id sentitur, morbum futurum esse denunciat. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit, dein fluere desiit, hi uel capitis doloribus conflictentur necesse est, uel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant, uel aliquo morbo etiam debilitentur. Quibus fœminis menstrua nō proueniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, uel quælibet alia pars morbo infestetur. Eadem'q his pericula sunt, quibus articulorū uitia, dolores, tumores'q sine podagra, similibus'q morbis oriuntur & desinunt. Vtique si sæpe tempora ijsdem dolent, noctu'q corpora insudāt, frons prurit, lippitudinis metus est. Si mulier a partu uehementes dolores habet, neq; alia præterea signa mala sunt circa uigesimum diem, aut sanguis per nares erumpet, aut in inferioribus aliquid abscedet. Quicunq; etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet: magis'q si iuuenis erit, per sanguinis profusionem: si senior, per suppurationem. Febris autem quæ subitò sine ratione, sine bonis signis finita est, ferè reuertitur. Cui fauces sanguine & interdiu & noctu replent, sic ut neq; capitis dolores, neq; præcordiorum, neq; tussis, neque uomitus, neq; febricula præcesserit, huius aut in naribus, aut in faucibus ulcus reperietur. Si mulieri ex inguine febricula orta est, neq; causa apparet, ulcus in uulua est. Vrina autem crassa, ex qua quod desidet, album est, significat circa articulos, aut circa uiscera, dolorem metum'q morbi esse. Eadem uiridis, aut uiscerū dolorem tumorem'q cum aliquo periculo subesse, aut certè corpus integrum non esse testatur. At si sanguis aut pus in urina est, uel uesica, uel renes exulcerati sunt. Si hęc crassa carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet, aut si bullat, & malè olet, & interdum quasi harenam, interdum quasi sanguinem trahit, dolent autem coxæ, quæ'q inter has, super'q pubem sunt, & accedunt frequentes ructus, interdum uomitus biliosus, extremæ'q partes frigescunt, urinæ crebra cupiditas, sed magna difficultas est: & quod inde excretum est aquæ simile, uel rufum, uel pallidum est, paulùm tamen in eo leuamenti est, aluus uerò cum multo spiritu redditur, utiq; in renibus uitium est. Aut si paulatim destillat, uel si sanguis per hanc editur, & in eo quædam cruenta cōcreta sunt, id'q ipsum cum difficultate redditur, & circa pubem inferiores partes dolent, in eadem uesica uitium est. Calculosi uerò his indicijs cognoscuntur. Difficulter urina redditur, paulatim'q interdum etiam sine uoluntate destillat. Eadem harenosa est, nonnunquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentū aliquid cum ea excernitur. Eam'q quidam promptius recti, quidā resupinati, maxime'q hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt: colem'q extendendo, dolorem leuant. Grauitatis quoq; cuiusdam in ea parte sensus est, atq; ea cursu omniq; motu augetur. Quidam etiam cum torquentur, pedes

A inter se subinde mutatis uicibus implicant. Fœminæ uerò oras naturalium suorū manibus admotis scabere crebrò coguntur. Nonnunquam si digitū admouerunt, ubi uesicæ ceruicē is urget, calculum sentiunt. At qui spumantē sanguinem excreant, his in pulmone uitium est. Mulieri grauidæ sine modo fusa aluus elidere partum potest. Eidem si lac ex mãmis profluit, imbecillum est q̃d intus gerit. Duæ mãmæ sanū illud esse testant. Frequens singultus, & præter cōsuetudinem cōtinuus, iecur inflammatū esse significat. Si tumores super ulcera subitò esse desierūt, idque à tergo incidit, uel distentio neruorū, uel rigor timeri potest. At si à priore parte id euenit, uel lateris acutus dolor, uel insania expectãda est. Interdum etiam huiusmodi casum, quæ tutissima inter hæc est, profusio alui sequit. Si ora uenarū sanguinem solita fundere subitò suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur. Eadem tabes subit, si in lateris dolore orta suppuratio, intra quadraginta dies purgari nō potuit. At si longa tristitia cum longo timore & uigilia est, atræ bilis mor-
B bus subest. Quibus sæpe ex naribus fluit sanguis, his aut liē tumet, aut capitis dolores sunt, quos sequitur, aut quædã ante oculos tanquam imagines obuersentur. At quibus magni lienes sunt, his gingiuæ malæ sunt, & os olet, aut sanguis aliqua parte prorūpit. Quorum si nihil euenit, necesse est in cruribus mala ulcera, & ex his nigræ cicatrices fiant. Quibus causa doloris, neque sensus eius est, his mens labat. Si in uentrem sanguis confluxit, ibi in pus uertitur. Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neque ullū signum malum accessit, suppurationis eo loco periculum est. Quibus sine febre aliqua ex parte dolor, aut prurigo cum rubore, aut calore est, ibi aliquid suppurat. Vrina quoque quæ in homine sano parum liquida est, circa aures futurã aliquam suppurationem esse denunciat. Hæc uerò cum sine febre quoque uel latentiū, uel futurarum rerum notas habeant, multo certiora sunt, ubi febris accessit, atque etiam aliorum morborū tum signa nascuntur. Ergo protinus insania timenda est, ubi expeditior alicuius, quàm sani fuit, sermo est, subitaque loquacitas orta est, & hæc ipsa solito audacior: aut ubi
C rarò quis & uehementer spirat, uenasque concitatas habet præcordijs duris & tumentibus. Oculorum quoque frequens motus, & in capitis dolore offusæ oculis tenebræ, uel nullo dolore substante somnus ereptus, continuataque nocte & die uigilia, uel prostratum contra consuetudinem corpus in uentrem; sic, ut ipsius alui dolor id nō coegerit, item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor, insaniæ signa sunt. Si quid etiam abscessit antequã suppuraret, manente adhuc corpore insolita febre subsedit, periculū affert primùm furores, deinde interitus. Auris quoque dolor acutus, cum febre cōtinua, uehementique, sæpe mentē turbat: & ex eo casu iuniores interdum intra septimū diem moriunt, seniores tardius: quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè insaniunt,

ita sustinent duis affectus intus uersatur. Suffusæ quoque sanguine A
mulieris mammæ, furorē uenturū esse testant. Quibus autem longæ febres sunt, his aut abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt. Quorum faucibus in febre eliditur spiritus, instat his neruorum distentio. Si angina subitò finita est, in pulmonem id malum transit, idque sæpe intra septimum diem occidit. Quod nisi incidat, sequitur, ut aliqua parte suppuret. Deinde post alui longam resolutionem, tormina. Post hæc intestinorum leuitas oritur. Post nimias destillationes, tabes. Post lateris dolores, uitia pulmonū: post hæc, insania. Post magnos feruores corporis, neruorum rigor aut distentio. Vbi caput uulneratum est, delyrium. Vbi uigilia torsit, neruorum distentio. Vbi uehementer uenæ supra ulcera mouentur, sanguinis profluuium erit. Suppuratio uerò pluribus morbis excitatur. Nam si longæ febres sine dolore, sine manifesta causa remanent, in aliquam partem id malum incumbit, in iunioribus tantum, in senioribus ex eiusmodi morbo quartana ferè nascitur. Eadem suppuratio fit, si pręcordia dura dolentia ante uigesimū diem B
hominē non sustulerunt, neque sanguis ex naribus fluxit, maximeque in adolescentibus, utique si inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerunt, sed cū in inferioribus partibus aliquid abscedit. At si pręcordia tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinūt, hæretque per omne id tempus febris, tum in superioribus partibus fit abscessus, ac, si inter ipsa ulcera non fluit, circa aures erumpit. Cumque omnis longus tumor ad suppurationem ferè spectet, magis eò tendit is qui in præcordijs, quàm is qui infrà est. Si lassitudinis etiam sensus in febre est, uel in maxillis, uel in articulis aliquid abscedit. Interdum quoque urina tenuis & cruda sic diu fertur, ut alia salutaria signa sint, ex quo eo casu, plerunque infra transuersum septum (quod διάφραγμα Greci uocāt) fit abscessus. Dolor autem pulmonis, si neque per sputa, neque per cucurbitulas, neque per sanguinis detractionem, neque per uictus rationem finitus est, uomicas aliquas interdum excitat, aut circa uigesimū diem, aut circa quadragesimū, nonnunquam etiam circa sexagesimū. Numerabimus aūt ab eo die, quo primum febricitauit aliquis, aut inhorruit, C
aut grauitatem eius partis sensit. Sed hæ uomicæ modò à pulmone, modò à contraria parte nascuntur. Quod suppurat, si ab ea parte quam afficit, dolorem, inflammationemque concitat, ipsum calidius est: & si in partem sanā aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo uidetur. Omnis etiam suppuratio, quæ nondum oculis patet, sic deprehendi potest. Si febris non dimittit, eaque interdiu leuior est, noctu increscit, multus sudor oritur, cupiditas tussiendi est, & penè nihil in tussi excreatur, oculi caui sunt, malę rubent, uenæ sub lingua inalbescunt, in manibus fiunt adunci ungues, digiti,
pallent maximeque summi †calent: in pedibus tumores sunt, spiritus difficilius trahitur, cibi fastidiū est, pustulæ toto corpore oriunt. Quod
si pro-

A si protinus initiò dolor & tussis fuit, & spiritus difficultas, uomica uel ante, uel circa uigesimũ diem erumpet. Si serius ista cœperint, necesse est quidem increscant, sed quo minus citò affecerint, eo tardius soluentur. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis unguibusq; nigrescere. Quod si nõ est mors consecuta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt.

ENARRATIO.

Sed cum proposuerim signa.) Transitio est ad nouum testimoniorum genus. Nam aduersæ ualetudinis tum impendentis, tum urgentis signa proposita sunt. Atq; inter urgentis mali notas, quæ spem præbeat, quæ longitudinem minitentur, quæ periculum denuncient, quæ mortẽ intentent, suis quæq; locis, q̃d nusquã fecit Hippocrates, sunt demonstrata. Nunc quod uitij genus futurũ è præsentibus quibusq; signis sperari debeat, ostendetur. Mox deinde proximo capite, quid cognito iam uitio & apparẽte feliciter ac securè, aut quid improbè & periculosè, cõiungatur aperiet. Quemadmodũ superius, quid malam ualetudinem in genere primùm præcedat. Deinde, quid cũ omni cõmuniter spem aut metũ faciat salutis uel longè, uel propè positæ, uel dubie, uel nullius quoq; traditũ est. Ita nũc duo supersunt, ut singulas morborũ

B formas quid antecedat, easq; nunciet securas, & ut in quoq; genere quid securitatẽ ullam aut formidinẽ apportet, & quid intus sit, aut uenturum, cognoscamus. Quorum prius hoc capite, proximoq; posterius intelligetur.

Ante febres, si caput graue.) Sunt hæc tria quotiescunq; simul ingruunt, pituitæ in capite redundantis satis firma indicia. Nam etsi tum capitis grauitas, tum oculorum caligatio potest non modò è cuncto corpore, uerùm etiam multo crebrius è uentriculo suboriri: tamen quum hæc coniunguntur, & à somno cum sternutamentis lacessunt, erupturæ pituitæ uel in nares, uel in fauces, uel in pulmonem, unde febres ac tabes quibusdam mox consequantur, signa præbent: si non sputo prius reijciantur, & sit pituita tenuis atq; acris quæ delabitur. Crassa enim in pulmone potius anhelationẽ, in faucibus tumorem & deglutiendi difficultatẽ, in aspera arteria raucitatẽ paritura est. Grauitas porrò multitudinis index est. Caligatio, ex somno humoris, aut uaporis crassi in neruos opticos illapsi. Sternutatio, uaporũ è cerebro uel perfrigerato, uel calefacto erumpentium nota est: quæ tam est sub initijs destillationum noxia, quàm est à morbo se colligentibus atq; confirmantibus salutaris. In principio siquidem, mali ingrauescentis: in desinentia, uirtutis se reparantis indicium est. Fiunt autem hæc maximè in senibus, & qui senili capite, hoc est debili, & frigido humidoq; sunt præditi.

C *Si sanguis aut calor.*) Calor quia laxat & resoluit uenas arteriasq;, & quia sanguinem in quo includitur diffundit & amplificat, eius fluxionẽ ubi exęstuat parit. Quare Hippocr. 5. Aph. 16. & lib. de Liquidorum usu, ex multis, quæ calor facit alia, τὸ θερμὸν, inquit, βλάπτει τοῖσι πλεονάκις χρεωμένοισι αἱμοῤῥαγίας. Calido (seu mauis calida) si quis crebrius utatur, adfert sanguinis profluuia. De sanguine aũt clarius est, ipsum sicubi abundat, ferè profundi, quàm ut multis probari debeat: sua nanq; copia perrumpit, & calore diffunditur, ac sua uascula reserat: præcipueq; tempore uerno, & ætate pubescente, ubi quis hirquitallire iam atq; adolescere incipit. Viget enim, si quãdo maximè, hoc tẽpore & hac ætate, & calor genuinus, & sanguis illius thesaurus. Id quod de Natura humana, & lib. 1. tertioq; Aphoris. docet Hippocr. Qui tum quoq; multo certius de naribus sperari potest, si capitis temporũq; grauitas, si frontis dolor, si oculorum caligatio, uultusq; rubescẽs antecesserit. Quippe quæ ita connexa, sanguinis in capite redundantis testimonium dant.

Si sine causa quis.) Non alitur corpus certè feliciter, nisi & uirtutibus suis in-

tegris constet, & humoribus prosperis sit præditũ. τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. id est: Impura corpora quanto magis nutrieris, tanto lædes magis. 2. Aph. 10. Idemq; lib. eod. Aph. 15. Non antè tutò corpus nutriri docet, quàm sit intus expurgatũ ac mundũ. Quare si quis, quantum ualenti sufficiat, edat, bibatq;, nec cõfirmetur tamen, sed emarcescat etiã hoc ipso magis, integra firmaq; cõstitutio intus subesse nõ potest, sed cacochymiã & malum corporis habitũ clam ali significatur. Quod fieri credendum est, uel quia nimio alimẽto corpus oneratur, uel quia immundiciei purgatione opus habet: quæ prodita sunt 2. Aph. 32. Quæ cùm in omnibus uera sint, tum in ijs maximè qui gracili ac tenui biliosoq́ue habitu naturæ sunt præditi. Nam probè uereq; mihi facere uidebuntur, qui è duabus iam dictis sententijs, priorem ad pituitosos, proximã deinde ad sanguine refertos, & hanc tertiam, quam nunc tractamus, ad biliosos, & quartam quæ continuò sequetur, ad melancholicos ac flatulentos homines accommodabit.

Si præcordia dolent.) Dolor hic multis de causis fieri potest, si quid delicti uel in uẽtriculo, uel in iecore, uel in liene cõmittatur. In uentriculo tum cruditate, tum mala temperatione, tum humorũ flatuumq; uitio, quæ uel rerũ sumptarum malicia, uel loci praua affectione, uel aliunde è reliquo corpore malo illuc importato nascunẽ. Quæ primùm uentriculum cui includunẽ inficiunt, deinde omnẽ proximam regionẽ hypochondriorũ, aut earum partẽ alteram præcipuè, & cum his sæpe caput aut intestina discruciant. In iecore si qua obstructio, si qua imbecillitas, si bilis flaua aut pallida exuperet, protinus dextri hypochondrij grauitas, distentio, morsus sequitur: hinc mox in mesenteriũ, in intestina, in uentriculũ, in caput, in totũ deniq; corporis habitum, seminariũ spargitur, preſertim si bilis etiam crasſior sit, aut tenuior q̃ oportet: si in uitellinã, in porraceã, in æruginosam, in cæruleã conuertatur. In liene item si quid obstructũ, si humor eius melancholicus, aut maior sit, aut crasſior, aut aduſtior q̃ cõueniat, primùm sinistro hypochondrio uitiũ infertur: tum etiã uentriculo, iecori, intestinis, & toti plerunq; corpori affricatur. B

Aut inflammatio.) Fit inflammatio tum putredine humorũ in ijs uisceribus quæ paulo antè memorauimus, tum præcipuè bilis copia & feruore, aut atræ bilis aduſtione quadam, aut uenarum obstructione quapiam.

Aut non toto die concoctione.) Cruditas naturæ & uirtutis eius quæ cõcoctioni præficitur, aut copiæ eorũ quæ asſumuntur, ferè uitiũ aliquod cõsequitur.

Quibus diu color.) Lib. 2. Prædict. Hippocr. Quibus colores, dum iuuenes sunt, asſiduo multoq; tempore praui sunt, non tamen more regij morbi, ij siue uirisint, siue fœminæ, caput dolent, & lapides ac terram comedunt, & hæmorrhoides habent. Pallidi uerò cum uirore quodã colores si diuturni sint, & morbus regius uehemens nõ est, cætera quidem eadem facere solent. Verùm pro lapidũ terræq; esu, preçordijs hi magis quàm superiores cõflictanẽ. Celsus decolorationẽ sine regio morbo dicit: Hippocrates nõn morbũ quidẽ regiũ, sed eius tantũ colorẽ excipit. Vt malũ colorẽ, sed minimè tamẽ flauũ aut uiridẽ intelligas: sicut in magna crudorũ humorũ coaceruatione cerni potest. Vnde & capitis dolor, & aridisſimarũ rerũ appetentia sequi solet. C

Qui diu habent faciẽ pallidã.) Lib. 2. Prædict. Quicunq; multo tempore pallidi apparent, & facies in tumorẽ eleuatas habent, eos capite dolere sciendũ est, aut circa uiscera dolorẽ, aut uitium aliquod in sede, aut horũ multa, aut etiã omnia. Pleraq; interdum, nonnunq̃ etiã omnia accidere, Celsus præterijt.

Si in continua febre puero uenter.) In Prænot. utrisq;: Pueris conuulsiones fiũt, si febris fuerit acuta, & uenter nihil egesserit, & uigilarint, & terreantur, & eiularint, & colorem mutauerint, & uiridem pallidum'ue, aut liuidum, aut rubrũ contraxerint: fiunt aũt hæc promptisſimè quidem pueris nuperrimè editis, usq; ad septimũ annũ. Seniores uerò pueri & uiri nõ amplius in febribus conuulsionibus corripiuntur, si nõ quid è signis fortisſimis ac pesſimis accesse-

A accesserit. Celsus nõ hæc quidẽ omnia, sed tantũ ea quæ in Coacis Prænot. breuiter de hac re Hippocrates perstrinxit, explicauit. Illud aũt huc etiã pertinet, q̃d 7. Aph. 18. proditũ est: A' uigilia conuulsio, aut delyriũ, malum est.

Frequens destillatio in corpore.) Lib. 2. Prædict. Tabescentem hominẽ ut facile è uitio emergat, inter alia multa, quàm minimè tenuẽ esse oportet. Pectusq́; in ipso requiritur quadratũ & hirsutũ, & ut os ipsius paruũ sit, & robustè carnosum. Quæ qui nõ habet, in metu uersatur: hinc Celsus à contrariarũ rerũ ui, tenuia corpora, longaq́;, ac procero collo angustoq́; pectore prędita, tabi subiecta esse, si frequens in ipsis destillatio accidat, uerissimè tradidit.

Vbi pluribus diebus nõ descẽdit aluus.) 2. Prædict. Alui deiectiones procedere cõuenit his qui laboribus exercenť, quandiu parũ ederint ac potauerint modicus & durus, idq́; q̃tidie. Si uerò quoq́; die, aut quarto, aut lõgiore etiã interuallo ꝓdierint, periculũ est ne aut febri, aut alui profluuio demũ corripianť.

Vbi pedes turgent.) In Indicat. Qui ab alui profluuio multo tempore detinentur unà cum tussi, ij non liberantur, nisi dolores uehementes in pedibus inciderint: sed in mẽstruis quoq́; purgationibus, & in hæmorrhoidibus, & omni deiectione alui immoderatiore, pedũ tumor, si quã iecur etiam noxã præsenserit, suboriri cõsueuit. Quanq̃; nõ id spectasse Celsum puto, ut pedes turgentes longæ deiectionis indiciũ statuere uoluerit: sed quatuor ista, primùm
B pedes turgentes, deinde longã deiectionẽ, tum in imo uentre dolorẽ, postremoq́; in coxis etiam dolorẽ, impendentis aquæ inter cutẽ, atq́; ab ilibus subnascentis, signa proponere uoluisse existimo. Id quod ex Hippocratis ambabus Prænot. euidentissimũ fieri potest, & nos iam cõtinuò subijcicmus. Quare erroris causam omnẽ hinc sustulerit, qui addita modò coniunctione copulante sic leget: Vbi pedes turgẽt, & longæ deiectiones sunt, ubi dolor in imo uentre, &c. Sunt enim hæc summè consentanea Hippocrati, cuius uerba subijciam, ut quatuor illa, quæ modò dixi, quid denunciẽt & efficiãt intelligatur. Incipiunt hydropes, & aquæ inter cutẽ, pleræq́; quidem à laterum mollitudine, & à lumbis, nonnullæ uerò etiã ab hepate. Quibus autẽ à laterũ mollitudine lumbisq́; inchoanť, ijs & pedes intumescunt, & alui profluuia diuturna ipsos detinent, quę neq́; dolores lumborũ laterumq́; soluũt, neq́; uentrẽ emolliunt. Celsus, q̃d fecit etiam superius, coxas hic pro lumbis ac locis, secundum iliũ ossa constitutis posuit. Et ilia pro lumborũ partibus molliorib. est interpretatus. Certè Latini partes sub umbilico laterales ad os ischij collocatas ilia nominãt, greci λαγόνας dicũt. Inter quas, & extremã thoracis costã, partes illæ laterũ inanes ac mollicule, in quib. sũt ieiunũ, mesenteriũ, & tenuia intestina, quas greci λαγόνας & λαπάρας uocãt, cõprehendunť: sunt eñ in utroq́; latere ad spurias costas hypochõdria posita, quæ nũc ferè cũ Celso præcordia nominare solemus. Post quę in laterũ rectitudine λαγόνων, inaniaq́; illa cõsequanť: sub quib. ilia ad ischij os subiecta sunt, post quæ
C proximè statuunť ὀστᾶ λαγόνων, id est, iliũ ossa. Postremoq́; sub his ad femoris ingressũ coxa, siue coxendix adhæret: quæ Græci ἰσχία, & Arabũ scholæ anchas uocãt. Celsus ambo illa ossa, nempe superiora latioraq́; iliũ, & inferiora exterioraq́; coxendicũ, coxarũ nomine: atq́; adeò ilia quoq́; ipsa, & cunctam lumborũ regionẽ eodem uocabulo cõplecti sæpe solet: nõnulla quidem rerũ perturbatione & obscuritate, sed quæ parum ad hydropis originẽ intelligendã momenti habeat, quando hæ partes uniuersę compati & collaborare consueuerũt. Alioqui lumborũ uerbo omnẽ eam partem quæ à præcincto per quinq́; dorsi spondilia laterumq́; omnẽ molliciem ad sacrũ usq́; os propter amplitudinẽ sic appellatum interiacent, appellant. Perinde atq́; mollia inaniaq́;, laterũ, à summa costa ad os usq́; iliũ sæpe tota nominantur.

Idẽ propositũ periculũ est.) In Prænot. Quibuscũq́; à iecore aquæ inter cutẽ oriuntur, ijs tusses, tussiendiq́; prõptitudo accidit, & nihil memorabile expuũt, & pedes tument, & aluus non egerit nisi dura, idq́; coactè, & circa uentrem

fiunt tumores, tum in dextra, tum in sinistra parte, modò crescentes, modò desinentes. Non dubitò rursus hoc loco in Celso, hominum malè doctorum ignorantia, uoluntatem tussiendi, peruersam esse in desidendi uoluntatem: propterea quòd uentris nihil reddentis mentio continuò subsequatur, existimantium fortassis ad τεινεσμόν id referendum fuisse, quem doctissimi quiq; crebram & inanẽ egerendi uoluntatẽ definiunt. Et Celsus quoq; frequentẽ desidendi cupiditatẽ alio loco finit, sed pari atq; in dysenteria dolore, ubi aliquid excernitur: de qua cõtrouersia aliàs aliquando dicendi locus dabitur. Nunc id constare debet, nec egerendi uoluntatis, neq; desidẽdi cupiditatis rationem hoc loco competere, multoq; etiam minus esse ista ad tenesmũ accõmodanda: sed tussiendi uoluntatẽ, tum authoritate manifesta, tum ratione expressa cõuenire. Aqua siquidem inter cutẽ ubi iecur obsidet, cõpresso septo trãsuerso, & per uenã cauam eius bona parte in pulmonẽ diffusa, tussiendi cupiditatẽ lõgè periculosissimã, sed tamẽ promptã adfert. Quãobrẽ 6. Aph. 35. inquit Hipp. τοῖσιν ὑδρωπιῶσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν. id est: Aqua inter cutẽ laborantib. tussis si accidat, malũ. Sed 7. Aph. 47. plus etiã dixit, ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστιν. id est: Hydropicũ si tussis uexet, desperatus est.

Eiusdem morbi nota est.) In Coacis Prænot. Dolor supra umbilicum paritet & secundum lumbos, si medicamentis nõ soluatut, in hydropem siccam desinet. Quæ etsi præclara ratione cum Celso hoc loco congruunt, sunt tamen B non paulo ad hanc rem illustriora, quæ 4. Aphor. 11. idem author posteritati mandauit. Quibus tormina (Græci στρόφους appellant) & circa umbilicũ cruciatus & lumborũ dolot accidit, qui neq; medicamento, neq; per alia præsidia soluitur, in hydropa siccum firmatur. Celsus Hippocratis στρόφους, aprissima periphrasi, ubi circa umbilicum intestina torquentur, circumlocutus est. Tormina uerò, quæ à torsione ducuntur, aliàs ubique pro dysenteria dixit: quum longè aliud dysenteriæ appellatione, nempe intestinorum exulceratio, non tortio tantum designetur. Coxas autem iterum pto lumbis ac uoce ὀσφύος redditas esse pro more Celsi, ne admonendum quidem duxi.

Dolor autem articulorum.) Hæc ut reprehendere nõ possum, ita cum quo loco Hippocratis uno cõparem, nondum cõpertum habeo, nisi q; mirè cõsentiant cum multis illis ex 4. lib. sententijs. Primùm Aph. 33. Si quid cuiq; ante morbum doluerit, illuc morbus incumbit. tum Aphor. 39. Qua parte corporis frigus aut calor est, ibi morbus est. Præterea Aph. 44. Quibus febres longæ sunt, ijs tubercula ad articulos aut dolores fiunt. Deniq; lib. 2. Aph. 5. κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους: Spõte lassitudines ortę denunciãt morbos. Sed nec de febribus, neq; de lassitudinis sensu, in articulos & circa maxillas maximè abscessus minitante, 4. Aph. 31. hic agendum fuisse fortassis quispiã existimauerit, propterea q; qualia quodq; genus morbi antecedãt, nõ cuiusmodi comitentur, hoc capite exponere propositum sit. qualia primis illis modò C productis Aphorismis, nõ istis posterioribus cõprehenduntur. Nam q; articulorum dolorẽ talem dicit, ut eo loco nerui cõtrahantur, quemadmodũ certum est ea cõtractione appetentẽ arthritidem sæpe indicari: sic te quæso lector, ut Aphor. illum 25. è 5. lib. cum his conferre uelis, quo dolores articulorum ac tumores sine ulcere, & podagricæ affectiones cõuulsionesq; frigida aqua multa affusa leuari soluiq; traduntur, fieri enim certè potest, ut ad hos omnes Celsus, aut ad plerosq; dictos Aphorismos, animi oculos intenderit: non ut eos quales in Hippocrate offenderat, ad Latinos conuerteret, quod facit rarissimè: sed ut eos magno compendio in unum locum cogeret, suoq; proposito adaptaret quàm breuissimè, quicũq; ad artuũ uitia denuncianda ullo pacto cõducerent. Non modò enim in articulis, sed in alijs quoq; membris, si dolor, si contractio, si fatigatio sponte oborta, si calor, si frigus urserit, noxam aliquam uel subesse, uel imminere significatur.

Quibus in pueritia sanguis ex naribus.) Nimisquàm breuiter Celsus prę lõgã Hippocratis

A pocratis ſententiã perſtringit. Quam ubi totũ poſuerim, facilè perſpicietur, quid hic mutatũ ſubſit, aut quid omiſſum. Quibus, inquit, circa articulos dolores fiunt & tumores, & ſedantur nõ podagrico modo, in his cõperies uiſcera magna, & in urina ſubſidentiam albã. Et talis ſi tempora eleuarit, dicet ſibi illa ſæpe dolere, dicet etiã ſudores ſibi nocturnos accidere. Si uerò neq; in urina ſubſidit talis ſubſidentia, neq; ſudores fiunt, periculũ eſt ne aut claudi articuli fiant, aut abſceſſus humore ſuo melli ſimilis, quem melicerida uocant, ſubnaſcatur: fit aũt hic morbus ijs, quibus in pueritia & iuuentute ſanguis ex naribus fluere ſolitus, deſiit. Proinde interrogãdum eſt de ſanguinis eruptione, an in iuuentute euenerit, & an pruriginoſæ uelut ab urtica punctura, & in pectore & in dorſo inſint, & quibus alui dolores inducantur citra exturbationes, & quibus hæmorrhoides fiant: hoc enim iſtorũ morborum principium eſt. Si uerò etiam malo colore prædıti ſunt, caput quoq; ſe dolere, ſi roges, fatebuntur. Quibus uerò ex his alui dolores in dextris fuerint, ij uehementiores euadunt, præſertim quũ ad præcordium iecoris reliquiæ doloris cõſtiterint. Atq; his doloribus prodeſt ſtrepitus ſtatim in aluo obortus. Verùm poſteaquã dolor conquieuerit, urinã craſſam & cum uiro re pallidam reddunt. Quo modo minimè quidẽ lethales ſunt, ſed ualde diuturni. Quum uerò iam uetuſtus fuerit morbus, homines ex ipſo cæcutiunt.

B Etſi perconteris, fatebuntur tum ſanguinem in iuuentute fluxiſſe, tum uiſus hebetudinem, tum urinæ pallorẽ, tum ſtrepitus ſubeſſe, prodeſſeq;. Ex tam multis incõmodis, quæ ſanguinis in iuuentute è naribus profluuium demũ conſequantur, præter capitis dolorem, & articulorũ ulcerationem, pro qua tamen Hippocrates tum claudicationẽ, tum melicerida ſcripſit, nihil Celſus enucleatè attigit. Verùm hac ſola oratione, uel aliquo etiam morbo debilitentur, cætera uniuerſa ſummatim taciteq; uniuerſa incluſit: quæ qualia ſint, non facilè ſit, niſi Hippocratis adiungas ea quæ modò prolixè protulimus, conſectare. Nos itaq; quo quid in hac ſumma ſit incluſum atq; delitefcat intelligatur, omnia ad uerbum aſcribi illa cõmodum fore ſumus arbitrati: & quia multa inſunt, quæ poſtea huc erunt ſæpe tanquam ad caput referenda.

Quibus fœminis menſtrua non proueniunt.) 5. Aph. 58. καταμηνίων πλειόνων γινομένων νοῦσοι συμβαίνουσι· καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίνονται νοῦσοι. id eſt: Menſibus pluribus prodeuntibus, morbi fiunt: & nõ prodeuntibus, ab utero morbi rurſus accidunt. In Prædict. quoq;, uiris pariter & mulieribus, cum quadã ſecuritate, uehementiſsimos fieri capitis morbos & diuturnos docet. Prætere a tum adoleſcentibus, tum uirginibus in ipſa pubertatis ætate, & maximè cum iam menſes fluere incipiunt. Mulieribus tamen minus pruriginoſas illas & atrebilarias puncturas quàm uiris cõtingere, niſi penitus menſes aboleantur. Cæterùm quod Celſus adijcit, uel quælibet alia pars morbo infeſtetur: illum mihi Aphoriſmũ ſpectare uidetur 29. ex lib. 6. γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλείπῃ. id eſt: Fœmina podagra non laborat, niſi men

C ſtrua ipſam defecerint. Quanquam de collo, de lumbis, de imo uentre, de pectine, de præcordijs, de uentriculo, dolore infeſtatis item intelligi poteſt. Quæ Hippocrates ijs libris, quos de Natura muliebri, & de morbis mulieribus conſcripſit, & aliàs ſæpe percenſet.

Eademq; his pericula ſunt.) Capitis nempe doloris, aut ne queuis alia pars morbo infeſtet. Id q̃d nos iam paulo antè ex Hippocrate prolixè planeq; oſtendimus, quũ locũ illũ, Quibus in pueritia ex naribus ſanguis fluxit, tractaremus. quẽ totũ huc accõmodari operæpreciũ fuerit: eoq;, id ut fiat, uelim. Vt q̃ multa ad hanc rem & cognitu neceſſaria ſint hic omiſſa, & quanta locorũ intercapedine pleraq; ſint ex Hippocrate decerpta, cognoſcatur. Neq; enim Hippocrates ſub hec Celſi uerba pruritus frõtis, ſed pectoris ac dorſi, multo poſt alia, quæ refert plurima, cõmeminit. Nec ab his quoq; continuò lippitudinis ullam mentionem facit, ſed poſt bonũ interuallum rurſus cæcitatis.

Quam-

Quamobrem non puto quenq; in Celso ueritatē facilè consecuturū, qui nō A
ipsum diligentissimè inter hæc cum Hippocrate cōtulerit. Neq; enim senex
ille medicinę parens, capitis dolores, & aliarū partium, quę modò diximus,
pericula, ex articulorū uitijs, & doloribus, tumoribusq;, quæ sine podagra
modò desinunt, oriunturq;, expectanda prodidit: sed ex ipsis uiscerum magnitudinem, & in urinis subsidentiam albā profiteri docet, atq; hinc rursus
tum circa tempora dolorem, tum sudores nocturnos diuinare. Et si quis fortassis urinæ illam candidam subsidentiam ac sudores sibi fieri negabit, periculum fore mox ipsi denunciare, ne quod in urinis illam subsidentiam allaturum erat, & in somnis sudorē pariturum, in articulos iam incumbat, ubi uel
mutilationem, uel certè mElicerida producat. Atq; hæc ita maximè euenire
ijs, quib. in pueritia & iuuentute sanguis ex naribus crebrò profluxit, iamq;
omnino fluere destitit. Quod si non præcesserit, uerùm tanq; ab urticis iam
pectus simul ac dorsum pruriuerint, uentrem doloribus acerbis infestandū,
&, si corporis color fœdus sit, capitis quoque dolores metuendos esse, citra
deiectionem atq; hæmorrhoides, cōtestari licebit: propterea quòd prurītus
illi, uentrisq; dolor, atq; hæmorrhoides, ab atra bile proficiscantur. At si postremò neq; sanguis ita defluxit unquam, neq; atræbilariæ affectiones ullæ
subsecutæ sunt, probabile futurū dicetur, ut malo hypochondrium alterum
infestari incipiat: sed dextrum atrocius, quia à uiscere quod cōtinet, generosius est. Vnde si protinus quodam strepitu uitium euoluatur, per crassum lo- B
tium solutum iri. Aut si in uetustatem producatur, de cæcitate demum omnino formidandum esse. E quibus omnibus Celsus instar apiculæ paucissima quædam duntaxat assultauit atq; decerpsit, nec ea qualia accepit reddidit, sed nouo quasi mellificio imbuta reposuit. Nam principiò si quib. quod
Hippocrates inquit, dolores tumoresq; circa articulos oriūtur modò ac desinunt, sed non podagrico more, in urina ferè albam subsidentiam obtinēt.
Deinde si, quod magna ex parte fit, talis urina crassitie quadam pariter conturbata est. Adhæc, si, quod in Prædictionibus alio loco tradit, crassa urina
albam subsidentiam continens, circa articulos dolorem aliquem aut tumorem significar. Et, quod in Aph. 70. lib. 4. scriptum extat: ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισι, ἢ παρέσονται.
id est: Quibuscunq; per febres urinæ conturbatæ sunt uelut iumenti, his capitis dolores uel adsunt, uel aderunt. Certè ex hac gradatione ac sorite Celsus cōfecerit, collegeritq;, si quibus dolores tumoresq; articulorū sine podagra oriuntur ac desinunt, uel dolorē capitis adesse, aut secuturū, uel quamlibet aliam partem morbo tentandam esse. Iisdemq; tempora utiq; sæpe dolebunt, & noctu corpora insudabunt. Porrò quid de frontis pruritu ac lippitudine sentiendū sit, quæ non habet Hippocrates, paulo antè indicauimus.
Et fieri potest, ut cum dorsi pectorisq; pruritu simile quippiam circa frontē C
ac caput sentiatur. Et probabile est Celsum pro cæcitate, quæ grauior sit, lippitudinem, ex qua illa sequeretur, quęq; & frequentior et mitior sit, uoluisse
substituere. Sed in his atq; similibus quicquid demū alicubi abs me concordiæ ac conciliationis cuiusdā gratia dicitur, eatenus id approbari cupio, quatenus id eruditi ac boni medici suo calculo confirmabūt. Nihil enim perinde expeto, atq; ueritatē ab alijs, sicubi labor, audire. Et id bonos atq; doctos
uiros decere existimo, ut neq; penitus quicq;, quod incertum sit, et non satis
explicatum, nec cupidè semel in animum inducant: neq; ut aliena inuidiosè,
aut superbè uel reijciant contemnantq;, uel calumnientur atq; reprehendāt:
sed modestè sententiam ex æquo & bono cognoscendam suam proponant,
expendantq; item alienam.

Si mulier à partu uehementes.) Si quid mihi rursus hoc loco cōdonabitur, Celsi lectionem ad hunc modum castigabo: Similiter caput si uehementes dolores habet, neque præterea mala signa sunt. Neq; enim de muliere à partu
uehemen-

A uehementer dolente, quæ hic memorantur, speranda usquã, quod equidem meminerim, traduntur. Et quæ sufficio, manifestè in prædictionibus, unde plurima Celsus desumpsit, scripta extãt. Et quàm fuit probabile ac procliue homini in daci atq; inerti, ꝰ similiter in si mulier, &ꝰ caput in à partu, paucarum literarum metathesi, & unius persquàm similis mutatione conuertere, tam mihi ratione & euidenti authoritate subnixo, ueterem ueramq; lectionem ac sententiam reuocare facile, ueniaq; dignum putabitur. Capitis itaq; dolores, inquit Hippocrates, uehementes & continui cum febre; siquidem lethalium signorũ quippiam accesserit, perniciosi ualde sunt. Sin uerò absq; talibus notis dolor uiginti dies excesserit, & febris nihilominus detinuerit, sanguinis è naribus eruptionem, aut abscessum aliquem in infernis partibus expectare decet. E quibus uerbis, Celsi orationem petitam esse, quis nõ clarissimè agnoscat? Nec quicquam moror, nec uerò mihi uel tantillum obstat, quòd neq; febris Celsus, neque continuitatis meminerit, quòd illi familiare sit multa sæpe prætermittere, multa innouare, & addere quoq; sæpè multa.

Quicunq; etiam dolorem ingentem.) Hippocr. 1. Prædict. Sed & quandiu dolor recens fuerit, similiter sanguinis è naribus fluxionem, aut puris eruptionem sperare conuenit, cùm aliàs, tum si dolor circa tempora ac frontem fuerit. Verùm sanguinis fluxus magis in iunioribus trigintaquinq; annis expe-
B ctandus est. In senioribus uerò, puris eruptio. E quibus iterũ uerbis in Celso perperam, ingentẽ pro recentem dolorem legi, fit euidentissimum. Qui nihil hic prætermisit, quod magnopere sit necessarium: nisi tale putes, iuuentutis annos suis terminis circumscriptos non esse, & aliàs quoq; eadem ista, quàm si cui frons temporaq; doluerint, accidere posse.

Febris autem quæ subitò.) Est hæc sententia in Hippocrate multis locis repetita. Primùm enim 2. Aph. 27. Rebus signisq; illis, quæ non secundum rationem leuant, fidere non oportet: nec admodum metuere, quæ præter rationem deprauantur. Pleraq; siquidem ex talibus parum firma sunt, & neque permanere, neq; morari solent. Deinde 4. Aph. 61. πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ, ὁ πυρετὸς ὑποτροπιάζειν εἴωθεν. id est: Febrientem si diebus imparibus febris non dimiserit, reuerti solet. Præterea in Prænot. Quibus febres desinunt, nec signis solutorijs apparentibus, nec in diebus iudicatorijs, ijs illas reuersuras esse expectãdum est. Eademq; in Coacis & secundo Prædict. repetita sunt.

Cui fauces sanguine.) Hippocr. 2. Prædict. Quod si cuipiam fauces impleantur sanguine sæpe singulis diebus ac noctibus, cui neq; caput antè doluit, neque tussijt, neq; uomuit, nec febre correptus fuit, nec pectore, nec dorsõ indoluit, huius considerandæ sunt nares & fauces, ulcus ne aliquod subesse uideatur, an hirudo. Celsus præcordiorum dolorem, dura nimis, & nimium
C longè petita synecdoche, pro dorsi pectorisq; cruciatu substituit, nec hirudinis quicquam commeminit.

Si mulier ex inguine febricula orta.) Secundo libro Prædict. Quibus ulcus genitum est in utero, siue ex partu, siue ex tuberculo, siue ex alia quacunq; causa, his febres & inguinũ succedere tumores doloresq; necesse est. Celsus ex inguine febriculam dicit. Hippocrates ex ulcere tum febrem, tum inguinum uitia procedere ostendit.

Vrina autem crassa.) 2. Prædict. Crassa urina, quæ albã subsidentiam habet, aut circa articulos dolorem aliquem, aut tumorem denotat. 4. Aph. 74. Quibus spes est fore, ut abscessus ad articulos incũbat, eos ab abscessu liberat urina multa & crassa, & alba prodiens: qualis in febribus laboriosis quarto die nõnullis fieri incipit. Si uerò ex naribus quoq; sanguis profluat, admodum breui soluitur. Quòd autem de uiscerum dolore attextum est, sumptum apparet ex illo Hippocrat. 2. Prædict. loco, quem superius, quum de sanguinis ex naribus in pueritia fluxione ageremus, totum produximus. Quanquam

aliud quoq; Hippocrates illic, id quod ostendimus, agit. Solet etenim uarijs A
è libris Hippocratis Celsus, & diuulsis è locis, quæ paulum modò consentire inter se & conspirare ad rem eandem declarandam uideantur, in eundem locum, & nonnunquam in eandem sententiam colligere atq; coagmentare: fortasis quo minus unde petita sint appareat, & ut ea quæ ullo inter se pacto congruunt, ita connectantur.

Eadem uiridis aut uiscerum dolorem tumoremq́.) Diu me hic locus torsit, & sollicitum habuit, quũ uiridis urinæ præsens hoc elogiũ in Hippocrate quærerē, nec animo cōsequi aut memoria possem, in quãcunq; partē circumspicerē, ullam me eius mentionē, cum tali duntaxat, quam ei Celsus tribuit, significatione animaduertisse: sciebã in pleuriticis eam lethalem cum nigra subsidentia, in Coacarũ Prænot. lib. pronunciari: at crassa, eademq; uiridis, eccubi uiscerum dolorē tumoremq; testaretur, nusquã explanatè offendi: nisi q̃d demum secundo Prædictionũ libro, quo loco de articulorũ doloribus tumoribusq; pertractat, statim sub initiũ de urinæ alba subsidentia sermo fit: paulòq; pòst eodem loco, urina crassa, ac cum uirore pallida, post hypochondrij dolorē cum strepitu quodam exolutũ, expelli traditur. Vt igitur quæ eo loco inter utranq; urinã interiacent, carptim suprà Celsus protulit: ita hoc loco utriusq; lotij periculũ & significationē miscuit, & omnino cōfudit. Quod et uerisimũ esse, qui inter se accuratè hęc omnia cōferet, intelliget: & cōstantius credet, si uiscerũ appellatione, in Celso certè, frequēter, tum iecoris, tum lienis, tum intestinorũ, tum uentriculi, hypochondriorumq; omnem regionem uenire meminerit. Nam quod uiridi urina periculum aliquod subesse, aut corpus certè integrum non esse notari dicit, neminem id ualde mouere debet. Quando & Hippocrates primùm uehementioris doloris ad iecoris præcordium, mox etiam mali diuturni, sed non lethalis mentionem facit. Quæ tam re ipsa maximè consentiunt, quàm uerbis sunt diuersissima. B

At si sanguis aut pus in urina est.) 4. Aph. 75. ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει. id est: Si quis sanguinem, aut pus mingit; renum aut uesicæ ulcerationem testatur: maximè si diuturno tempore, multisq; diebus ac mensibus continuetur.

Si hæc crassa carunculas quasdam.) 4. Aph. 76. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνέρχονται, τούτοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. id est: Quibus cum urina crassa carunculæ minutæ, aut ueluti pili simul exeunt, his è renibus excernuntur. Crassam urinam mediocrem, & neutiquam tenuem intelligito. Pariter cōiunctionem disiunctiuam Aut, ante Quasi, ex Hippocrate restituito: quæ ferè in excusis exemplaribus, magna germani sensus iactura, desideratur.

Aut si bullat.) 7. Aph. 34. Ὁκόσοισιν δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισι πομφόλυγες ἐφίστανται, νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι. id est: Quibus in urinis bullæ superstant, renum affectionem denotãt, & morbum fore longum. Propterea quòd è crasso frigidoq; humore producantur. C

Et male olet.) 4. Aph. 81. Ad uesicæ propriè noxam atq; exulceratione declarandam, non ad renum ullam significationem, grauis odor accommodatur. Nam potest & sanguis, & pus, & squamula à renibus, atq; aliunde quoque, ut à iecore & uenis proficisci: sed fœtor quoties illis ipsis coniungitur, unius uesicæ exulcerationem notat. Quare & coniunctione copulante superioribus annecti debet, hoc modò: Si quis sanguinem, & pus, & squamas meiat, & odor his grauis subsit, uesicæ exulterationem declarat: sunt nanq; & in tabe squamulæ, sed grauis odoris uacuæ.

Et interdum quasi arenam.) Etsi Hippocrates 4. Aphoris. 79. arenulas uesicæ tantum ascribit: sunt tamen reuera & renibus interdum acceptæ ferendæ, quoties (quod sexto Epidem. sect. 1. Aphor. 5. inquit) fuluę in urina subsident. Nam è uesica plus habent alboris.

A *Interdum quasi sanguinem trahit.*) 4. Aphoris. 78. ὁκόσοισιν δὲ τὸ αὐτομάτου αἷμα οὐρέεται, τουτέοισιν δὲ τῶν νεφρῶν φλεβὸς ῥῆξιν σημαίνει. id est: Qui sua sponte sanguinem meiunt, ipsis id in renibus uenæ diruptionem significat. Idq; tum maximè, ubi derepentè sincerũ plurimumq; profunditur. Hippocrates Epid. eo loco quem modò citauimus: Si arenulæ, inquit, fuluæ in urina subsident, si quid cruentum iungatur, si torpor femoris è directo; si renum dolor grauis sentiatur, si modò pituitam, modò æruginem euomãt, calculo renes infestari significatur. Celsus pro femoris torpore, uel coxarum dolorem suppo- suit, uel lumborum potius intellexit: quem Hippocrates, quum renum dolorem diceret, designauit. Certè ructus iam, ac nauseæ uomitionem plerunque antecedere, ac nunciare futuram consueuerunt: quæ idcirco sub hac, hancq; in illis libens intelligo. Verùm biliosum pro æruginosa, quæ illius forma quædam est, & è uentriculo magis effertur, tropo illo nimis frequenti, noster collocauit. Dolorem porrò inter coxas, superq; pubem, sympathia ac consensu quodam uesicæ, cum renibus fieri credo. Acceptumq; illum è libro de Internis affectionibus conscripto, suspicor: quemadmodum & ea omnia quæ de renum uitijs sub hæc cattexuntur. E' quibus principio extremarum partium frigus occurrit, calore naturali omni & sanguine cum spiritibus, ad internum doloris locum reuocato. At urinæ crebra illa qui-
B dem cupiditas, arenularum uellicatione, quum unam illæ uesicam aut lumbos suosq; tubulos per quos transeunt, compungunt, oritur. Et oritur quoque magna urinæ difficultas atq; stillicidium, tum propter arenularum, tum propter crassorum humorum, unde illæ generantur, quæq; urinę cannalem obstruunt, multitudine. Vnde pauxillum, & uel aqueum lotium perstillat, si pituitosi humores urgent, aut si color omnis in arenulis crassisq; humoribus meatulos impediẽtibus detineatur, uel minima bile tinctũ pallidumq;, uel ruffum sit, & pluscula imbutũ. Cæterùm iam exonerata à superioribus incommodis uesica, & releuatis renibus, hominem pariter recreari mirum non est. Magis autem mirum uideatur, aluum etiam in his cum multo spiritu reddi. Sed eius causam physici eam reddunt, quòd donec uesica lotio distenditur, eius mole ac tumore anus & rectum intestinum ita premuntur, ut ne flatulus quidem dimitti queat: qui liberè alioqui, soluta uesica, commeare solitus est. Hæc itaq; omnia tum ab Hippocratis uarijs locis librisq; trãscripta sunt, tum non unius uitij tantum indicium præ se ferunt. Nam cætera renum calculo, aut uesicę sunt accommodata. Verùm derepente multum sanguinis profundi, uel à labore, uel exercitio, uel conatu uires exuperante, aut lumbis mole quapiam collisis, aut attritis, euenit. Paululum siquidẽ sub- cruẽti aut grumosi sanguinis à calculi asperitate & erosione, & humore atræ bilario comitari potest. Profusio magna sequi non potest. Solet item ex libi-
C dinis nonnunq; ui & incontinentia lumbos & lumborũ musculos acerbus dolor premere, pedes tibiæq; frigere, uideri põdus de latere pendere, cruenta destillare, urina ęgrè ac stillatim procedere: solent in renibus ulcera, solẽt inflammationes, solent obstructiones, solent diabetes hominem lacessere. Quæ & renum uitia sunt omnia, & suis quæq; notis distincta. Quare non satis esse debebat, multa multorum in renibus malorum signa in aceruum undequaq; colligere: sed generibus noxarũ enumeratis, quibus unumquodq; indicijs insignitum agnosceretur, aperiendum erat. Quanquam Celsi hacte nus omnia talia esse perspicio, ut pauca sint, quæ non à renũ calculo aliquando euenire possint. Sed nec calculi solius hæc signa statuit: nec Hippocrates ijs locis, quos paulo antè diuersos produximus, eiusdem detrimenti signa esse proposuit.

Aut si paulatim destillat.) Apertũ uulnus mihi agnoscere sub hoc loco uideor: sed unde illatũ, aut qua arte curandum, non uideo. Nam & disiunctiua illa cõiunctio Aut, parum aptè cohæret: &, quod paulo pòst dicitur, In eadem

uesica, uesicæ alterã mentionem antecessisse declarat, quam nusquã conspicio, nisi longè, & ab usq; uesicæ renũq; exulceratione repetere libeat. Quod durum sit, & à Celsi more scribendi breui, & apto dilucidoq; alienissimũ esse iudico. Spem sanè certiorem medelæ conciperem, si unũ aliquem locum, unde essent omnia translata, adipisci possem. Quocirca lectoris hic operam imploro, ut quicquid in cõmunem utilitatẽ studiosorum uel ingenio, uel industria consequetur usquã, repurgandis uetustissimis authoribus accõmodatum, inter quos meritò noster Cornelius præclarũ nomen profitetur suũ ac possidet, id benignè candideq; ut impartiat. Nam sicut unius ignauia inscitiaq; omnes mendas illatas esse nõ existimo: sic unius opera tolli omnes facile posse nõ spero. Ego interim desito hoc malo, ad institutũ reuertor: & quoad meliora tradentur, paulùm hunc locum sic adiutabo. At si paulatim urina stillat, uel si sanguis per hanc editur, & in eo quædam cruenta cõcreta sunt, idq; ipsum cum difficultate redditur, & circa pubem inferiores partes dolẽt, in ipsa uesica uitium est. (aut, circa ipsam uesicã uitium est.) Hippocr. 4. Aph. 80. ἢν αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸν περίνεον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ. id est: Si quis sanguinẽ meiat, & grumos, & urinę stillicidium habeat, & dolor incidat in imũ uentrem, & ani ac scroti intercapedinẽ, partes circa uesicam affectæ sunt, quæ & 7. Aph. 39. repetuntur ad uerbum. Hippocrates non in ipsa uesica malorũ hæc testimo B
nia esse prodidit, sed in partibus, quæ undiq; in eius regione circũiacent, seu renibus, seu ureteribus, seu uesica, seu alijs similibus. Solam uerò difficultatem reddendę urinæ non habet, si non ipsam in στραγγουρίῃ cõprehendi putes, quando Celsus alibi ipsam sic interpretari nõ dubitauit. Sed tum, quod paulatim destillat, quò referam non habeo, nisi eodem uocabulo includam.

Calculosi uerò his indicijs cognoscuntur.) De difficultate urinæ propter calculũ, & cur sine uoluntate destillet, cur sanguis, cur cruentũ aut purulentũ aliquid excernatur, ex Aphorismis, & lib. 6. Epid. suprà dictum est. Illud tantum hic ex Hippocrate iam repetam, quod de rebus arenosis sub ipsius uerbis omissum est. Inquit itaq; 4. Aph. 79. ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τούτοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ. id est: Quibus in urina arenosa subsidunt, ijs uesica calculo infestatur. idq; renũ, si rufescunt: sin uerò albescũt, suo. Adde etiam huc ex Coacis Prænot. Renum dolorem subitum cum urinæ suppressione, calculorum aut urinarũ crassarum mictionem significare, eandemq; suppressionẽ cum grauitate in imo uentre plerunq; urinæ stillicidium denunciare. Libro prætera de Morbis quarto, quinq; calculorum indicia præcipuè memorat: dolorem inter meiendum, urinam paulatim destillantem, subcruentam, arenulas, & exiguos subinde calculos.

Eandemq; quidam promptius recti.) In Coacis Prænot. breuiter hoc pacto hæc omnia complexus est: Calculosi sic figurati, ut calculus ad urinariũ meatum C
nõ illabatur, facilè meiunt, quod uarijs corporis figuris pro uario calculi positu & forma, & magnitudine contingit.

Grauitatis quoq; cuiusdam.) Grauitatis dolorẽ ex 6. Epid. in superioribus etiã annumerauimus. Illud obseruatione dignũ est, Hippocratem eo loco in renum calculo quietẽ improbare, et consulere exercitia: Celsum contrà hoc loco cursu omniq; motu grauitatẽ augeri pronunciare. Sed de renum calculo agit Hippocrates, & addit, se cibo nõ implentibus, corpus purgantibus, poplitẽ secantibus, urinã cientibus, humores attenuantibus atq; mollientibus, Inter quæ & calculis suam materiem, unde generentur, eripi in confesso est, & præsentem dissecari ac cõfringi, & exercitijs omnem noxam renibus excuti cõstat. Celsus grauitatem sentiri tantum, eamq; omni motione ingrauescere, uerè docet: quod nimirũ quocũq; demũ loco calculus cõtineatur, accidere palàm est. Nam & pondere & duritie & dimotione la cessat necesse est: subsidit tamen interim, & sicubi altius cohæreseit, peßum it: at Hippocratis

A deconsilio comminuitur. Augendus alioqui hauddubiè, si uel immundo corpore, uel pleno motus ineatur.

Quidam cum torquentur.) Afflictionis euitandæ gratia id fieri solet, sed tum præcipuè, quum ea quocũq;, & in quẽcunq; habitũ cõuertas, præstò manet.

Fœminæ uerò oras naturalium.) Lib. de Locis, aquis & aere Hipp. docet, mulie bribus pudendis, nõ perinde ac cæteris usuuenire, ut ab adusta illic materia lapidescant calculi: propterea quòd urinæ meatus è uesica breuis ipsis, & am plus insit, ut facile cum urina impellatur. Nec pudendum idcirco, quod facit masculus, manu cõfricare, nec urinæ meatũ cõtrectare, q̃d is sit ad pudenda perforatus atq; amplus: sed, ut faciãt hæc mulieres masculis fortassis rarius, propterea q̃ & calculis infestẽt minus, & minus quoq; lancinentur: tamen quoties laborant, nõ modò contingere manibus, sed etiã confricare interdũ naturaliũ oras, rationi consentaneũ est, præsertim quũ sæpe propè eminentem digitis persentiscãt. Iuxta id q̃d dici solet: Ibi manus, ubi dolor. ac cõtrà.

At qui spumantem sanguinẽ excreant.) 5. Aph. 13. ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τούτοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται. id est: Qui sanguinem spumosum expuunt, is ipsis è pulmone educitur. Idq; tum præcipuè, ubi unà cum tussi subitò prouenit: nam tali pulmo nutritur.

Mulieri grauidæ sine modo fusa.) 5. Aph. 34. γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ B ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι. id est: Mulieri uterum gestanti, si aluus multum fluxerit, periculum est ne abortiat. Nam simul cum excrementis, quod opportunum alimentum fœtui futurum erat, elabitur.

Eidem si lac ex mammis.) 5. Aph. 35. Mulieri grauidæ si multum lac è mammis effluit, debilem fœtũ significat. Si uerò solidæ fuerint mãmæ, melius ualere fœtũ significant. Nam prius fœtũ intus non ali testatur, quod exucto sub po stremos menses è mammis lacte futurũ erat. Posterius lac contineri, & probè confici, tradiq; fœtui demonstrat. Celsus pro solidis, duras uertit. Nec male, si duritiei summæ, ac laxitatis, medium quoddam intelligas.

Frequentes singultus & præter.) 7. Aph. 17. ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ, κακόν. id est: In iecoris inflammatione singultus, malum. Hippocrates neq; illud præter consuetudinem adijcit, nec continuum frequentemq; dicit. Nec uerò, si eadem cum Celso addas, sunt superuacanea.

Si tumores super ulcera subitò esse.) 5. Aph. 65. Quibus tumores super ulceribus apparent, ij tatò admodũ uel cõuelluntur, uel insaniũt. At his derepentè fugientibus, retrorsum quidẽ uersus cõuulsiones & distentiones fiũt. Antrorsum uerò, insaniæ, lateris dolores acuti, aut suppuratio, aut dysenteria, si rubicũdiores fuerint tumores. Celsus, quid tumorib. ulcerũ clã subitòq; euanescẽtibus mali accidat, exponit: quid pręsentib. boni eueniat, tacet: fortassis q̃d id satis ex malis intelligi posse animaduerteret. Sed nec uitia refert om-
C nia, nec uerbis ad rem subiectã satis usurpatis. Pretermittit ẽm suppurationẽ & dysenteriã: nisi ipsã aluí ꝓfusione denotari excuses. Verùm est aliud lõgè diarrhea, siue alui profluuiũ, aliudq; dysenteria. Pręsertim quũ neq; suæ dysenteriæ Hippocr. laudẽ eam ascribat, quã alui ꝓfusioni suæ hic tribuit Celsus: esse nẽpe eam in superioribus periculis tutissimã. Non quia dysenteriæ aliquãdo, quũ perniciosis carẽt notis, sint salutares. Eripiũt ẽm sępe hominẽ lentè à morbis lẽtis & uetustis, breui à breuibus ac nouis. Et q̃d incredibile ꝓpe putes, pariũt mulieres nonnunq̃ fortunatè, quę sanguinẽ ram ẽtaq; per multos etiã mẽses deiecerint, si quicq̃ in 2. Prędict. creditur Hipp. Sed q̃ hic benignã illam dysenteriã non inuenia: fateor nihilominus tamen, citã illam tumorũ in ulceribus fugam, si in intestina materies rapiatur, perq; aluũ forte fortuna deijciaẽ, minimũ nocere, & esse beatissimũ. At Hippocr. acrẽ materiei naturã spectauerat, quæ per intestina nõ facilè, nisi eroderet, perlaberẽ. Porrò distentionẽ neruorũ pro cõuulsione, & rigorẽ pro tetano siue distentione capi, uti Celso nouũ nõ est, ita est nũc medicorũ auribus propè nouũ.

Si ora uenarum sanguinem.) 6.Aph.12. αἱμοῤῥοΐδας ἰητρευθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν. id est: Hæmorrhoides (Celsus ora uenarum sanguinem solita fundere, elegãte periphrasi uocat) sananti diuturnas, si non una seruata fuerit, periculum est ne uel hydrops, uel tabes sequatur: hydrops, si uirus per ipsas destillare solitum, iamq́ retentum, iecur petat: si pulmonem, tabes. A

Eadem tabes subit.) 5.Aph.15. Quicunq; ex pleuritide suppurati fiunt, si intra quadraginta dies repurgentur, ab eo die quo ruptio facta fuerit, liberantur. Si uerò non, in tabem transeunt. Rursus Celsus mali quod eueniat, non boni meminit: haud scio, an quòd ex altero alterum intelligi hic etiam possit, quodq́ mali magis necessaria uideatur cognitio. At temporis illius, unde quadraginta dierum ineunda ratio fuit, omnino obliuisci non debuerat.

Atsi longa tristitia.) 6.Aph.23. ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πουλὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. id est: Si metus ac mœstitia multo tempore perseueret, atrabilarium hoc signum est: sunt enim hæc duo melancholicorũ omnium perpetua, indiuiduaq́ quædam argumenta. Quod autẽ uigiliæ Celsus inter hæc meminit, nec malè id facit, nec sine authoritate. Nam 7.Aph.18. ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη κακόν, inquit Hippoc. id est: Ex uigilia cõuulsio, aut delyriũ, malum. Eademq; in Prænot. delyrij nota statuit. Illud scire oportet, aliud reuera bilem atram, aliud melancholiã esse. Atra siquidem bilis humorem feruidum ac perniciosum è bile flaua, aut succo melancholico, aut simili humore denso genitum significat. Melancholia morbi genus est, modò ab atra bile, quam dixi, modò à melancholico quodam succo profectũ. Tamen confunduntur sæpe nomina: & Græco ac Latino, si etymon spectes, idem denotatur. B

Quibus sæpe ex naribus fluit sanguis.) Hippocr. 2. Prædict. Quibus ex naribus sanguis fluit, etsi alioqui sani esse uidentur, tamen ipsos uel splenem tumefactum habere comperies, uel caput dolere, & splendicans quippiam ipsis ob oculos uersari. Plerisq; uerò horum simul & caput, & lienem dicto modo se habere deprehenditur. Tantum eos bene ualentes posse uideri, non expressit Celsus: quanto sententiæ ueræ incommodo, alius pronunciet malo.

At quibus magni lienes sunt.) Lib.2. Prædict. Gingiuæ uitiatæ & ora graueolentia ijs sunt, quibus & lienes magni. At uerò hos quicunq; magnos habẽt, nec sanguine profluente, nec ore grauiter obolente, ipsorũ tibiæ ulcera praua habent, & cicatrices nigras. Mira hic Celsus breuitate, atq; perquàm uenusta, nec Hippocratis quicquam prætermisit, nec adiecit quicquam.

Quibus causa doloris.) 2.Aph.6. ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει. id est: Quicunq; corporis ulla parte dolentes, dolores plerunq; non sentiunt, ijs mens malè habet.

Si in uentrem sanguis confluxit.) 6.Aph.20. ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐμπυηθῆναι. id est: Si in uentrem sanguis effusus fuerit præter naturam, necesse est suppurari. Ventrem uocat quamuis corporis cauitatem, præcipueq́ intestinorum, uentriculi & uesicæ. Nam fieri sanè non potest, quin sanguis ubi è uenis atque arterijs semel elapsus est, ubicunque sit, corrumpatur. C

Si à coxis & ab inferioribus.) In Prænot. utrisq;: Dolores qui cum febre circa lumbos & infernas partes fiunt, si his desertis septum trãsuersum attigerint, perniciosi ualde sunt. Proinde alijs quoq; signis animũ aduertere oportet. Nam si quod aliud signum malum comparuerit, desperatus est homo. Si uerò assiliente ad septum transuersum morbo, alia signa non mala accesserint, fore ut suppuretur, magna spes est. Ea tantum quæ suppurationem promittant, Celsus attigit, necẽ minitantibus omissis. Et pectus pro septo transuerso posuit, quod à pectore uentrem, corporis culinam ac præsepe, ut uocat Plato, dirimit: quàm malè, disserere non libet.

Quibus

A *Quibus sine febre aliqua.*) Pus partim caloris, partim materiei subiectæ uitio nascĩt. Nam calor nec uitiosus omnino esse debet, nec uitio omni carere: aut si caret, materiã plus habere delicti iam cõuenit: et esse deteriorẽ, ꝗ̃ ut corpori alimento esse posit: ac meliorẽ quoꝗ;, ꝗ̃ ut corrũpi prorsus aut putrefieri penitus queat. E' quibus iam perspicuũ est, dum pus conficitur, calorẽ omnem abesse nõ posse, ne dolorẽ quidẽ huius comitẽ, ex intemperie & distentione atꝗ; acredine, quæ ebullitionẽ quandam materiei consequunt, genitũ. Et adesse sæpe caloris quoꝗ; sociũ pene perpetuũ, ruborem. Quæ enim dolent, fluxu sanguinis ad ipsa cõcitato protinus & rubescere & tumescere cernimus. Quare calor ille, quem dixi, si nõ suopte ingenio, certè materię ratione dolorẽ accersit: dolor deinde fluxionẽ, & fluxio tumorẽ ruboremꝗ; parit. Sed ut calor iste semper quippiam deurit: ita si id maiorẽ in modum atꝗ; eximiè facit, dolores iam producit uehementes, ac febres. Quod Hipp. docet 2. Aph. 47. περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου. id est: Sub puris ortũ dolores ac febres magis accidunt, ꝗ̃ eodem iam facto. Verùm si quãdo sit ille remissior, iam nec febris urget, & dolor est mitior, pruritu nõnunꝗ; solum ab acredine excitato molestus. Vti lib. de Morbis, & lib. de Locis in homine, atꝗ; aliàs quoꝗ; sub puris in pectore exortũ fieri docet Hippocrates. De grauitate uerò, & dolore, & calore quoꝗ; cùm B sæpe alibi, tum in ambarum Prænot. libris pertractat. Paucis, calorem doloremꝗ; intendi, & solito quoꝗ; maiorem fieri pulsum, si locus sensu & arterijs est præditus, certissima sunt testimonia puris iam enascẽtis: præsertim si qua etiam diuturnior durities locum antè occupauerit: facti uerò puris notæ exploratissimæ sunt, si eadem illa remittantur omnia, & tumor, dum locus externus est, alicubi acui, & albescere, molliriꝗ; incipiat.

Vrina quoq; quæ in homine.) Plerisꝗ; locis Hippocr. & rationibus adducor, ut aduerbium Parũ adiectiuo Sano, nõ illi quod est Liquida, appendendũ putem, ut hoc pacto hunc locũ legendũ, certè intelligendum existimẽ: Vrina quoꝗ; quæ in homine sano futuro parũ liquida est, circa aures futurã aliquã suppurationẽ esse denũciat. Nam & parotides, ac circa aures abscessus, morbos alios prægressos excipere ac finire solent, & urina ferè quæ tenuis à principio, crudaꝗ;, & multo deinceps tempore redditur, aut ex crassa derepentè talis euadit, tumorẽ & suppurationẽ alicubi eruptură minitatur. Si in caput materia euolet, secundũ aures: in inguina aut pedes, si in partes infernas cõmigret. Quare in Prænot. Quicunꝗ;, inquit, urinas tenues & crudas mingũt multo tẽpore, si alia ueluti superstitibus futuris signa fuerint, ijs abscessus expectare oportet, ad locum infra septũ transuersum. Rursus eod. lib. unde sua Celsum mutuasse credo: Quibuscũꝗ;, inquit, ex inflãmati pulmonis morbis abscessus circa aures fiũt, & suppurantur, ut ijs qui mollia & doloris experC tia præcordia habuerint: aut ad infernas partes uergũt, & fistulanĩ, ut in ijs quibus præcordia inflammata fuerint: hi superstites euadunt, maximè si & febris detinuerit, & dolor non sedatus fuerit, & sputum pro ratione nõ prodierit, neꝗ; biliosæ, neꝗ; solutu faciles, & meracæ alui egestiones acciderint: nec urina admodum multa, in qua multa subsederint, præcesserit, & salutaria signa reliqua apparuerint. Solet enim non rarò Celsus ex multis uerbis Hippocratis breuem aliquam sententiam contexere.

Hæc uerò cũ sine febre.) Præteritio est ad ea signa explicãda, quæ futura mala ipsa quoꝗ; denũciant, sed cum febre necessariò cõiuncta. Non ꝙd superiora omnia sine febribus semper eueniãt: sed ꝙd sine illis interdum esse posint.

Ergo protinus insania timenda est.) In Coacis Prænot. Ex moderato ferox respõsio malũ. Ibid. Præter morem quid facere, uelut est, præponere sibi aliquid, aut expectare aliquid prius non consuetum, aut è contrario, malum est, & mentis abalienationi proximum. Quare in febribus mentis ereptiones taciturnæ, in eo qui uoce destitutus non est, perniciosæ sunt. Rursus eod. libro: Mentis emotiones modicè feroces, malæ & ferinæ sunt.

Vbi

Ubi rarò quis, & uehementer spirat.) Cui magnus expiratur spiritus, inquit in A Prænot. Hipp. & per multum temporis interuallum, delyrium indicat. In Coacis, aut conuulsionem addit.

Venasq; concitatas habet præcordijs.) Si pulsus, inquit Hippocrat. inerit in præcordio, præsertim inflammato, aut dolente, turbationem significat, aut delyrium. Verùm oculos talium intueri decet, qui si crebrò moueantur, furiosos fore timor est. In Coacis Prænot. Pulsus in præcordio cum tumultu mentem eripit: & magis, si frequenter oculi moueantur.

Et in capitis dolore offusæ oculis tenebræ.) Non quandocunq; ista simul apparēt, delyrium, aut mentis alienatio sequitur, nec etiam nunquam, idq; præcipuè crisi siue bona, siue mala immaturáq; appetente.

Vel nullo dolore subſtante somnus ereptus.) In Prænot. Pessimum est non dormire neq; noctu, neq; interdiu. Aut enim præ dolore & afflictionibus uigiliæ urgent, aut ex hoc ipso signo delyrium aderit.

Vel proſtratum contra consuetudinem corpus.) In Prænot. In uentrem decumbere, si quis dum ualeret bene, non ita dormire solitus fuit, delyrium significat, aut dolorem alicubi circa uentrem.

In robuſto adhuc corpore.) In Prænot. Dentibus stridere in febribus, quibus id à pueris familiare non est, furiosum ac lethale est.

Si quid etiam abſceſſit.) Est nimirū hic locus uel de angina accipiendus, quæ B si (ut in Prænot. scribit Hippocr.) in pulmonem uertatur, & delyrium inducit, & quidam ex ipsis plerunq; suppurati fiunt. Vel certè multo maximè de pulmonis abscessibus circa aures aut crura emicantibus. Qui, quod habet Hippocr. si inuicem euanescant & recurrant, sputo non prodeunte, febreq; permanente, horrendum est. Periculum enim est ne primùm delyret homo, deinde moriatur. Quòd sputo nō prodeunte dixit Hippocrates, Celsus antequā suppuraret, re minus intellecta, uertit. Non enim cōsequente suppuratione pulmonis, in cruribus quippiā abscedere, moxq; idem subsidere uoluit Hippocrates: sed pus nō prodire, febreq; cōtinuare, dum abscessus modò emicant, fugiuntq;, idq; signū ita esse furoris ac mortis impendentis docuit. Quare addita cōiunctione copulatiua Et, post abscessit, quæ mendosè in uulgatis exemplaribus desideratur, si in hunc modū legeris, Si quid etiā abscessit, &, sputo nō prodeunte, manēteq; corpore in solita febre, subsedit, periculum adfert primùm furoris, deinde interitus. Germanā sic Hippocratis sententiā iam reuocaueris, quæ nunc nonnihil mutilata habetur & obscurata, tum Celsi uersione aliena, tum cōiunctionis per temporū iniuriā omissione.

Auris quoq; dolor acutus.) Lib. Prænot. Auris dolor acutus cum febre cōtinua & uehementi, horrendus est. Periculum siquidē est, uti ne delyret homo, & intereat. Proinde quū hic casus minimè tutus sit, citò animū à primo statim die, ad signa etiā alia aduertere oportet. Pereunt aūt ex hoc morbo iuniores C homines septimo die, & eo etiam citius. Senes uerò longè serius. Nam & febres & delyria minus ipsis accidūt, ideoq; aures prius suppurantur. Verùm his quidē ætatibus, quū morbi, qui reuertuntur, contingunt, plurimos occidunt. At uerò iuniores antè pereunt, quàm auris suppuretur. Vnde si mox pus albū effluxerit, spes est fore, ut superstes iuuenis euadat, si sanè & aliud quodpiam bonū signum ipsi accesserit. Celsus neq; horrendum dicit, neq; periculosum, & tacet quoq; interitum. Quòd illa è delyrio facilè intelligantur, quod uix unq; non horrendum est, & periculosum, & quòd interitus ex sequentibus obseruari potuit. Verùm illud excusari nequit, cur senū ex recidiuis pericula, curq; iuuenū è pure candido spem prætermiserit. Nam, quod inquit Hippocr. ideoq; prius aures suppurant, id dilucidè ac uenustè apteq; Celsus expressit his uerbis: Itaq; sustinent, dum is affectus in pus uertatur. pro quo exemplaria hactenus excusa, nullo sensu, nisi absurdissimo, ita sustinent dum is affectus intus uersatur, habent.

A *Suffusæ quoq; sanguine mammæ.*) 5. Aph. 40. γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει. id est: Quibuscunq; mulieribus in mammis sanguis colligitur, furorem declarat: quia à suppressis mensibus ortus tum biliosissimus, tum feruentissimus est.

Quibus autem longæ febres.) 4. Aph. 44. ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ γίνονται, φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐγγίνονται. id est: Quibuscunq; febres longæ sunt, ijs tubercula in artubus, aut dolores eueniunt. In Coacis adijcit: Et ubi facti fuerint, non sunt inutiles.

Quorum faucibus in febre eliditur spiritus.) 4. Aph. 68. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει. id est: In febribus spiritus offendens, malum, cõuulsionem nanq; significat. Vocat autem spiritum offendentem, spirationem quæ medio itinere subsistit, & ui quadam interrumpitur. Non admodum huic dissimile est, quod 6. Aph. 54. legitur, ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακόν. id est: In acutis morbis cum febre coniunctis luctuosæ respirationes malæ sunt. Nempe quales in uehementer lugubribus complorationibus eduntur.

Si angina subitò finita.) 5. Aph. 10. Quicunq; anginam effugiunt, eaq; ipsis in pulmonē uertitur, intra septē dies moriuntur. Quos si euaserint, suppurant. Celsus uertit, Vt aliqua parte suppuret sequit. Quare rectū fuerit ita legi: Si
B angina subitò finita est, neq; pulmonē id malum transit, id sepe intra septimū diē occidit. Quod nisi incidat, sequitur, ut ea de parte suppuret. Nam in publicis codicibus cõiunctio q; perperam transposita est: & in exitu sententiæ pro à aliqua, à eadem magis congruit. Suppurati enim dicuntur, quibus intra pulmonem aut thoracem, non autem sub qualibet parte pus colligitur. Etsi aliàs hoc etiam pacto uocem capi, non eo inficias. Extat autem hæc eadem sententia in utrisq; etiam Prænotionibus repetita.

Deinde post alui longam resolutionem.) 7. Aph. 23. ἀπὸ ἀκρήτου ὑποχωρήσιος δυσεντερίη. id est: Post meracā alui deiectionē, dysenteria: sed eod. lib. Aph. 75. ἀπὸ διαῤῥοίης δυσεντερίη, id est, Ab alui profluuio, dysenteria. Celsus longā resolutionem bene dixit: quòd breuis profusio nō protinus hoc uitium creet, nisi & meraca sit, & diuturna. Video equidem illud τὸ deinde, parū concinnè ex superioribus dependere: sed qua ratione subueniam, satis perspectū non habeo. nisi hoc pacto fortassis permittatur: Deinde post puris sputationē tabes & alui resolutio. Post alui longam resolutionē, &c. Nam in Hippocrate ita ferè hæ sententiæ mutuū consequuntur, & aptè sic inter se res cohęserint.

Post hæc intestinorum læuitas.) 7. Aph. 76. ἀπὸ δυσεντερίης λειεντερίη ἐπιγίνεται. id est: Post dysenteriā, intestinorum lęuitas sequitur. At 6. Aph. 43. inquit: Quicunque splenici à dysenteria corripiuntur, ipsis longa accedente dysenteria, uel hydrops insequitur, uel intestinorum læuitas, & intereunt.

C *Post nimias destillationes, tabes.*) 7. Aph. 39. κατάῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν. id est: Destillationes è capite in uentrē superiorē ac thoracem suppurantur intra dies uiginti. Imò, ut rei totius ordo ac series intelligatur, à destillatione primùm pulmonis exulceratio comitat, præsertim si quæ è capite deciderūt, acria, tenuia, salsaq; fuerint, nec tussi rejciantur. Post exulcerationem sanguinis expuitio, ab hoc puris reiectatio, hinc mox tabes: à tabe alui resolutio, ex hac postremò interitus. Sed sunt ista luce ipsa clariora, & libro de Locis in homine, & de morbis, aliasq; sępenumero inculcata. Illud mirabilius uisum iri credidissem, si ex 7. Aph. 78. illud retulisset, ἐπὶ φθόῃ ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς. id est, Ex tabe fluxio de capite. Sed ut pulmoni caput sua destillatione primam iniuriam intulit, tabemq; inseruit: ita capiti pulmo tabefactus intemperiem maiorem & imbecillitatē afflat: tantam sanè, quæ resolutionem alui demum adferat, quæ tum resolutio purgationem sursum uersus puris impediat. Ex quo mox impedimento ultima rerū linea mors, ut modò dixi, consequitur.

Post lateris dolores.) 7. Aphor. 11. ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη κακόν. id est: Post pleuritidem peripneumonia malum. A

Post hæc insania.) Ibid. ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις κακόν. id est: Ex peripneumonia phrenitis malum. Aph. 12. Sunt autem Græca hæc nomina, & Latinis auribus satis inducta, & rei subiectæ declarandæ, quàm si lateris dolores, pulmonum uitia, insaniam dicas, aptiora. Quum lateris, pulmonum, cerebri inflammationes Græcis uocibus tantum denotentur.

Post magnos feruores.) 7. Aph. 13. ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν. Ex ardoribus uehementibus conuulsio, aut distentio, malum.

Vbi caput uulneratum.) ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν, id est: Ex plaga ictuq; capitis, stupor aut delyrium, malum. Significat enim noxam in cerebrum desedisse.

Vbi uigilia torsit, neruorum.) 7. Aph. 18. ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, κακόν. id est: Post uigiliam conuulsio, aut delyrium, malum. Alterum siquidem è siccitate, alterum è bilioso sanguine fieri probabile est. Delyrij autem cum uigilia & atra bile consortium, suprà traditum est.

Vbi uehementer uenæ super ulcera mouentur.) ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν αἱμορραγίη. id est: Post fortem in ulceribus pulsum sanguis profluit: arterijs nempe forti illa micatione diruptis.

Suppuratio uerò pluribus.) Non incōmodè mihi facturus uidebit᷑, qui ante hæc uerba illum Aph. 23. ex lib. 7. sufficiet, ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις. id est: Ex dolore longo partium circa uentrē, suppuratio. Nam proximus est in Hippocrat. illi, qui iam nunc continuò, ex forti ulcerū pulsatione diuinationem profluxuri sanguinis instituit. Et mollissimè uiam sternit, ad hanc orationem, quæ multa alia de suppuratione dicenda promittit. B

Nam si longæ febres sine dolore.) In Prænot. utrisq; Quæcunq; febris longiorē morā traxerit, homine alioqui ad salutē disposito, ita ut neq; dolor detineat ob inflammationē, aut ob aliquam aliam manifestā causam, huic abscessum expectare oportet cum tumore ac dolore ad aliquem articulum, maximeq; infernum: fiunt aūt huiusmodi abscessus magis, & breuiori tempore his qui minores sunt triginta annis. Expectare aūt statim abscessum decet, si febris detinens uiginti dies transmittit. Senioribus aūt minus fiunt, diuturniore etiam existente febre. At uerò huiusmodi abscessum expectabis febre continua existente. Nam ad quartanā deducetur, si intermiserit: & si, ubi hæc facit, ad autumnū appropinquarit. Quemadmodum autē iunioribus triginta annis abscessus fiunt: ita quartanæ magis his qui triginta sunt annorū, & senioribus. Cæterùm & hoc nosse expedit, abscessus magis hyeme fieri, tardiusq; desinere, & minus recurrere. Vides hic manifestè, ex quàm multis uerborum ambagimus, & quàm multiplici rerum doctrina, quàm res paucas Celsus, quamq; angusta oratione pertractauerit. Fateor equidem, potuisset Hippocrates sua illa dixisse, quæcūq; docuit, multo breuius: sed fateor idē, non temerè addidisse de homine ad salutem iam inclinato, de dolore siue ex inflammatione, siue alia quapiam ex causa, de artubus maximè infernis, de febre uiginti dies exuperante, de continua, de intermittente, de ætatum terminis, de autumno, de hybernis abscessibus, quę & necessaria sunt cognitu uniuersa, & lectione suauissima. Malimq; omnia uerbis dici plurimis, quàm in paucis omitti plurima. Sed quàm est Celsus aliàs etiam sæpe, si Hippocratem conferas, aphoristicus, atq; adeò diminutus: tam est truncatus alibi, & imperfectus magister eius, si cum Galeno compares Hippocrates, qui non paucis quoq; locis rerum copia & uerborum ab hoc discipulo uincitur. C

Eadem suppuratio fit, si præcordia dura.) In Prænot. Significant tumores præcordiorum duri & dolentes in principio quidem mortem breui adfuturā. Si uerò uiginti dies trāsgrediatur, tum febris detinens, tum tumor non cōsidens, ad suppurationem conuertitur. Contingit autem his in primo circuitu etiam sanguinis

A ſanguinis profuſio è naribus, & magnopere prodeſt. Verùm interrogare
conuenit an caput doleãt, an hebetem uiſum habeant. Si enim horũ alteru-
trum fuerit, ad eum ipſum locum repit. Magis tamen in iunioribus quinque
ac triginta annis, ſanguinis eruptionem expectare conuenit. At uerò mol-
les tumores, & doloris exortes, quique digito prementi cedunt, diuturnio-
res indicationes adferunt, et minus ſuperioribus ſunt horrendi. Si uerò exu-
peret dies ſexaginta febris urgens, nec tumor cõſidat, ſuppuratum fore de-
nunciat, tum hũc, tum eum qui in reliquo uentre fit eodem modo. Quicun-
que igitur tumores doloroſi ſunt, & duri, & magni, periculum mortis breui
adfore ſignificant. Qui uerò molles, & doloris expertes, digitoq; cõprimen
ti cedunt, diuturniores illis euadunt. Eodem autem libro, eo loco quo agit
de Pulmonum abſceſsibus inflammationẽ comitantibus, de quibus & pau-
lo antè locum nos protulimus, poſt quem hic locus continuò ſubijcitur: Fi-
unt, inquit, abſceſſus partim ad infernas partes, nempe quibus inflammatio
aliqua circa præcordia cohæſerit, partim in ſupernis, utpote quibus præcor-
dium molle & doloris expers permãſerit, & ubi ſpirandi difficultas, quæ per
tempus aliquod adfuit, deſierit citra manifeſtam cauſam. Pauca ſunt quæ ex
his in Celſo deſideres, quin clarè dilucideq; & aptè omnia comprehenderit:
ſi modò inter præcordia dura febris comminiſſet, & adoleſcentiæ termi-
B num expreſsiſſet. Nam molles tumores pręcordiorum diuturniores eſſe, mi-
nusq; formidabiles, utcunq; è ſexaginta dierum numero cognoſci poteſt.
Ac ſi inter ipſa ulcera non fluit.) Sunt exemplaria, in quibus pro eo quod rectũ
eſt, ac legi debere uidetur, fluit, & fuit reperias. Nam mihi quidem, ſi quid hic
rurſus diuinare liceat, primùm ſi nõ germanam Celſi ſententiam, certè ali-
quam (cum ijs uerbis quæ circumferuntur nulla habeatur) & authoritate &
ratione confirmatã referam, ut legatur: Ac ſi inter ipſa ſanguis non fluit, cir-
ca aures erumpit (nempe abſceſſus.) Nam quæ materia ſurſum procedit, ſi,
cum bene facere debeat, ſanguine narium nõ excidit, tumorẽ ſecundum au-
res ut pariat neceſſe eſt. Hippocrates itaq;, ubi è pręcordiorũ tumoribus ab-
ſceſſus magis oriri, quàm è reliqui uentris dixiſſet, continuò ſubijcit, At ſan-
guinis uerò fuſionẽ è ſupernis locis potiſsimũ ſperare decet. Planè declarãs,
abſceſſus in ſupernis partibus, qui ferè molles præcordiorũ ceterosq; uẽtris
tumores ſequuntur, rarò euenire, frequentiusq; pro ipſis ſanguinẽ è naribus
profundi. Quòd ſi tamen idipſum non accidat, accidit autem crebrius, & ſit
homo ſeruandus, tum abſceſſus circa aures exiſtere debere. Quæ ſententia
ut nihil habet incõmodi, ita uerbis ijs quæ poſuimus, prorſus exprimitur.
Aut ſi cuipiam parũ ea probabitur, quãdo ne mihi quidem ſatis adlubeſcit,
propterea quòd & ulcera non temerè mihi irrepſiſſe, ut omnino extereretur,
uideatur: altera coniectura, eaq; plauſibilior multo, meo quidem iudicio, ſu-
per eſt, ut ita legamus, Ac ſi inter ipſa uiſcera non fit, circa aures erumpit, ab-
C ſceſſus inquam. Poteſt etenim tumor mollis ille præcordiorum ſurſum qui-
dem ita demigrare, ut in caput tamen & circa aures non perueniat: ſed ut in
pectus aut pulmonẽ, aut uiſcus aliud impingat, hominẽq; uel tollat, uel atro
citer illic diſcruciet. Id quod fieri interdũ apertè docet Hippocrates uerbis
ijs, quæ paulò antè citauimus: ubi ſub præcordio molli & doloris expertè
permanente, & ſpirandi difficultate, quæ per aliquod tempus adfuit, citra
manifeſtam cauſam exoluta, in ſupernis partibus fieri abſceſſus docet: ſigni-
ficans tumorum illorum materiem ſurſum ita diſcedere, ut in pectus alicubi,
aut pulmonum uiſcus impingat. Vnde ſi protinus emigret, atq; in caput ir-
repat, abſceſſum illic creat: ſi non manifeſta expuitione, aut alio uacuationis
genere efferatur. Qui ſenſus longè profectò ueriſsimus eſt, & planiſsimè ad
Celſi poſteriora uerba accommodatus. Quem ut genuinum eſſe omnino
credo, ita ſibi quiſq; facilè perſuaſerit, procliuè fuiſſe ſeculis indoctiſsimis &
barbariſsimis uiſcera in ulcera, & fit in fuit, aut fluit peruertere.

Cumq; omnis longus tumor.) Hippocrates in utrisq; Prænot. Tumores in uentre minus gignũt abscessus, quàm qui sunt in præcordijs: minimeq; omniũ, qui sub umbilico consistunt, in suppurationem cõuertuntur. Tumores porrò omnes, certè ex humoribus nati, nisi clàm suapte sponte retrò sublabuntur, uel insensili exhalatione resoluuntur, uel facta suppuratione, uel corruptione, uel induratione finiuntur. At longi, quum ex materia fiunt crassa & pertinaci, clàm resolui ac discuti uix possunt. Quare si non corrumpantur materiei prauitate, ferè fit ut suppurentur: quando durari non soleant, nisi artis imperitia malè tractentur. A

Si laßitudinis etiam sensus.) 4. Aph. 31. τοῖσι κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα ἀποστάσιες γίνονται. id est: Iis qui lassitudinem in febribus sentiunt, in articulos, & circa maxillas maximè abscessus fiunt.

Interdum quoq; urina.) In Prænot. Quicunq; urinas tenues ac crudas per multum tempus meiunt, si alia tanquam superstitibus futuris signa apparuerint, ijs abscessus expectandus est, in locis infra septum transuersum positis.

Dolor autem pulmonis si neq; per sputa.) In Prænot. Quicunq; dolores in pulmonum costarumq; locis non sedantur, neq; per expuitionum purgationes, neque per stercorum alui subductionem, neq; ad uenæ sectionem, & uictus rationem ac medicamenta, eos ad suppurationẽ uerti necesse est. Celsus suam sentẽtiam, quàm Hippocratis, potius reddidit. Videtur enim cucurbitulas in hoc periculo medicamentis & alui deiectioni prætulisse. Et Galenus quoque ab Hippocrate, quem unicè alioqui semper ueneratur, hic dissentire nõ dubitauit, propterea quòd illius temporis medicamenta aluo fundende destinata, calidiora, quàm his malis congrueret, uidetentur. Id quod & Celsus sapienter animaduertisse hoc loco creditur. Et certè cucurbitæ in corporibus infirmioribus, aut alioqui etiam robustis, sed uena ferè præsecta debilitatis, si sub inflammationis loco, uel dorso, uel natibus, uel feminibus affligantur, summo eas præsidio atq; adiumento esse compertum est. B

Aut circa uigesimum diem.) In Prænot. Ex suppurationibus quæcunq; donec sputum adhuc biliosum est suppurantur, perniciosę ualde sunt, siue biliosum illud sigillatim, siue simul cum pure expuatur: & hoc potissimum, si morbo ad septimum diem progresso, suppuratio ab hoc signo procedere incipiat. Metus aũt est, ne qui talia expuit, moriatur decimaquarta die, si nõ aliquod bonum signũ ipsi acciderit. Deinde Hippocrates quæ bona sint, & quæ mala signa memorat, moxq; ita rem repetit: At uerò aliæ suppurationes rumpuntur plurimæ quidem uigesimo die, aliæ uerò trigesimo, aliæ quadragesimo, aliæ ad sexagesimum perueniunt. Considerare autem futuræ suppurationis principium oportet, supputatione facta ab eo die quo primùm homo febricitauit, aut quo fortè ipsum primùm rigor apprehendit, & quo pro dolore sibi grauitatẽ esse factam dixerit, quo loco antè doluerat. Quod si Celsus supputationis illius periculosæ sub diem septimum rationem cum alijs habuisset, non uideo qua meliore fide ac claritate Hippocratem interpretari potuisset. C

Quod suppurat ab ea parte.) Alij simplicẽ, alij geminam hic coniunctionẽ Si habẽt. Ego uel utranq; tollendam, uel retinendam iudico. Atq; in proxima etiam oratione quæ antecedit, pro eo quod est, à contraria parte, à costarum parte legendum est: hoc enim minus obscurũ est, & Hippocrati planè consentaneum, qui de sputis & inflammationibus pulmonis ac costarum agere se exertè pronũciat. Et cõiunctionibus sublatis, oratio Hippocrati melius clariusq; respõderit, qui sic in Prænot. ad posteros scripsit: Si in altero latere solum suppuratio fuerit, uertere ac cõsiderare oportet, num quem dolorem in eo latere habeat, & an ipsum altero sit calidius: & reclinato ægro in latus sanum, interrogare ipsum, an uideatur ipsi graue quid ex superno latere decumbere: si enim hoc fuerit, in eo est suppuratio, in quo grauitas percipitur.

Omnis

A *Omnis etiam suppuratio quæ nondum oculis patet.*) In Prænot. Omnes suppuratos ex his signis dignoscere conuenit. Primùm quidē, si febris non dimittit, sed die quidem tenuis est, de nocte uerò maior, & sudores multi oboriunt, tussesq; ac tussiendi promptitudo ipsis adest, & nihil memorabile expuunt, & oculi caui fiunt, & malæ ruborem contrahunt, & ungues quidem manuum curuantur, digiti uerò calescunt, & potissimum summi, & in pedibus tumores fiunt, & cibos non appetunt, & pustulæ per corpus enascuntur. Quod autem Celsus difficultatem spirationis annumerat, eam quoq; Hippocrates statim adijcit, sed notam esse monet suppurationis breuis futuræ, superiora uerò esse indicia lentæ ac diuturnæ.

Quòd si protinus initiò dolor.) In Prænot. Quæ citius tardius'ue rumpanť, his signis intelligi licet. Si quidem enim dolor in principijs fiat, & spirandi difficultas, & tussis, & sputatio perseuerans ad uigesimū diē peruenit, eruptionem tūc, aut etiam prius expectare oportet. Si uerò quietior fuerit dolor, & alia huic omnia responderint, eruptio serius expectanda est. Necesse est aūt accedere dolorē, & spirandi difficultatē, & sputationē ante puris eruptionem. Celsus sputationē inter priora signa silentio præterijt. Inter posteriora tarditatem eruptionis non ex mititate superiorum, quod facit Hippocrates, metitur, sed ex tempore quo citius illa, serius'ue apparuerint. Id quod etiam

B libro de Morbis Hippocrates, atq; aliàs quoq; facit. Et sanè utranq; taceri licet, quando quod uix ac tenuiter fit, non fieri uidetur.

Solent etiam in graui morbo pedes.) In Prænot. At si digiti ac pedes penitus nigrescant, minus perniciosi sunt quàm liuidi. Verùm ad hoc alia quoq; signa conferre decet. Si enim facilè ferri malum uideatur, & aliud quippiam ex salutaribus signis contestetur, morbus ut in abscessum uertatur spes est: sic ut æger superstes quidem mansurus sit, at corporis partes nigrefactę decidant.

Quæ notæ in quoq; morbi genere uel spem, uel pericula ostendant. Cap. VIII.

SEquitur, ut in quoque morbi genere proprias notas explicem, quæ uel spem, uel periculum ostendāt. Ex uesica dolente, si purulenta urina processit, inq; ea leue & album subsedit, metum detrahit. In pulmonis morbo, si sputo ipse leuatur dolor, quāuis id purulentū est, tamen ęger facilè spirat, facilè excreat, morbū ipsum non difficulter fert, potest ei secunda ualetudo contingere. Neq; inter initia terreri cōuenit, si protinus sputū mistum est ruffo quodam, & sanguine, dummodo statim edatur. Laterum dolores suppuratione facta, deinde intra quadragesimū diem purgata, finiun-

C tur. Si in iocinere uomica est, & ex ea fertur pus purū & albū, salus ei facilis. Id enim malū in tunica est. Ex suppurationib. uerò, hæ tolerabiles sunt, quæ in exteriorem partem feruntur, et acuuntur. Et ex his quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra se cutem nō afficiunt, eamq; & sine dolore esse, & eiusdem coloris (cuius reliquæ partes sunt) sinunt esse. Pus quoq; quacunq; parte erumpit, si est leue, album & unius coloris, sine ullo metu est, & quo effuso febris protinus conquieuit, desieruntq; urgere cibi fastidiū & potionis desiderium: si quando etiam suppuratio descendit in crura, sputumq; eiusdem factum pro ruffo purulentum est, periculi minus est. At in tabe eius qui saluus futurus est, sputum esse debet album, ęquale totum, eiusdemq; coloris, sine pituita: eiq; etiam simi

le esse oportet, si quid in nares à capite destillat. Longè optimũ est, A
febrem omnino non esse: secundum est, tantulam esse, ut neque cibum impediat, neque crebram sitim faciat. Aluus in hac ualetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaque conuenientia his quæ assumuntur, reddit. Corpus id quod minimè tenue maximeque lati pectoris atque setosi est, cuiusque cartilago exigua & carnosa est. Super tabem si mulieri quoque suppressa menstrua fuerũt, & circa pectus atque scapulas dolor mãsit, subitoque sanguis erupit, leuari morbus solet. Nam & tussis minuitur, & sitis atque febriculæ desinunt. Sed iisdem fere, nisi redit sanguis, uomica erumpit: quę quo cruentior, eo melior est. Aqua autem inter cutem minimè terribilis est, quæ nullo antecedente morbo cœpit, deinde quæ longo morbo superuenit. Utique si firma uiscera sunt, si spiritus facilis, si nullus dolor, si sine calore corpus est, æqualiterque in extremis partibus macrum est, si uenter mollis, si nulla tussis, nulla sitis, si lingua (ne per somnum quidem) inarescit, si cibi cupiditas est, si uenter medicamentis mouetur, si per se excernit mollia & figurata, si extenuatur, B
si urina & uini mutatione, & epotis aliquibus medicamentis mutatur. Si corpus sine lassitudine est, & morbum facilè sustinet. Siquidem in quo omnia hęc sunt, is ex toto tutus est: in quo plura ex his sunt, is in bona spe est. Articulorum uerò uitia, ut podagræ, chiragræque, si iuuenes tentarunt, neque callum induxerunt, solui possunt, maxime'que torminibus leniuntur, & ex quocunque modo uenter fluit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, nõ ægrè finitur, & in quo ab una parte corporis uenientis accessionis sensus incipit, optimum est à manibus pedibus'ue initium fieri, deinde à lateribus, pessimum inter hæc à capite. Atque in his quoque ea maximè prosunt, quæ per deiectiones excernuntur. Ipsa autem deiectio sine ulla noxa est, quæ sine febre est, si celeriter desinit, si contracto uentre nullus motus eius sentitur, si extremam al uum spiritus sequitur. Acria tormina quidem periculosa non sunt, si sanguis & strigmenta descendunt, dum febris cæteræ'que accessiones huius morbi absint, adeò ut etiam grauida mulier non C
solum reseruari possit, sed etiam partũ reseruare. Prodestque in hoc morbo, si iam ætate aliquis processit. Cõtrà intestinorum læuitas facilius à teneris ætatibus depellitur, utique si fieri urina & ali cibo corpus incipit. Eadem ætas prodest & in coxæ dolore, et humerorum, & in omni resolutione neruorum. Ex quibus coxa si sine torpore est, si leuiter friget, quamuis magnos dolores habet, tamen & facilè & maturè sanatur: resolutumque membrum, si nihilominus aliter fieri sanum potest, oris resolutio etiam, aluo cita finitur. Omnis'que deiectio lippienti prodest. At uarix ortus, uel per ora uenarum subita profusio sanguinis, uel tormina, insaniam tollunt. Humerorum dolores, qui ad scapulas uel manus tendunt, uomitu atræ bilis soluuntur. Et quisquis dolor deorsum tendit, sanabi-

a sanabilior est. Singultus sternutamento finit. Longas deiectiones supprimit uomitus. Mulier sanguinē uomens, profusis menstruis liberatur. Quæ menstruis non purgatur, si sanguinem ex naribus fudit, omni periculo uacat. Quę locis laborat, aut difficulter partū edit, sternutamento leuatur. Æstiua quartana ferè breuis est. Cui calor & tremor est, saluti delyriū est. Lienosis bona tormina sunt. Denicp ipsa febris (quod maximè mirum uideri potest) sæpe præsidio est. Nam & precordiorū dolores, si sine inflammatione sunt, finit, & in iocineris dolore succurrit, & neruorum distentionem rigoremcp, si postea cœpit, ex toto tollit, & ex difficultate urinę morbum tenuioris intestini ortum (si urinā per calorem mouet) leuat. At dolores capitis, quibus oculorū caligo & rubor, cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione uel fortuita, uel etiam petita summouentur. Si capitis ac frontis dolores ex uento uel frigore aut æstu sunt, grauedine & sternutamentis finiuntur. Febrem aūt ardentem (quàm Græci καῦσον uocant) subitus hor-

b ror exoluit. Si in febre aures obtusę sunt, si sanguis è naribus fluxit, aut uēter resolutus est, illud malū desinit ex toto. Nihil plus aduersus surditatem q̃ biliosa aluus potest. Quibus in fistula urinæ uti minuti abscessus (quos φύματα Græci uocant) esse cœperūt, ijs ubi pus ea parte profluxit, sanitas redditur. Ex quibus cum pleraque per se proueniant, scire licet, inter ea quocp quæ ars adhibet, naturam plurimum posse. Contrà, si caput febre continenti dolet, necp quicquā reddit, malum atcp mortiferum est, maximècp id periculum est pueris à septimo anno ad quartūdecimū. In pulmonis morbo, si sputum primis diebus nō fuit, deinde à septimo die cœpit, & ultra septimum mansit, periculosum est. Quantocp magis mistos, necp inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil peius est quàm sincerum id edi, siue ruffum est, siue cruentum, siue album, siue glutinosum, siue pallidum, siue spumans: nigrū tamen pessimum est. In eodem morbo periculosa sunt, tussis, destillatio, etiam (quod aliàs salutare habetur) sternutamentū. Periculosissi-

c mumcp est, si hæc secuta subita deiectio est. Ferè uerò quæ in pulmonis, eadem in lateris doloribus, & mitiora signa, & asperiora esse cōsueuerunt. Ex iocinere si pus cruentū exit, mortiferum est. At ex suppurationib. hæ pessimæ sunt, quę intus tendūt, sic ut exteriorem quocp cutē decolorent. Ex his deinde, quæ in exteriorē partē prorupūt, quæ maximæ, quæcp planissimæ sunt. Quod si ne rupta quidē uomica, uel pure extrinsecus emisso febris quieuit, aut quãuis quieuerit, tamen repetit: item si sitis est, si cibi fastidiū, si uenter liquidus, si pus est liuidū & pallidū, si nihil æger excreat nisi pituitā spumantē, periculū certū est. Atcp ex his quidem suppurationibus, quas pulmonū morbi cōcitarunt, ferè senes moriunt, ex cæteris iuniores. At in tabe sputum mixtū purulentum, febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculū

subesse

ſubeſſe teſtatur. Si quis etiā in eo morbo diutius traxit, ubi capilli A
fluunt, ubi urina quædā araneis ſimilia ſubſidentia oſtendit, atqꝫ in
his odor fœdus eſt, maximeꝗ ubi poſt hæc orta deiectio eſt, proti
nus moritur. Vtiqꝫ ſi tempus autumni eſt, quo ferè, qui cætera par
te anni traxerunt, reſoluūtur. Item pus expuiſſe in hoc morbo, de
inde ex toto ſpuere deſiſſe, mortiferū eſt. Solent etiā in adoleſcen
tibus ex eo morbo uomicæ, fiſtulæꝗ oriri, quæ nō facilè ſaneſcūt,
niſi ſi multa ſigna bonæ ualetudinis ſubſecuta ſunt. Ex reliquis ue
rò minimè facilè ſanantur uirgines, aut hæ mulieres, quibus ſuper
tabem menſtrua ſuppreſſa ſunt. Cui uerò ſano ſubitus dolor capi
tis ortus eſt, dein ſomnus oppreſſit, ſicut ſtertat, neqꝫ expergiſcat,
intra ſeptimū diem pereundum eſt, magis ſi eum aluus citā nō an
teceſſerit. Si palpebræ dormientis nō coeunt, ſi albū oculorū appa
ret. Quos tamen ita mors ſequitur, ſi id malum nō eſt febre diſcuſ
ſum. At aqua inter cutem, ſi ex acuto morbo cœpit, ad ſanitatē ra
rò perducitur: utiqꝫ ſi cōtraria his quæ ſuprà poſita ſunt ſubſequū
tur, æquè in ea quoqꝫ tuſſis ſpē tollit. Item ſi ſanguis ſurſum, deor B
ſumꝗ erupit, & aqua medium corpus impleuit. Quibuſdā etiam
in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinūt, deinde rurſus aſ
ſurgūt. Hi quidem tutiores ſunt, quàm qui ſuprà cōprehenſi ſunt,
ſi attenduntur, ſed ferè fiducia ſecundę ualetudinis opprimuntur.
Illud iurè aliquis mirabitur, quomodo quædam ſimul & affligant
noſtra corpora, & parte aliqua tueantur. Nam ſiue aqua inter cu
tem quem impleuit, ſiue in magno abſceſſu multum puris coijt, ſi
mul id omne effudiſſe æquè mortiferū eſt, ac ſi quis ſani corporis
uulnere factus exanguis eſt. Articuli uerò qui ſic dolent, ut ſuper
eos ex callo quædam tubercula innata ſint, nunqꝫ liberant: quæqꝫ
eorum uitia uel in ſenectute cœperunt, uel in ſenectutem ab adole
ſcentia peruenerunt, ut aliquando leniri poſſunt, ſic nunqꝫ ex toto
finiuntur. Morbus quoqꝫ comitialis poſt annum quintū & uigeſi
mum ortus ægrè curatur, multoꝗ ægrius is qui poſt quadrageſi
mum annum cœpit, adeò ut in ea ætate aliquid in natura ſpei, uix
quicquā in medicina ſit. In eodem morbo ſi ſimul totū corpus affi C
citur, neqꝫ antè in partibus aliquis uenientis mali ſenſus eſt, ſed ho
mo ex improuiſo cōcidit, cuiuſcūqꝫ is ętatis eſt, uix ſaneſcit. Si uerò
aut mens læſa eſt, aut neruorū facta reſolutio, medicinæ locus non
eſt. Deiectionibus quoqꝫ ſi febris acceſſit, ſi inflammatio iocineris,
aut præcordiorum, aut uentris, ſi immodica ſitis, ſi lōgius tempus,
ſi aluus uaria, ſi cum dolore eſt, etiam mortis periculum ſubeſt: ma
ximeꝗ ſi inter hæc tormina uetera eſſe cœperunt. Iſꝗ morbus ma
ximè pueros abſumit, uſqꝫ ad annum decimū. Cæteræ ætates faci
lius ſuſtinent. Mulier quoqꝫ grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt: at
que etiam ſi ipſa conualuit, partum tamen perdit. Quinetiam tor
mina ab atra bile orſa, mortifera ſunt: aut ſi ſub his extenuato iam
corpore ſubitò nigra aluus profluxit, aut inteſtinorū læuitas. Peri

culoſior

A culosior est, si frequens deiectio est. Si uenter omnib. horis & cum somno, & sine hoc profluit. Si similiter noctu & interdiu: si quod excernitur, aut crudum est, aut nigrum, & præter id etiam leue, & mali odoris fit: si sitis urget, si post potionem urina nō redditur. qd' euenit, quia tunc liquor omnis nō in uesicā, sed in intestina descendit: si os exulceratur, si rubet facies, & quasi maculis quibusdam colorum omniū distinguitur: si uenter est quasi fermentatus, pinguis atq; rugosus, si & cibi cupiditas nō est. Inter quæ cū euidens mors sit, multo euidentior est, si iam longum quoq; id uitium est, maximeq; si etiā in corpore senili est: si uero in tenuiore intestino morbus est, uomitus, singultus, neruorū distētio, delyrium, mala sunt. At in morbo arquato durum fieri iecur, perniciosissimū est. Quos lienis malè habet, si tormina prehenderūt, deinde inuersa sunt, uel in aquam inter cutem, uel in intestinorū leuitatem, uix ulla medicina periculo subtrahit. Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est, inter septimū diem occidit. Mulier ex partu, si cum febre, uehe
B mentibus etiam & assiduis capitis doloribus premitur, in periculo mortis est. Si dolor atq; inflammatio est in his partibus, quibus uiscera continentur, frequenter spirare signū malum est. Si sine causa lōgus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit, rursusq; in caput reuertit, aut à capite ad ceruices scapulasq; peruenit, perniciosus est, nisi uomicā aliquam excitauit: sic, ut pus extussiretur, aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa prurigo, toto'ue corpore pustulæ ortæ sunt. Æquè magnum malum est, ubi torpor atq; prurigo peruagantur, modò per totū caput, modò in parte, aut sensu alicuius ibi quasi frigoris est, eaq; ad summā quoq; linguā perueniunt. Et cum in ijsdem abscessibus auxilium sit, eo difficilior sanitas est, quo minus sæpe sub his malis illi subsequuntur. In coxæ uerò doloribus si uehemens torpor est, frigescitq; crus & coxa, aluusq; nisi coacta non reddit, idq; quod excernitur mucosum est, iamq; ætas eius hominis quadragesimū annum excessit, is morbus erit longissimus, minimeq; annuus: neq;
C finiri poterit, nisi aut uere, aut autumno. Difficilis æquè curatio est, in eadem ætate, ubi humerorum dolor uel ad manus peruenit, uel ad scapulas tendit, torporemq; & dolorem creat, neq; bilis uomitu leuatur. Quacunq; uerò parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neq; mouetur, & emacrescit, in pristinū habitum non reuertitur: eoq; minus, quo uetustius id uitium est, & quo magis in corpore senili est. Omniq; resolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora sunt, hyems & autumnus: aliquid sperari potest uere & æstate. Isq; morbus mediocris uix sanatur, uehemens sanari non potest. Omnis etiam dolor minus medicinæ patet, qui sursum procedit. Mulieri grauidæ, si subitò mammæ emarcuerunt, abortus periculum est. Quæ neq; peperit, neq; grauida est, si lac habet, à menstruis defecta est. Quartana æstiua, breuis,

autumnalis ferè longa est, maximeq; quæ cœpit hyeme appropinquante. Si sanguis profluxit, deinde secuta est demētia cum distentione neruorū, periculum mortis est. Itemq; si medicamentis purgatum, & adhuc inanem neruorū distentio oppressit, aut si in magno dolore extremæ partes frigent. Neq; is ad uitam redit, qui ex suspendio, spumante ore detractus est. Aluus nigra, sanguini atro similis repentina, siue cum febre, siue etiam sine hac, perniciosa est. A

ENARRATIO.

Ex uesica dolente si purulenta.) Hipp. in Prænot. utrisq;: Porrò uesicæ duræ & dolentes, penitus quidem horrendæ ac perniciosæ sunt. Perniciosissimæ tamen, quæ cum febre continua fiunt. Etenim dolores uesicæ ad occidendum per se sufficiunt. Et alui non egerunt eo ipso tempore, nisi durum quiddam, idq; etiam coactæ. Soluit autem urina purulenta micta, quæ albam ac læuem subsidentiam habet. Celsus, quòd summum metum ex uesica facit, soluit, leuissimum dixit. Doloris siquidem meminit, duritiei, febrisq; continuæ nullam mentionem facit: quum formido omnis & pernicies ex inflammatione, non ex dolore solo pendeat. Cuius etsi comes dolor est: tamen proximè coniunguntur durities & febris continua. Et sequitur hęc aluitum ariditas ab æstu, tum constipatio à tumore. Illud obiter semel dixisse satis sit: B quum toto hoc capite doceatur, quibus nōtis præsentibus, uel spes boni, uel mali metus concipiatur: primùm, quæ spem proponant lætam, explicari. Tum mox futurum, ut quæ tristia nuncient, explanentur.

In pulmonis morbo si sputo ipso.) In utrisq; Prænot. Omnia sputa in doloribus omnibus uel pulmonem, uel costas lacessentibus, mala sunt, quęcunq; dolorem non sedant. Pessima tamen, nigra. At quæ dolorem leuant, omnium optima sunt. Deinde post pauca uerba subijcit: Suppurationes illæ mitè periculosæ sunt, quæ bilioso adhuc apparente sputo ante diem septimum corripiunt, metumq; obijciunt, ne decimoquarto die e uita discedant, si nullum interim bonum signum existat. Sunt autem, inquit, bona signa, facilè ferre morbum, bene spirare, à dolore liberum esse, sputum tussiendo reijcere, corpus æqualiter molle ac calidum habere, non sitire: urinas, alui deiectiones, somnos, sudores, bonis & felicibus suis notis procedere. Quæ si omnia accidant, hominem non moriturum docent. Si aliqua tantum, non lõgius decimoquarto die uitam suffecturam. Celsus quiddam ex istis mutauit, nec indicia bona omnia recensuit: quòd ipsa ex ijs quæ superius de securis signis tradita sunt, abundè cognosci possunt.

Nec inter initia terreri.) In Prænot. utrisq;: Sputū in omnibus doloribus qui pulmoni aut costis obueniunt, citò ac facilè expui cōuenit, & flauum sputo C ualde permixtum apparere. Si enim longè post principium doloris flauum expuitur, aut fuluum, aut quod multam tussim inducit, nec ualde permixtū est, deterius est. Nam & flauum meracum, periculosum est. Paulo pòst: Sputum flauum sanguine permixtum non multo, si in pulmonis inflammatione in principio morbi expellatur, salutare est, ualdeq; prodest. Si uerò primùm septimo die, aut tardius prodit, minus est securum. Vtrunq; hunc locum uoluisse complecti & connectere Celsus uidetur.

Laterum dolores suppuratione.) 5. Aph. 15. ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γίνηται, παύονται· ἢν δὲ μή, ἐς φθίσιν μεθίστανται. id est: Quicūq; ex pleuritide suppurati fiunt, si in quadraginta diebus repurgati fuerint, ab ea die qua ruptio facta fuerit, liberantur: sin minus, in tabem transeunt. Pure nempe longa minus mora cōputrescente, & ea loca quib. cōtinetur exulcerante. Celsus unde numerū quadragenariū supputare deceret, magna rectæ sententiæ iactura tacitus præterijt.

A *Si in iocinore uomica est.*) 7. Aph. 45. Ὁκόσοι δὲ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πύον τουτέοισιν ἐστίν. ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται. id est: Quicunque iecore suppurato uruntur, si quidem pus purum fluat et album, superstites euadunt. In tunica enim quæ iecur ambit, his pus in est. Si uerò simile amurcę effluat, pereunt. Malum enim iam in ipsum iecur descedit: quo suppurato, uita sustineri non potest.

Ex suppurationibus uero.) In Prænot. utrisque: Suppurationes quæcunque extra uertunt, optimæ sunt, quæ paruæ sunt, & quàm maximè foràs eminent, atque in acutũ fastigiantur. Magnæ cõtrà & latæ, minimeque in acutũ fastigiatæ, pessimæ sunt. At uerò quæcunque introrsum rumpunt, optimæ sunt, quæ nihil cũ externo loco cõmunicant, sed cõtractæ sunt, & doloris exortes, & totus externus locus cõcolor cernitur. Ex bonis signis Celsus nihil intactũ reliquisset, si paruitatis modò, rei nõ magnæ, meminisse fuisset dignatus. Nam contra se, pro contractæ uulgò legi, imperitia temporum factum esse, mihi quidem dubium non est: quibus τὸ contra se, mirè fortasis elegans, τὸ uerò contractæ, minus accommodatum, falsò creditum est.

Pus quoque quacunque parte erumpit, si læue est.) In Prænot. utrisque: Pus optimũ est, si est & album, & læue, & æquale, & quàm minimè graueolens. Rursus paulo pòst: Ex suppuratis ij maximè superstites manẽt, quos febris eodem ab eru-
B ptione die dimiserit, & qui cibos citò appetiuerint, & à siti liberati fuerint. Et si uenter parua & cõpacta egesserit, & pus album, & læue, & eiusdem coloris, atque à pituita liberũ fuerit, citraque dolorẽ ac tussim fortem repurgetur. Atque optimè quidem sic, ac celerrimè liberantur. Sin minus, hi quibus proxima illis contigerint. Porrò æquale pus dicitur, undique sibi simile. Leue, quod tangenti nihil asperũ aut durum exhibet. Sed æquale Celsus tacuit, sicut & illud, Sine pituita. Quæ paulo tamen pòst de tabe additurus est: hic tamen atque illic perinde opportuna. Cætera quæ præterea omittit, uel suprà, uel paulo infrà hoc capite pro salutaribus recensuit: ut omnia omnibus locis repetere, necesse sibi non esse duxerit.

Si quando suppuratio descendit in crura.) In Prænot. Cæterùm in pulmonis inflãmationibus fortibus ac periculosis, abscessus ad crura omnes quidem utiles sunt. At longè optimi sunt, qui dum sputũ iam cõmutatur, fiunt. Nam si tumor ac dolor accidat, donec sputũ pro flauo putulentũ redditur, forasque procedit, ita securisimè homo superstes euaserit, & abscessus absque dolore celerrimè sedabitur. Si uerò sputũ bellè non processerit, neque quæ in urina subsidunt proba apparuerint, metus est ne uel mutiletur articulus, uel multũ molestiarum exhibeat. Celsus, si metuendæ pulmonis inflammationis & puris commodè prodeuntis tum mutandi, quum quid in cruribus abscederet, memoriam subiecisset, Hippocratem reddidisset explanarius.

C *At in tabe eius qui saluus.*) Lib. 2. Prædict. quod ad tabescentium sputum tussimque pertinet: Oportet eum qui probè liberari uolet, facilè sputũ per tussim expellere, & id albũ esse, & æquale, atque eiusdem coloris, & ab inflammatione alienũ. Quod aũt à capite fluit, ad nares deriuari: febrem nõ inuadere, uti nec à cœnis prohibeat, neque sitiat. Venter aũt egerat quotidie, idque durũ, & copia rebus assumptis cõsentanea: hominẽ præterea quàm minimè tenuẽ esse decet, pectusque laudandũ quadratũ, pariter ac hirsutũ. Et sit ipsius os paruũ, ac robustè carnosum. Qui enim hæc omnia habuerit, maximè superstes euadet: qui eorundem nihil, neci proximus est. Deinde interiectis indicijs aliquot malis: adijcit: Si uerò uirgo aut mulier seruanda est, tum aliorũ signorũ bonorum multa adesse necesse est, tum splendidè menses ac purè procedere oportet: alias siquidem spes nulla superest. Qui uerò ex sanguinis eruptione pectore suppurantur cùm uiri, tum mulieres, uirginesque, nõ minus quidem superesse possunt: id quod signis omnibus suppuratorũ simul et tabescenniũ collectis intelligetur. At maximè sanè euadunt, ex sanguinis eruptione, qui-

bus dolores sunt atrabilarij & in dorso, & in pectore, quicq; post eruptionem A
leuius dolēt. Quia & tusses nō admodum lacessunr, & febres pleręq; duran-
tes sitim facile perferunt. Sed recurrūt sanguinis eruptiones, maximè si ab-
scessus nō subsequant. Optimi aūt sunt abscessus, sanguinolentissimi. Hip-
pocrates, quod à capite in nares destillat, nō album, æquale, & unius esse co
loris postulat, quanq; tale fortassis optatissimū esse possit: uerùm ne in pul
monem caput se exoneret, sed tutiore, & à natura data uia per nares ut pro-
cedat, expetit. Cætera Celsus fidelissimè est interpretatus, donec ad mulie-
rum tabē accedit: hic enim, quæ uirginū mulierumq; sunt propria, præter-
mittit. Et quæ uirorū fœminarumq; omnium sunt cōmunia, ad mulieres tan
tum accōmodat: ueræ ac plenioris intelligentiæ graui nimirū damno. Nam
quod à laudabili pure pituitam, ut nos item suprà fecimus, detrahit: idq; nō
iam nos expresse, sed ab inflammationis nota separamus, id quidem Græcę
dictionis etymologia, quæ cum eius propèrè significata pugnat, factum est.
phlegma siquidem quum sit ab inflammatione deriuatum, rem tamen atq;
humiditatem eam declarat, quæ frigore humoreq; præstat.

Aqua autem inter cutem.) Sunt hæc uerba, non ab Hippocrate profectò sum
pta, sed ex alijs ipsius quadam ratiocinatione collecta. Nam si (quod scri-
ptum est in Prænot.) aquæ inter cutē ex acutis morbis obortæ, omnes qui-
dem, q̃d suprà etiā protuli, malæ sunt: atq; aliæ quidē nullo antecedēte mor B
bo incipiunt, aliæq; longo superueniūt, nō erunt utiq; malignæ ex acutis nō
ortæ. Nam illas solas maliciei alligare, cæteras est eiusdem uitij absoluere.

Vtiq; si firma uiscera.) Lib. 2. Prædict. Eum qui ab hydrope, sine aqua inter
cutem correptus est, et superstes esse uolet, ac seruari, bonis ipsum uisceribus
præditum esse decet: ita ut natura se exerat, simulq; facilè concoquat, & be-
ne spiret, sitq; sine dolore, & totum corpus æqualiter tepidum habeat, nec
circa extremas partes colliquatum. Melius est autem, ut tumores potius ha
beat in extremis partibus. Optimum tamen, ut habeat neutrū: mollia nanq;
& gracilia potius extrema esse conuenit, itemq; uentrem contactu mollem.
Tussim uerò atq; sitim adesse minimè competit: nec linguam resiccari cùm
omni tempore, tum quādo hoc præcipuè fieri solet, post somnos. At cibum
libenter admittere conuenit, & ubi multum bene ederit, non affligi. Aluum
uerò ad medicamenta quidem obsequentem habere: sed & reliquo tempo-
re egerere recrementum molle atq; efformatū. Vrinam item procedere stu-
diorum rationi, & uinorum diuersitati consentaneam. Quin & laborem fer-
re decet facilè, & lassitudinis exortem esse. Atq; optimum quidem est, secu-
rissimeq; ualetudinem recuperabit, qui per omnia sic cōpositus est. Sin mi-
nus, proximum est, ut per plurima. Nam spes sic quoq; superest. Verùm qui
nihil eorū habebit, & habebit contraria omnia, desperatum ipsum esse me-
mineris. At qui pauca bona, tenui in spe uersari. Optimi interpretis munere C
per hęc omnia Celsus functus est, nec quicq; magnopere necessarium, quod
non è positis quidem intelligi queat, præteriens: nec perperam immutans,
nouansq; quicq;. Nam quod macras extremitates laudat, pro laudatis sum-
mè ab Hippocrate mollibus gracilibusq;, exiguum est. Tenuius quoq; uri-
nam pro epotis medicamentis mutari debere, quam Hippocrates studiorū
rationi conuenienter mutandam poposcit. Quandoquidem neutrū magno
pere reprehendi potest. Sed est omnium leuissimū, si Græcam uocē spectes,
morbum pro labore redditum esse. Quanq; haud scio, temeréne facturus sit
qui morbū hic in motū cōmutet: siquidem labor motui reipsa similior est: &
pro motu morbus facile irrepere hominū incuria, inscitiaq; potuit. Solū aūt
ꝺ extenuaē, ut uentris deiectionē nō incōmodè sequiē, ita in Hippocrate nō
inuenio: fieri tamē potest, ut Celsus in eo exemplari, quo ipse est usus Græ-
co, tū hoc ipsum, tum pleraq; alia, secus atq; nos legimus, scripta offenderit.

Articulorum uerò uitia.) Lib. 2. Prædict. Qui iuuenis est, & circa articulos tofa
ceos

A ceos nondū callos cōcretos habet, & accuratè uiuit, & laboris amans est, & aluū propiciā habet pro studiorū ratione, hic sanè si medicū prudentē nanciscatur, sanus fieri poterit. Atq; sanāt eundem, id q̄d proximè antecedēte oratione traditur, optimè dysenteriæ, si superuenerint. Sed & reliquæ etiā deiectiones alui mirificè subueniūt. Quicquid Celsus ex Hippocrate præterijt, id omne in illo Solui possunt, inclusisse uidetur. Satis enim ipsi fuit ostendisse, quibus esset corporis confirmandi spes reliqua: præcipuè quando rationem subueniendi non hic esset professus. Certè iuuenibus omnibus in articulorum uitijs quę callum non induxerint, spes est salutis recuperandę proposita. Quam bene uiuendo, bonisq; medicis obtemperando, aut cōtrarijs faciendis sibi ratam irritam'ue facere possunt. Nec huius loci fuerat, quid uita illa bona, quid medicina posceret ostendere.

Item morbus comitialis.) 2. Aph. 45. τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισι ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. id est: Iuuenibus comitialibus liberationē adferunt mutationes maximè ætatis, & regionum, & generū uictus. Et 5. Aph. 7. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. id est: Quibuscūq; morbi comitiales ante pubertatē obueniunr, cōmutationē habent. Quibus uerò cunq; uigintiquinq; annos natis accidunt, cum his ferè cōmo-
B riuntur. In Prædict. lib. 2. Quibus morbus sacer à capite incipit, q̄d ad partes corporis attinet, grauissimus est. Deinde qui à latere. Qui uerò à manibus ac pedibus, maximè sanari potest. Ceterùm eius curationē aggredi decet medicum eruditū, in ijs qui & iuuenes sint, & laboris amātes, nec mens mali quippiam patiať, nec sint stupore attonito siderati: quæ melancholica delyria minimè huc conferūt. At uerò in infernis partib. abscessus boni sunt. Optimiq; hic rursus sunt, qui sūt sanguinolētissimi. Celsus nō abscessus, sed deiectiōes legisse uidet, si genuina eius hęc lectio est: ut esse sequētia ,ppè testanť. Verū utraq; opē ferre malo, causa eius à capite retracta, cōueniens est. At est iam cur mireris, iuuenū ac mentis integræ mentionē tacitā esse habitam: cùm in eo summa spei propè sit posita. Nisi id ex alijs locis intelligi posse sperabat.

Ipsa aūt deiectio sine ulla.) 2. Prædict. Præter dysenteriam & lienteriam, cætera alui profluuia, quæ sine febre sunt, tum breui tempore durāt, tum mitia quoque habentur. Aut enim elota sedabuntur, aut sua sponte. Prædicere autem oportet, excretionem quæ subtus effluit, desituram esse, quum tangenti uentrem manu nullus motus occurrerit, & si in fine egestionis flatus perruperit. Mendosè exemplaria excusa, Contracto, hoc loco, pro eo quòd rectum erat, contrectato, hactenus habuerunt.

Acria tormina quidem periculosa.) Quę dysenterię mala ea quæ aliàs enumeranť nō habet, cōmodę sunt: quęq; sanguine et ramētis egestis desiuerūt septima
C die, aut decima quarta, aut uigesima, aut quadragesima, aut intra hęc tēpora: huiusmodi enim egestiones etiā eos qui fuerunt in corporibus, morbos tollunt. Vetustiores quidē longiore tēpore: recētiores uerò intra paucos dies submouere possunt. Nam & quæ uterū gestant, etiā ipsæ euadūt superstites magis ad partū, & ex partu, & fœtus cōseruant, sanguine & ramētis egestis etiam per multos menses: nisi dolor ipsis adfuerit, aut aliud quoddā malum signum ex ijs quæ in dysenterijs memorantur, accesserit. Nam si quod illorum appareat, non modò fœtui perniciem denunciat, sed & pręgnanti periculum, si non post fœtus eductionem & secundæ exolutionem ipsa dysenteria, eadem die aut paulo pòst desinat. Et ante hæc omnia, moriuntur, inquit, ex hoc morbo maximè pueri quinquennes, & aliquanto seniores, decēnesq;. Reliquæ uerò ætates minus. Et tota hac bene longa oratione quantulis fragmentis Celsus contentus sit, facilè cerni potest. Et tamen si diligentius inspicias, pauca desiderari, quæ non tanquam sub puncto sint denotata, animaduertes: si modò uiros à fœminarū priuilegio, ut ueterum no-

uorumq́ malorũ finẽ in hac dysenteria ipsi quoq; inuenirent, nõ exclusisset. A

Contra intestinorũ læuitas.) Lienteria, quam Latini intestinorũ læuitatem nominauerunt, grauissima fit senioribus: uehemẽs etiam uiris. Reliquis uerò ætatibus multo mitior. Quisquis autẽ neq; in ætatibus his est, quas malè tractari ab hoc morbo iam dixi, & paucissima ex signis habet, quæ mala esse scripsi, hic securissimè constitutus est. Indiget aũt curatione hic morbus, donec & urina pro ratione eius quod bibitur procedat, & corpus ab ingestis cibis augmentũ capiat, & à malis coloribus liberatũ fuerit. Nec hic quidem quicquã in Celso, quamlibet breuissimo, ex multo longiore Hippocrate, requiri cognosces, si colorem tantum in urinæ probitate & corporis amplificatione contineri agnoscas. Non enim possunt duo illa haberi, ut hoc tertio careas: non potest emendari urina, non enutriri corpus melius, ut color melior non consequatur. Quare duobus illis petitis, tertiũ ut posceretur, quod abesse non posset, haud erat necesse.

Eadem ætas prodest & in coxæ dolore.) Certè id ita uerum est, ut sæpissimè, non perpetuò sese sic habere credam. Nam & coxæ, & humerorũ dolores, omnisq; neruorũ resolutio, quæ à frigidis & crassis ac pituitosis, aut melancholicis humoribus ortũ habent, ut habent certè illa omnia frequentissimè, contrarijs rebus omnib. ac calidis releuant: ætate calida ac iuuentute, tempore calido atq; æstate, uictu uitaq; tota calida. Sed si eadẽ illa à biliosis ac calidis B causis orianť, offenduntur rebus iam dictis, & oppositis adiuuantur. Quocirca ut coxarũ humerorumq; dolorẽ sæpissimè, & neruorũ resolutionem semper, à crassis frigidisq; humoribus nasci cõpertum est: ita tenera ætate maximè ipsa subleuari, libens largior: perpetuò ac solũ, non largior. Quæ certè Celsus spectasse puteť, quũ in omni resolutione neruorũ, & in coxæ humerorumq; dolore (hic generali illo signo Omni, omisso, illic addito) ætatem tenerã prodesse scriberet. De neruorũ porrò resolutione mox sumus plura addituri. De coxis & humeris illud quin hic adijciam, cõmittere nõ possum: Nempe humerorũ illum dolorẽ, siquidem in manus usq;, cum torpore quodam descendat, nigræ bilis euomitione sanari. Si uerò in humeris etiam consistat, aut dorsum uersus prorepat, uel atræ item bilis uomitu, uel puris desinere. Bilis quidem atræ, si facile spirent, & gracile corpus habeãt: puris uerò, si ægrè respirent, & facies insolente rubore suffundatur, aut si in pedibus tumores oriantur: ac cruciatibus tum maximè morbũ affligere, qui uiris à quadragesimo ad sexagesimũ annum atrocissimi esse consueuerunt: non quòd iuuenes mitius ista tractare soleant, sed quòd seniores prolixius, quod iam continuò subijcietur.

Ex quibus coxa si sine torpore.) Hipp. 2. Prædict. Iuuenibus non minus quidem doloris, quàm senibus, inducit coxendicũ morbus. Verùm breuior est, quippe qui quadragesimo summũ die, quum est durissimus, finiatur: senibus uerò, quũ inclementissimus, minimũ in annum producatur. Sed neq; torpores C perinde uehementes iuuenibus accidunt, neq; perfrigerationes crurum ac lumborum æquè atq; senioribus rigidæ. Quibus quo uehementius ista afflixerint, hoc malum productius esse solet. Celsus comparationem tacere debuerat, quippe qui fortunatas hic notas tãtum referre instituit. Verùm morbi terminum necessariò silere non debuit.

Resolutumq́; membrum.) Etsi uerum esse fateor, utilitatem in faciei atq; omniũ adeò membrorum resolutione (quam apoplexiam Græci uocant) non mediocrem accedere ex aluí citatione, humoribus à summa corporis arce ac capite per intestina perq; aluum expulsis: tamen id authoritate, quali expeterem, tueri non possum. Neque enim Celsus in Hippocrate, quod ego quidem uiderim, ista legisse, aut offendisse uidetur: sed uidetur inuenisse, aut quàm inuenerit, probasse longè aliud. Scio enim in neruorum resolutione (quam paralysin Græci appellant) quibus membra colliquatione quadã attenuata

A attenuata non sunt, spem ualetudinis recipiendæ ab Hippocr. lib. 2. Prædict. promitti. Scio item distortiones faciei, si nulli alij corporis parti communicent, citò, seu sponte sua, seu ui aliqua coactas, desituras, paulo pòst doceri. At alui resolutæ opem commendari, non inueni: nisi Celsus coactam illam uim, & necessitatem, spōtaneamq; utilitatē ad aluum referendam fuisse existimauerit: & in membrorum resolutione pro eo quòd nos legimus, quibus colliquationes non accesserint, hi sani euadent, ipse legerit, quibus colliquationes accesserint (extrita negatione) hi sani euadent: & colliquationes ad aluum, ut aliàs ipsum facere memini, non ad membrorum attenuationem, quod nos seruata negatione facimus, accommodauerit. Quanquam rursus non oris resolutionem, sed faciei distortionē Hippocrates habet. Vt in Celso os pro facie capi, elegans & rectum censeam: pro distortione resolutionem, non rectum putem.

Omnisq; deiectio lippienti.) 6. Aph. 17. ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν. id est: Lippientem alui profluuio corripi, bonum est.

At uarix ortus, uel per ora uenarum.) 6. Aph. 21. τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγενομένων, τῆς μανίης λύσις. id est: Insanientibus si uarices aut hæmorrhoides accidant, insania soluitur. Idq; si insania non à bile, sed propriè dicta melancholia nascitur. Varices porrò laxæ tumidæq; uenæ sunt, ex crasso ac
B melancholico humore in coxis aut cruribus protuberātes. Atq; ab eiusdem generis materia hæmorrhoides proueniunt. 11. Aph. eiusdem libri, inquit: τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ νεφριτικοῖσι αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγενόμεναι, ἀγαθόν. id est: Melancholicis & renū uitijs hæmorrhoides ubi superuenerint, bonū est. Sunt qui hic pro nephreticis, renumq; uitijs affectis, phreneticos non malè omnino legant. Vocabulis parum dissimilibus, at rebus loco & natura diuersissimis. 7. Aph. 5. ἐκ μανίης δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν. id est: Ex insania, dysenteria, aut hydrops, aut mentis emotio, bonum.

Humerorum dolores qui ad manus aut scapulas.) Hipp. 2. Prædict. Dolores porrò qui in humeris accidunt, siquidem ad manus descendant, torporesq; ac dolores inducant, ijs abscessus non succedunt, uerùm nigra bile uomitu eiecta sanantur. Qui uerò in ipsis humeris cohærescunt, aut etiam ad dorsum progrediuntur, eos puris, aut bilis atræ uomitu effugiunt. Celsus in his nigram bilem ab atra nō distinxit, uti uerbis distingui nō uidentur, quæ tamē nunc medici rerum diuersitate, & uocabulorum penuria coacti diremerunt. Nec torporis Celsus, nec puris commeminit, quod in spem facientibus tantum adhuc uersetur: sed nec scapulas pro dorso malè posuisse uidetur, re magis quàm uoce expensa. Illud autem scire decuerat, quibus in manus ab humeris dolor procumbit, ijs atram bilem quàm pus uomitu magis expelli.

Et quisquis dolor deorsum.) In Prænot. Dolores qui ad infernas partes decum
C bunt, toleratu faciles sunt. Neq; enim æquè sunt uehementes atq; in supernis, neq; locis insunt æquè nobilibus atq; periculosis.

Singultus sternutamento.) 6. Aph. 13. ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν. id est: A' singultu uexato ubi sternutamenta obueniunt, singultum soluunt. Vehementi nempe neruorum partiumq; omnium concussione, plenitudinem singultus parentem dimouente. Nam è siccitate si nascatur, minus hinc præsidij acceperit.

Longas deiectiones supprimit.) 6. Aph. 15. ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος, λύει τὴν διάῤῥοιαν. id est: Longo alui profluuio correpto uomitus sua sponte accidens, soluit alui profluuium.

Mulier sanguinem uomens.) 5. Aph. 32. γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις. id est: Mulieri sanguinē uomēti, mēstruis erūpentibus, malū soluit.

Quæ menstruis non purgatur.) 5 Aph. 33. γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν. id est: Mulieri dum menses deficiunt, sanguinem è naribus fluere, bonum est.

Quæ

Quæ ex locis laborat.) 5. Aph. 35. γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγινόμενος, ἀγαθόν. hoc est: Mulieri, quæ ab uteri strangulatione infestatur, quæue difficulter parit, sternutatio superueniens, bona est. A

Aestiua quartana feré.) 2. Aph. 25. οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. id est: Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt. Atque morbi æstiuales omnes, si tempus spectes, maturrimè finiri solent, parem causam paremque uitam & corpus simile si facias: quia calore tum materies malorum funditur et attenuatur celerrimè, & corpore toto reserato ac patefacto effunditur atque discutitur facillimè.

Cui calor & tremor est.) Calorē pro febri, Hippocratem secutus, dixit: quamquam is quum febrē uehementer adurentem significat, nō calorem tantum, sed ignem nominare solet. Porrò, ut tremor à bile fit per sensilia membra discurrente, ita delyrium ab eadem caput premente nascitur.

Lienosis bona tormina.) 6. Aph. 48. τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγενομένη, ἀγαθόν. id est: Lienosis ubi dysenteria accidit, bonum est. At in Coacis Prænot. inquit: Dysenteria non longa splenicis utilis est: longa uerò mala, quippe qua desinente, si hydrops aut intestinorum læuitas fiat, lethale est. Id quod & 6. Aph. 43. paribus propè uerbis expressit.

Deniq; ipsa febris.) Multis id exemplis subiectis illustrabitur: & confirmari ea ratione potest, quòd febris calore suo causas frigidas uitiorum exedat, & siccitate sua superuacaneos humores, aut hinc natos uentos, uaporesque consumat. B

Nam & præcordiorum dolores.) 6. Aph. 40. Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνος γίνεται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον. id est: Quibuscunque circa præcordium dolor accidit citra inflammationem, iis si febris superueniat, soluit illum dolorem.

Et neruorum distensionem rigoremq;.) 4. Aph. 57. ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει τὸ νόσημα. id est: Cui à conuulsione, aut distentione diuexato febris obuenit, ea soluit ægritudinem. Et 2. Aph. 26. πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ. id est: Febrem cōuulsioni superuenire præstabilius est, quàm conuulsionem febri. Simili ratione in Coacis Prænot. Sideratis, inquit, febris utiliter accidit, eamque exoluit.

Et ex difficultate urinæ.) 6. Aph. 44. Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίας εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου, ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ. id est: Quibuscunque ex urinæ stillicidio uoluulus accidit, ii intra dies septem pereunt: nisi febre superueniente, urina sufficienter profluxerit. In Coacis Prenot. aceruatim urinam effundi desiderat. Celsus difficultatem urinæ pro stillicidio, & ileum, quem uoluulum Latini uocant, tenuioris intestini morbum, pro uetere suo more interpretatur. Nec spacii, quanto quis intereat, cōmeminit: sed eius loco, qua ratione à morbo quis uindicetur, explicauit. C

At dolores capitis, quibus oculorum caligo.) 2. Prædict. Quicunque hebetem uisum habet, & rubor aliquis in ipsorum oculis accidit, frontemque pruritus uexat, iis sanguis sua sponte dimanans opitulatur. Petitam atque arte accersitam fluxionē, sine authoritate Hippocratis, de suo, nec malè, Celsus addidit. Quippe medicus, quod rectè natura facit, rectè ab arte petere potest.

Si capitis ac frontis dolores.) 2. Prædict. Quibus dolores circa caput ac frontē ex magnis uentis fiūt, & ex frigoribus, quum uehementer calefacti fuerint, eos quidem grauedines maximè perfectè liberare possunt. Prosunt autem & sternutationes, & mucci è naribus. Celsus capitis dolorem ab æstu similiter iuuari censet. Hippocrates dolorem ex frigore post æstum similiter tantum releuari docet, seu sponte, seu coactè id fiat.

Febrem autem ardentem.) 4. Aph. 58. ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις. id est: Illi qui à febre ardenti detinetur, si rigor superueniat, solutio. Horrorem pro rigore dici, Celsianum esse, suprà monuimus.

A *Si in febre aures.)* 4. Aph. 60. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα λύει τὸ νόσημα. id est: Quibuscunque in febribus aures obsurduerunt, ijs sanguis è naribus effusus, aut aluus exturbata morbum soluit.

Nihil plus aduersus surditatem.) ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα κωφώσιος γινομένης παύεται, καὶ ὁκόσοισι κώφωσις χολωδέων γινομένων παύεται. id est: Quibus biliosæ sunt alui egestiones, surditate accedente, desinunt: & quibus surditas, biliosis deiectionibus obuenientibus cessat.

Quibus in fistula urinæ.) ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα φύεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις. id est: Quibus in urinaria fistula tuberculum nascitur, ijs suppuratione facta, & eruptione, soluitur. In Coacis Prænot. Quibus tuberculum est circa uesicam, quod meiendi difficultatem inducat, ad omnis generis figuras affliguntur. At eius solutio fit, pure erumpente.

Ex quibus quum pleraque per se.) Medicus naturæ est tum minister, tum æmulator tantum. Nam & illi adlaboranti subuenit, & tanquam cum Minerua manum admouet. Et quæ illa rectè moliri solet, arte medicus reddere contendit: at ita ut nihil, si illa quiescat, efficere queat. Et ut laus omnis præsidij naturæ accepta feratur: nisi quòd truncare foris medicus, & quædam per se demere potest: addere nihil usquam, atque unire potest.

Contrà si caput.) Hactenus quæ indicia spem uel melioris, uel integræ firB mæque ualetudinis præbeant. Post hæc iam, quæ periculum mali ostentent, explicabuntur. Neque porrò dubium cuiquam esse debet, uitiosissimum in expressis codicibus hunc locum haberi. Vt enim in huius capitis exordio à uesicæ notis spem bonam præ se ferentibus inchoauit: sic infausta signa ab eiusdem uesicæ malis signis primùm ordiri instituit. Id quod ex Hippocrate tam fit manifestum, ut nulla confirmatione alia admodum opus habeat. Inquit enim ille in Prænot. utrisque: Vesicæ duræ atque dolentes penitus quidem horrendæ sunt & perniciosæ: perniciosissimæ uerò, cum febre continua fiunt, &c. quæ suprà protulimus. Addit deinde continuò: Et si quidem ab urina dolor nihil remiserit, nec uesica emolliatur, & febris continua urgeat, in primis circuitibus morbi ægrum moriturum esse metus est. Atque hic morbus potissimum pueros septennes, quoad decimumquintum annum attigerint, sollicitare consueuit. Vides re propè nulla mutata, cum Celso per omnia Hippocratem consentire. Nam quod uesicæ emollitionem ille omiserit, nihil fecit præter morem, aut insolens. Et potuit illa sub uesica nihil reddente contineri. Minusque illud est, quod qua parte ægrotationis ferè mors occupet, non dixerit. Quare pro τὸ caput, τὸ uesica reponam: & si quid in Celso truncatum alibi apparet, ex Hippocratis uerbis quæ protulimus, suffici atque redintegrari iubebo.

In pulmonis morbo sputum.) In Prænot. Sputum si longè post principium doloris flauum aut fuluum, aut quod multum tussim inducit expuitur, aut non ualdè C permixtum, malum est. Nam & flauum meracum, periculosum est: & album ac uiscosum & rotundum, inutile est. Malum item est, quod uiride est ualde, & pallidum, & spumosum. Si uerò ita fuerit meracum, ut etiam nigrum appareat, hoc etiam quàm superioria deterius est. Malum quoque est, si nihil repurgetur, neque emittat pulmo, sed plenus ferueat in gutture. Grauedines & sternutationes in omnibus circa pulmonem morbis, & antecessisse & succedere, malum est. At in alijs morbis summè lethalibus, sternutationes prosunt. Sputum autem flauum, sanguine permixtum non multo, si in pulmonis inflammatione in principio morbi reijciatur, salutare est, & ualde prodest. Si uerò septimo die aut serius, minus securum est. Omniaque sputa mala sunt, quæ dolorem non mitigant. At pessima, quæ nigra sunt. 4. Aphor. 47. Expuitiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, biliosæ, putidæ, omnes malæ sunt.

Periculosum est si hæc subita.) 6. Aph. 16. ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ περιπνευμονίης ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη, κακόν. id est: A' pleuritide aut peripneumonia detento, si fluor alui superueniat, malum.

Ex iecinore si pus cruentum exit.) Suprà locum ex 7. Aph. 45. protulimus, un- A
de sunt ista petita. in Coacis autem Prænot. scribit: Quicunq; sanguinem
spumosum expuunt, dextrum præcordium dolentes, de iecore spuunt, &
multi pereunt. Item: Quibus hepaticis multum est sputum cruentum, siue
subputridum, siue biliosum meracum, statim perniciosum est. Iterumq; pau
lo pòst priorem sententiam repetit.

At ex suppurationibus.) In Prænot. utrisq;: Quæcunq; suppurationes foràs
uertuntur, optimæ sunt quæ paruæ sunt: cæteraq; quæ similiter suprà sunt
prolata. In Coacis: Lethales, inquit, sunt tumores, quicunq; intrò rumpun-
tur. Ex reliquis autem suppurationibus quæ quidem foràs rumpuntur, opti
mum est, ut in breuissimam & acutissimam molem colligantur. Quæ uerò
intro, ut neq; mole, neq; dolore, neque colore foris se manifestent. Contra-
rium autem pessimum. Epidemiōn sexto: Tubercula, scribit, foràs exturbe
rantia, & acuta fastigiataq;, atq; æqualiter maturescentia, nec obdura, deor-
sumq; uergentia, nec bifida, meliora sunt. Contraria uerò mala: quantoq;
magis fuerint cōtraria, tanto erunt etiam peiora. Hippocrates in Prænotio
num ijs locis quæ superius produximus, suppurationum duo genera propo
nit: unum, quod foràs erumpat: alterum, quod intus abdatur. Ac rursus u-
triusq; generis, quę formæ sint optabiliores, quæq; metuendæ magis, tradit:
Celsus bonas formas suprà explanauit, hic uerò malas ac formidandas ex- B
plicat. Atq; in ijs quę extrorsum emicant, quid sit undiq; detestandum, aper
tè docet: in ijs uerò quæ intus conduntur, colorem tantum attingit. Verùm
quæ sint alia pariter metuenda, ut dolorem, ut molem extantem, silentio sup
primit. Vel quod rarò, nisi pariter mutato colore, per se appareant: uel quòd
aliunde prauitas eorum intelligi potuit.

Quòd si ne rupta quidem uomica.) Ex ijs quæ pectore suppurati sunt, intereunt
illi, quos febris non dimiserit: aut si quando dimisisse credita est, iterum re-
calescens comparuerit, & qui sitim quidem habuerint, cibos autem non ap-
petiuerint: & si uenter liquidus fuerit, & pus seu pallidum, seu uiride, seu liui
dum expuerint, aut pituitosum quoq;, spumosumq;. Quæ si omnia contige-
rint, pereunt. Quibus uerò ex his quædam accesserint, quædam uerò non,
eorum alij intereunt, alij non, nisi multo pòst tempore superstites euadunt.
Verùm huius euentus, tum ex ijs signis, tum alijs omnibus quæ adsunt, con
iecturam facere oportet. In quibus colorē uiridem omissum esse à Celso, mi-
rum non est, nec nouum. Quoniam Hippocrates τὸ χλωρὸν tantum habet:
de cuius polysemia suprà quædam demonstraui.

Atq; ex his quidem supp urat.) In Prænot. utrisq;: Ex supputatis à pulmonis in-
flammatione, seniores magis intereunt. Ex alijs autem suppurationibus iu-
niores magis moriuntur.

At in tabe sputum mixtum.) Quod de sputo putulento mixto refert, ex Pręno C
tionibus desumptum est. Vbi Hippocrates, quæcunq; dum sputum adhuc
biliosum est suppurantur, perniciosa uocat, siue biliosum illud per se, siue pu
ri permixtum eijciatur: potissimum etiam, si iam morbus ad septimum diem
progressus sit. Quæ uerò de febri cōtinua, quæ & cibi tempora eripiat, & siti
affligat in corpore tenui, attexit, ex Prædictionum libro secundo translata
sunt. Id quod ex ijs quæ suprà de tabis felicibus notis sunt ptodita, facilè
perspici poterit.

Si quis etiam in eo morbo.) 5. Aph. 12. Ὁκόσοισι φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς
ῥέουσιν, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσιν. id est: Quibuscunque tabe corre-
ptis capilli è capite defluunt, hi alui profluuio succedente moriuntur.

Vbi in urina quædam araneis.) In Coacis Prænotion. Quæ urinæ aranei telis
similes sunt, colliquationem significant. Et 7. Aphoris. 36. ὁκόσοισι δὲ λιπα-
ρὰ ἡ ὑπόστασις (ita enim Celsum legisse existimo, etsi alij melius ἐπίτασιν hoc
loco agnoscunt) καὶ ἀθροὴ, τουτέοισι νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει. id est: Quibus-
cunq;

A cunque subsidit in urina, aut potius supernatat pinguedo, confertimque prodit, renum uitium aut morbum acutum significat. Nam & ex febribus, quæ suo æstu corpus omninoabsumunt, & in marasmodibus ac tabidis pinguedine urinas plus minus pro consumptionis modo, quasi aspergi atque suffundi constat.

Atq; in his odor fœdus.) Nec rationem, nec authoritatem uideo, cur magnopere ista ad urinas accommodem. ut ad sputa referam, ambo mihi suffragantur. Hippocrates etenim 5. Aph. 11. τοῖσιν, inquit, ὑπὸ τῆς φθισίος ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες. id est: Qui tabe infestantur, si sputum, quodcunque tussiendo reiecerint, grauiter olet, dum prunis infunditur, & capillis è capite defluunt, mortale est. Summæ siquidem istud putredinis argumentum est. In empyiticis ac suppuratis sputa putere, & urinas esse inspiciendas, omnium medicorum atque ætatum obseruatione comprobatum est.

Maximeq; ubi post hæc orta deiectio.) 5. Aphoris. 14. ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη, θανατῶδες. id est: A tabe correpto alui profluuium succedens, mortiferum est.

Vtiq; si tempus autumni.) 3. Aphor. 10. ὁ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι, κακόν. id est: Autumnus tabidis malum. idque tum ariditatis, tum inæqualitatis quadam ra-

B tione. Vnde fit, ut in Prædictionibus tabefactos autumno maximè interire dicat.

Item pus expuisse in hoc morbo.) 7. Aphoris. 16. ὑπὸ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις, ἐπὰν δὲ σίελον ἴσχεται ἀποθνήσκουσιν, id est: Ex puris sputo, tabes & fluxus (sunt qui hic addant τὸ κακόν, hoc est, malum.) Postquam uerò sputum supptimitur, moriuntur.

Solent etiam in adolescentibus.) Secundo Prædictionum: Quicunque pectore suppurati efficiuntur dum iuuenes sunt, ex humorum illapsu aut fistula, aut alio quopiam huiusmodi, aut ex abscessus recursu, hi non euadunt, nisi ualde multa bona signa ipsis accesserint. Cæterùm ex alijs minimè superstites manent & uirgines et mulieres, quibus ex suppressis mẽsibus tabes obortæ. est si qua tamen uirgo aut mulier euasura est: & aliorum signorum bonorum multa accedere oportet, & mẽses splendidè ac purè profluere. Alioqui spes nulla est. Hippocrates ex uomica aut fistula, aut aliquo pectoris abscessu, tabem nasci periculosum esse ostẽdit. Celsus contra ex tabe, aut certè suppuratione illa eadem cum metu consequi docet. Ac rursus Hippocrates ex menstruis restrictis tabem ortam damnat. Celsus cum ijsdem suppressis tabem incusat, sensu certè plurimum in utrisque differente: ac tantum nimirũ, quantum à causa effectus discrepare potest ac solet.

Cui uerò sano subitus dolor capitis.) 6. Aphoris. 51. ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γί-

C νονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ. id est: Quibuscunque sanis derepentè dolores in capite fiunt, ac statim uoce intercepta prosternuntur ac stertunt, intra septem dies pereunt, si non febris apprehendat. Notat autem apoplecticos, qui ualida febri oborta seruari consueuerunt.

Si palpebræ dormientis.) Celsus aut de suo hæc comminiscitur, non authoritate, quam equidem offenderim, sed rerum obseruatione, quæ nonnunquã respondet, inductus: aut certè ex Coacis Prænotion. huc accommodauit. Vbi Hippocrates: Quicunque, inquit, in febre continua uoce destitui, iacentes, oculis conniuentes nictãt: hi, si postquam sanguis ipsis ex naribus fluxit, & ubi uomuerint, loquantur, & ad seipsos redeant, seruantur: si uerò hæc non fiant, difficulter spirantes, breui moriuntur. Nam certè uerba quæ hic attexuntur de febre malum discutiente, ex superiori Aphorismo, quem modò protuli, reuera detruncata sunt.

At aqua inter cutem si ex acuto.) In Prænot. Aquę omnes intercutem ex acutis

Ff 2 morbis

morbis obortæ, malæ sunt. Neque enim à febre liberant, & ualde dolorosæ sunt, ac lethales. A

Vtiq; si contraria his.) Referto huc quæ suprà de hydropum faustis signis ex secundo Prædictionum produximus.

Atq; in ea quoq; tußis spem tollit.) τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν. id est: Aqua inter cutem laborantibus tussis accedens, malum. 6. Aph. 35.

Item si sanguis sursum.) Secundo Prædictionum: Cui multum sanguinis sursum ac deorsum eruperit, & febris insuper accesserit, eum multa aqua repletum iri timor est. Atque hic hydrops breuissimi temporis est, & ex hoc paucissimi euadunt. Verùm de his præmonere decet. At quibus magni tumores facti emarcescunt, ac rursus attolluntur, hi magis conualescunt, quàm illi qui ex sanguinis eruptione implentur. Verùm fallunt hi hydropes ipsos ægrotos, faciunt que ut ipsi à medicis discedant, ac pereant. Pulchrè Celsus omnem eam sententiam complexus est, nisi quòd prædictionis non commeminerit.

Illud iurè aliquis mirabitur.) Transgressio quædam est, cum beneuolentiæ captatione noua, à rei nouitate & mirculo petita. Mirum nanq; uideri potest, quo pacto idem & boni pręse speciem præferat, & noceat tamẽ. Quod tum fieri assolet, quoties bono quopiam abutimur. Vt si quando id quod per se commoditatem allaturum erat, malum euadit, uel alterius rei coniunctæ pernicie, uel quia ipsum nimium fit. B

Nam sine aqua inter cutem.) 6. Aphoris. 27. ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου, ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται. id est: Quicunq; suppurati aut hydropici secantur, aut uruntur, hi pure aut aqua aceruatim confertimq; emissa, omnino moriuntur. Nam certè confertæ uacuationes, quæ semel sua uniuersa profundunt, omnes perniciosæ sunt, propter spiritus, qui simul plurimi non exhauriri non possunt.

Articuli uerò qui sic dolent.) Secundo Prædictionum: Quicunque aut senes sunt, aut circa articulos callos tofaceos habent, aut ærumnosè uiuunt, ac siccam aluum habent, hi omnes sani fieri humana arte, quantum equidem noui, non possunt. Celsus, hic magis paraphrasten fidelem, quàm interpretem egit: si ærumnosam etiam uitam aluumq; resiccatam, quæ propè præcipua sunt, non omisisset.

Morbus quoq; comitialis.) Huc pertinet Aph. 7. è libro Hippocratis quinto, quem hoc eodem capite suprà protulimus.

Multoq; ægrius is qui post.) Secundo Prædictionum: Ex his porrò qui sacro morbo corripiuntur, difficillimè quidem liberantur hi, quibus à puero contingit morbus, & simul ad uirilem ætatem peruenit. Deinde hi, quibus corpore in uigore ætatis constituto obortus fuerit, à uiginti quinque annis ad quinq; supra quadragesimum. Post hos autem quibus factus fuerit morbus, nullam significationem præbet ex qua corporis parte initium sumat. Et paulo pòst: Quicunque senes apprehendi incipiunt, maximè moriuntur. Et si fortè fortuna non pereant, statim celerrimeq; per se liberantur. A' medicis autem minimè opem auxiliumq; percipiunt. Celsus sententiam quamproximè reddidit, uerba uerò non adnumerauit. C

Si uerò aut mens læsa est.) Posteaquam Hippocrates morbum comitialem à certa corporis parte subortum, medicinæ patère dixisset, protinus hęc addidit: Nisi mens mali aliquid habuerit, aut nisi quis stupore attonito sideratus fuerit. Nam hæ, inquit, atrabilariæ mentis emotiones conducere nequeunt. Neruorum porrò resolutionem pro apoplexia, seu morbo attonito, pro more suo Celsus dixit.

Deiectionibus quoq; si febris accesit.) Lib. 2. Prædictionum: Dysenteriæ siquidem cum febre inuaserint, aut uarijs alui egestionibus, aut cum iecoris inflammatione, aut præcordij quoque, aut uentris, aut quæ dolorosæ fuerint, aut

A aut cibos intercipiunt, sitimq́ inducunt, hæ omnes malæ sunt. Et qui sanè plurima horum malorum habuerit, citissimè peribit. Cui uerò paucissima adfuerint, illi plurima uitæ spes est. Moriuntur autem maximè ex hoc morbo pueri quinquennes, & item seniores, decennesq́. Cæteræ uerò ætates minus. Et paulo pòst: Si quid illorum quoq́ in uterum gestante, atq́ grauidata muliere apparet, & fœtui perniciem denũciat, & prægnanti periculum minitatur, si non post fœtus effugium, & secundæ exolutionem, ipsa dysenteria eodem die aut tempore paulo pòst desinat. Deiectionem in Celso pro torminibus, quibus ille dysenteriam notare solet, esse positam, nonnihil germanæ sententiæ officit. Quanquam paulo pòst torminum ueterum, nescio quo pacto, etiam commeminit. In cæteris autem fides bona præstita est. Nam ciborum fastidium in siti facilè comprehendas, quæ ægrè ambo cõmiscentur. Et longioris temporis illa in Hippocrate significatio omissa. si, ut fit à Celso, addatur, parum incõmodi adfert. Quando hæc adfectio diuturna esse solet, & uetustate esse periculosa, quam tamen huc detractam puto ex ijs, quæ Hippocrates paulo pòst de lienteria est subditurus. Nam Celso hæc eadem ibi prætermittitur. Cæterùm in mulierũ periculo, aliquanto est breuior quàm ut omnem rem ad unguem exprimat. Quia non idem omnibus metus imminet, ut apertè id etiam docet Hippocrates.

B *Quinetiam tormina ab atra.)* 4. Aphor. 24. δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον. id est: Dysenteria si ab atra bile incipiat, mortifera est.

Aut si sub his extenuato.) Ὁκόσοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως λελεπτυσμένοισι χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι. id est: Quibuscunque ex morbis acutis, aut diuturnis, aut ex uulneribus, aut aliàs extenuatis atra bilis, seu cuiusmodi sanguis est niger, subierit, postridie moriuntur. Ex quo nimirum Aphorismo Celsus hanc sententiam mutuatus est, causis attenuati corporis omissis.

At intestinorum læuitas periculosior est.) Exemplaria typis excusa coniunctionem Aut, pro At, initio huius orationis perperam, meo quidem iudicio, cõstituunt. Ac multo etiam uitiosius nouam sententiam à cõparatiuo Periculosior inchoant, qui erat omnino læuitati intestinorum adijciendus. Nec leuiori delicto paulo pòst, pro sono, somno inuenias. sunt enim è 2. Prædict. hæc desumpta, ubi Hippocr. ita scripsit: Læuitas intestinorũ, lienteriæ Græcis appellatæ, quæ quidem sunt cõtinuæ & diuturnæ, & omni hora uel cum strepitibus, uel sine ijsdem exturbantur, & similiter noctu atq́ interdiu incũbunt, egestione subeũte, seu ualde cruda, seu nigra & leui ac graueolente, hæ omnes malæ sunt. Nam & sitim inducunt, & potionem non ad uesicam promouent, ut per urinam expellatur, & os exulceratũ, & ruborem elatũ in facie efficiunt, & maculas solares uarios colores habentes. Simul autem &

C uentres emollitos & sordidos acrugosos reddunt. Ex quibus homines impotentes fiunt ad cibũ capiendum, ad deambulandum, ad facienda alia quę essent facto opus. Estq́ morbus hic grauissimus senioribus, sed & uehemẽs est uiris. At reliquis ætatibus multo est clementior. Celsus ut explanata uenustaq́ oratione hæc omnia expressit: ita causam, cur potus non in uesicã, sed in intestina defluat, ex ultimo Aphorismo libri quarti annexuisse uidetur. Qui, etsi non eadem pariaq́ uerba, certè parem sententiam, causam'que eandem continet: Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γιγνομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει. id est: Mictio de nocte dum multa fit, paruam alui deiectionem declarat. Quod uti uerum est: ita si interdiu idem fiat, similiter respondet. Contraq́: Quibus aluus seu noctu, seu interdiu exolutior est, ijs lotium parcius redditur. Verùm ubi Celsus paulo pòst, Pinguis uenter, reddit, ὦ λιπαρὲ legisse uidetur, quum castigatiora exemplaria ῥιπαρὲ habeant.

Si uerò in tenuiore intestino morbus.) 7. Aphoris. 10. ὑπὸ εἰλεοῦ ἐμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν. id est: Ex uoluulo seu ileo, seu ut Celsus uocat, ex tenuioris

nuioris intestini morbo uomitus, aut singultus, aut cõuulsio, aut delyrium, malum. In Coacis Prænotionibus: Voluulosis, inquit, uomitus, & surditas, malum. A

At in morbo arquato durum.) 6. Aphoris. 42. ἐν τοῖσιν ἰκτεριῶσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν. id est: Morbo regio, siue arquato laborantibus, si iecur durum fiat, malum est. Et 4. Aph. 64. Morbum regium in febribus septimo, aut nono, aut undecimo, aut decimoquarto die accedere, bonum pronunciat: nisi dextrum hypochondrium, in quo iecur comprehenditur, sit obdurius.

Quos lienis malè habet.) 6. Aphor. 43. ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγενομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης, ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται. id est: Quicunque splenici siue lienosi à dysenteria corripiuntur, his longa facta dysenteria, aut hydrops accedit, aut intestinorũ læuitas, & intereunt. Minimum est, si sententiam spectes, aut potius nihil est, in quo ab Hippocrate Celsus discrepet.

Morbus intestini tenuioris.) 6. Aphorism. 44. ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, &c. id est: Quibuscunque ex urinæ stillicidio uoluulus accedit, ij intra septem dies pereunt, si non febre obueniente satis urinæ profluxerit. In Coacis Prænotion. ita habet: In urinæ stillicidio, si uoluulus accidat, septima die perimit, nisi febre oborta, urina aceruatim prodeat. Celsus longiusculè, dum breuitatem nimium hic studiosè aucupatur, à sententia genuina Hippocratis aberrat. Non enim Hippocrates intestini tenuioris morbum uoluulumque semper intermere, nisi intra septimum diem resoluatur, docet: sed ex urinæ stillicidio natum, intra dies septem hominem enecare tradit, si non febris urinæ multitudine excitata liberet. Celsus initia, & unde nascatur, & quomodo à morte uindicet, prætermisit: quæ erant in hac sententia præcipua, maximeque momentanea. B

Mulier ex partu cum febre.) In Prænot. Hippocrates, posteaquam docuit quæ essent ratione dies morborum iudiciarij, fortunati aut infortunati obseruandi: Iuxta eandem, addit, rationem mulieribus quoque iudicationes ex partu fiunt. deinde continenter proxima oratione adijcit: Capitis dolores fortes & continui cum febre, si quidem lethaliũ signorũ quid accesserit, perniciosi ualde sunt. Si uerò absque talibus signis dolor uiginti dies trãsmiserit, & febris unà traxerit, sanguinis è naribus profusionẽ, aut abscessum quempiã ad infernas partes expectare decet. Celsus, quæ Hippocrates ad omnes in genere homines accõmodat, rerum statim antecedentium, nempe mulierũ mentione fortassis deceptus, ad solas fœminas quæ pepererint, contrahit. Nec quãdo eadem illa periculum minitentur, nec quem alioqui euentũ sortiantur, ostendit. Angustè itaque plus satis, attamen non uanè aut falsò hæc scripsit.

Si dolor atq; inflammatio.) In Coacis Prænot. Spiritus qui densus quidem, & paruus est, inflammationem & dolorem in locis principalibus significat. In Prænotionibus alteris: Spiritus densus dolorem significat, aut inflammationem in locis supra septum transuersum. Celsus partes quibus uiscera continentur, pro ijs quib. thorax circumscribitur, terminaturque, posuit. Nec quisquam est qui dolorem atque inflammationem earum partium malam esse neget: qui saltem recordetur illius 6. Aph. 54. In morbis acutis, qui cum febre fiunt, luctuosæ respirationes, malæ sunt. C

Si sine causa longus dolor capitis.) Lib. 2. Prædictionum: Quibus dolores sine manifestis causis fiũt, & diuturni, & in toto capite: suntque illi qui afficiuntur & graciles & debiles: his prædicendum est, morbũ longè grauiorem priore esse. Si uerò etiã ad collũ, & ad dorsum dolor descẽdat, caput relinquens, & iterũ ad caput recurrat, etiã is grauior est. At horũ omniũ grauissimus est, si ex capite ad collũ ac dorsum cõtendat. Vtilitatẽ uerò his ex abscessibus fore expectãdũ est. Aut ubi pus per tussim reiecerint, aut hemorrhoides, aut pustulas in corporib. enatas habuerint. Cõducit & caput, si q̃d furfures habeat.

A Hippocrates quatuor capitum dolentium ordines proponit. Primum, ex magnis uentis aut frigoribus post calorem excitatum. de quo suprà dictum est. Alterum, nulla manifesta ex causa ortum, ac diuturnum, in toto gracilis hominis atque debilis capite consistentem, superiore grauiorem. Tertium, è capite in collum, dorsum'que, & hinc rursus in caput recurrentem, prioribus etiam peiorem. Quartum, omnium longè pessimum, è dorso colloq; caput non repetentem. Celsus nec hos ordines, duntaxat omnes, obseruauit, nec hæmorrhoidum commeminit. Et uomicam cum puris reiectatione, quæ separauit Hippocrates, confudit atque commiscuit. Cæterùm prurigi-nem in excusis exemplaribus pro porrigine, uoce penè simili, sed significatu diuersissimo, legi, librariorum errore atq; inscitia commissum est.

Aeque magnum malum est, ubi torpor.) Secundo Prædictionum: Torpores & puncturæ pruriginosæ uelut ab urtica, quibus per caput modò totum, modò aliquam eius partem discurrunt: sæpe uerò & frigiditas aliqua ab ipsis sentiri putatur, quasi per caput discursare: ipsos interrogare oportet, an etiā ad summam linguam punctura illa procedat. Si enim hoc fecerit, perfectius morbus fit, & qui difficulter dimoueri possit. Verùm absque hoc facilis est. Vtilitas in his quoq; ab abscessibus expectanda est, sicut antè scriptum est: sed tamen abscessus minus in his, quàm in prioribus, accidunt.

B *In coxæ uerò doloribus si uehemens.*) Libro secundo Prædictionum: De coxendicum dolore sic statuendum est. Quibuscunq; senioribus & torpores uehementissimi sunt, & perfrigetationes tum lumborum, tum crurum, & qui pudendum arrigere non possunt, ac quibus aluus non egerit, nisi ad necessitatem coacta, & procedit ipsis multus stercoraceus muccus, his maximè diuturnus morbus erit, prædicendum'que est annum, ut minimum, morbum duraturum esse, & ab eo tempore quo incœpit & opem ad uer & æstatem expectandam esse. Torporem uehementem pro uehementissimo positum esse, quum superlatiuus positiui solum ἐπίτασιν atque auctionem quandam declaret, in tenui statuendum est delicto. Atq; pro lumbis coxam rursus substitutam esse, nouum in Celso non est. At pro minimum annuus, minimè annuus, contrario omnino sensu legi, typographorum prorsus incuria peccatum existimo. Quemadmodum & autumnum pro æstate, sciolorum imperitia irrepsisse, graui rectæ sententiæ cum iactura, credo.

Difficilis æque curatio est in eadem ætate.) Libro secundo Prædictionum: Dolotibus humerorum, qui quidem ad manus descendunt, torporesq; ac dolores inducunt, abscessus non succedunt. Verùm nigram bilem si euomant, sanantur. Qui uerò isthic in humeris manent, aut etiam ad dorsum progrediuntur, eos puris aut atre bilis uomitu effugiunt. Vomitu, qui facilè spi-

C rauerint, graciles q; fuerint. Pure eiecto, qui difficilius spirauerint, atque in faciem ipsis color incurrit, qui prius non fuit, siue rubicundus, siue niger: præsertim si ijsdem etiam pedes tument. Atque hic sanè morbus uiris uehementissimus esse solet, à quadragesimo ad usque sexagesimum annum. Celsus ex his Hippocratis uerbis suam omnem sententiam compilauit uerius, quàm transtulit. Nam & omisit pleraq;, & ab ijs qui curabiles sunt, eos qui sanari nequeant, colligit.

Quacunque uerò parte corporis membrum aliquod.) Secundo Prædict. Quibus unà cum hoc, quod eam mouere non possunt, morbosa corporis pars attenuatur, hi in sanitatem restitui non possunt. Quibus aūt colliquationes non accesserint, hi sani euadent. Cæterùm de tempore quando sani futuri sunt, prædicendum est, respectu habito ad uim morbi, & ad tempus, & ad ętatem hominis, & ad anni partem. Ita ut eius rei memor sis, quod uetustissimi morbi, & pessimi, & qui reuoluuntur, grauissimè obediunt. Itemq; in his, qui uetustissimis sunt corporibus. Sed & autumnus & hyems ad tales morbos sub-

submouendos minus præsidij atque cõmoditatis præstant, quàm uer & æstas. A
Quibus uerbis etsi Hippocrates neque resolutorum, neque sideratorũ mentionem facit, tamen & horũ ea sententia, quæ proximè ante hanc orationẽ antecedit, meminit: & omnis hic sermo, de talibus fieri uerba, facilè significat. Celsus rem omnem fideliter ad Latinos, uerbis uerba reddere securus, conuertit. huc refer Aph. illum 55. lib. 6. τὰ ποδαγρικὰ ἦρος, καὶ τοῦ φθινοπώρου κινεῖται, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. id est: Podagricæ affectiones uere & autumno ut plurimũ mouentur. Et secundo Prædict. Ex omnibus morbis longis plerique omnes sub autumnũ periclitantur. Porrò quod in typis excusis exemplaribus legitur, Aliquid separatim post, pro eo quòd rectum erat, meo quidem iudicio, Aliquid sperari pòtest, temporũ hominumque indoctorum iniuria factum est.

Isque morbus mediocris uix.) 2. Aph. 42. λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον. id est: Sideratio, siue morbus attonitus, siue apoplexia fortis quidem sanari omnino nequit: debiles uerò haud facilè potest.

Omnis etiam dolor minus medicinæ patet, qui sursum procedit.) Istud Hippocrat. plerisque in locis inculcat: & ratio à partium earũ uiscerumque præstantia sumitur.

Mulieri grauidæ si subitò mammæ.) 5. Aph. 37. γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἐξαίφνης οἱ μαζοὶ ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει. id est: Mulieri uterum gestanti, si mammæ repentè gracilescant, abortit.

Quæ neque peperit, neque.) 5. Aph. 39. ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε. id est: Si mulier, quæ neque prægnans est, neque peperit, lac habet, menses ipsi defecerunt. B

Quartana æstiua breuis.) 2. Aph. 25. οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι, τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροί, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. id est: Aestiuæ quartanæ plerunque sunt breues: autumnales uerò longæ, & maximè quæ hyemem attingunt. Celsus longissimas esse quæ hyeme nascerentur, intellexit. Hippocrates, quæcunque hyemalis cœli participes sint, etiam alio tempore genitas.

Si sanguis profluxit.) 7. Aph. 9. ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη ἢ σπασμός, κακόν. id est: A' sanguinis profluuio delyrium, aut conuulsio, malum. Celsus non ἢ id est, aut: sed καὶ, hoc est, & legisse uidetur.

Itemque si medicamentis.) 5. Aph. 4. ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν. id est: Ex immodica purgatione conuulsio, aut singultus, si accedat, malum. At 7. Aph. 25. ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς θανατώδης. hoc est: Ex medicamenti potione conuulsio mortifera est.

Aut si in magno dolore.) 7. Aph. 26. ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην, ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν. id est: Ex forti dolore earum partium quæ circa uentrẽ sunt, frigere extremas, malum est. Seu Celsi, seu potius temporũ negligentia, uentris mentio omissa est, uerè tamen, ea non addita, etiam dici potest. In magno omni dolore extremas partes frigere, malum est. Nam uel inflammationis grauis, uel alterius incõmodi neutiquã contemnendi, indicium ferè est. C

Neque is ad uitam.) 2. Aph. 43. τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα. id est: Ex ijs qui strangulantur, aut submerguntur, necdum uerò mortui sunt, non reualescunt, quibus spuma circa os fuerit. Celsus submersionis non meminit, fortassis quòd ijs non æquè os spumescere reperiatur. Aut potius, quod καταλύεσθαι ad detractionem à suspendio retulerit: quod alij dissolui, alij mori uerterunt.

Aluus nigra.) 4. Aphor. 21. Deiectiones alui nigræ, uelut sanguis niger, sua sponte prodeuntes, & in febre, & sine febri, pessimæ sunt. Et quanto plures fuerint, peiores que colores, tanto id deterius est. Cum medicamento uerò melius: et quanto tum colores fuerint plures, hoc melius est. ἀπὸ αὐτομάτου, repentinæ uertit Celsus. Quàm bene, nouerunt qui Græcam linguam uel primoribus labris attigerunt. Vt ne etiam dicam, optimam propè Aphorismi partem esse prætermissam.

Cognitis

A COgnitis indicijs, quæ nos uel spe consolentur, uel metu terreant, ad curationes morborum transeundum est. Ex his quædam communes sunt, quædam propriæ. Communes, quæ pluribus morbis opitulantur: propriæ, quæ singulis. Antè de communibus dicam. Ex quibus tamen quædam non ægros solum, sed sanos quoque sustinent, quædam in aduersa tantum ualetudine adhibentur. Omne uerò auxilium corporis, aut demit aliquam materiam, aut adijcit, aut euocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit. Quædam nõ uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrarijs adiuuant. Demitur materia, sanguinis detractione, cucurbitula, deiectione, uomitu, frictione, gestatione, omnique exercitatione corporis, abstinentia, sudore. De quibus protinus dicam.

ENARRATIO.

B *Cognitis indicijs.*) Nihil est quo medicus plus sibi fidei atque authoritatis comparet, nihil quo magis suspiciatur, quàm ut bonæ malæque spei, quantum in quaque ægrotatione sit reliquum, prospiciat atque pronunciet. Vt & præteritas res intelligere, & præsentes agnoscere, & futuras prouidere posse intelligatur. Ita enim & causæ cuiusque mali uim, & morbi atrocitatem, & symptomatum atque accidentium rationem cognoscere uidebitur. Ex quibus deinde nemini, qui modò ingenio atque usu ualeat, quantum curæ, ac cuiusmodi, in quoque uitij tempore, sit impendendum, difficile fuerit inuenire. Quare totam Semioticen indiciorumque disciplinam primùm in oculis atque animo impressam habere conuenit: ut notas cõmunes omnes, priuatasque in qualibet mortalium afflictione in promptu atque procliui habeat. Deinde ut ex illis ipsis signis mox pro causę, & morbi, & accidentium natura, salutarem, quoad rerum natura patitur, curationem instituat. In quibus, ut è themate ad hypothesin descendere natura ratione que docemur: ita ex generalibus, latissimeque patentibus, ad angustiora, ac propria cuiusque uitij signa deuenire decet. Quæ Celsus & obseruauit in signis exponendis hactenus, & præstabit posthæc in tradendis curationibus sequentibus. Cum itaque sint Therapeutices, rationisque ualetudinis depellendæ partes duæ: nempe, ut quæ superãt, corpori eximantur: deinde, ut salutaria congruaque subijciantur: Primùm quibus rebus in genere corporis damna euocentur: tum sub finem huius
C libri, quibus rebus apta bonæ ualetudini sufficiantur, generatim explicabit. Priora sanguinis detractione, purgatione, & per cutem clàm palàmque dissipatione cõtinentur. Detrahitur sanguis, uel uena pertusa, uel cute incisa scalpello, cucurbitaque adfixa. Purgatur corpus tum uomitione, tum deiectione siue lotij, siue alui, siue purgamenti cuiuslibet. Per cutem dissipant, frictio, unctio, exercitatio, lotio: & quæ his non admodum dissimilis est, abstinentia atque ieiunium. Posteriora breui eorum quæ in uictu posita sunt, expositione atque intelligentia, & rerum omnium ui atque facultates cõsentientiũ pugnantiumque, tanquam nidis ac locis cõmunibus quibusdam complectitur.

Omne uerò auxilium.) Hippocrates libro de Natura humana, medicinam omnem duabus partibus definit, aphæresi, & prosthesi, duobus metaplasmi generibus. nempe, eorum quæ superant, detractione: & quę desunt, ut modò dixi, additione. Quæ ambo rursus efficiuntur calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, aut arefacientibus. Quorum quæ calent, quæque madent, bona ex parte euocant: arida frigidaque uel stipãt, uel reprimunt. Quæ-

dam pro substantiæ tenuitate, & crassitie ac temperatione ipsorum multiplici, multa præstare possunt: saluia siquidem, melilotus, stœchas, pęonia, crocus, atramentum sutorium, atq; innumera alia non diuersis modò, sed sæpe contrarijs facultatibus sunt prædita, ut euocent reprimantq;, & quasi calore frigoreq; pariter afficiant, quum alterum è materie ui, alterum è temperationis modo habeant.

De sanguinis detractione per uenas. Cap. X.

SAnguinem, incisa uena mitti, nouum non est: sed nullum penè morbum esse, in quo non mittatur, nouum est. Item mitti iunioribus, & fœminis uterum nõ gerentibus, uetus est. In pueris uerò idem experiri, & in senioribus, & in grauidis quoq; mulieribus, uetus non est: siquidem antiqui, primam ultimamq; ætatem sustinere non posse hoc auxilij genus iudicabant: persuaserantq; sibi, mulierem grauidam, quæ ita curata esset, abortum esse facturam. Postea uerò usus ostendit, nihil ex his esse perpetuũ, aliasq; potiores obseruationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest enim non quæ ætas sit, neq; quid in corpore intus geratur, sed quæ uires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est, aut si mulier (quæ grauida non est) parum ualet, malè sanguis emittitur. Emoritũ enim uis, si quę supererat, et hoc modo erepta est. At firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier ualens, tutò curantur. Maximè tamen in his medicus imperitus falli potest, quia ferè minus roboris illis ætatibus subest. Mulieriq; pręgnãti post curationem quoq; uiribus opus est, nõ tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum. Non quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendũ est: cum præcipua in hoc ars sit, quę non annos numeret, neque conceptionem solam uideat, sed uires æstimet, & ex eo colligat, possit nec'ne superesse quod uel puerũ, uel senem, uel in una muliere duo corpora simul sustineat. Interest enim inter ualens corpus & obœsum, inter tenue & infirmũ. Tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat. Facilius itaq; illi detractionẽ eiusmodi sustinent: celeriusq; ea, si nimiũ est pinguis aliquis, affligitur. Ideoq; uis corporis melius ex uenis, quàm ex ipsa specie æstimatur. Neq; enim solum hæc consideranda sunt, sed etiam morbi genus, quod sit. Vtrum superans, an deficiens materia, læserit. Corruptum corpus sit, an integrum. Nam si materia uel deest, uel integra est, istud alienum est. At si uel copia sui malè habet, uel corrupta est, nullo modo melius succurritur. Ergo uehemens febris, ubi rubet corpus, plenæq; uenæ tumẽt, sanguinis detractionem requirit. Item uiscerũ, morbi, neruorũq; resolutio & rigor & distentio, quicquid deniq; fauces difficultate spiritus strangulat, quicquid subitò supprimit uocem, quisquis intolerabilis dolor est, & quacunq; de causa ruptum aliquid intus atque collisum est. Item malus corporis habitus, omnesq; acuti morbi, qui modò, ut suprà dixi, non infirmitate, sed onere nocent. Fieri tamen

A men poteſt, ut morbus quidẽ id deſideret, corpus aũt uix pati poſſe uideatur. Sed ſi nullũ tamen appareat aliud auxiliũ, periturusq́ ſit qui laborat, niſi temeraria quoq́ uia fuerit adiutus in hoc ſtatu: boni medici eſt oſtẽdere, quàm nulla ſpes ſine ſanguinis detractione ſit, faterić quantus in hac ipſa re ſit metus. & tum demũ ſi exigatur, ſanguinẽ mittere: de quo dubitari in eiuſmodi re nõ oportet. Satius eſt enim anceps auxilium experiri, quàm nullum. Idq́ maximè fieri debet, ubi nerui reſoluti ſunt, ubi ſubitò aliquis obmutuit, ubi angina ſtrangulatur, ubi prioris febris acceſſio penè confecit, paremq́ ſubſequi ueriſimile eſt, neq́ eandem uidenẽ ſuſtinere ægri uires poſſe. Cum ſit aũt minimè crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuũ eſt. Neq́ enim ſemper cõcoctionem res expectat. Ergo ſi ex ſuperiore parte aliquis dęcidit, ſi contuſus eſt, ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinẽ uomit, quãuis paulo antè ſumpſit cibũ, tamen protinus ei demenda materia eſt: ne ſi ſubſederit, corpus affligat. Idemq́ etiam in alijs caſibus repentinis, qui ſtrãgu
B labunt, dictũ erit. At ſi morbi ratio patiaẽ, tum demũ nulla cruditatis ſuſpectione remanente id fiet. Ideoq́ ei rei uideẽ aptiſsimus aduerſæ ualetudinis dies ſecundus, aut tertius. Sed ut aliquando etiã primo die ſanguinẽ mittere neceſſe eſt, ſic nunquã utile poſt diem quartũ eſt, cum iam ſpacio ipſo materia & exhauſta eſt, & corpus corrumpit, ut detractio imbecillum id facere poſſit, nõ poſſit integrum. Quod ſi uehemens febris urget, in ipſo impetu eius ſanguinem mittere, hominem iugulare eſt. Expectãda ergo remiſsio eſt, ſi nõ decreſcit, ſed creſcere deſiit, neq́ ſperatur remiſsio, tũc quoq́ quamuis peior, ſola tamen occaſio nõ omittenda eſt. Ferè etiã iſta medicina ubi neceſſaria eſt, in biduũ diuidenda eſt. Satius eſt enim primùm leuare ęgrũ, deinde perpurgare, quàm ſimul omni ui effuſa fortaſſe præcipitare. Quod ſi in cura quoq́ aquæ quæ inter cutem eſt, ita reſpondet, quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? Mitti uerò is debet, ſi totius corporis cauſa ſit, ex brachio: ſi partis alicuius, ex ea ipſa parte, aut certæ quàm proxima: quia non
C ubiq́ mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachijs, iuxta talos. Neq́ ignoro quoſdam dicere, quàm longiſſimè ſanguinem inde ubi lædit eſſe mittendum. Sic enim auerti materiæ curſum: at illo modo in idipſum q̃d grauat, euocari. Sed idipſum falſum eſt. Proximum enim locũ primò exhaurit. Ex ulterioribus aũt eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur: ubi is ſuppreſſus eſt, quia nõ trahitur, ne uenit quidem. Videtur tamen uſus ipſe docuiſſe, ſi caput fractũ eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendũ eſſe. Si q̃d in humero uitiũ eſt, ex altero brachio: credo, quia ſi quid parũ ceſſerit, opportuniores hæ partes iniuriæ ſunt, q̃ quæ iam malè habent. Auertitur quoq́ interdum ſanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur. Deſinit enim fluere quà uolumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere. Mittere aũt ſanguinem cum ſit expeditiſſi-

mum, usum habẽti: tum ignaro difficillimũ est. Iuncta enim est uena arterijs, his nerui. Ita si neruũ scalpellus attigit, sequitur neruorum distentio, ea quæ hominem crudeliter cõsumit. At arteria incisa neq; coit, neq; sanescit, interdum etiam ut sanguis uehementer erumpat, efficit. Ipsius quoque uenæ, si fortè præcisa est, capita cõprimuntur, neq; sanguinem emittunt. At si timidè scalpellus demittitur, summã cutem lacerat, neq; uenam incidit. Nonnunquam etiam ea latet, neq; facile reperitur. Ita multæ res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimũ est. Incidenda ad medium uena est, ex qua cum sanguis erumpit, colorem eius, habitumq; oportet attendere. Nam si is crassus et niger est, uitiosus est: ideoq; utiliter effunditur. Si rubet & pellucet, integer est. Eaq; missio sanguinis adeò nõ prodest, ut etiam noceat, protinusq; is supprimendus est. Sed id euenire non potest sub eo medico, qui scit ex quali corpore sanguis mittendus sit. Illud magis fieri solet, ut æquè niger assiduè ac primo die profluat. Quod quamuis ita est, tamen si iam satis fluxit, supprimendus est. Semperq; antè finis faciendus est, quàm anima deficiat. Deligandumq; brachium super imposito expresso ex aqua frigida penicillo, et postero die aduerso medio digito uena fe rienda, ut recens coitus eius resoluatur, iterumq; sanguinem fundat. Siue autem primo, siue secundo die sanguis, qui crassus & niger initiò fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, satis materiæ detractum est, atq; quod superest, sincerum est. Ideoq; protinus brachium deligandum habendumq; ita est, donec ualens cicatricula sit, quæ celerrimè in uena confirmatur.

(Margin letters: "A" beside the first line; "B" beside the line ending "quàm ani-".)

ENARRATIO.

Persuaserantq; sibi.) 5. Aphoris. 31. γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον. id est: Mulier grauida è secta uena emisso sanguine abortit, eo magis, quo fœtus fuerit grandior. At id de grandi illa & copiosa euacuatione intelligi debet, qua sub Hippocratis, ueterum'que tempora utebantur: dum libras sanguinis totas, eas'que multas sæpenumero emittere non dubitabant. Nam nostra ista exilis & pauca, timidáque, in angina, in pleuritide, in graui lapsu aut ictu, uterum etiam gestantis mulieris, non modò nihil officit, sed prodest etiam plurimũ. Quamobrem in eiusmodi necessitate subita, seu puerorum, seu senum, seu grauidarum prægnantium'que mulierum, quemadmodum ueterem illam copiosamq; detractionem etiam nunc formidamus, & exhorruerunt omnia secula: ita mediocrem, & uiribus corporiq; consentaneam ac conuenientem, cum Celso libenter amplectimur.

(Margin letter "C" beside the line ending "etiam ge-".)

Postea usus ostendit.) Duo in secanda omni uena maximè spectanda sunt: uirium robur, quod non modò in præsens sufficiat, sed quod etiam non facilè in posterum dilabatur: & morbi magnitudo, quæ uel iam adsit, & doloris ferè pulsuúmque magnitudine perniciem minitari intelligitur, uel quæ uideatur futura. Vt enim graues sunt internæ omnes inflammationes, febres acutæ, apoplexiæ, atque eius generis morbi alij plurimi, citra febrem etiam acuti: ita graues futuræ sunt illæ diariæ, quæ propter obstructiones in synochas facilè conuertantur, & intermittentes quædam, quæ seu pro-

pter

A pter aeris maliciam, seu ægri intemperantiam, seu custodum amicorumq́
inscitiam, seu laborantis quoque naturam continuæ magnæ'que facilè e-
uadant. Et quæ denique statis temporibus sæuissimè hominem torquent
& discruciant, ut sunt oculorum, aurium, pedum, artuum, coli inflamma-
tiones. Sapientissimè itaque Celsus hæc duo cumprimis spectanda ani-
maduertit. Non autem perinde ætatem, non uterum, non aliam rem
quampiam: nisi quatenus uel parum graui præcipiti'que urgente pericu-
lo huc accommodantur, uel urgente grauissimo rem ipsam temperant. Id
quod in regione quoq;, & cœli præsentis habitu dispici debet uel cum sum-
ma diligentia: propterea quòd si dictis ætatibus, & grauidatis mulierscu-
lis plus iusto sanguinis euoces, præsentem perniciem, si non duobus corpo-
ribus, certè uel matri, uel fœtui sis allaturus. Sin minus æquo detrahas,
nec morbum iam subleuabis: & præsidio præstito, imò negato, homicidium
committes. Quocirca nec nullius hominis, nec cuiusuis quoque munus
hoc est, atq; tractatio: nec medici quidem, nisi sobrij & sapientis, & usu do-
ctrinaq; præcellentis.

Interest inter ualens corpus & obœsum.) Vires corporis earum facultatum, quæ
toti ipsi gubernando à natura præficiuntur, integritate cognoscuntur. ut qui
sensibus animi corporis'que, & motibus omnium partium firmis constant:
B qui spiritibus & calore genuino locupletes sunt, qui sanguine bono & suffi-
cienti præditi sunt. Quales sunt, qui proba alimenta feliciter concoquunt,
qui iecore ualente & calido, minimeq; arido naturaliter donati sunt. Iis e-
nim & calore ipso uenæ distenduntur, & sanguinis copia implentur, & cor-
pus undique plenum, rubicundumq; conspicitur. Obœsum uerò turget i-
psum quidem adipis atque abdominis mole multo magis, & uastius appa-
ret: sed uenis abditis & angustis, & pauco sanguine, paucisq; spiritibus di-
stentum cernitur. Qui sanguis uti in moderatè calentibus corporibus in car
nem: sic istis pinguibus & obœsis, quòd sint frigidiores, in adipem conuer
titur. Quamobrem nec si his corporis moles est amplior, idcirco est robu-
stior: nec si illis superioribus inest contractior, ideo protinus est infirmior.
Verùm uentricosis omnibus ac pinguibus minimum subest sanguinis, con
traq; tenuibus ferè plurimum: nisi & ariditate iecoris corporisq; squalent, &
sanguinis idcirco penuria uenarumq; angustia marcent. Sanguinis itaq;
mittendi prima ratio à uiribus, ut modò docui, pendet. Vires deinde expen
duntur nec mole, nec gracilitate corporis: sed tum facultatum atque opera-
tionum omnium in cuncto corpore integritate, tum uenarum in toto homi-
ne plenitudine & conspicuitate. At ita, ut nec igni, nec exercitio, nec exter-
na ulla ui aut causa, sed iecoris naturali tantum temperatione ac salutari intu
mescant. Nam quibuscunq; plenitate quadam uenæ seu puri sanguinis, seu
C impuri inferciuntur, in ijs prima curandi ratio ab illius emissione inchoanda
est: deinde ad purgationes, pro impuritatis ratione modoq; descendendum
est: sed timidius in immundis, ac tutius audacius'que in puris extrahi po-
test. Nam qui spurco, aut parum recto sanguine contaminantur, eo paucio-
re semel iterum'que sanguine educto leuantur, quo est ipsorum natura fri-
gidior. Quare confidentissimè mero sanguine plenis uena tunditur, me-
ticulosius bilioso sanguine, & quam his timidius quoque melancholico,
omniúmque parcissimè pituitoso differtis. Et quanto cum plenitudine
coniuncta legitimi sanguinis minus inest, tanto & parcius uena secta e-
ducere, & largius medicamento idoneo purgare decet. Adeò, ut si à
plenitate nihil metuatur, sanguinis nihil eripi debeat, sed puri dimittendi,
impuri solis purgationibus ab immundicie sint uindicandi.

Neq; enim sola hæc consideranda sunt, sed etiam morbi.) Est hoc quod diximus, se-
cundo loco in omni uenæ sectione obseruandum esse. Nam morborũ sanè

omnium, seu præsentiũ, seu imminentiũ, qui ex sanguinis ubertate, aut quauis illius eruptione atq; coaceruatione nasci cõsueuerunt, propria ac prima A
certaq; curatio sanguinis detractione perficitur: cuiusmodi sunt synochi febres omnes, omniumq; partiũ, sed maximè principũ phlegmonæ atq; inflãmationes, sanguinis uel sputa, uel uomitiones, uel per nares, per hæmorrhoidas, per menses nimiæ eruptiones, & cũ plenitudine cõnexæ febres omnes: tum capitis auriumq; pulsantes dolores, lethargi, uertigines, apoplexiæ graues, cordis palpitationes, calidæq; arthritides, podagræ, ischiades, & quæcunq; denique similis formæ inueniuntur ægritudines aliæ. Sed de tota hac materia, haud scio an quisquam hactenus Ioanne Fernelio Ambiano, uia rationeq; melius, dilucidius, aptius, doctiusq; conscripserit: quo ego libẽtius eius disciplinam amplector, & illi ingenuè laudem summam quam meretur tribuo.

At si copia sua malè habet.) Diximus iam paulo suprà, ubicunq; cum plenitate seu legitimi, seu illegitimi sanguinis uitium lacesit, primã emendationis rationem à uenæ diductione petendam. Quanquam rursus plurimũ refert, ut plus minus'ue effluere sinas, quali sanguine plenitudo constet.

Vel corrupta.) Corruptio prauitasq; humerum si sine plenitudine premit, sola purgatione, atq; interdum epicrasi corrigitur. Est enim illa cacochymiæ malorum succorũ sola legitimaq; castigatio. Sin cum impuritate etiam plenitudo urget, iam à uenæ sectione priusquàm perpetuoq; est incipiendũ: tum B
quod reliquum est uitij expurgandum, sanguinis extractione, quæ antecedit, ita temperata, ut quo impurior in ipso, frigidiorq; humor exuperauerit, hoc parcius cautiusq;, donec plenitudo dũtaxat eximat, effluere permittat.

Viscerum morbi.) Frigidos morbos iecoris, lienis, uētriculi, renũ, similiumq; partium, sanguinis missione nemo, nisi insanus, aut medicinę ignarus, temerè unquam extirpare tentauerit. Ne calidos quidem omnes, præterquàm à sanguine redundante fortasis profectos, aut nisi frigidi illi quoq; à sanguinis nimia retentione sint orti, aut cum plenitudine sanguinis consocientur, coniunganturq;. Iis siquidem uenæ sectio per initia subuenire potest. Quomodo si ex hæmorrhoidum aut menstruorũ constrictione hydrops, aut tremor forsitan sit ortus, illius statim initiò opem imploramus. Quanquam est etiam aliquando, ubi neq; sanguine, neq; calente humore, sed cacochymia sola dominãte, tum spirandi graui difficultate coacti, tum suffocationis metu urgente, uenam tundimus: non quòd id frigido morbo, aut frigidæ causæ debeatur præsidij: sed uel quòd in præcipiti tali periculo, humor necessariò atq; è uestigio eximendus, seu quia crassior lentiorq;, seu quia iecoris uię obstructę atq; impeditę sunt, discedere nequit. Vel etiam quòd pars affecta longius ab itineribus purgationum legitimis distet, & quòd amplas propinquasq; habeat, quibus cõmodè alioqui placideq; quod lædit, quodq; nimiũ C
est, eripiatur. Sic etenim frigido ex humore pleuritidi, aut algẽti asthmati, & modo non suffocanti opitulamur. Quare Celsum de eiusmodi omnino uiscerum uitijs loqui existimauerim: quę superius quoq; uiscerũ nomine thoracis pulmonisq; partes peculiariter intellexisse, uarijs in locis ostendimus.

Neruorum resolutio.) Apoplexiam, nõ paralysin intelligito, ut aliàs suprà factum est sępe. quippe quæ omnem & sensum & motum sic corpori adimit, ut purgationibus, dũtaxat per os assumptis, locus nõ detur: priusq; clysteribus uenæq; sectione & frictionibus uires propè emortuæ fulcitæ reuiuiscant.

Rigor.) τετανὸν quem Græci uocant, Celsus rigorẽ semper nominat, cęteri distentionẽ dicere iam malũt, quum totũ nempe corpus ex æquo retrorsum antrorsum'que conuellitur. Qui si à plenitudine copiáque sanguinis ortum acceperit, uti conuulsio similis omnis, principiò uena secta summum auxilium experitur. Est etenim morbus acutus, & qui plerunque intra dies quatuor hominem è uiuis abripiat. Nam conuulsiones cæteræ, si à pituita producantur,

A ducantur, atque inducias dare, & concoctioni tempus concedere uideantur,
rectius initiò rebus ægritudinem coquentibus, & tanquam maturantibus
præparabuntur, deinde mox purgationibus tollentur.

Distentio.) Conuulsionem quæ antrorsum tantum, aut retrorsum homi-
nem conuellit, intelligit. Priorem Græci ἐμπροσθότονον, posteriorem ὀπισθότο-
νον appellant. In quibus quæ de tetano rigoreque modò tradidimus, similiter
accipienda sunt.

Quicquid deniq; fauces.) Vndecunque quis propè strangulerur, seu calidus
id humor, seu frigidus, in faucibus, in pulmone, in gutture fuerit: quicquid
item uocè subitò adimit, quia ab ijs partibus quæ purgationi destinatæ sunt
longius abest, & propè adest detrahēdo sanguini uenis amplis & oportu-
nis: ideo in præcipiti omni tali periculo præsentius à uenæ sectione statim,
quàm ab alio ullo præsidij genere utilitatem consequi licet.

Quisquis intolerabilis dolor.) In ardentissimis febribus, in inflammationibus
atrocibus, in fæuissimis doloribus omnibus, nihil præstabilius præsentiusque
esse sanguinis emissione, omnibus seculis compertum est: propterea quòd
expeditissimè ardorem, cæterasque uitæ pernicies uel eximat, uel minuat: nul
lo interim æstu grauiore, nulla agitatione magna uiribus illata: sed modò al-
uo sola, modò sudoribus, per quos uitium mitigetur, prouocatis: tum etiam
B fluxione, quem dolor excitat, reuocata.

Et quacunque de causa ruptum.) Fit interdum, ut & si copia ac plenitudine ul-
la corpus minimè oneratur, adde etiam ubi sanguinis necessarij penuria la-
borat, tamen sanguinem incisa uena detrahamus: dum à causis externis uio
lentis, ut à contusione, ut ictu, ut lapsu, ut à dolore intolerabili ardoreque, san-
guis in aliquod membrum aut partem ullam copiosè erumpit, atque incum-
bit: quod tum non præsentis quidem ægritudinis ui adducti facimus, sed
uel inchoantis, uel appetentis inflammationis quodam metu coacti. Præte-
rea si quid cruenti sputi, uel interioris cuiuspiam inflammationis significa-
tionem principiumque exhibet, uenam protinus tundi præcipiendum est:
nihil pensi habendo, multus an paucus, purusne an impurus corpori san-
guis insit, sed quod res ipsa minitatur solum spectando. Siquidem magnus
omnis ac ferox, atque imminens præsensque necis metus, copiosam pro corpo
re subiecto, eamque necessariā sanguinis detractionem flagitat. Sine qua nul
lo modo, aut non satis tutò uita seruari potest.

Item malus corporis habitus.) Græci cacochymiā nuncupant: quæ suo ipsa no
mine sanguinis eductionem nunquam postulat, plenitudinis uerò coniun-
ctæ causa nonnunquam permittit. Quamobrem illud, modò onere noce-
ant, quod post pauca uerba adijcitur, nō tantum ad morbos omnes acutos,
sed etiam cacochymicos accommodari debet. Qui si quando multitudine
C non grauant, purgatione iam, non uenæ sectione opus habent.

Fieri tamen potest.) Prima ubique, quemadmodum suprà docui, uiriū ratio
habenda est: proxima deinde morbi. Vires si, quod omnino morbus requi-
rit, fieri recusent, sunt ægrorum familiares periculi admonendi: ut ne, si quid
accidat, inscitiæ medici, aut ignauiæ id tribuatur, quod morbi atrocitati & ui
rium deiectioni sit adscribendum. Tales sunt in ualde debili corpore apople
xiæ, anginæ, febres ardentes, contusiones, ex alto lapsus. In quibus nec cu-
curbitæ, nec frictiones ligamentaque per se plerunque magnitudini periculi fa-
cere satis sunt solita, nec abstinentia sat citò subuenire. Verùm sola uenæ se-
ctio præsens auxilium, sed in tali corpore anceps dubiumque, quod ut sæpe
fallere, ita nonnunquam adiuuare possit, suppeditare consueuit. Nam ubi
firmæ uires sunt, quantum morbus expetit, detrahi potest: ubi mediocres,
cautius ac reuerentius: ubi prostratę, uel nihil tentandum, uel cum grauis pe
riculi professione crebrò pauxillumque demendum est.

Cum autem sit minimè crudo sanguis.) In sanguinis detractione prudentissimè
obseruan-

obseruandū, ut ne ipsam temerè ordiamur: nisi primùm hesterno cibo probè concocto, deinde nisi aluo et uesica exoneratis, præsertim si quis ampliorem uenam sit diducturus. Nam ab exilibus minus languidiusq; sanguis, ut tali obseruatione magnopere non sit opus, emanat. Adde huc etiam, præstare non modò cruditatem sublatam esse: sed & quoad fieri potest, noxiorum humorum, qui in hypochondrijs primisq; uenis subsunt, colluuiem omnē. Præterea conuenire, uti nec fecibus astricta sit aluus, nec os uentriculi teneritudine sensus, aut imbecillitate sit præditum. Quę ut prorsus sectionē non excludunt, nec prohibent: ita producunt atq; retardant tantum, & donec illa uel soluta sint, uel sublata, differunt. Nam si uel copia ingesti cibi uenter etiamnum turgeat, aut excrementis intestina astricta puteant, sanguine erepto, uel crudos in uenas, uel putidos humores ac habitū corporis, cum summo detrimento ualetudinis, euocaueris. Quare concoctio expectanda est, & ubi sponte sordes aluus non abijcit, balano, aut clystere, aut miti potiuncula è prunis, aut casia elui prius debent, quàm uenæ manus admoueatur. Sin uerò putor etiam, & corruptio ijsdem illis partibus inest, uel uomitum ciere tepētis mulsæ, aut hydroelei potione præstabit, uel hiera picra, aut rhabarbaro, aut senna, aut agarico, aut re alia quapiam simili pro humoris genere, & caloris ratione, semel iterumq; submouebitur. At si sensus teneritudo & oris uentriculi infirmitas, quæ lipothymian aut syncopen conciliet, formidatur: aut si calet fortè nimiopere, succo mali punici, aut cotonei, aut medici, aut citrei, aut limonum, aut oxyacanthæ, aut acerbæ uuæ, aut aceto, aut horum syrupis præmunietur. Si uerò friget amplius æquo, diacydonium, syrupus mentæ, uinum aromatite, odorataq; ac calida cætera, opem certam sunt allatura. Sed est morbus interdum tam immanis ac importunus, ut nullam moram patiatur, nullasq; det inducias: ut in pleuritide, aut angina iam penè suffocante, in immoderati sanguinis fluore, in eiusdem subito sputo, uomituq;, in extrema uasorum plenitudine, in febre feruentissima, eaq; maligna, in prolapsione, in contusione, in ictu graui. Imminentis enim periculi metus in his maior est, quàm ut noxa atque tempestas non præparati corporis protrahatur. B

Ideoq; et rei uidetur.) Venæ sectio ijs tantum uitijs opitulatur, quorum causa uel in uasis continetur, uel ex ipsis in uiscus, aut partem aliquam procumbit. Quam protinus suppullulante morbo succidere, & tanquam in prima herba enecare, optimum est: sic enim quicquid morbi futurum formidatur, & quicquid iam genitum lacesit, statim perimitur. Sic febres nōnunquam, priusquam suo ardore omnia incendant, extinguntur. Sic putredinem è uasorum obstructione profectam, prius quàm latius grassetur: sic inflammationes subnascentes, quasi iugulamus. Initiò enim uires firmæ etiamnum, & constantes sunt, nec alio pacto plenitudo præsentius exhauritur, nec fluxio citius intercipitur. Et natura etiamnum ualens ab onere subleuata, si quid modò reliquum sit, facilius concoquit atque euincit. Quocirca est in talibus miserijs uenæ sectio initiò acceleranda: dummodo nihil obstet, nec uentriculi, primarumq; uenarum ulla corruptela, nec cruditas quoque ulla. Etsi quando metu, inscitia, aut ignauia primis morbi diebus uena præcisa non est, quocunque demum die secuturo, uel uigesimo, si plenitudinis atq; cruditatis morbi indicia etiamnum permanent, uiresq; tolerant, ut feces licebit. Quod autem post quartum diem Celsus hoc præsidij genere interdicat, in pręcipiti malo quidem, ut apoplexia, ut contusione, similibusq; obtinere plerunq; non nego: propterea quòd eo spacio per morbi acutiem, nisi etiam occiderit, & uires frangi soleant, & de plenitudine corporis, ac cruditate morbi multum demi. Quorum si nihil acciderit, quocunque tempore secare permittitur. Vt hæc sint potius spectanda, quàm dierum numerus obseruandus. C

A *Expectanda ergo remissio.*) Vacuatio mitescenti, non iam excandescenti morbo adferenda est. Nam quum uires supra modum lacessat: parū tutò potest, in tanta accessionum & tanquā undarum agitatione, & dum æstu incitato feruescūt humores, administrari. At in summa morbi tranquillitate minimū naturę negociū facessit, nec incandescētes humores intus in uenas pertrahit, sed è uasis maioribus multitudinem placidè secureq; foràs euocat. Maxima porrò trāquillitas est medio remissionis aut intermissionis tēpore. Quòd si in longum spaciū porrigit, facile sit tempus opportunū designare: sin augustum, nō facilè, ut pariter & cibū tempore opportuno præbeas, & mali causam educas. Quare solerter, ecquādo mitissimè æger habeat, obseruandum est. Tunc enim occasio, quę alioqui nimisquàm præceps, & fronte capillata est, arripienda est. Præsertim si ea matutino quoq; tēpore se exhibeat, quod est tempus huic negocio accommodatissimū, dum sanguis uiget ac dominatur, dum uires quiete noctis reparatæ sunt: modò ne corpus uel hesterna crapula grauetur, uel recenti è lecto langueat, sed concoctione feliciter obita, & uigilia horā unam alteramq; toti corpori inducta, quoad fieri potest, maximè uigeat, ualeatq;. Quanq; rursus subitis atq; urgētib. in malis, qualia suprà numerādo quædam percensuimus, nec diem, nec horā, nec siderū positus obseruare, quin quouis loco, quouis tēpore uenā tundamus, decet.

B *Ferè etiam ista medicina.*) Quū ex feruentis sanguinis copia, uel maxima inflammatio, uel dolor uehementissimus, uel ardentissima febris, ut suprà traditum est, secuta est, ipso protinus initio, antequam incandescens sanguis in principem aliquam partem irruat, non modò quantum illius exuperat, uerumetiam multo plus ad animi usq; defectionem, si uires alioqui suffecturæ sunt, ut ferè in plethoricis ualere solent, semel uniuerseq; extrahendum est. Verùm in leuioribus morbis, ijsq; similiter uniuersalibus, ut in plethora ac febribus continuis, & quorumcunq; materia in ipsis uasis coercita continetur, non ad lipothymiam quidem, sed quantum & superat, & uitiū creat, aut affectus expetit, uiresq; permittant, semel quoq; atq; integrè eripiendū est, priusquam uel latius putrescendo serpat, uel alia horrenda accidentia pariat. In his enim sectionem uel differre, uel partiri, cùm minus proficit, tū ægritudinem in longius producit. Est tamen istud rursus, quàm uires protinus comminuere, præstabilius, ut horæ aut diei unius interstitio, quo uires reparentur, & meliusculè conseruentur, repetatur. At in partiū singularum affectionibus, maximeq; phlegmonis, tametsi uires nihil labascant, tamen uacuationem partiri prēstabilius est, semperq; post modicā sanguinis emissionem ex interuallo iterum mittere, præcipuè dum sanguis posterior corruptior apparet. At ita, ut primò meticulosius, parciusq;, deinde iterum aut tertiò audacius ac copiosius educatur. Principiò enim si quis exoluitur, secundam detractionem non tolerauerit. At si uerò iam reuulsionis aut deri-

C uationis gratia uenam tundimus in uitijs omnibus, quorum materia ueneno infecta nō est, & è uasis in aliquā partem decubuit, utile fuerit die postero, aut etiā perendino id repetere, ut hac ipsa mora temporisq; intercapedine alius item emittendus, in sectionis locum commigret ac confluat.

Mitti uerò is debet, si totius corporis.) Totius corporis causa sanguinē mittimus in morbis uniuersalibus, hoc est, qui uniuersum corpus, non eius unā aliquā solum partem affligunt. Qualis sit, qui cum plenitudine omnium uasorum coniungitur, aut febris aliqua continua. Quoniam uerò in ipsa syncera plenitudine ac plethora plurimum illinc exhaurire par est, ubi fons est & omnium humorum scaturigo, precium operæ maximum fecerit, qui dextri cubiti uenam interiorem, quæ à caua plurimum, atque à iecore efficacissimè elicit, inciderit. Si uerò plenitudo humoris alicuius labe inquinata est, eiusq; biliosi, interior quoq; cubiti dextri: sin uerò melācholici uitio perfunditur, sinistri, lienis ita flagitante situ, findenda erit. At ubi ex crudorū humo

rum colluuie subortum malum cognoscitur, ex utrocunque cubito detractionē molitus fueris, nihil admodū deliqueris. Etsi dextro quoq; fuerit hic nō modò cōsentaneū magis, & procliuius, ob fontis originisq;, nempe iecoris positū, & ob eius lateris ferè maiorē firmitudinem. eademq; prorsus lex & in febriū qualiūcunq; siue continuarū, siue intermittentiū curatione, obseruanda est. Exempli causa, quartanis assiduis & interpolatis, è melācholico succo genitis, læuo inciso cubito subuenitur. Cæteris cubiti dextri interiore secta uena succurritur. Cęterùm si quę febres pręcipuè in capite excandescant, quod eius dolore temporumq; pulsatione graui intelligitur, in cubito media commodissimè pertunditur: sin pectus illę opprimunt, animumq; quasi intercludunt, interior felicius secatur. Verùm si lumbos grauitate cruciatuq; fatigat, uel interior cubiti, uel inferior poplitis, aut malleoli diducitur. Ambigit siquidem renū lumborūq; regio, ut infernè superneq; iuxta commoditatem suscipiat. Corpore autē eo pacto uniuerso exinanito, mox in reliquiarum deriuationem incumbendum erit. A

Si partis alicuius gratia ex ea ipsa parte, aut.) Fuit hac de re à uetustissimis usq; tēporibus quæstio, controuersiaq; longa atq; difficilis instituta. At ita, ut optimi quiq;, & medicinæ doctrina & usu probatissimi, loco semper affectioni magnæ, & etiamnū nascenti proximo, atq; è directo, κατ' ἴξιν uocat Hippocrates, uenam secuerint. Rationi enim illi consentaneum animaduerterunt, eam potissimum incidi uenam, quæ in afflictam partem inserta, cum ea societatem cognationemq; præcipuam haberet, quippe quæ per illam ipsam ab affecta grauiter particula humorem promptissimè educeret. Intellexerunt quoq; ingenti omni affectui, utpote cuius humor perniciosus est, & fluxionis impetus initiò præceps, & locus in quē corruit nobilis eximiiq; sensus, amplissimā finitimoq; loco positam uenā esse aptissimā. quando per talem plurimum non modò celerimè, sed etiam potentissimè detrahatur. Nam si quando affectus mitior est, angustā uenam deligere, eamq; loco distantiore suffecerit, ut hic minus ac tardius ignauiusq; proliciatur: contra certè quàm amplæ uicinæq; uenæ faciunt, quæ ualidè copioseq; profundunt. Nā quamuis donec fluxio etiamnū in partem aliquam incurrit, reuellere quàm deriuare melius sit: quum illud incidentis humoris impetū cohibeat, inq; contrarium retorqueat: hoc conquiescentem humorem atq; impactū in uicinum latus ducat: tamen ubi grauis ac uehemēs membri inflammatio aut uisceris lacessit, è directo protinus uena ampla, maximeq; conspicua loco propinquo dissecta, præsentissimè ualidissimeq; noxæ magnam uim retrahit, reuellitq; pariter & euacuat: nec reliquū sanguinem perinde conturbat, nec in doloris sedem, quòd falsò crediderunt, frustraq; metuerunt quidā, admodum impellit. Atq; ita quicquid acris inflammationis dextræ capitis, aut colli, aut faucium parti accidit, id omne protinus uena dextri cubiti externa incisa corrigit. Et quicquid sinistræ parti, sinistri cubiti simili uena secta subleuatur. At in dextro latere inter clauiculas renesq; cōprehensō similibus uitijs, interior uena opitulat promptissimè. Media utrisq;. Subter renes uerò in quacunq; parte similis inhęrescit affectio, secta poplitis è directo uena pari cōpendio subuenitur. Regio autem renum anceps est, quod modò dixi, mediaq; inter superiora atq; inferiora collocata. Dixi porrò, è directo proximā uenā, eamq; amplam in uehementibus atq; atrocibus cuiusq; partis inflammationib. eligendā. Nam fluxionem omnē quæ lenta sit, atq; diuturna, tutius à remotissimis usq; locis reuellimus: quemadmodum etiā futurā eodem modo prohibemus, ut uetus ea influxio in tractum nouæ uiæ longiorem conuersa, sensim à pristina uia, citra uirium ullam offensionem molliter reducatur. Ita enim podagram dextram arcemus, secta cubiti uena dextra, sinistramq; sinistra. Comitialem uerò morbū, aut apoplexiā, aut uertiginē, incisa uena poplitis aut malleoli dextra. B C

A *Neq; ignoro quosdam.*) Libro, Hippocrates, de ossiū natura: Operam, inquit, dare oportet, ut quam longissimè à locis, ubi dolores fieri solent, ac sanguis colligi, uenam secemus. Sic enim minimè mutatio magna derepentè fiet: & consuetudinem transtuleris, ut ne amplius in eundem locū colligatur. Quæ sententia tota paribus uerbis in fragmento libri de Natura humana repetita est. Et sunt nostra adhuc tempestate, fueruntq; barbaris maiorū nostrorum temporibus, Arabum doctrina impulsi plurimi, qui sine discrimine, longissimè semota loca in principio semper quærerent, nec ea quidem sæpè è directo opposita: fortasis, quòd ipsorum illi magistri, Hippocratis illa sentēia, quam modò protulimus, perperam intellecta, in errorem adducti, & hi illorum authoritate fuerint. Quum siquidem penitius propiusq; rem ipsam uerbaq; Hippocratis contemplemur atq; inspiciamus, facile sit intelligere, non de acri illa atq; uehementi impetu iam reuellendo, sed uel de tardo ignauoq; fluxu, uel de arcenda mala ualetudine impendente esse accipiēda. Sed multum iam operæ in meliore hac sententia confirmanda ponere nō libet, quū sint hodie pauci reliqui, qui nitidiorem duntaxat medicinā & græcam salutaremq; uel primoribus labris degustauerint, qui non ambobus pedibus ultrò libenterq; in Celsi & rectiorem iam dictam sententiā concedant.

Auertitur interdum sanguis.) Sanguinis fluxū reuellimus interdū simul, & euacuamus, id quod paulo suprà docui: interdū reuellimus ac reuocamus tantum, ut dum sanguine ex utero nimiū, aut hæmorrhoidib. profluente, in cubito aperta uena, cursum eius reducimus, sistimusq;. Et ubi is immoderatè defluit, alia cōtrariaq; parte emisso, fluxiōis iter reflectimus ac retardamus.

B

Mittere autem sanguinem.) Multas rationes Celsus colligit, quamobrem imperito homini secare uenam sit difficile, & cur callenti facile. Quas quisquis attentè legerit, quæ sint, & qua de causa sint tales, facilè perspiciet.

Iuncta est enim uena arterijs.) Sub interiore uena, quæ & basilica, & regia, & iecoraria dicitur, ferè comes arteria delitescit: sub media, neruus. Atq; utrisq; musculorum tendones plerunq; substernuntur. Externa uerò, quę & cephalica & humeraria nominatur, licet difficilis inuentu, omnium tamen solet esse tutissima. Diligentissimè itaq; cauendum, ne scalpellum chirurgus in arteriam, aut tendonem, aut neruum adigat. Ex arteria nanq; sanguis ægerrimè compescitur, illiusq; magna ui effusa, uirium robur exoluitur. Punctū neruum dolor acerbus, & stupor, & resolutio, & brachij conuulsio, cum tumore molesto consequitur. Dolor enim fluxionem humorum, & nerui, totiusq; instrumenti inflammationem accersit: & si ob uulnusculi angustiam ac paruitatem nihil exhalat, conuulsio quoq; sequitur. Vtraq; interitus, aut grauè alioqui periculum comitatur.

Arteria incisa neq; coit, neq; sanescit.) Compūcti nerui curatio medicis ante Galenum parum perspecta fuit. Quo fiebat, ut plurimi eius dolore cōsumerentur. Arteria uerò, quemadmodum & cæteræ partes primæ, simplicesq; appellatæ, & è seminali materia omnes genitæ, uti sunt uenæ, ligamenta, tendones, si totæ præsectæ sunt, callo quidem ac ueluti glutino quodam colligari possunt, & sanescere: uniri atq; penitus coire, ut in carne dissecta diuulsaq; fieri conspicimus, non possunt, nisi & leuiter uulnerētur, & in corpore molli fortasis, & penitus insito humore abundanti. Et cōglutinata, conferruminataq; alijs alia maius aneurysma postremò ducunt.

C

Colorem eius habitumq; oportet attendere.) Sanguis mundissimis peluiculis terreis, aut uitreis, aut stanneis, aut argenteis, non æneis excipiendus est. Et reponendus loco, quo nec uentus, nec fumus, neq; puluis, nec sol afficiat. In refrigerato primùm substantia obseruabitur. Viscosus enim lentè fluit, & glutinis more digitis adhæret. crassus ocyssimè coit, multasq; fibras continet. Tenuis tardè concrescit ac coit, facileque finditur. Putridus non finditur, uerùm simulatque attigeris, totus in partes minutissimas discer-

tur. Serum quod innatat, quo est copiosius, hoc potum liberaliorem, aut iecur infirmius, aut renes debiliores, aut obstructiones denotat. Spuma quæ innatat, si fluoris impetu facta non est, diutiusq; durat, incendium atq; feruorē eius humoris ostendit, cuius colorē pre se fert. Coeuntis sanguinis color per summa rubicundus utilis, est & frugi: flauus, bilis index: albus, pituitæ: uiridis, bilis retorridæ. Liuidus aut plumbeus, atræ bilis cū pernicie testis est. mixti colores, humorū sunt cōmixtorū. Quod aūt in fundo imaq; parte subsidet, pro colore rursus, quē obtinet, abundantē consimilem humorem declarat: sanguis ubi grauiter olet, pessimæ putredinis indiciū est. Cui homini suus sanguis in os illapsus dulcis apparet, secundum naturam is est: Cui amarus, bili infectus: cui acidus, aut stypticus, astringensq;, melancholicus: cui insipidus, pituitosus est. Cui salsus, pituita salsa perfusus est.

Eaq; missio sanguinis adeò non prodest.) Sanguis integer, & qui rubet ac pellucet, tametsi nulla qualitate molestus est, nec uerò naturę superuacaneus, tamen copia nonnunq; ac multitudine onerare potest, & utiliter necessarioq; secta uena emitti. Vitiosus aūt atq; impurus, multo etiā utilius educitur, sed tantisper dum plenitudo sublata sit. Nam reliquum aptis medicamentis, ut sæpe iam meminimus, rectius expurgatur: fit autem interdū, ut qui primus emanat, syncerus sit: qui è uestigio deinde sequitur, improbus. Quod si phlegmone atq; inflammatione ulla accidit, in bono esse solet, quippe quòd integræ atq; completæ uacuationis sit indiciū. Si uerò sine phlegmone fit, corpus multa iam impuritate labefactum esse significat, quæ sit paulatim purgationibus eximenda, probaq; uictus ratione sensim corrigenda. At si qui primò effluxit, prauus fuerit, quiq; mox sequitur bonus ac rectus, cōsummatā iam tum uacuationem, ubi melior apparet, denotat. Cæterùm esse nonnunquam missionem ad animi usq; deliquium produci, nō utile solū, sed & necessariū, suprà ostensum est. Quod ubi Celsus semper fugiendū imperat, uel syncopen intelligit, quæ animi corporisq; sensus ac motiones omnes adimit, & in quam nemo unquā arte inducendus est: uel lipothymian grauē, iamq; occupantem existimat, quam ipsam quoq; semper, ne quid de insperato deterius pariat, deuitare præstat. Nam ad leuem usq; & iam inchoātem tenuiter adducere, sæpe etiam maximè est præsidio. B

Deligandum brachium.) Sanguine quoad satis est emisso, uinculum quo uenæ tumor comparatus est, protinus exolui debet, & uulnusculum exiccari ne concrescente inter labia sanguine, uel nō coeat atq; sanetur, uel suppuretur ut abscessum creet. Quare detersum linteo obsignandū est, uel rosacea, uel dulci aqua imbuto. Aut certè, si iterū refundere constitutum est: deinde fascijs linteum deuinciatur, nec arctioribus, ne cutem uulnerisq; labia cōtor queant: nec laxioribus, ne nihil aut parum contineant.

Celerrimè cicatricula in uena confirmatur.) Sanatu difficilior arteria est quàm uena, quanto membranis constat durioribus ac densioribus. Ideoq; tum secta tum compuncta tanto arefacientibus magis eget medicamentis, quāto est ipsa temperamenti siccioris. Multo tamē rursus ꝙ os aut cartilago mollior, magisq; carnosa est. ut sit eam ob rem de ipsius quàm horū unitione et pristina salute minus desperandum, & minus quàm de uenæ absoluta confirmatione sperandum. C

De sanguinis detractione per cucurbitulas. Cap. XI.

CVcurbitularū uerò duo genera sunt, æneū & corneū. Aenea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea, altera parte æquè patēs, altera foramen habet exiguū. In æneā linamentū ardens cōijcitur, ac sic os eius corpori aptatur, imprimiturq;, donec inhæreat. Cornea per se corpori imponitur, deinde ubi ea parte qua exiguū foramē est, ore spiritus adductus est, superq; cera cauū id clausum est, æquè

A est, æquè inhærescit. Vtraq; nõ ex his tantum materiæ generibus, sed etiam ex quolibet alio rectè fit. Ac si cætera defecerunt, caliculus quoq; pultarius oris cõpressioris, ei rei cõmodè aptatur. Vbi inhæsit, si cõcisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit: si integra est, spiritum. Ergo ubi materia quæ intus est lædit, illo modo, ubi inflatio, hoc imponi solet. Vsus autem cucurbitulæ præcipuus est, ubi nõ in toto corpore, sed in parte aliqua uitium est, quam exhauriri ad confirmandam ualetudinem satis est. Idq; ipsum testimonium est, etiam scalpello sanguinem, ubi mẽbro succurritur, ab ea potissimum parte, quæ iam læsa est, esse mittendũ: quòd nemo cucurbitulam diuersæ parti imponit, nisi cum profusionem sanguinis eò auertit: sed ei ipsi quæ dolet, quæq; liberanda est. Opus etiã esse cucurbitula potest in morbis longis, quãuis & ijs iam spacium aliquod accessit, siue corrupta materia, siue spiritu male habente. In acutis quoq; quibusdã, si & leuari corpus debet, & ex uena sanguinem mitti uires non patiũtur. Idq; auxilium ut minus uehemens, ita magis tutum. Neq; unquam periculosum est, etiamsi
B in medio febris impetu, etiam si in cruditate adhibetur. Ideoq; ubi sanguinem mitti opus est, si incisa uena, prẹceps periculum est: aut si in parte corporis etiam uitium est, huc potius confugiendũ est. Cum eo tamen, ut sciamus, hic ut nullum periculum, ita leuius prẹsidium esse, nec posse uehementi malo, nisi æquè uehemens auxilium succurrere.

NARRATIO.

Cucurbitularum.) Cucurbitas, & cucurbitulas à forma Latinè appellamus: quas uulgus uentosas, quòd spiritibus ac uentis è corpore proliciendis sint accõmodatæ, nominare solet. Ex quo illud Satyrici fluxit: Iamdudũ caput hoc uentosa cucurbita quærit. Earum omnis ratio actioq; ex uacui in rerum natura odio fugaq; proficiscitur. Aere enim ac uento ipsarum intus uel igni cõsumpto, uel ore exucto, ui magna ac necessaria, qua parte cuti applicant, scarificatæ quidem sanguinem, integræ uerò spiritus flatusq; uehementer citoq; proximos quosq; primùm, tum & remotiores euocant atq; eripiunt. Earum autem genera maximè duo sunt, à materia desumpta. Aenea uitrea'ue igni cõprehendendo apta, eoq; parte altera tantum, qua corpus at-
C tingũt, perforata. Altera cornea, eadẽ illa parte æquè ac superiore patentia, summa uerò tenui foramine, quo exugunt, protinusq; obturantur, pertusa. Quanquã hæc quoq; è priorũ materia, & omnia ex alia q̃ quę dicta sit, fieri nihil uetat: stanno, argento, ligno, caliculo pultario, aut quouis oris cõpressi uasculo. sed sunt è uitro facile omniũ & leuissima & tutissima: quippe quę si fixius adhæserint, abrũpere non sit difficile, ubi cętera nisi maiore molimine perfusa detrahi nequeant. Et est in omnibus uis eadem & effectio, natura inanitatis quadam formidine proxima quæq;, maximeq; sequacia, quibus saturetur, inaniaq; pellat, extrahente.

Vbi inhæsit, si concisa ante.) Cute integra cucurbitæ nonnunquam corpori adaptantur, idq; multis de causis. Primũ, ut diuertant, aut restringant fluxionem quampiam, utpote quæ retrahere ac deriuare, q̃ uacuare magis nouerint: ut quum uberibus apprimuntur, in nimio menstruorũ pro fluuio: hypochondrijs, in sanguinis nariũ reiectiõe: deinde, ut humor aut flatus intus

abditus collectusq; foras exugatˉ, uti in apostemate duro & intus latēte fieri A
cernitˉ,sed corpore toto antè præpurgato. Quod generatim in omnib. topi-
cis remedijs,quæ certę alicui particulæ ita adhibentˉ,ut à cæteris perinde ni-
hil eliciāt,perpetuò obseruandum est. Tertiò,ut pars aliqua in locū genuinū
unde excidit,reducatˉ,uti dum uentri applicantˉ,ut intestina euoluta recipiā-
tur. Quartò,ut uenti flatusq; euocentur:sicut fit in colico dolore,sed eo qui
uel è materia uentosa,uel phlegmatica tenuiq; excitatur. mirū enim, quam
præsens tum auxilium umbilico impositæ conferant. Postremò, ut dolor
quispiā immanis debiliteˉt. Atq; hoc nomine in colica perniciosa adhibētur,
siue ea ex abscessu,siue humore, siue spiritu sit nata. Cū scarificatu uerò cucur-
bitulas applicare licet, quū è propinquo uacuare leuiter ac blandè placitum
est:quo item nomine & hirudinibus uti cautum fuerit, uel ut ab uno mem-
bro potius quàm alio quid euocetur:uel sicubi uirtus,aut ætas, aut corporis
teneritudo uenæ sectionem non esset toleratura. Hic enim tum minore ui,
tum præsidio quoq;,cucurbita è minutis uenulis aliquid duntaxat exugit,
nulla uirium, nullaq; caloris natiui iactura. Quod in pueris, in grauidis, in
senibus,in morbo longinquo fractis,aut acuto prostratis, quando alio præ-
sidio uti non licet,periclitari consueuimus:uel denique,ut sanguinem edu-
camus è uasis exiguis, aut extra etiam uenas elapsum. Et affigitur cucurbi-
tula ferè partibus, ignobilib. q̃ ferat opē nobilioribus: ut talo,quo mēbra B
cipua leuationem sentiant. Atq; ita cumprimis ad hæmorrhoidas aut men-
strua prouocanda si poplitibus ac cruribus applicetˉ:idq; sæpè utilius,quàm
si uena malleoli tunderetur. Renibus adpressa, infernis benèfacit partibus:
natibus admota lateribus ac lumbis, ipsiq; etiam thoraci subuenit. Mento
applicata,maxillarum & faciei morbis sanitatem promittit. At inter utrasq;
scoptulas opertas in ipso dorso apposita, pectus quidem nonnihil purgan-
do recreat,sed uentriculi orificio nocet, & tremorem ac palpitationem cor-
dis conciliat:nisi is tremor ab repletione, quam deplet, eueniat. Exaduerso
autem spinæ inter collum & utrasq; scoptulas succurrit faciei morbis,ut im-
petigini, & oris grauedini. Verùm regione media inter ceruicē caputq; ad-
fixa,opitulatur noxis cùm integri capitis,tum eius quoq; partium,dentium,
aurium, oculorum. Modò hic etiā assuefactio uitetur, quæ periculum non
uulgare gigneret. Paucis, cuiq; membro cum scarificatione cutis affixa,san-
guinem eius exugit, & quicquid ad sequendum sit promptissimum. Citra
eandē,eius uentos humoresq; tenuissimos. Sed hæc pauca quæ diximus,
tum ad Celsi intelligentiā,tum ad rerū breuem explicationem suffecerint.

De *deiectione*. Cap. XII.

DEiectionem autem antiqui uarijs medicamētis,crebraq; alui C
ductione in omnibus ferè morbis moliebantˉ: dabantq; aut
nigrū ueratrū,aut filiculā,aut squamā æris,quā λεπιδοχαλκὸν Grę-
ci uocant:aut lactucę marinæ lac,cuius gutta pani adiecta, abundè
purgat:aut lac uel asininū uel bubulum, uel caprinū,eiq; salis pau-
lum adijciebant, decoquebantq; id: & sublatis his quæ coie-
rant, quod quasi serum supererat, bibere cogebant. Sed medica-
menta stomachum ferè lædunt. Ideoq; omnibus catharticis aloe
miscenda est. Aluus si uehementius fluit,aut sæpius ducitur,homi-
nem infirmat. Ergo nunquam in aduersa ualetudine medicamen-
tum eius rei causa rectè datur,nisi ubi is morbus sine febre est. Vt
cum ueratrum nigrum,aut atra bile uexatis,aut cum tristitia insa-
nientibus,aut ijs quorū nerui parte aliqua resoluti sunt, datur. At

A ubi febres sunt, satius est eius rei causa cibos potionesq; assumere, qui simul & alant, & uentrem molliãt. Suntq; ualetudinis genera, quibus ex lacte purgatio conuenit. Plerunque uerò aluus potionibus ducenda est: quod ab Asclepiade quoque sic temperatum, ut tamen seruatum sit, uideo plerunque seculo nostro præteriri. Est autem ea moderatio, quam is secutus uidetur, aptissima, ut neque sæpe ea medicina tentetur: & tamen semel sumptum, uel bis, non omittatur. Si caput graue est, si oculi caligant, si morbus maioris intestini est (quod Græci κῶλον nominant) si in imo uentre, aut in coxa dolores sunt, si in stomachum quædam biliosa concurrũt, uel etiam pituita eò se, humor' ue aliquis aquæ similis cõfert, si spiritus difficilius reddit, si nihil per se uenter excernit, utique si iuxtà quoque stercus est, & intus remanet, aut si stercoris odorem nihil deijciens æger ex spiritu suo sentit, aut si corruptum est quod excernitur, aut si prima inedia febrem non sustulit, aut si sanguinem mitti
B (cum opus sit) uires non patiuntur, tempus ue eius rei præterijt, aut si multum ante morbum aliquis potauit, aut si is qui sæpe uel sponte, uel casu purgatus est, subitò habet aluum suppressam. Seruanda uerò illa sunt, ne ante diem tertium ducatur, ne ulla cruditate substante, ne in corpore infirmo, diúque in aduersa ualetudine exhausto: néue in eo, cui satis aluus reddit quotidie, qui' ue eam liquidam habet, ne in ipso accessionis impetu: quia quod tum infusum est, aluo continetur, regestumq; in caput, multo grauius periculum efficit. Pridie uerò abstinere debet æger, ut aptus tali curationi sit. Eodemq; die, ante aliquot horas aquam calidam bibere, ut superiores eius partes madefcant. tum deijcienda aluus est, si leui medicina contenti sumus, pura aqua: si paulo ualentiori, mulsa: si leni, ex aqua in qua fęnũ gręcũ, uel ptisana, uel malua decocta sit. Si reprimẽdi causa, ex uerbenis. Acris aũt est marina aqua, uel alia sale adiecto: atq; utraque decocta commodior est. Acrior fit adiecto uel oleo, uel nitro, uel melle quoq;. Si acrior est, eò plus extrahit, sed minus facile sustinetur. Id quod infunditur, neq; frigidum
C esse oportet, neq; calidum, ne alterutro modo lędat. Cum infusum est, quantum fieri potest, cõtinere se in lectulo debet æger, nec primæ cupiditati deiectionis protinus cedere. Vbi necesse est, tũ demum desidere. Ferèq; eo modo dempta materia superioribus partibus leuatis, morbũ ipsum mollit. Cum uerò quoties res coegit, desidendo aliquis se exhausit, paulisper debet cõquiescere, & ne uires deficiant, utiq; eo die cibum assumere: qui plenior, an exiguus sit dandus, ex ratione eius accessionis quæ expectabitur, aut in me tu non erit, æstimari oportebit.

ENARRATIO.

Deiectionem autem antiqui.) Fuerunt olim primi illi medici, ac uetustissimi, cùm in mittendo sanguine timidiores, & nobis tamen multo etiam fortiores, tum in aluo deijcienda & corporis purgationib. plus satis audaces. nam plerisq;

plerisque quum maxime esset opus, uel ætatis, uel uteri reuerentia, secare prorsus uenam non audebãt. Et si quando in aliis id facerent, multitudinẽ, quàm nostri, minus pertimescebãt: libras totidem, quot nos uix uncias, plerunque detrahere nihil dubitantes. Deiectionem uerò in omnibus propè morbis, à nudis medicamentis, iisque & uehementibus, & naturæ hostilibus, frequenter petebant. Vbi nostri multo mitioribus, multaque arte ac mixtione fractis, non nisi formidulose utuntur. Sed est sanè magna in utrisque prudentia opus: uti nec temerè sanguinem uitæ thesaurum eripiamus, nec uires medicamentis naturæ humanæ inimicis temerè præcipitemus. Sicut nec è diuerso nimis exhorrescere oportet, quoties ægrotationis uitiique ratio alterutrũ poscere uideatur. Sanguinis enim eductionẽ, plenitudo, quod diximus, postulat. Malus corporis habitus & cacochymia deiectionem, expurgationemque requirit. At ita, ut rationi & morbi ingenio utrunque accommodetur, ne uel parcius, uel plenius alterutro abutamur: & ut cuique humoris generi suum medicamentũ, quo extrahatur, attribuamus. Est etenim aliud quo bilem flauam, aliud quo nigram, aliud quo pituitam, & aliud denique quo serosam aqueamque materiã expellamus. Etsi sunt quædam, ut paulo infrà docebimus, quæ ambigunt, quædam quæ pluribus exturbandis sunt accõmodata. De quibus plenè cõmentari, non nostri est propositi. A

Nigrum ueratrum.) Vtramque bilem nulla cum difficultate expurgat pondo drachmæ unius, aut paulo maiori. Mesue uacuat præter hæc etiam pituitã à siliquis sex ad tertiam partem drachmæ unius, aut si libet, ad drachmam usque unam. Qui modus sanè Actuario consentit. Licet magnum interuallum sit in hoc simplici, à scriptulo uno, ad drachmam unã. Corrigitur autem eius, si quam habet, & uiolentia, & pernicies, seminibus adiectis odoratis, pipere, dauco, petroselino, aniso, origano. Et datur ex passo, aut aceto mulso. Diuturnis morbis ex interuallo recurrentibus est opportunũ, quemadmodum & furiosis, & hemicranicis, & sideratis atque attonitis, & longo capitis dolore afflictis. Maximeque idoneum est uiscenbus, & utero, & uesicæ, si quo purgatorio medicamento indigere uideantur. Regio item morbo, & cutis asperitati, & elephantiasi illustri ope subuenit. B

Filiculam.) Polypodium, à radicum, & tanquam polyporum cirris Græci, quemadmodũ Latini ab exilis filicis specie filiculam appellauerunt. Bilem maximè nigram, & pituitam mediocriter ac citra molestiã euertit: idque cum gallina, aut piscibus, aut ptisanæ cremore, aut beta, aut malua decoctum. Præbet Mesue à drachmis duabus, ad drachmas usque sex. Actuario atque Aetio ad drachmas tantũ duas ex aqua mulsa placet. Plerique eius uim odoratis corrigũt, ut zingibere, semine anisi, garyophyllis, cinamomo. Alii super salsamenta deradunt, comeduntque ante prandium.

Squama æris.) Aquam serumque sanguinis, ac pituitam è corpore effundit. C
Datur eius drachma una & dimidiata, cum aqua mulsa.

Lactucæ marinæ.) τιθυμαλος, & neutro genere τιθυμαλον græcè, latineque lactaria herba, & lactuca caprina, aut marina dicitur. Officinis etiam esula appellatur. Eius genera septem memorat Dioscorides. Omniaque uim quandam habent acrem calidamque in quarto ordine, cum quadam amaritate, & ualenter desiccantem. Validissimus in omnibus liquor est: secundum locum tenent semina ac folia: nec est inualida radix. Quem Characiam uocant, is facilè omnium est efficacissimus: itemque Myrsinites, & qui in petris arborescit. Post hæc, qui uerbasco adsimilis est, & Cyparissius, tũ Partalius, postremò Helioscopius. Pituitã ac bilem ducunt. Leniter, citraque molestiã purgat succus eius, qui circa aquas in humidis locis ac syluis nascitur, exceptus sale ac pane arido, tritoque ad nucis auellanæ magnitudinem cum aqua frigida. Aut eius guttulæ aliquot cum caryicis, aut cũ polenta exhibitæ. Sed quando nimium exulcerare linguam faucesque cõsueuit, & uentrem magno

calore

A calore infestare, nec ipsius, nec cucumeris agrestis magnus nostris hisce tem poribus est usus, meliorib. minusq; noxijs medicamẽtis plurimis repertis: utiam longa oratione usum eius ostendere, non sit necessarium.

Lac uel asininum.) Lac omne è triplici substãtia cõstat, serosa, butyracea & ca seacea. Asininũ tenuissimũ est, plurimũq; seri obtinet. Bubulũ crassissimũ, ac plurimum casei butyriq; in se habet. Caprinum in his medium est, & è pe cudibus omnium saluberrimum: præsertim etiam è capris nigris, & bono pabulo nutritis, ac recens fœtis desumptum. De seri autem conficiendi ratio ne & temperie, parum inter summos medicos conuenit: calidum ac siccum alijs asseuerãtibus, frigidum ac humidum è diuerso alijs. Verùm quũ ipsum simplex quoq; non sit, sed quiddam aqueũ, quiddamq; nitrosum contineat, aqueæ partis nomine frigidum humidumq; dici potest, nitrosæ gratia calo ris particeps & arditatis. Cuius ui aperit, tergit, purgat, clementer & sine morsu cùm bilem flauam, tum ustos humores. Quamobrem maniæ, melan choliæ, prurituí, lepræ, ulceribus malignis, & omnibus deniq; cutis uitijs opem suppeditat. Adde etiã, omnibus obstructiones sequentibus: hydropi, ictero, febribus à bile putridis, lienis tumori, & id genus omnibus alijs. Ipsoq; eodem ferè macerant reliqua medicamenta, atq; eorũ ui recepta po tentius redditur, per se alioqui imbecillum. Fit autem è lacte ebutyrato, ut

B uocant, seu cui pingue innatans ademptum est, si quando lubricitatis cau sam ex partibus excretorijs auferre propositum est. Ex lacte uerò non ebu tyrato, quum partes modò dictas lenire potius atque lubricare uisum est. Injiciendum est ipsi mellis optimi aut sacchari quantum satis sit ad condien dum tantum, quo minus stomachus euertatur. Et salis pauxillum, ne gustus offendatur. præsertim illi, quod primo loco assumitur. Nam quod postea superbibit, nihil uetat insulsum accipi. Pleriq; sic præparãt. In ollã lac infun dunt, ac concitato igni assiduè æqualiterq; mouendo, dum efferbeat, co quunt, tum & à motatione desistitur, & cum olla in uas frigidum feruo ri compescendo imponitur. Mox igni redditur, ac rursum ebulienti aceto mulso, si pituitam deijcere libet: aut aqua mulsa, si bilem expurgare placi tum est, semel iterumq; irroratur, quò à crassa substantia serum diuella tur. Sunt qui cnici semine contuso coagulent, atque ita excolato salem aut aquam marinam adijciant: ita enim efficaciter expurgat, & iucundè bibi tur. Verùm sale opus non est, quum eluere tantum intestina constitutum est, aut ubi acribus mordacibusq; humoribus corpus intus infestatur. Quali & in senibus, & pueris, & mollibus corporibus uti conuenit. Altero nan que in corporibus uitijsq; fortioribus plus præsidij percipitur.

Ideoq; omnibus catharticis.) Medicamenta purgantia omnia, quæ duntaxat fortiora sunt, esse corpori humano infesta, constat. Quare si quando ijs uti

C cogimur, cogimur autem non rarò, & cautè & probè emendata porrigẽda sunt. Aloen uerò nec uehementem esse, nec corpus totum perpurgare, sed uentrem euertere tantum, ac stercora deijcere, ideoq; catoreticam seu ecco proticam dici, primo libro traditum est. Molliter enim placideq; purgamen ta emundat, nec uim ullam, nec læsionem infert. Quo nomine & capitis do loribus ab euaporatione natis, & oculorum lippitudini, ac suffusioni subue nire consueuit: maximè si uel hæc incommoda, uel similia à bile proficiscan tur. Datur obolis minimũ ternis, & summũ drachmis ternis cũ aqua mulsa, uel terebinthina, uel melle cocto. Etsi hodie eius usus summus est in sacris compositionib. quas idcirco hieras διὰ ἀλόης, & ab amaritudine πικρὰς Græ ci nominauerũt: quæ quum stomacho, quàm sola aloe, sint multo aptiores, tum bili, atq; ipsi quoq; pituitæ euerrendæ sunt magis idoneæ.

Aluus si uehementius fluit.) Sudor, urina, deiectio, sanguis, deniq; quicquid corpori immoderatè effluit, uires infirmat: spiritibus nimirum plurimis, in quibus illæ continentur, pariter effusis.

Nisi ubi is morbus sine febri.) Quicunque (inquit Hippocrates libello de Medicamentis purgantibus) à febribus fortibus detinentur, ijs medicamēta purgantia dare non oportet, donec remiserit febris. Sin minus, saltem non intra quatuordecim dies. Propterea quòd ante morbi concoctionem & maiore calore corpus imbuūt, & uires conuellunt, & nihil depurgant, atque occidūt quoque sæpenumero. Verùm si cui, inquit, deiectione procurata opus erit, infusum per clysterem adhibere cautum erit, quotiescunque etiam libebit: hoc enim minoris periculi est. Iuxtaque eandem rationem æstate media sub canis exortum, per dies quinquaginta medicamenta uitare, nec præbere conuenit, sed per clysterem infusis uti decet. Par enim alioqui periculū imminet. Quæ sanè senis illius, ac diuini uetustissimique medici ac Philosophi uerba, diligenter etiam atque etiam obseruari desiderem, tum à medicis plerisque, qui summa nonnunquam temeritate tanquam iacta alea, uim omnem sanationis ac medicinæ artis in fortissimis medicamentis consumunt: tum uulgo precipuè, dum clysterū tanto odio atque horrore afficit, ut nihil his periculosius, nihil corpori ac naturæ infestius, nihil desperatis in rebus tritius existimet. Conclamatum siquidem ac desperatum eum omnino hominem autumant, in quo clysteris auxilium implorari exaudiunt. Quum sit contrà omnibus sæculis nihil inuentū mitius, nihil benignius, nihil utilius, si aluus parum suo officio respondet, quàm clyster sapienter accommodatus. Atque B idcirco plurimorum sæpe saluti consuleretur, si medicamentis medici reuerentius prudentiusque uterentur, & clysteres tantopere mortales non exhorrescerent. Sunt illa etenim seu dura, seu mitia, nec passim, nec omnibus, nec nullis quoque apta. Et sunt hi, quoties uenter astrictior est, minus periculosi, atque adeò etiam sæpenumero necessarij, si arte rationeque tractentur. Sed sunt hi errores hominum à malis medicis & auaris primum orti: qui in medicamentis plus quæstus, minusque operæ subesse animaduertunt, ut ijs rarò nisi extremis malis prementibus uterentur. In quibus quum imperiti plurimos interire, paucissimosque seruari cernerent, protinus quod uitij uiolentia fieret, id clysteris improbitati imputare cœperūt. Adde etiam, putari obscœnius istos infundi, quàm potionem imbibi. Vt pudor interitusque plurimorum, rem saluberrimam postremò odiosissimam reddiderit, quæ & utilitate crebra charissima esse, et à pudore inutili, dum salus necessitasque, quàm aliarum rerū potior suaderet, liberari debebat. Sic in urinarū contemplatione, sic in ægritudinū maturitate expectanda, insanire, non delyrare, aut errare tantum cœptum est. Sed his iam omissis, ad Celsum redeo.

Suntque ualetudinis genera.) De ueratri nigri usu & uirtute, deque seri facultate, satis dictum est.

Si caput graue est.) Non quoties hæc uitia, quæ Celsus enumerat, apparent, tum temere protinus ad purgationē confugiendum est: sed principiò causa uitij dispicienda est. Nam si à sanguine, aut plenitudine sit natū, nihil prius sanguinis missione putandum est. Si à prauis humoribus & cacochymia proficiscitur, purgatione nihil esse præstabilius existimari debet. Si à flatibus ac uaporibus oritur, moderate illos dissipantibus utendum est. Rursusque si cacochymia grauis est, cuius'nā sit illa humoris, simplicis'ne, an multiplicis, expendendū. Nam (quod posteritati mandauit Hippocrates, eo libello quem de Purgantibus medicamentis inscriptū reliquit) biliosis quod bilem ducat, dare conuenit: pituitosis, quod pituitā: hydropicis, quod aquā: atrabilarijs, quod bilem atram expellat. Nam secus si feceris, quæ oportuit non expurgaueris, quæque non opus fuit euacuaueris, duplicique ita nomine læseris. Quare si caput graue est, si caligant oculi, si maioris intestini morbus est, paucis si quid usquam noxæ exoritur, causa cumprimis, & ægritudinis locus, modus, tempus, ægri uerò corpus, ætas, temperatio, assuefactio, aerisque ratio cōsideretur. Atque his omnibus cognitis, collatisque, quid, quale, quantum

A quantum, quo pacto competat, animaduertatur. Sic enim errabitur mini-
mum, & uia rationeq; recurabitur quisq; fidelissimè.
Aut si sanguinem.) Venæ sectio omnium quibus aliquid corpori adimitur,
maximè uires præcipitat, calore ingenito exempto, & spiritibus cum illo e-
ductis. At alui per medicamenta deiectio debilitat ipsa quoque, sed mul-
to atque superior, minus. Et hac item minus clyster. Et clystere minus
cucurbita. Verùm quum summis malis summa sint adhibenda remedia,
quoad fieri poterit, ex uitij genere, & uirium ratione, sic ista moderanda e-
runt, ut si optimis optatissimisq; uti non detur, minimè certè lædentibus,
proximeq; auxiliantibus contendamus. Quocirca si uires, ætas, cœlum, po
scente morbo, uenam tundi non permittant, purgatione corpus subleuare
tentabimus. Si ne hoc quidem satis tutum uidebitur, clysteres non pœniten
dum præsidium conferent. At si ne hi quidem ferti, aut non admitti poterũt,
cucurbitæ nulla ui magna nonnihil opis præstare consueuerunt. Quamuis
hæ sectionis uenę uicem subeunt propius, sicut purgationis clysteres.
Ne ante diem tertium.) Nec dies tertius semper expectandus est, nec post ter
tiũ felix occasio prætermittenda est. Nam turgẽte materia, etiam primo, quo
que die quaquà natura repit, materia subducenda est. Ineq; cæteris concocti-
onem expectare, rectius est. Quamobrem cruda donec fuerit uel pituita, uel
B melancholia, atq; ante concoctionẽ uiolenter nullo unquam medicamento
irritari debet. Bilis si turget, furibundaq; corpus pererrat, ut facit id rarò, &
quum tenuis est ac mobilis, ptotinus expurgetur. Sin ea quoq; aliquam cor
poris partem obsederit, quod ferè fit, quietaq; illic incandescat, ac partẽ lo-
cumq; suum adurat, eoq; calefacientia medicamenta, cuiusmodi sunt omnia
purgatoria, respuat, ante bilis expurgationem exhibenda erunt, quæ eius ca
lorem & inflammationem prius restinguant, atq; concoquant, hoc est, alte-
rẽt atq; refrigerẽt. Quæ tantisper ieiunis, ut in cæteris crudis humoribus, di
luculo præbenda erunt, donec in urinis decens apparebit concoctio. Ea enĩ
ratione bilis cocta, & ueluti subacta atq; edomita, naturæq; obsequens red-
dita, absq; ullo negocio, adiuuãte natura, trahẽteq; pharmaco, qua uia dece
bit educet. Non est igitur tertius dies magnopere expectãdus: sed turgeat-
ne materia, quæ extemplò eximenda est, an cruda fixaq; subsistat, spectan-
dum: quæ tum demum, ubi concocta in urina cõspicietur, medicamẽto pur
gante idoneoq; erit eripienda. Quoniam per initia alioqui morborum, per-
inde ac quouis item tempore, purgari illi soli humores possunt, qui uentri-
culi spacium atq; amplitudinem, aut intestina, aut uenas primas occupãt: ni
si si rursus uehementius etiam hi ipsi sint impacti, ut ferè nostratium regio-
num fit hominib. uoracissimis, idq; leui blandoq; medicamẽto, ut est cassia
nigra, hiera picra, & si quæ sunt alia eiusmodi. Non enim sic comitabunt uer
C tigines, non tormina, non lipothymiæ, non horroris plena cętera, quæ sum-
mopere medici fugere debent, atq; aliàs sequũtur, accidentia. Post hæc con-
coctio erit arte adiutanda: mox sub uigoris finem & declinationẽ desinen-
tiamq; morbi, quicquid erit reliquum, si quid natura medici opera egere ad
rem incœptam perficiendam uidebitur, expurgare penitus cõtendendum
erit. At si crassos humores, aut uiscidos, ut pituitam, aut melancholiam, pro-
positum sit, tutius id fiet, paulatim ac sæpe aliquid demendo, quàm affatim
ac semel omnia frustra extrahendo. Idq; per interualla ijs ipsis attenuatis, in
cisis atq; detersis, primùm rebus mitioribus, mox etiam paulò sensim fortio
ribus. Plurimum siquidem, ac repentè uacuare aut replere, malũ esse, scribit
Hippocrates. Idemq; purgandi tempora statuit duo, morborum ortum &
occasum. Id quod nos iã quemadmodum faciendum sit, atq; intelligendũ,
satis explicauimus.
Ne ulla cruditate substante.) Stomacho ieiuno ac uacuo ab omni cibo, medici
na exhibenda est, maximè uehemens, & uitio radicitus extirpando accom-

modata. Mitia enim quædam ſunt, quæ uel inter epulas, uel paulo antè, uel A
pòſt, uentriculo atque inteſtinis releuãdis ab uetuſtiſsimis uſque ſeculis, & nõ-
nulla neotericis comperta atque nuperata ſunt. Vt hiera illa picra, polypodi-
um, manna, caſsiæ atramentum, capapotia ante cœnam ab ipſo uſu nuncu-
pata, & elephangina ſiue aromatica, & aſſaieret quæ uocantur. Quanquam
hæc omnia, quod efficere ſunt apta, generoſius preſtant ieiuno cibisque libe-
ro uentriculo. Nam in grauitate rerum aſſumptarum, onerato, quod fieri de
bebat, præſtare uerius uidentur, quàm efficiant.

Ne in corpore infirmo.) Debilibus & longa ualetudine exhauſtis, ſi quid
aliquando deijciendum eſt, quod naturæ ſponte non proueniat, uel cibis
uel rebus ad hoc clementiſsimis adaptatis, uel clyſteribus potius idoneis,
non ullo autem uiolento pharmaco id procurãdum erit. Idem de obœſulis,
de ſanguine plenis, de facile uomentibus, animoque deficientibus, de pueris,
ſenibus, mulieribus, & de corpore puro præditis intelligendũ eſt: niſi quòd
hi poſtremi nunquam, cæteri rarò & clementius, quum ſuadet utilitas, pur-
gandi ſunt.

Neue in eo cui ſatis aluus.) In ſatis propitia aluo, liquidaque, nihil, eius dũtaxat ci
endi gratia, tentare oportet. Paulùm tamen aliquid interdum, quod uitia
per ſe non ſecedenti ſit accommodatum, dare licebit, uiriũ fluxionisque cau-
ta ratione habita. B

Ne in acceſsionis impetu.) Naturæ ſummam quietem permittere in tota ac-
ceſsionis afflictione decet. Vomitum tantum appetente aut aſsiliente impe-
tu, prouocare in ijs qui hoc præſidio egere uideantur, licitum eſt. Quoniam
& naturã, quã in ijs rebus quas ipſa bene gerit, imitari medicus poteſt ac de
bet, id ſæpe cum magno ægri leuamine moliri cõſpicimus. Aluum uerò de-
ijcere eodem tempore, aut urinam utiliter reddere, aut ſudorem extrudere,
non cernimus, improbè quandoque & uiolenter concitatam facere uidemus.
Eam ob rem, quandocunque morbus quietem intermiſsionemque recipit, idque
uno fiat die ſolum, eo ipſo purgandum eſt: ſi duobus, & fractæ uires præce-
dente acceſsione uideantur, ſecundo: ſin robuſtę fuerint, nullaque inſignis ua
cuatio neque per ſudores, neque per urinas, neque per aluum ſecuta eſt, priore
quietis die. At ſi morbus continuus eſt, aut intermittens, ſed cum longiſsi-
mis acceſsionibus coniunctus, tempus eligendum erit in acceſsione aut re-
miſsione mitiſsimum. Vt in febribus homotonis et anabaticis per initia po-
tiſsimum pharmacis agendum: quippe tum uiribus etiamnum robuſtiſsi-
mis, neque materia uiſceribus adhuc adfixa, nec admodum uerò putrefacta.

Pridie uerò abſtinere debet.) Cruditatem in primis, in ijs omnibus quæ ad cu-
randum facit medicus, pertimeſcere ac fugere debet. Quæ ſi magna ſit, fri-
ctionibus exceptis, quæ ne ipſe quidem commodè cibum ſequi poſſunt, ni
hil opportunè fieri ſolet: niſi ut maxima in quiete & abſtinentia quis conti C
neatur, aqua tantũ mulſa, aut ex oxymelite paulatim interpoſito, ſi crapula
heſterna aut recente quis oneratur, atque item ſi hypochondria tumentatque
diſtenta ſunt, aut æſtu inflammationeque infeſtantur, nullo prorſus medica-
mento purgatorio utendum eſt: propterea quòd hæc & cæ antimmodicè,
& uiolentia intolerabili cruditatem exagitent, atque adeò in corpus diſijci
ant. Ieiuno itaque & inani ab omni cruditate non modò uentriculo, ſed toto
etiam corpore inferre illa conuenit.

Eodem die ante aliquot horas.) Si cui iecur magno calore & æſtu affectum
eſt, ptiſanę cremore, aut ſi uentriculus bile nimia, aut hypochondria accenſa
ſunt, aqua calida præſumpta, aut ſerapio aut Iulepo potius idoneo incendiũ
reſtinguere cautum erit. Nam aliud quippiam præſumere, nihil eſt neceſſe.
Quoniam uel hæc ipſa quoque Celſus conſulit, ſi rem quidem omnem pro
pius contemplari libet, uel id quod eſt tutiſsimum rationique ſummè con-
ſenta-

A sentaneum, suadet: nempe ante pharmaci uiolentioris usum aliquot ante horis aquam calidam subijcere (ita enim tum legendum censebo, pro eo quòd alioqui legimus, bibere) ut intestinorum ac uentris arefacta purgamẽ ta madescunt, tum mox etiam deijcienda aluus est. Nam ea siue supernè, siue infernè præmollita fuerit, procliuius, nullaq́ molestia sequitur. Quæ si contrà aridior foret, nec ulla re præmacerata, resisteret utiq́, afflictionemq́ ac dira tormina produceret.

Si leui medicina contenti sumus.) Quanquam bibi ista omnia nihil impedit, tamen ad ea quæ subijcienda sunt per clysterem, ante pharmaci generosioris potionem, non illibenter accommodauerim. Vt si quando leui medicina præire libet, pura capiatur aqua: si paulo ualentiore urgere placet, aqua mulsa competet: si lenire uisum est, aqua in qua fœnum græcum, aut ptisana, aut malua decocta sit, ex usu erit: Si reprimendum, ex uerbenis, quę resiccant admodum, & astringunt, decoctio conueniet. At si quid acrius infundendum uidebitur, marina aqua, aut salsa, utilis futura est. Sin etiam acriora expetentur, in oleum addito uel nitro, uel sale, uel melle, uel omnibus, non solum intestinorum facultas abunde irritabitur, sed eadem etiam efficacius abstergentur. Nam detergentia, quo sunt mordaciora, licet minus facilè sustineantur, tamen hoc plus auxilij adferunt.
B Vt mel, ut melle magis nitrum. Oleum autem emollit & lubricitate imbuit, nisi si sit aliqua re addita infectum, pro cuius tum facultate uires omnino commutat.

Id quod infunditur.) Cùm superiora pleraque, tum hic locus, quæq́ statim subijciuntur, euidenter declarare possunt uideri, non de potionibus, sed clysteribus, quæ iam paulo antè diximus, omnia fuisse intelligenda. Clysteres enim infunduntur: quos neq́ calidos, neq́ frigidos, sed tepidos & eucratos esse decet. Qui posteaquam iam sunt infusi, cõtinere se æger in lecto debet, nec primæ cupiditati uentris statim concedere, sed abluentes horæ minimùm spacio continere. Mitigantes uerò etiam longiori: longissimoq́ qui glutinãt. Nam si qui purgaturi sunt, ij per se cum erit necesse, excidunt. Aut si quando morentur, glande excire licebit. Acutus porrò infundendus non est, nisi cruditate depulsa, & iam materia concocta, aut in morbis longis, interdum frigidis, aut si quod præceps periculum imminere cernatur: aliàs siquidem & cor nimiopere, & iecur debilitare solet. Consultum idcirco fuerit, nisi multo post cibum sumptum tempore, atque ab horis minimum ternis quaternis'ue hoc ipso, nedum purgante potione, uti ne quid superiorum incommodorũ, aut quid crudi, quo minimè oporteat, consequatur.

Vtique eo die cibum assumere.) Sumpto medicamento leni, corpus molli inambulatiuncula dimouendum est: præterquam si pharmacum tenuis
C sit substantiæ, uti'ne medicinę uis dissoluatur: aut, nisi metus sit, ne nausea illinc concitetur. Motio siquidem corpus turbat, sed & somnus præterea debili sumpta medicina (cuiusmodi ferè liquidæ sunt) interdicitur, ut ne uirtutem ipsius exilem, collecta in se dormiendo natura conficiat, opprimatq́. Alioqui si sit firmior medicina, paulum ut indormiat, conceditur. Si densa & crassa, etiam consulitur, quo roborata natura illam disiungat, & ad actionem inducat. Quaternis autem deinde plus minus elapsis horis, horaq́ una ferè ante cibum, ptisanæ cremor, aut cicerum ius cum facchari rubri uncia dimidiata porrigere, aut iusculũ aliud opportunũ, quo itinera abluantur, & medicamentum porrò incitetur dare, bonum fuerit. Deinde aliquid etiam præbere stypticum, quo stomachus confirmetur. Vt si fit succus è malo granato, aut omphaciũ, aut uinũ absinthite, aut absinthij serapiũ, aut aliud pro re præsente adaptatũ. Si frigent pedes, aut partes extremę tegulis concalefactis, aut lintheis ipsis uentriq́ impositis fouebuntur. Simulatq́

pharmaci iam motus atque operatio sentitur, rectum fuerit etiam corpus tum pauxillum suauiter incedendo aut stando sustinere: quo melius omnia subsidant, atque operatio citius efficiatur. Nihil tamen aliud per id temporis faciendum, neque quicquam omnino exhibere decet. Cibus potusque alendo corpori, purgatione demum integrè confecta dari debent, præterquàm si stomachus sit calidus ac siccus. Nã tum ne qua febris aut noxa deterior excipiat, uel aqua calida, uel serapio uiolaceo occurrendum erit. Præterquàm etiamsi bilis stomacho innatet, uel erodens, uel febrem putrefactam producens. Adde etiam, nisi imbecillius agat medicina, quàm ut æger famem tantisper tolerare queat, donec purgationis effectio sufficiẽs appareat. Dare igitur cõueniet quippiã, quod stomachũ & roboret, & iucundè recreet: ut est buccella panis ex uino odorato aut aromatico desumpta. Absoluta post hæc purgatione, somnum quietemque capere permissum est, quo uires spiritusque reficiantur. Et à somno rursus parumper edendũ: minus, ubi minus expurgarit: plusculũ, si plus. Calidaque ea sunto, si & pituitosa est natura, & pituita fuerit egesta: frigida, si biliosa. Iusculum gallinæ, aut carnis ueruecinæ, aut pulli gallinacei, aut piscium, aut dulcium amygdalarum, nullis nõ opportunum esse potest. A

De uomitu. Cap. XIII.

AT uomitus, ut in secunda quoque ualetudine sæpe necessarius biliosis est: sic etiam in his morbis, quos bilis concitauit. Ergo omnibus qui ante febres horrore & tremore uexantur, omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus, & comitiali quoque morbo oppressis, necessarius est. Sed si acutus morbus est (sicut in cholera, si febris est) ut inter horrores asperioribus medicamentis opus non est, sicut in deiectionib. quoque suprà dictum est: satisque est ea uomitus causa sumi, quæ sanis quoque sumẽda esse proposui. At ubi longi ualẽtesque morbi sine febre sunt, ut comitialis, aut insania, ueratro quoque albo utendũ est. Id neque hyeme, neque æstate rectè datur, optimè uere, tolerabiliter autũno. Quisquis daturus erit, id agere antè debet, ut accepturi corpus humidum fit. Illud scire oportet, omne eiusmodi medicamentum (quod potui datur) non semper ægris prodesse, semper sanis nocere. B

ENARRATIO.

At uomitus, ut in secunda.) Bilis genuina sua leuitate facilè sursum euolat. Vnde & stomachũ, atque uentriculi os arrodere, & caput suis uaporibus ferire solita est. Quare quum quæque noxa, quam corpori eximere propositum est, quo maximè suapte natura tendit, per ea loca duci debet, quod 1. Aph. 21. inquit Hippocrates: consentaneum est, eandem per os ac uomitionem reijcere, seu ea uentriculo ingenita sit, seu aliunde, ut ferè fit, illuc irrepserit. idque in ieiunis fieri, longè optimum est. Nam pituitam, si quando id etiam opus est, à cibo euomere, præstabilius est. Quũ sit enim ipsa & crassa, & imo uentriculo magna ex parte illita, rebus præsumptis, præsertim acribus & salsis, uomitionique prouocandæ idoneis commixta, suauius pleniusque educitur. C

Omnibus qui ante febres.) Horrorẽ Celsi aliàs docui, melioribus nũc medicis rigorẽ appellari. Nempe totius corporis inæqualẽ quandã cõcussionẽ: quæ dum febrẽ antecedit ex flaua mordacique bile, aut eius calidis atque acribus uaporibus per sensiles corporis partes ualidè cõcitatis nascitur. Cæterũ tremorẽ quẽ Celsus uocat, nostri iam horrorẽ nũcupãt. qui est rigore tanto infirmior

mitiorque,

A mitiorq́, quanto eius causa paucior est, & mitius blandiusq́ per corporis sententia membra dimouet. Hic in tertianis intermittentib. nothis, & quandoq́ quotidianis percipit, ut in tertianis puris & legitimis, & febrib. ardentioribus rigor oboritur. Quarũ causæ, quũ uentriculũ obsidet, preclarũ è uomitu adiumentũ sumitur: si bilis est nuda, ante omnem cibũ: si pituitæ commixta, post eundem: sicut plerięq; hoc solo auxilio fuerint restituti. Nam alibi si continerentur, uidendum cautè ne uomitionis nimio conatu, in uenas referantur, atq; ex intermittentibus continuatæ febres efficiantur. aut ne è uenis in uiscera, quod nihilo est tutius, pertrahant. Quorũ neutrũ sine graui periculo fieri potest: quare quod paulo pòst præcipit Celsus, nec in cholera, nec in tertianis horrificis asperiorib. rebus uomitũ citare conueniet, sed mitibus tantũ, & uentriculũ exonerantibus: de quibus pleraq; lib. 1. scripsimus.

Qui cholera laborant.) Cholera, uentriculi uiolenta quædã est perturbatio, sursum deorsumq́ magna cum tempestate erumpẽs: quæ ex multa longaq́ cruditate, aut graui alimentorum, aut medicamentorum prauitate, aut certè uitiosorum humorũ copia, maximeq́ bile consequitur. Quę, donec urgere ac redundare cernuntur, aqua tepida aut hordeaceo decocto uomitionem adiutare, minimè uerò hydromelite aut hydreleo incitare oportet. Deie-B ctionẽ deorsum uersus, uel aloe, uel calsiæ atramento, uel myrobalanis, uel alijs eiusdem generis mitioribus solum impellere oportet.

Omnibus etiam cum quadam hilaritate insa.) Cum hilaritate insanientes Hippocrates securiores, quàm uiolẽtos studioq́ incitatos prędicat: quippe quibus à minus adustis minusq́ ferocibus causis id uitij producitur. In quibus, sicut in morbis longis ferè omnibus, uomitus cõmendatur, in paralysi, in quartanis, in podraga, in epilepsia, in ischiade, præcipueq́ in nephritide: propterea quòd magna ui crudos humores, & inquinatos, unde ea quæ recensuimus, si non protinus nascantur, certè deteriora demum redduntur, salubriter eijcit. Quapropter non debilibus illis tantum his rebus uti licebit, sed & ueratro albo, & si qua sunt alia pari facultate prædita.

Id neq; hyeme.) Hippocrates 4. Aph. 4. φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω. id est: Medicamentis purgare oportet æstate quidem partes superiores, hyeme uerò inferiores. Quorũ illud uomitu faciendum, hoc deiectione, nemo non intelligit. Proximoq́ Aphorismo, ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι. id est: Sub canem, & ante canem, difficiles sunt medicaminũ purgantiũ usus. Itemq́ rursus: Proximo graciles, facileq́ uomentes, per superiora, uitata hyeme purgari debent. Crassi uerò, pinguesq́, ac difficulter uomentes æstate, uitata, per inferna. Et 6. Aph. 47. Quicunq; uel uenæ sectionis, uel medicamenti purgantis indigẽt, ea uerno tempore faciunto.

C *Quisquis daturus erit, id agere antè debet, ut.*) 4. Aph. 13. Hippocrates, πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηιδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει. id est: Ex ueratri usu, qui non facilè sursum purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibò atq; quiete prehumectare decet: ne uidelicet nerui ligamentaq́ medicamento mirificè & calido & sicco conuellantur. In eandem propè sententiam 2. Aph. 9. scripsit, τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι, εὔροα ποιεῖν. id est: Corpora quũ quis purgare expetit, oportet ea bene fluxa reddere.

Illud scire oportet.) 2. Aph. 36. οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι. id est: Qui sano sunt corpore prædití, per medicamẽta purgati subitò exoluunt, atq; item qui prauo utuntur uictu. Et Aphorismo proximo breuius, οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι, ἐργώδεες. hoc est: Qui corpore se benè habent, eos operosum est ac periculosum medicamentis purgare. Et 4. Aph. 16. Helleborus ijs qui ualent periculosus prædicatur, propterea quòd hominem conuellat.

De frictio-

De frictione. Cap. XIIII.

DE frictione uerò & gestatione adeò multa Asclepiades, tanquam inuentor eius posuit, quòd in eo uolumine quod communium auxiliorum scripsit, cum trium tantum faceret mentionē, huius, & equi, & gestationis, tamen maximam partem in hoc consumpserit. Oportet autem neq; recentiores uiros in his fraudare, quæ uel repererunt, uel rectè secuti sunt: & tamen ea quæ apud antiquiores aliquos posita sunt, authoribus suis reddere. Neq; dubitari potest, quin latius quidem, & dilucidius, ubi, & quomō frictione utendum esset, Asclepiades præceperit: nihil tamen repererit, quod nō à uetustissimo authore Hippocrate paucis uerbis cōprehensum sit, qui dixit, frictione si uehemens sit, durari corpus: si lenis, molliri, si multa: minui: si modica, impleri. Sequitur ergo, ut tū utendū sit, cū aut adstringendū corpus quod fluens est, aut molliendum quod induruit, aut digerendū in eo quod copia nocet, aut alendū id quod tenue & infirmū est. Quas tamen species, si quis curiosius æstimet, quod iam ad medicum nō pertinet, facilè intelliget omnes ex una causa pendere, quæ demit. Nam & astringitur aliquid eo dempto, quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat: & mollitur eo detracto, quod duritiam creabat: & impletur non ipsa frictione, sed eo cibo qui postea usq; ad cutem digestione quadam relaxatam penetrat. Diuersarum uerò rerum in modo causa est. Inter unctionem autem, & frictionem, multum interest. Vngi enim, leuiterq; pertractari corpus etiam in acutis & recentibus morbis oportet, in remissione tamen & ante cibum. Longa uerò frictione uti, neque in acutis morbis, neq; increscentibus conuenit, præter quàm cum phreneticis somnus ea quæritur. Amat aūt hoc auxilium ualetudo longa, & iam à primo impetu inclinata. Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse, increscentib. morbis, non cum iam per se finiuntur. Quod non ita se habet. Potest enim morbus etiā, qui per se finem habiturus est, citius tamen adhibito auxilio tolli: quod duabus de causis necessarium est, ut & quàm primū bona ualetudo contingat, & ne morbus, qui remanet, iterum (quamuis leui de causa) exasperetur. Potest enim morbus minus grauis esse quàm fuerit: neque ideo tamen solui, sed reliquijs quibusdam inhærere, quas admotum aliquod auxilium discutit. Sed ut leuata quoque aduersa ualetudine rectè frictio adhibetur, sic nunquam adhibenda est febre increscente. Verùm si fieri poterit, cum ex toto corpus ea uacabit, minus certe cum ea remiserit. Eodem autem modo in tutis corporibus esse debet, ut cū infirmus aliquis implendus modo est in partibus, aut quia ipsa eius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius. Nam & capitis longos dolores, ipsius frictio leuat, non in impetu tamen doloris: & membrum aliquod resolutum, ipsius frictione confirmat. Longè tamen

A gētamen sæpius aliud perfricandū est, cum aliud dolet, maximeq;
cum à summis aut à medijs partibus corporis euocare materiam
uolumus, ideoque extremas partes perfricamus. Neque audiendi
sunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim
ex uiribus hominis colligendum est. Et si is pērinfirmus est, potest
satis esse quinquagies: si robustior, potest ducenties esse faciendū.
Inter utrumque deinde, prout uires sunt. Quo fit, ut etiam minus
sæpe in muliere, quàm in uiro: minus sæpe in puero uel sene, quàm
in iuuene manus dimouendæ sint. Denique, si certa membra per-
fricantur, multa ualentiq; frictione opus est. Nam neque totum
corpus infirmari citò per partem potest, & opus est quàm pluri-
mum materiæ digeri, siue idipsum membrum, siue per id aliud le-
uamus. At ubi totius corporis imbecillitas hanc curationem per
totū id exigit, breuior esse debet & lenior, ut tantūmodo summā
cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo nouæ materiæ
fiat. In malis iam ægrum esse testat̄, ubi exterior pars corporis fri-
B get: interior, cum siti calet, ut suprà posui. Sed tunc quoque unicū
in frictione præsidium est, quæ si calorē in cutem euocauit, potest
alicui medicinæ locum facere.

ENARRATIO.

De frictione uerò.) Vacuationum genera duo constitui, suprà traditum est,
unam generalem, & particularem seu singularem alteram. Atq; generalem
quidem esse, quæ cōmuniter ab uniuerso corpore materiā subtrahit. Eiusq;
formas esse proditas, cutaneam inanitionem, sanguinis profusionē, & pur-
gationem. Porrò sub sanguinis profusione, uenæ sectionem & cucurbitulas
subiectas esse: sub cutanea uerò inanitione, sudorem & tacitam perspiratio-
nem contineri. Et sub hac quoq;, frictionē, unctionem, balneum: de quibus
iam reliquum est ut dicatur. Nam de sanguinis missione ac purgatione, quæ
uomendo aut deijciendo fit, hactenus actum est. Particularis autē ea dicitur
uacuatio, quæ unam aliquampiam partem ab onere inutili subleuat: cuius-
modi sunt gargarismata & errhina cerebro, excreationes tussesq; pulmoni
atq; thoraci, emictio renibus ac uesicæ, hæmorrhoides podici, menses utero,
& utraq; uenæ cauæ, & balani ac clysteres intestinis. Cæterùm frictio uel to
tius ipsa est corporis, uel unius alicuius particulæ. Atq; utraq; rursus est uel
C bene, uel malè ualentium hominum. De ualentium frictione libro de Vale-
tudine inscripto traditum est. At ægrè habentiū, alia dura est, eaq; astringit:
alia mollis, quæ laxat: alia multa, quę gracilitatem comparat: alia deniq; pau
ca, quæ implet. Mediæ uerò horum, media, ambiguaq; præstant. Connexæ
connexas facultates habent. Vt si qua mollis pariter sit, ac multa, prioris no-
mine cutis spiracula laxat, dilatatq;. Posterioris humores ac corpus extenu-
at, & colliquefacit. Vtriusq; causa calefacit, dissipat, digerit. Sin pauca sit, ea-
demq; mollis, ipsa iam simul & implet, & à duritie uindicat. Sed ut est horū
usus summus, in ijs qui bene recteq; ualent post concoctionem, & ubi crudi
tas omnis ferme depulsa sit: ita in ægrotantibus unicè prodest, concoctione
apparente, & morbis iam inclinatis, præsertim etiam longis frigidisq;, siqui
dem ea molliter multumq; usurpetur. Nam eo pacto calefacit, & reliquias
uitiorum tutò digerit atq; dissipat. Alioqui & dura corpori aut membro ali
cui firmando, cæteris etiam temporibus imperari potest. Et pauca ijsdē im-
plendis aliquanto post escas tempore accommodari solet.

Frictione si uehemens sit.) Hippocrates 6. Epid. ἀνάτριψις, inquit, δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι, ἡ σκληρὴ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη παχῦναι. id est: Frictio potis est soluere, ligare, carne implere, minuere. dura quidē ligare, mollis soluere, multa minuere, mediocris crassefacere. Nam δῆσαι pro πυκνῶσαι, λῦσαι pro ἀραιῶσαι καὶ μαλακῦναι, μινυθῆσαι pro ἰσχνᾶναι: hoc est, ligare pro cogere ac densare, soluere pro rarefacere ac mollire, minuere pro tenuare positum est. σαρκῶσαι uerò, id est, carne implere, ipse etiam Hippocrates παχῦναι, hoc est, crassefacere, ualere declarat. Quibus uerbis sanè paucissimis, Hippocrates ita omnem uim frictionum complexus est, ut nihil addi amplius, nihil demi posse uideatur. Nec id ita certè immeritò. Dura enim stringendo, premendoq́, nisi cogere atq; astringere potest. Nec mollis, nisi contraria, sibiq́ similia facere uisa est. Multa uerò, mora ipsa incumbendo, calefaciēdoq́, primum ruborem tumoremq́ comparat, deinde mox etiam discutit atque extenuat. Nutrit deniq́, carneq́ implet, non ea quidem simpliciter quæ pauca sit, & quæ multæ foret contraria, sed mediocris ac moderata. Quod autem Celsus his omnibus formis aliquid demi tandem pronunciat, ut contrarium contrario tolli intelligas, uerum est. Nam quisquis astringit, is raritatem demit: qui mollit, duritiem detrahit: qui extenuat, plenitudinē minuit: qui implet, tenuitatem tollit. Vt uerò de corpore semper aliquid eripi existimes, uanum est. Nam nec B qui cogit, quatenus certè cogit, uerè quicquam corpori aufert. Nec qui tenuitatem alit atq; implet, quicquam adimit. Sed è contrario, quisquis cogit ac densat, idem cōtinet & includit: quisquis emollit, eo quo mollefacit, etiā imbuit, & qui alit, addit quoq;.

Inter unctionem autem & frictionem.) Frictio duritie: aut mollitie, & longitudine, aut mediocritate differre potest: frigefacere, quum sit ipsa in motione posita, per se nulla potest. Vnctio uerò pro materiei qua efficitur ratione, non potest non plurimum etiam uariare. Quamobrem acutorum morborum æstum refrigerare interdum potest: ut omphacino, rosaceoq; fieri cernimus. Potest & refrigerata recalfacere, quod laurino & euphorbino præstari animaduertimus. Et potest, quicquid materia unde fit, quaq; imbuit, efficere: modò astringere, modò laxare, modò mollire, modò indurare, aliasq; tenuare, aliàs dissipare, aliàs incidere, aliàs incrassare. Deniq; nihil non facere unctio potest: sed tutò tamen ea tantū ante epulas & in uitiorū remissione, nisi uel reprimere, uel implere statutū est. Id q̄d de frictiōe item proditū est. Atq; id quidē eam ob rem, ut ne materia per morbi impetū lacessita, magis defatigetur, atq; ab instituto suo retrahatur. Néue cruditatem euocet, si calidior sit: neu retardet, si frigidior. Quanquam de unctione quoties per se fermo fit, de calida id intelligendum est, quæq; iam agitandi atq; dissipandi uires obtinet, & quæ corporis habitū & humores penetrando peruadit, eos- C demq; calefacit, extenuat, atq; disperdit. Qualē acuta detentū corpus ægritudine nullo pacto sine graui discrimine toleret, nec cruditate uerò affectū.

Longa uerò frictione uti.) Longā pariter, ac mollem intelligi debere, rei præsentis ratio satis declarat, quæ ut mulcendi uim, forasq; spiritus & humores euocandi possidet: sic quū hæc quærimus, ut in phreneticis & in animi defectionibus atq; deliquijs, ipsam cōsulimus. In alteris tamen somni cōciliandi gratia, suauiorem: in alteris, reuellendi causa asperiorē. Certè longa omnis foras quippiam euocat, ac digerit magis minusq́, pro sua diuturnitate & uehementia. Etsi progressu aliud facit, ut uel astringat, si dura est: si mollis, ut emolliat.

Amat autem hoc auxilium ualetudo longa.) Morbus acutus breuis est, & ferè calidus, & qui crisi paucos intra dies finiri soleat. At nulla horum causa institui debet, quæ & calefacere potest, & cuti tantum impendi assolet. Longius uerò multo tempore trahit, ac frigidus est: & abscessu, aut apostemate, aut di-

A aut digestione terminari cõsueuit. quorum gratia eandem illam rectè sæpenumero adhiberi, in confesso est. Nam & uitia breuiat, & causas r ecalfacit, & digestionem adiuuat. Sed id uitiosa materia iam concocta, & morbo ipso inclinato faciendum est: propterea quòd ante ea, propter crassitiem pigritiamq;, materia secutura nõ esset, nec prius natura illam dimissura. quæ causis demum maturis, morbisq; cõcoctis adiutare solum nouit, crudis conficiendis tota ac prorsus intenta. Cui si quid medicus frictionibus, aut unctionibus, aut balneis, aut alia quauis arte eripere studet, liquida plerunq; tantũ, retinendaq; extrahit, crassis eximendisq; relictis. Quo fit, ut cùm auxilietur nihil, tum etiam peruicacius longiusq; malum ut efficiat.

Neq; ignoro quosdam dicere.) Fuit hæc de medicorũ opera propè à cõdito usq; orbe quæstio inter doctos imperitosq; agitata: quæ tamen nullis antè sæculis fœdius latiusq;, quàm nostra hac ætate, increbuit. Quotus enim quisq; est, qui non ita de podagra, de ischiade, de chiragra iudicet, medicorum eas arte nihil præsidij persentiscere, perq; se illas exolescere longè felicius? Scilicet quia medicus in uita istorum intemperatissima, aut ætate defecta, quin aliquando reuertãtur, efficere nõ potest: nihil idcirco auxilij adferre ualet: aut quia eas totas semel extirpare aut obstupefacere non uult, ideo breuiores molliores q; reddere non potest. Idem de febribus inter plerosq; iudiciũ,
B idem de plurimis alijs ægritudinibus passim exaudire licet. In quibus dum initia, incrementa, summasq; rationes atq; inclinationes medicus arte consilioq; tractat & obseruat, nihil præstare boni interim creditur: & quam uitij natura dedit crescentem maliciam, medicus creare existimatur, nisi semel, ra dicitusq; aut morbum, aut cum ægrotatione hominem è medio sustulerit. In cæteris artibus, inchoantes artifices, ac procedentes, absoluentesq; taciti benigniq; suspiciunt: in sola medicina multis diebus ac mensibus, ne dicam totis sæpe annis uitium congestũ, momento excindi uelle non erubescunt: hic solum nulla principia, nulla augmenta, summitatem, moramq; nullam operanti curantiq; largiuntur. Quippe qui hac in re, nisi exitum euentumq; rei bonũ, spectare & admirari, ceteraq; damnare ac reprehendere didicerũt. Quare dum naturã medicus adiutat, dum uictu idoneo succurrit, dum periculorum & rerum fugiendarum expetendarumq; admonet, dum medicamentis subuenit, si dolor interim, ut debet necessariò, plerunq; increscit, si morbus pro suo ingenio & ætate magis sæuit & exacerbatur, medici id imperitiæ uitioq; protinus tribuitur atq; imputatur. Nec intelligitur, dum hæc morbi ui & natura fiunt, tum eadem nisi medicus recta ac salutaria consuleret, & manũ cum natura admoueret, multo fore deteriora, longioraq;. Sunt itaq; boni omnes uiri à crassissima hac inscitia reuocandi, ut & morborum certã esse legem ac naturam, & certa quasi ætatũ discrimina, quæ necessario
C ordine conficiant, meminerint. Quibus incipiãt affligere ac cruciare ægrũ, quibus increscãt & augeanť, quibus maturescãt, & postremò quoq; occidãt & intereant. Et inter hæc multũ interim ab arte præsidij capere, atq; leuaminis, ut citius molliusq; desinant, intelligant. Neq; enim curat optimè, qui cru ciatũ protinus omnem adimit, & tanquã iugulat: sed qui morbo augescenti maturitatẽ, summoq; releuationem, totiq; clementiã ac breuitatem cõparat. Hæc enim uis est earũ rerum atq; naturæ, ut certis initijs ac terminis omnia includantur. Et ut mala iuxtà ac bona crescant aliquanto tempore, & uigeant, ac mox etiam intereãt. Quę nimirum, ut ne ita fiant, optari plerũq; nec debet: nec, ut bene fiat, potest. Vt uitia minuentur, corriganturq;, ac minus recurrant, præstari semper potest à sapiente medico, ac debet. Et futura ne eueniant, pullulantiaq; ut quasi in herba succidantur, nonnunquã potest. Vt in omnibus id fiat, expeti non est semper conducibile. Et ut sit maximè, sæpe medici, sæpius ægri, sæpissimè aliarum rerum delicto, quòd summè bonum sit, non cõsequimur. Quare ut frictionibus, lotionibus, balneis, ceterisq; rebus similibus spiritus aut humores agitantibus, tutò nemo utitur,

nisi uitio iam inclinato ac decedente: Ita sunt alia quæ suo quæque tẽpore, tũ A
in uictu, tũ in curatione magno adiumẽto sæpè inter & crescẽtes & summos
dolores adhibeantur. Possem in hũc locũ amplissimũ longa oratione excur-
rere, multaque exempla undequaqua cõgerere, possem hominũ errores im-
probos multis uerbis amplificare: sed paucis istis rem atque absurditatẽ tanque
digito indicasse sufficiet. Nam sunt alioqui multi etiã sapiẽtes ab his ipsis er-
roribus liberi: & uulgus desipere nulla unquã ætate, nullaque ratione desinet.

Sed ut leuata quoque aduersa ualetudine.) Frictionem modò diximus tutissimè
tum adhiberi, quũ morbus inclinatus est: augescenti aut inchoanti nunquã:
rarò quoque uigenti. causasque superius aperuimus. Quod obseruandum est,
non tantum dum toti corpori releuationem quærimus, sed etiam dum parti
cuipiam subuenire propositum est. Nam dum impetus mali uiget, presertim
si reliquum corpus non probè perpurgatum uacuatumque sit, nisi summo cũ
periculo frictionẽ experiri licet. At impetu remisso, ac corpore toto ab im-
mundicie uindicato, tutò id conceditur, quod alioqui plus alliceret impro-
bi humoris, quàm uitij dissiparet. Sic capiti, sic manibus, sic pedibus sub pu-
ro toto corpore firmitas comparatur, sub impuro uitiũ debilitasque intẽditur.

Longe tamen sæpius.) Frictionis geminus maximè est usus, ut partes eas quas
perfricamus, releuemus: & ut fricando aliud, aliunde quippiã retrahamus.
Sic in fluxu supernarum partium, infernas defricamus, & lignamentis astrin B
gimus, ut calore, doloreque, id quod alio incitatum est, ad aliud reuocemus
atque reuellamus. Exempli causa, fluunt nimium menses, aut hæmorrhoides,
brachiorũ hic è multis alijs, cõfricatione opem auxiliũque ferimus. Contraque
funditur è naribus sanguis immoderatè, mox pedibus perfricatis etiam liga
cula inijcimus: itemque thoraci, uentri, uisceribus subsidium, extremis his par
tibus frictis, quærimus, quod reuulsionis ui quadam & calore, doloreque,
quod iam diximus, efficitur.

Neque audiendi sunt.) Quicquid curationis ergò corpori impenditur, non fri-
ctio tantum, quoties, quantumque adhiberi debeat, tum ex ægroti uiribus, tũ
rerum earũ quæ usurpantur ui, & è temporis locique ratione omnino peti de-
bet. Quod uti compendio præcipi solet: ita omnium quæ in arte medica oc-
currunt, propè est tum difficillimum, tum obscurissimum. Quare solerti in-
genio & magna sapientia opus est, ut quàm minimum hic erretur, & uti quàm
proximè ad rem expetitam perueniatur. Sed non modò uires, uerùm etiam
partes quæ fricandæ sunt, multum securitatis præbent, ne facilè corpus be-
ne præpurgatũ debilitetur. Sin quid debile est in toto aut in parte, implendũ
sit, frictioneque firmãdũ, leniter id ut fiat ac breuiter, Celsus rectè cõsulit. Nã
& minimũ ita disperdit uiriũ, & paulatim melius cõmodiusque corpus reficit.

In malis iam ægrum esse.) Hippocrates 4. Aph. 48. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρε-
τοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχει, θανάσιμον. id est: C
In febribus non intermittentibus, si externæ quidem partes frigidæ fuerint,
internæ uerò ardeant, sitimque habeant, lethale est. Quæ uerba tum ad febrẽ
ardentem perniciosam, tum ad lypiniam, quam uocant, pertinent. Quarum
illa ex uiscerum ac uentriculi iecorisque erysipelate, hæc ab inflammatione ac
cidit. In quibus nihil præsidij, nisi in aeris externi & partium internarum re-
frigeratione positum est, & in extremarum partiũ frictione ac ligatura, quæ
calorem fugitiuum suis partibus restituunt.

De gestatione. Cap. XV.

Gestatio quoque longis etiam & inclinatis morbis aptissima est.
Vtilisque est & his corporibus, quæ iam ex toto febre carent,
sed adhuc exerceri per se non possunt: & his quibus lentæ morbo
rum reliquiæ remanent, neque aliter eliduntur. Asclepiades etiã in
recenti, uehementi'que febre, præcipueque ardente, ad discutiendã
eam, gestatione dixit utendum esse. Sed id periculose fit, meliusque
quiete

A quiete eiusmodi impetus sustinetur. Si quis tamẽ experiri uolet, sic experiatur, si lingua non erit aspera, si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor uisceribus, aut capiti, aut præcordijs suberit. Et ex toto, nunquã gestari corpus dolens debet, siue id in toto, siue in parte est, nisi tamen solis neruis dolentibus: neq; unquam in recenti febre, sed in remissione eius. Genera autem gestationis plura sunt adhibenda, quæ sunt & pro uiribus cuiusq;, & pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint. Gestationum lenissima est naui, uel in portu, uel in flumine: uehementior in alto mari naui, uel lectica aut scamno, acrior uehiculo. Atque hæc ipsa & intendi & leniri possunt. si nihil horum est, suspendi lectus debet & moueri: si ne id quidem est, at certè uni pedi lecti funiculus subijciendus est, atq; ita lectus huc & illuc manu impellendus. Et leuia quidem genera exercitationis, infirmissimis conueniunt: ualentiora uerò, his qui iam pluribus diebus febre liberati sunt, aut his qui grauium morborum initia sic sentiunt, ut adhuc fe-
B bre uacent. Quod & in tabe, & in stomachi uitijs, & cum aqua cutem subijt, & interdum in morbo regio fit. Aut ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis insania est, sine febre, quamuis diu manent. In quibus affectibus ea quoq; genera exercitationum necessaria sunt, quæ comprehendimus eo loco, quo, quemadmodũ sani neq; firmi homines se gererent, præcepimus.

ENARRATIO.

Gestatio quoq;.) Diximus de gestatione primo libro quædam, quæ huc accommodari utiliter poterunt. Est autem ipsa inter exercitationem legitimam ac ueram quietem propè media. Corpus enim in hac tanquam quiescendo dimouetur. Quare sicut est ipsa motio quædam omnium facile lenissima, sic est hominibus imbecillioribus multo utilissima. Quando omnis calorẽ genuinũ clemẽter uentilare atq; excitare, & materiei superuacaneæ copiã digerere atq; habitum corroborare, & stupidas operationes suscitare potest. Sunt porrò eius differentię multę, quibus, quod dixi, plus minus efficit. Mitissima nanq; est in lecto uel pensili, uel mobili pedũ fulcro agitato. Proxima, ubi quis lectica deuehitur, seu desidendo, seu q̃d mollius etiã est, decũbendo id fiat. fortior etiã his est quæ curru fit: quæ & ipsa aliàs concitatior, a-
C liàs tranquillior esse solet. firmior quoq; est, dũ equo qs insidẽdo uehit. cuius itẽ multę species reperiunt. Plurimũ em̃ interest, a stutcone quis ac tolaturio, an succussario, an desultorio equo, an canterio, an ueredo gestet. In asturconibus siquidẽ mollis illa alterno crurũ explicatu glomeratio minimũ fatigat. Molesta est succussariorũ quassatio, canteriorũ tardus incessus, ueredorum pernix cursus. Desultorũ usus sacris certaminib. fuit accõmodatior. Verùm sedere in equo, uix ex malè ualentiũ usu esse queat. Nam ut mollissimè ueharis, tamen lassitudo inguinũ, lumborumq;, & duta pedũ suspẽsio atq; explicatio percipitur: & subpedaneis angustis ferreisq; totum corpus tanquam eodem in uestigio sustẽtare, arduũ est: & deniq;, si quo modo incitatius feraris, dolorosè corpus concutit. Valentibus eodem & corpus & animũ & stomachum firmare, & sensus expurgare atq; acuere, magna profectò commoda, si non pectus pedesq; debilitaret, conferre potest. frequentior itaq; esse debebat, quę nauigio instituitur. Quę quũ in flumine aut mari suauiter littus legendo, suscipit, iucũdissima est. Et quę in pelago fit, omniũ uehementissima est:

ma est: & si mare tempestatib. et altis inquietisq; undis perturbet, durissima. A Cæterùm lecto uel pensili, uel pedibus uolutato, uti licet in febrientibus, aut diuturno morbo fractis, & ab ægrotatione uires cõfirmãtibus, aut ueratro usis, aut phreneticis: quippe quo & spiritus placantur, & somnus allicitur. Vtilis quoq; tum lethargicis, tũ appetentiæ deiectione laborantib. Lectica uerò ac ferculo decũbentes uehi iubebimus ægros in febre, siue lethargica, siue semitertiana, siue quotidiana. Itemq; hydropicos, stupore attonitos, resolutos, nephriticos, podagricos. At desidẽtes lectica feremus, ubi se febris remiserit. Verùm curru concutimus morbos diuturnos: at mitius quidẽ capite laborãte, aut intestinis fluxione tentatis. Durius aũt in pectoris stomachiq; affectionib. in laxis tumoribus, in hydropicis, in stupore attonitis. Sed uertiginosos, & hemicrania dimidiataq; capitis parte conflictatos, ab itinere auersos retrorsum, leniter resupinatos uehi magno sæpè præsidio fuisse memoriæ proditũ est. Nauigatio aũt in mari quid apportet, & quid ualeat efficere, è primi libri, nostra enarratione perspici licebit.

Si quis famem experiri uolet.) Vel nulla, uel mollis fit admodũ oportet ea gestatio, quæ crudo etiã morbo suscipiatur. Nam uehementiores durioresq; cùm totũ corpus impuritate cõtaminãt, tũ obstructionib. pertinacibus infarciũt. Quę, si ualẽti corpori post cibũ, et ubi impurũ est, meritò formidanť: multo profectò magis laboranti atq; ægroto corpori sunt pertimescẽda. Scio itaq; B cùm febres, tum ægritudines alias plurimas gestatione & exercitio sæpè finitas esse: Sed scio id tutò factum esse nemini, nisi maturo iam morbo, aut eius paucissimis reliquis feminibus. Periculosissimũq; fore, si quis æstu aut dolore inflãmatis uisceribus, aut hypochondrijs, aut capite, gestatione atq; exercitio æstum cõduplicet. Quoniã motus, ut dissipare utilitet tum concocta, tum si quæ pauca restant sæpenumero potest: sic omnis calefacit, & calorem, si quis antè fuit, auget, & magis incẽdit, & humores spiritusq;, si concitatior est, exagitat. Quamobrẽ errãt plurimũ, qui inchoãtes adhuc, aut crescentes crudosq; morbos, præsertim calidos, exercitijs cõsumere tentãt. Nã & maturos plurimũ adiuuari, maximeq; frigidos cõfici, & lædi cæteros, nisi sit mollissima gestatio, ratione iam dicta satis est manifestum.

Genera autem gestationis.) Ea nos genera iam propè recensuimus. In quibus ad rem accõmodandis usurpandisq; nihil æquè ac uires eius qui gestať spectare, & morbi tũ grauitatẽ, tũ cruditatẽ, tũ etiã feruorẽ decet: ut infirmis leuia, firmis robusta imperem9: & ut ne cruditatẽ ac æstũ motu amplificemus. Nã quod sæpè dicere ac usurpare soleo, stultissimũ est, ąd aliquando responderе uisum fit, temerè in omnibus experiri. Sunt enim multa plerunq; animaduertenda, ut γὰ τῷ καίρῳ atq; ipso suo articulo quæq; res, suoq; & loco & tempore usurpetur. In hoc enim omnis imperitorũ error positus est. dum quod in quibusdam rectè feliciterq; factũ esse animaduertetunt, omnibus C statim idem profore credũt, nulla uitij, nulla ęgri, nulla tẽporis lociq; ratione habita: quũ sint aliàs optima quęq;, si ista negligant, nõ rarò perniciosissima.

De abstinentia. Cap. XVI.

ABstinentiæ uerò duo genera sunt. alterum, ubi nihil assumit æger: alterũ, ubi nõ nisi quod oportet. Initia morborũ primũ famem sitimq; desiderant, ipsi deinde morbi moderationẽ, ut neq; aliud quàm expedit, neq; eius ipsius nimiũ sumať. Neq; enim conuenit iuxta inediã protinus satietatẽ esse. Quod si sanis quoq; corporibus inutile est, ubi aliqua necessitas famem fecit, quanto inutilius est in corpore etiã ægro? Neq; ulla res magis adiuuat laborantem, quàm tempestiua abstinentia. Intemperantes homines apud nos, ipsi cibi tempora curantibus dant. Rursus alij tempora medicis

A cis pro dono remittunt, sibijpsis modum uendicãt. Liberaliter age
re se credunt, qui cætera illorum arbitrio relinquunt: in genere ci-
bi liberi sunt, quasi quæratur quid medico liceat, non quid ægro sa
lutare sit. Cui uehementer nocet, quoties in eius, quod assumitur,
uel tempore, uel modo, uel genere peccatur.

ENARRATIO.

Abstinentiæ duo genera sunt.) Plenitudinis eius quàm Græci πληθώραν uocant,
duæ traduntur formæ. Altera, dum salutares utilesq́ succi sic redundãt, ut ma
ximè quidẽ uenas maiores, dehinc minores, mox illinc etiã uiscera, postre-
moq́ & musculos, & omne corpus longè lateq́ distendant, onerentq́. cui
leuandæ propriè uenæ sectio nũcupata est: quippe quæ sola periculo præci-
piti ac impendẽti urgentiũ acutorũq́ morborũ subitò simul, ac tutò eripere
potest. Quũ nihil à natura datũ sit aliud, quod statim ex æquo omnes corpo
ri succos eximere queat. Purgationes quidẽ aliquid corpori demũt, sed uel
unicum tantum humorem, uel certè non pariter omnes: abstinentia uerò,
atq; exercitiũ, detrahunt ipsa quidem similiter de omnibus aliquid, sed nec
B citò, nec in graui discrimine sufficiẽter. Sola igitur superest sanguinis missio,
quę & plenitudinẽ, quam diximus, & acutas ex ipsa natas ægritudines pro-
tinus sine ulla periculo detrahit. Altera uerò plenitudo non simpliciter, sed
ad aliud relata, & quia uires imbecillas grauat, dicta est. Non enim ipsa ue-
nas turgefacit, nõ æquabiliter omne corpus distendit, non rubore suffundit,
non periculũ, ne uel tumida inflataq́ uasa dehiscãt, aut disrumpant, nõ hinc
inflãmationes aut hæmorrhagias, non insiti caloris suffocationẽ, non ex his
febres ardentissimas, quemadmodũ superior, minitat. Firmas enim ista ui-
res nihil onerat, sed imbecillas tantũ opprimit. Cui idcirco eximendę absti-
nentia frictioq́ & moderatũ exercitiũ, cæteraq́ quę concoctionẽ adiuuãt sa
tis superq́ subuenire cõsueuerunt: nisi si quando metus subest, ne qua illinc
putredo emergens, aut humorũ corruptela, febres, aut aliud periculũ conci-
liet. Quamobrẽ in pestilenti cœli constitutione, uel tenui uictu, uel uenæ se-
ctione sanguis intra modũ adducitur, quo paucũ illum reliquũ natura pu-
riorẽ conseruet, nec facilè putri cõtagione labefactari sinat. Et in ephemera
ex obstructione, & synocho citra putredinẽ, aut certè cum leui atq; tantilla,
ut quod relinquitur in suam illam pristinã puramq́ naturã facilè reuertatur
sanguis: nec admodũ nimius, nec magnopere grauãs detrahitur, ut nõnihil
ab eius tantũ onere natura subleuata, quod reliquũ erit, uel in sua salute tuea
tur, uel leuiter affectũ à corruptione uindicet. Quæ uti facimus urgẽte metu
C ac periculo solũ: ita sine his abstinẽtia, & cibis paucis atq; utilibus, & rebus
cæteris modò dictis naturam exonerare contendimus. Nam est abstinentia
duorũ generum, quod docet Celsus: una nihil assumit, altera quantumlibet
appetatur, nihil quod lædat. Quorũ rursus prior morborũ initijs, & ægritu-
dinibus acutis: posterior longis, iamq́ procedentibus cõpetit: si certe malũ
in bilioso corpore, & laboribus ac uigilijs curisq́ confecto non hæret. Nam
tum cõminente, tum inchoante uitio in his cibo succurrit, ne in hecticã con
cidant febrẽ. Cæteris quies inediaq́ præcipit tanta, quanta uiribus, dum ad
uigorẽ morbus deueniat, sufficere uideatur. Nam quo quisq́ morbus acu-
tior est, hoc eius initio tenuius hominẽ alere cõuenit. Quo productior futu-
rus est, eo plenius, ne uires omnino labascant, & ut se dũtaxat sustinere pos-
sint, alimentũ permittitur: modò primis diebus, & donec primus mali impe
tus mitescat, abstineat. Tantisper enim dum paroxismus sæuit, fame fortiter
contra eundum est. Quum deferbuit, aliquid dandũ est, quod & qualitate
& copia ægritudini aduersẽt. Et quãto morbus longior futurus prospicitur,
tanto paulatim in remissionib. plus præbendũ est, quoad iã uigor appetere
uideatur,

uideatur. Nam in summis morbis ac uigentibus omnibus seu acutis seu longis, & dum extremo fastigio sunt proximi, uel minimum, uel nihil exhibere fas est. Quæ præceptiones sicut in febribus præcipuum locũ habent, ac præcipi ideo maximè in ipsis solent: sic abstinentia posterior, qua neq; nimium unquam capitur, nec aliud quàm quod ipsi noxæ aduersetur, in omni ægritudine multo maximas uires obtinet: siue morbus ab intẽperie, siue ab humore, siue ab instrumenti ac partis organicæ aut simplicis quouis incõmodo proficiscatur. Quoniam tempestiua abstinentia, cum summas in secunda ualetudine partes suo sibi iure uendicat, tum idipsum nimirum multo magis facit in aduersa. Præcipueq;, si uitium etiã ab humoribus uitiatis aut plenitudine natum sit. Impura enim corpora nutriendo immundiora redduntur: plena uel nihil admittũt, uel admittunt cũ insigni prioris rei formidine. A

Neq; enim conuenit iuxta inediam.) Abstinentiæ secundum genus in omni nõ modò ægrotatione ac debilitate, sed uita quoq; cõuenire, iam demonstrauimus. Nimium enim quod est, lædit semper. Et aliud quàm expedit, in omni re inutile est. Cùm enim sint multa in tota uictus ratione obseruãda, tum ea optimè regitur multitudine & qualitate idonea. Atq; alterum abstinentiæ genus, q̃ inediã appellamus, est ipsa quidẽ sæpè etiã utilis atq; necessaria, in acutis, & inchoantibus, ac impetu iam lacessentibus malis: sed productis ac procedentibus, remissisq; uitijs, aut corporibus exhaustis, atq; ariditate squalentibus, nunquã non inutilis. Sed nihil æquè omnib. ualentibus iuxta ac ægris nocet, quàm si corpus inedia consumptum, subita saturitate oneretur. Vires etenim inualidę, spiritusq; exiles multitudine alimenti extinguntur, planè ut flammam tenuem alimenti copia tanquã strangulari cernimus. Adde huc, omnem subitam mutationem naturæ esse inimicam. Minus tamen, si à saturitate abstinentia suscipiatur, quàm si protinus inediæ saturitas inducatur. Lentè enim hanc inedia semper sequitur. Inediam saturitas subitò excipere potest. Quare ut in crudis morbis, ac præscrtim frigidis, abstinentia pugnare tutissimum est: sic post eam magna saturitate uires uelle recreare, uanissimum est. Alioqui per abstinentiam, corpori alimento subtracto, calor naturalis emicat, puriorq; incenditur, qui nunquam quiescẽs, nunquã dum pabulum suppetit uim suam intermittens, humores crassos quidem ac crudos cõcoquit & extenuat, coctos depascit, tenuesq; dispergit, at acres exurit & inflammat. Corpus autem ab obstructionibus expedit, inanit, uacuat: non modò per halitum, uerùm etiam luculentius plerunq; per urinas & aluum. Hæc itaq; tanta tamẽq; uaria cõmoda, abstinentia præstat moderata, nulla iniuria corpori, nulla agitatione humoribus, nulla spiritibus graui impulsione illata. Vt interim animi, ab illa, summa, cõmoda prætereã. Nam si modum excedit, contraria facit, caloris substantiam dissipat, corpus cõsumit, humores inflammat, spiritus exedit, uigilias, inquietudinem, stomachi erosionem, uiriumq; exolutionem parit. B C

Intemperantes homines apud nos.) In moderando uictu copiam qualitatemq; maximè spectanda docui. Sed nihilominus uirtutis adfert tempus accommodatum. Nihil enim profuerit modo ac genere uictus idoneo contendere, nisi is etiam dum oportet exhibeatur. Dum impetunt morbi, dum paroxismis lacessunt, dum uigent, nihil præberi admodum debet: nisi quod & sitim placet interdum ori impositum, aut calorem refrenet foris illitum, & dum calor febrilis iam extremas partes occupat, potum quoq;. Idq; maximè sub uigorem, atq; definentiam. Tanta enim uis est rei bonæ tempestiuè exhibitæ, ut omnis eius hinc fructus dependeat, non in uictu tantum, sed cu ratione etiã tota, atq; adeò uita etiã uniuersa. Est enim (inquit Hippocrates) *καιρὸς ὀξύς*. Et sæpe in momento atq; articulo hæc occasio consistit, quã nisi diligentissimus, et artifex peritissimus obseruare poteſt. Et sunt interim, si Deo placet, ægri, qui non id ab medico discere, nec illi auscultare, in animũ inducunt

A inducunt: sed suæ uoluptati ac desiderio concedi postulant, ut sumant non modò quantum uelint atq; desiderent, sed etiam quidlibet, & sibi contraria plerunq;, modò ea libido ipsorum concupiscat: idq; tempore quouis, & nõ nunquã minimè opportuno. At sunt his importunissimis alij scilicet paulo æquiores, qui tempora sibi imperari capiendi cibi potusq; non grauatè permittunt, uerùm modum genusq; sibi suo ueluti iure uendicant. Aut si horũ alterum quoq; medico concedant, certè alterum prorsus recusant. Tanta in seruitute ars medica uersatur, tantis abusibus subijcitur. Cæterùm ut probè res omnis geratur, & ut Deum naturamq;, quod aiunt, sequamur, perito doctoq; medico se totum æger offerre atq; tribuere debet, illi amici ac necessarij, custodesq; in omnibus ad unguem parere, nusquam ne latum quidem culmum ab eius consilio atq; præceptis usquam discedentes, nisi & ille uitam salutemq; suam ludibrio habere, & hi amicum assentatione iugulare malunt: & medico nõ pro magistro ualetudinis, sed pro seruo atq; operario ægritudinis uti uelint. Quamobrem cum medicum solertem, doctum, sollicitum, fidelem deligere atq; amare decet, tum ægros ægrorumq; custodes atq; familiares medico per omnia obsequentes & diligentes, atq; constantes esse oportet. Quando minima sæpe numero offensa grauissimi mali occasionem causamq; præbere, seu in tempore, seu modo, seu genere uictus
B curationisq; delinquatur, assolet.

De sudore. Cap. XVII.

SVdor etiã duobus modis elicitur, aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est & harenæ calidæ & laconici, & clibani, & quarundam naturaliũ sudationes, ubi è terra profusus calidus uapor ædificio includitur, sicut super baias in myrtetis habemus. Præter hæc sole quoque & exercitatione is mouetur. Vtiliaq; hæc genera sunt quoties humor intus nocet, isq; digerẽdus est. Ac neruorum quoque quædã uitia sic optimè curantur, sed cætera infirmis possunt conuenire. Sol & exercitatio tantum robustioribus, qui tamen sine febre, uel initio morbi, uel etiam grauibus morbis tenentur. Cauendum autem est, ne quid horum uel in febre, uel in cruditate tentetur. At balnei duplex usus est. Nam modò discussis febribus initium cibi plenioris, uiniq; firmioris ualetudini facit: modò febrem ipsam tollit, ferèq; adhibetur, ubi summam cutem relaxari, euocariq; corruptum humorem & habitum corporis mutari ex
C petit. Antiqui timidius eo utebantur, Asclepiades audacius. Neq; terrere autem ea res, si tempestiua est, debet, & ante tempus nocet. Quisquis febre liberatus est, simulatq; ea uno die non accessit, eo qui proximus est, post tempus accessionis, tutò lauari potest. At si circuitũ habere ea febris solita est, sic ut tertio, quarto'ue die reuertatẽ, quandocunq; non accessit, balneũ tutũ est. Manentibus uerò adhuc febribus, si hæ sunt lentę, lienesq; iam diu malè habent, rectè medicina ista tentatur. Cum eo tamen, ne præcordia dura sint, ne'ue ea tumeant, neue lingua aspera sit, neue aut in medio corpore, aut in capite dolor ullus sit, neue tum febris increscat. At in his quidem febribus quæ certum circuitum habent, duo balnei tempora sunt: alterum, ante horrorem: alterũ, febre finita. In his uerò

qui lentis febriculis diu detinentur, cum aut ex toto recessit acces A
sio, aut si id nō solet, certè lenita est, iamq; corpus tam integrū est,
quàm maximè esse in eo genere ualetudinis solet. Imbecillus homo
iturus in balneum, uitare debet ne antè frigus aliquod experiatur.
Vbi in balneum uenit, paulisper residere, expeririq;, num tempora
astringantur, & an sudor aliquis oriatur. Illud si incidit, hoc
non secutum est, inutile eo die balneum est: perungendus est is leniter,
& referendus est, uitādumq; omnimodo frigus, & abstinentia
utendum. At si temporibus integris primùm ibi, deinde alibi sudor
incipit, fouendum os aqua calida, tum in solio desidendū est:
atq; ibi quoq; uidendum, num sub primo contactu aquæ calidæ
summa cutis inhorrescat, quod uix tamen fieri potest, si priora rectè
cesserunt. Certum autem id signum inutilis balnei est. Ante
uerò, an postea quàm in aquam calidam se demittat, aliquis perungi
debeat, ex ratione ualetudinis suæ cognoscat. Ferè tamen, nisi
ubi nominatim, ut postea fiat, id præcipietur, moto sudore leuiter
corpus perungendum, deinde in aquam calidam demittendū B
est. Atq; hic quoque habenda uirium ratio est. Neque committendum,
ut per æstū anima deficiat, sed maturius is auferendus, curioseq;
in uestimentis inuoluendus est, ut neque ad eum frigus aspiret,
& ibi quoq; antequā aliquid assumat, insudet. Fomenta quoq;
calida sunt, milium, sal, harena, quodlibet eorū calefactum, & in linteum
coniectū. Si minore ui opus est, etiam solum linteū. At si maiore,
extincti titiones, inuolutiq; panniculis, & sic circūdati. Quinetiam
calido oleo replentur utriculi, & in uasa fictilia, ad similitudinem
quas lenticulas uocant, aqua conijcitur, & sal sicco linteo excipitur:
demitturq; in aquam bene calidam, tum super id membrū
(quod fouendum est) collocatur: iuxtaq; ignem ferramenta duo
sunt capitulis paulo latioribus, alterumq; ex his demittitur in eū
salem, & aqua super leuiter aspergitur. Vbi frigere cœpit, ad ignē
refertur, & idem in altero fit: deinde inuicem in utroq;: inter quæ
descendit salsus & calidus succus, qui cōtractus aliquo morbo neruis
opitulatur. His omnibus commune est digerere, id quod uel C
præcordia onerat, uel fauces strangulat, uel in aliquo membro nocet.
Quando autem quoque utendum sit, in ipsis morborum generibus
dicetur.

ENARRATIO.

Sudor duobus modis elicitur.) De balneis & laconicis, atq; utriusq; de ui actione,
libro primo cōmentati sumus. Quod autem reliquū est, id iam breuiter
exequemur. Quum sint ergo ea quibus sudor elicitur, duûm generū, ut
uel sicco calore, uel humido euocetur: siccus autem calor sit, tum arenæ calidæ,
tum laconici, tum clibani, tum naturalium quarundam sudationum,
tum solis deniq; & exercitiorum: de exercitijs quidem atq; laconicis, quoniā
libro de Tuenda ualetudine disseruimus, nihil hoc loco attexere proposui.
Commune utique omnium est istorum, humorem corpori immersum
atq;

A atque exundantem, præsertim aqueũ frigidumque excoquere, elicere, cõsumere. Quare alij feruentissima arena, maximeque marina, quæ & salsedine & ariditate cæteris præstat, corpus defodiunt, quæ & siccitate & leuitate sua sitientissima humiditatem, & calore frigus corporis absumat. At ita, ut adsint ministri, qui continuò nouam æstuantemque corpori accumulent, priore refrigerataque deiecta. In qua & corpus circumuoluitur, & certis interuallis inuertitur, ut undique arenæ commodis fruatur. Verùm sicubi arena maritima desit, fluuiatili pro ea uti licebit, sed corio denso instrata: propterea quòd & hæc ipsa sit, & eius aer, ab euaporationibus humectior, & corio subiecto tum incalescit à sole acrius, tum à uicino alueo minus commadesit. At horũ loco, ubi salis supperit copia, eo tenuissimè contrito, similiterque ad solem homine obruto uti præstabit, ea altitudine quæ tribus palmis paruis minimum respondeat. Alioqui enim salis caliditas facilè difflat & euanescit, utpote quæ ex alto nec emergat, nec extollatur. Quorum si nihil omnium esset, aut non ijs uti liberet, clibano, quos diximus, humores olim extorruerunt. Est autem græcè κλίβανος, seu atticè κρίβανος, Latinæque testus, testaceũ quoddam inuolucrum atque tegmẽ, sub quo calefacto, prunisque obruto, panes aut spicæ, aut placentæ decoquantur. Vnde panis κλιβανίτης seu testuaceus appellatur: ut à furno furnaceus, & ἰπνίτης ἀπὸ τοῦ ἴπνου nominatũ. |Cli-
B bano itaque ac testa, quemadmodũ diximus de panibus, frigidi corporis humidique morbi excoquebantur: calore nempe in clibanum inducto, quantus maximè tolerari poterat, quo quicquid corpus mẽbraque ulla resolueret, quicquid uentrẽ, totamque corporis molem aqueo humore distenderet, tanquam exedebatur atque dissipabatur. In quibus tamen meminisse precium studij fuerit, nec aridis corporibus, nec siccis ægritudinibus, nec febribus, nec humoribus exiccantibus, aut calidis, imò ne frigidis quidem omnibus, nisi uitio iam declinante, aut certè neque cum crassis, neque cum lentis admodum humoribus coniuncto, quicquam horum, quæ arido calore opẽ præstare prædicantur, congerere. Ne uel arida uitia nimium exicces, neu calida inflammes: neu crassa lentaque, absorpta tenui parte, nimiopere inspisses. Quamobrẽ desinentibus iam frigidis madidisque noxis, aut planè aqueis ab causis profectis, tutò cõmodèque quicquam superiorũ, & omnino sicco calore opitulantium, usurpabitur, ut ne è uitio in uitium grauius imprudentes, miserique inducantur. Porrò si superiorum auxiliorũ nihil experiri seu libet, seu licet: nec enim omnibus arenæ suppetunt, nec clibano se multi subijcĩ patiuntur: naturales sudationes, si quæ adsunt, ut è terra, seu sulphurea subiecta, seu simili calidus uapor profundatur, ædificioque aut tecto aliquo includatur, tentare simili modo permittitur. Nam eos ipsarum uapores, quemadmodũ de laconico alibi tradidimus, mirificè corpora laxare, humoresque
C diffundere ac colliquefacere, perque habitum cutemque dissipare posse, compertum est. Exiccant uerò etiam, & incendunt plurimum: quippe qui non solum corpori extrinsecus occurrent, uerumetiam intrò per respirationẽ sese in cor, & in omne corpus effusis, insinuent: impensius sanè atque ualidius, quàm balneum ullum humores corpusque tum affligere, tum concutere potest. Quę causæ item, cõmodaque ambiẽte ab aere, atque illustri & feruido sole iuxtà sentiuntur. Sunt enim alij qui uel spretis, uel desideratis superioribus, se soli æstuanti obijciunt, alij uncti, alij re nulla foris obliti. Atque horum rursus plerique desidentes, plerique decumbentes. Et sunt, qui stantes in feruido sole, aut deambulantes, aut currẽtes, ualetudinis uitæque utilitatem quærant. Ex decumbentibus porrò, alij in strato, alij super corio prosternuntur, de quibus iam ordine pauca subijciemus. Solaris itaque inustio citra inunctionem, moderatè adhibita, perspirationem occultam auget, sudores elicit, aluum sistit, carnem tuetur, pinguetudinem exedit, tumores denique laxos

 duntaxat

duntaxat, cùm aliorum, tum maximè hydropicorum exugit. Spiritum uerò A
densiorem simul & citatiorem efficit. Quapropter anhelos, erectaque ceruice spirantes, grauius affectos reddit. At capiti diuturna frigiditate laboranti confert: ipsumque & firmius, & ægritudinibus minus obnoxium facit. Sed oportet in his aluū corpusque prius esse expurgata. Cum sit inimicissima insolatio capiti, siue aluo satis ante nō deiecta, siue cruditate ulla reliqua, siue corpore impuritate contaminato. Verùm insolatio corporis præuncti, cùm similia præstare, tum corpus multo potentius exiccare potest, unguine primum exassato, mox tota cute denigrata. Quare & per occultam transpirationem minus discutit, dissipatque, & instar cauterij carnem omnem cogitatque condensat. Iam uerò qui desidentes stantesque se soli exponunt, uehementius sanè quàm deambulantes, & multo item acrius quàm currētes, inuruntur. Decumbentes autem in strato usque adeò magnopere non iuuantur, ut capite repleantur multo magis. Qui uerò super corio decumbunt, ingentem illi quidem utilitatem percipiunt, maximeque hydropici, & ischiadici: & nephritici, & resoluti, & elephantiaci, & qui, dum à morbo confirmantur, inturgescere solent. Adde his & cœliacos, & qui uesicæ ueteri noxa premuntur, & sideratos, & fœminas quoque, quæ uel ab utero strangulantur, uel longè magis quæ ab uteri alba fluxione infestantur. Oportet autem magnū esse corium, oleoque perunctum, ac super tenuem arenculam subtili cribro B
transfusam extentum. In quo præcalefacto, æger se prosternat, capite prius, ne quid à sole lædatur, crudo linteo præmunito. Atque ita simili decubitus figura diu se continere debet. Deinde inuertere paulum, atque deuoluere: hinc in aliam rursus partem se reclinare, sæpiusque ita corpus ad solem, proipsius uiribus, & ægritudinis magnitudine torrefacere, dum satis percoqui uideatur. Nam magna se ui in omne corpus iam patefactum sol ingerit & insinuat: & res multas, quæ frigore suo & humiditate infestarent, exugit atque digerit. Quæ uitijs sanè, paulo antè enumeratis, corrigendis sunt accommodatissima. Atque ex his omnibus, si quæ de laconicis atque exercitijs, ad primum Celsi librum protulimus, adijcias, planè enucleateque Celsi omnis de sudore doctrina sentētiaque intelligetur. Nam quod de Batis in myrtetis attulit, parum ad rei atque artis disciplinam confert. Ad ostentationem, nouisse, & curiositatem nonnihil facit. Hesychius Batas ταραντίνους, hoc & Tarentinos esse docet. Est enim ταρὰς græcè, quod Tarentum latinè dicimus, Calabriæ urbs celeberrima. Stephanus: βάται, inquit, δῆμός ἐστι τῆς αἰγηΐδος. φυλῆς. Quare in agro Tarentino batas hasce in myrtetis, ut uocat Celsus, sitas fuisse arbitror. Vbi è tellure uel sulphurea, uel alioqui ualde feruida materia affecta, euaporatio exhalet æstuosa.

At balnei duplex usus est.) Quum sint balnearum multa genera, de ijs Celsus tantum agit, quę dulci calidaque constant aqua. Cuiusmodi, madore caloreque C
suo spiracula uniuersi corporis laxant, humoresque extenuant, colliquant, fluxilesque reddunt: & non modò ab summis, uerumetiam ex intimis corporis regionibus foràs euocant, quicquid intus delitescit, atque eliciunt. Quo nomine fit, ut cunctum corpus primùm æquabiliter calefaciant & exagitent. Deinde humores quoque omnes fundāt, cōcitentque. Atque ex his tenues quidem dissipent: crassiores uerò, quos non discusserint, commoueant & perturbent, adeò ut plerunque in partem aliquam imbecillam, aut ægritudine tentatam confluant: idque tum maximè, si qua plenitudo uenarum subest, aut si quæ cruda in hypochondrijs, alibi' ue demersa, contineantur. Dum enim cuti proximè subiectos musculos balneum exhaurit, mox etiam à penitioribus ebibit. Quibus epotis, uicina quoque tentat, donec ab intimo usque corpore pura impuraque, omnia similiter exagitando cōfundat. Vnde fit, ut eius usus nullus tutò habeat unquā, tantisper donec & plenitudine & cruditate

A ditate omni exempta, liberum iam ac uacuum intus, purumque corpus sit effectum. Quibus incômodis sublatis, duo tempora balneis suaui opportuna reperiuntur. Vnum, discursis morbis ac febribus, ut corporis habitu mundato uacuatoque, fames quædam naturalis illi comparetur. Ex qua mox ordine, tanquam ab ansulis quibusdam egentium particularum fames animalis, quæ cibi potionisque sensili cupiditate ac uoluptate quadam definitur, consequitur. Alterum, quod febri tollendæ, penitusque extirpandæ, nuncupatum est. Quicquid enim in corpore, iam desinentibus febribus uel fuliginosum, uel fumidum delitescit, id omne euacuat atque discutit suauissimè, cutisque ac carnis consistentiam tuetur, ac solidarum partium ariditatem corrigit. Quibus rebus nihil optatius esse potest, ut ualetudo firma minimeque dubia quàm citissimè reparetur. Itaque cumprimis cauendum est, ne uel plenitudo ulla, uel crudi humores, uel parum concocta, dum balneo utaris, alicubi stabulentur, neu hypochondria tumida sint aut inflata, neu lingua sit aspera. Quæ quum sint, ubi lauandum sit, cùm periculo graui coniuncta, tum præcipuè si quæ uisceris pariter infirmitas aut phlegmone substat, perniciem minitantur.

Fereque adhibetur, ubi summam cutem.) Est hæc sanè longè elegantissima μετασυγκρίσεως paraphrasis, ubi relaxata cute carneque, euocatur quicquid corru-
B ptum aut fuliginosum, aut fumidum intus abditum est. Quo fit, ut nullis æquè ac aridis corporibus, atque acribus humoribus præditis, balneum commodare soleat, quæ & madore suaui imbuit, & tetra fuligine liberat. hecticis ergo, & è flaua bile natis febribus, quantum nullis alijs benefacit.

Quisquis febre liberatus est.) Dum incipit, dumque increscit febris, nullo est balneo iritanda: dum uiget, rarò: dum desinit, ut si quando aliàs maximè. Idque in ephemeris diarijsque ijs præcipuè, quæ à lassitudine, aut frigore, aut inustione cœli, ab ira, à constipatione ulla sunt ortæ, primo quoque die. In cæteris, ubi nihil suprà dictorum uitiorum superest, nec plenitudo, nec cruditas, nec phlegmone, nec densitas ulla corporis. Aut si quando febris de insperato desijt, nec toto die recurrit: tum enim eo qui proximus est post accessionis tempus, tutò lauari poterit, maximè si qua insigni uacuatione ac die idoneo finita est. Accessionem autem uocat, recursionem nouam. Qualis in diarijs nunquam consequitur, quum alibi accessio declaret, omne ab initio ad finem usque febris tempus comprehensum. Vt in homotonis, in anabaticis, in paracmasticis, in continuis denique omnibus, omne quo affligere solent, tempus constitutum.

At si circuitum habere.) Quandocunque febris intermiserit, si concoctio apparet, si impedimenta, quæ modò memorauimus, sunt sublata, si crisis præcessit, balneo uti permissum est.

C *Manentibus adhuc febribus.*) Lentæ febres ferè sunt è frigida crassáque, aut uiscida materia progenitæ: præsertim si parte foueantur etiam frigida ac crassa, & corpore, & ætate, & tempore & loco fiant frigidis. Quorum quo plura concurrerint, hoc lentius diutiusque febres trahunt. Ac sæpe in cachexian, sæpè in hydropem, sæpissimè in lienis uitium transeunt. Quod in quotidianis fit plerunque: in quartanis perperam tractatis ferè semper. In quibus si à balneo, donec maturæ sint, abstineri potest, solis frictionibus esse contentos, melius est.

Cum eo tamen ne præcordia dura.) Durities aut cum tumore, aut sine illo est. Tumor rursus aut ab humore, aut à flatu uentoque fit: humor aut sanguinolentus, aut pituitosus, aut biliosus, aut melancholicus est. Durities tumoris expers, aut dolore uacat, aut eadem dolet. Scyrrhi enim & œdemata, si tam sunt exigua, ut in hypochondrijs non protuberent, duritiem quidem præ se ferunt, sed doloris uacuam, quæ certè balneas omnia

respuunt, ne quid eius, unde durities tumor'ue nascitur, quum uel crudum, uel alioqui improbum sit, in uenas habitumq; corporis eliciatur, nisi quòd à flatibus nudis minus imminet periculi. A

Ne'ue lingua aspera.) Asperitudo aliàs ab ariditate nimia, aliàs à calore ingente producitur. Ariditas etsi balneis depellitur, calor tamen immensus easdem respuit. Non tam caloris quidem nomine, quippe mitioris, & ex ijs duntaxat balneis, de quibus nunc agimus profecti, ut inflamare magnopere non possit: sed uel putredinis etiamnum crudę grana, uel phlegmones: quæ certè à balneis utraq; cumprimis abhorrent.

Ne'ue aut in medio corpore, aut in capite.) Dolor, si non ab intemperie, sed ab humore intra penetralia aut caput abdito suboritur, quia balneum liquat, quia turbat, quia diffundit, uitandum est. Sin in corpore puro dolor ab intemperie, aut continui diuisione, aut certè sine magnopere metuendo humore fiat, balneum usq; adeò damnandum non est, ut sit etiam uehementer expetendum. Nam nihil æquè uel refrigerata calefacit, uel calefacta procliuius refrigerat, uel arefacta præsentius humectat, atq; balneum dulciū aquarum, & calentium.

At in his quidem febribus.) Vel tribus ante febrium horrorem horis balneo uti competit. Exempli gratia, sub septimam horam lauandum est, si decima febrilis horror expectatur. Et nona, si sub duodecimam formidatur: uel febre iam finita, aut sanè desinente. Idq; ijs rebus semper uitatis, quę paulo antè in omni balneo metuenda esse proposuimus. B

In his uerò qui lentis febriculis.) Celsus in ijs febribus quæ libera spacia largiuntur, ea balneis deleganda rectè præcipit: sicut eadem tum corpori alendo, tum pharmacis præbendis destinamus. Quod ut tutissimum esse non inficiamur: ita perpetuum esse negamus. Nam & potione sitim leuamus frequenter, & balneis utimur interdum febribus tantū inclinatis, atq; adeò fortassis uigentibus quoque nonnunquam, si ægri aut morbi ratio admodum id postulare uideatur. Verùm si differri res potest, donec ex toto remiserit accessio, produci eadem præstat. At si integritas quiesq; nulla est futura, quandocunquè impetus erit clementissimus, tum maximè arte subuenire congruit.

Imbecillus homo.) Docuit, balneæ quibus morborum temporibus conueniant. Nunc, quid ante easdem fugiendum, quid in ipsis metuendum, quid post easdem faciendum, tradet. Ante balneum frigus omne diligenter, ne imbecillum corpus de improuiso feriatur, excludendum est: in balneo uerò paulisper residendum atque tentandum est, an tempora astringantur. Quod si secutum est, leuiter æger perunctus referendus est. Nam calorem intrò, ubi febrim uel accendat absentem, uel præsentem adaugeat, reuocari declarat: perinde ut horrore oborto, dum balneum quis ingreditur, fieri solitum est. Quorum neutrum si eueniat, & toto corpore sudor extillet, profluatq;, nec subsit quicquam rerum superius uetitarum, iam balneo tempus esse opportunum intelligitur. In quo ne quis per infirmitatem fractus nimium debilitetur, ne'ue animi deliquio facile corripiatur, os aut aqua frigida, aut aceto, aut ex utrisque oxycrato fouere, cautum erit. Cuius nos causam primo libro explicuimus. Post lotionē uerò pro uiribus ægri & ægrotationis ratione peractam (siquidem nec longiore mora corpus exoluere decet, nec breuiore spacio parum opitulari conuenit) curiose uestibus inuoluendus est, ac detergendus, permittendumq; ut ibi quoq; prius parumper insudet q̃ aliquid assumat. Sed de partib. balnearū, & toto propemodū earū usu: deq; perunctionibus adhibendis, quod certè compendio sufficiat, dictū est & alibi, & paulo nūc antè satis. ut ne ijsdem frustra repetendis chartas uelle multas implere, non multa docere uideamur. C

A mur. Nam quod ſpeciatim in quaq; ægritudine, de his rebus cognoſcendũ ſit, non huius eſt loci nunc aperire.

Fomenta quoq; calida ſunt.) Sudor, præter ea quæ hactenus expoſita ſunt, etiã fomentis prouocatur. Quæ multis modis ipſa quoq; inſtitui poſſunt. Simpliciſsima autem ſunt, quũ linteis calefactis ſudorem elicimus. Calor enim laxat, aperit, euocat, attrahit, digerit, poſt quæ plerunque ſudor ſequitur. Proxima ſunt, quum linteo aliquid, retinendo calori, mouendoq; accõmodatum inuoluitur. Quę, ſi arida expetas, milium facilè eſt omnium ſuauiſsimum, aut defrixi furfures: deinde arena, tum ſal quoq;. Quæ & torreri omnia, & linteis ſacculis'ue includi arida calidaq;, uel aquæ cuipiam aprœ calidæq; immergi, corporiq; identidem applicari poſſunt. Duriora fortioraq; ſunt, lateres, æra, ferra, ligna quæuis generis denſiſsimi, pãnis linteisq; ſimiliter inuoluta. Sin minus arida deſiderentur, oleo calido aut aqua utriculum ad dimidium implere, aut in uaſa fictilia, lapidea, ærea, argentea, ſimiliáque aquam infundere cautum erit. Sin etiam humectiora expetantur, colum, aut lana, aut ſpongia mollis in aquam ſimplicem calidamq;, aut herbis, radicibus, ſeminibus, alijsq; idoneis rebus incoctis permutatam, aut in oleum quoduis rei præſenti aptum immerſa competit. Et quod Celſus de ſale in linteum deuinciendo docet, quo neruis humore frigido perfuſis opem præ-
B ſtet: idem alibi uel hoc ipſo eodem pacto, uel etiam ſine ferro candente fieri poteſt. Porrò quòd laterum nulla in Celſo eorum facta mentione ipſi meminerimus, id ita à nobis factum eſſe putandum eſt, ut ſicuti libet cum Iano Cornario lateres extinctos in Celſo, non extinctiones, quemadmodũ ferè exemplaria, quæ modò extant, quæque uiderim omnia habent, legere per nos ſit licitum: quando & Hippocrates περὶ γυναικείας φύσιος: id eſt, libro de muliebri natura, teſtas calentes inter fomenta arida conſtituat. Iam uerò quòd Celſus in uaſa fictilia ad ſimilitudinem, quas lenticulas uocat, aquam conijci iubet: hoc ita accipiendum eſt, ut in uaſa fictilia ad lenticularum ſimilitudinem efformata aqua includatur, fomentiq; gratia admoueatur, quę Aetius libro 9. cap. 28. φακωτὰ πυελατήρια, hoc eſt, uaporaria lenticulata nominat. Nam et Hippocrates, Galeno teſte, uteres uocat tegulas, quas tũ lateres, tũ lenticulas alij nominat. ἀσκὸς, inquit, κεράμους, οὓς καὶ πυελατοὺς ἢ φακοὺς ὀνομάζουσι. Ad hunc itaq; modũ Celſus quoq; φακὸς lenticulas interpretatus eſt, & πυελατοὺς lateres ſiue titiones uertit: utracunq; tandem uox apud Celſum genuina ſit. nam πυελατοὶ Græcis medicis omnibus, nõ Galeni tantum ætate, ſed etiã ante Celſum, dictæ ſunt reliquiæ ſiue teſtarum, ſiue lignorum, quæ ab igni exẽptæ atq; extinctæ, pannisq; circũdatæ, fomenti nomine adhibeantur. Quanquam Cornarius quoq; ſubdubitare uidetur, ſit'ne in Galeni uerbis iam citatis πυρίας φακωτὰς legendum, hoc eſt fomenta lenti-
C culata. Abs quo, qui uolet plura huc pertinentia cognoſcere, è commentarijs eius in nonum librum de Compoſ. pharm. partic. repetat licebit. Finem huic capiti imponam, ſi id prius monuero, formenta in ægritudinum inclinatione præcipua cum ſecuritate ante omnem cibũ, ueteriq; eſca iam probè concocta, nec immundicie ulla intus abdita, tantum conuenire. Atque poſt eadem, locum eum cui fuerunt admota abſterſum, utiliter inungi atq; illinire quapiam uitio ſubiecto accõmodata. Sic enim deſinenti iam arthritidi, ſic colico dolori, ſic pleuritidi, magno cõpendio firmioris ualetudinis ſubuenitur. Sic aliàs pedibus, manibus, lateribus calefactis, ſudor toti corpori excitatur. Sic deniq; cruciatus uiſcerũ, membrorumq;, q; epithemate efficacius diſcutitur. Quo nomine initiò quoq; malorum experiundi, ecquid ſuccedat, gratia admoueri poſſunt. Id quod in pleuritide planè iubet Hippocrates. Et in colico dolore fit hodie quàm ſæpiſsimè, ſed cautè, paulatimq;: ne fortius audendo, aut nimis tentando, uitium, alia uia rationeq; eximendum, uel producatur, uel confirmetur.

Qui cibi,

Qui cibi, potiones'ue, aut ualentis, aut mediæ, aut imbecillæ materiæ sint. Cap. XVIII. A

CVm de his dictum sit, quæ detrahendo iuuant, ad ea ueniendum est, quæ nos alunt, id est cibum & potionem. Hęc autem non omnium tantum morborum, sed etiam secundæ ualetudinis communia prę sidia sunt. Pertinetq́; ad rem omnium proprietates nosse, primùm, ut sani sciant, quomodo his utantur: deinde, ut exequentibus nobis morborum curationem, liceat species rerũ, quæ assiduè necessariæ erunt, subijcere. Neque necesse est subindè singulas illas nominare. Scire igitur oportet omnia legumina, quæq́; ex frumentis panificia sunt, generis ualentissimi esse. Id ualentissimum uoco, in quo plurimum alimenti est. Item omne animal quadrupes domi natum, omnem grandem feram, quales sunt capræ, ceruus, aper, onager: omnem grandem auem, quales sunt anser, & pauo & grus. Omnes beluas marinas, ex quibus κῆτος est, quæq́; his pares sunt: item mel & caseum. Quo minus mirum est, opus pistorium, ualentissimum esse, quod ex frumẽto, adipe, melle, caseo constat. In media uerò materia, numerari ex oleribus debere ea, quorum radices uel bulbos assumimus. Ex quadrupedibus, leporem. Aues omnes à minimis ad phœnicopterum, item pisces omnes, qui salem non patiuntur, solidi'ue saliuntur. Imbecillissimam uerò materiam esse omne olus, & quicquid in cauliculo nascitur, qualis est cucurbita, & cucumis, & capparis. Omnia poma, oleas, cochleas, itemq́; conchylia. Sed quamuis hæc ita discreta sunt, tamen etiam quæ sub eadem specie sunt, magna discrimina recipiũt, aliaq́; res alia, uel ualentior est, uel infirmior. Siquidẽ plus alimẽti est in carne, quàm in ullo alio. Firmius est triticum, quàm milium, idipsum quàm ordeũ, & ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptũ est (quod αὐτόπυρον Græci uocãt) infirmior est, ex polline infirmissimus cibarius panis: ex leguminibus uerò ualentior faba, uel lenticula, quàm pisum. Ex oleribus ualentior rapa, napiq́; & omnes bulbi (in quibus cepam quoq́; & allium numero) quàm pastinaca, uel quæ specialiter, radicula appellatur. Itẽ firmior brassica, & beta & porrũ, quàm lactuca, uel cucurbita, uel asparagus. At ex fructibus surculorũ ualentiores uuę, ficus, nuces, palmulæ, ꝗ̃ quæ poma propriè nominant. Atq́; ex his ipsis firmiora quæ succosa, quàm quæ frigida sunt. Itemq́; ex his auibus, quæ in media specie sunt, ualentior ea quæ pedibus, quàm quæ uolatu magis nititur: & ex his quę uolatu fidunt, firmiores sunt, quę grandiores aues, quàm quæ minutę sunt, ut ficedula & turdus. Atq́; eæ quoq́;, quæ in aqua degunt, leuiorem cibum præstant, quàm quæ natandi scientiã non habent. Inter domesticas uerò quadrupedes, leuissima suilla est, grauissima bubula. Itemq́; ex feris quo maius quodq́; animal, eo robustior ex eo cibus est. Pisciumq́; eorum qui

A ex media materia sunt, quibus maximè utimur, tamen grauissimi sunt, ex quibus salsamenta quoq; fieri possunt, qualis lacertus est: deinde, qui quamuis teneriores, tamē duri sunt, ut aurata, coruus, scarus, oculata: tum plani, post quos etiā leuiores lupi, mulliq;, & post hos omnes saxatiles. Neq; uerò in generib. rerū tantūmodo discrimen est, sed etiā in ipsis, quod & ætate fit, & membro, & solo & cœlo & habitu. Nam quadrupes animal omne, si lactans est, minus alimenti præstat, itē quo tenerior pullus cohortalis est. In pisci bus quoq; media ætas, quę nondū summā magnitudinē impleuit. Deinde ex eodem sue ungulæ, rostrum, aures, cerebellū. Ex agno, hœdóue, cum petiolis totū caput aliquāto, quàm cætera membra, leuiora sunt, adeò ut in media materia poni possint. Ex auibus, colla, alæ'ue, rectè infirmis annumerant. Quod ad solū uerò pertinet, frumentū quoq; ualentius est collinū quàm campestre. Leuior piscis inter saxa editus, quàm in harena: leuior in harena, quàm in limo. Quo fit, ut ex stagno, uel lacu, uel flumine eadem genera grauiora sint:
B leuiorq; qui in alto, quàm qui in uado uixit. Omne etiā ferū animal domestico leuius, & quodcunq; humido cœlo, quàm quod sicco natū est. Deinde eadē omnia pinguia quàm macra, recentia quàm salsa, noua quàm uetusta, plus alimenti habent. Tum res eadē magis alit iurulenta quàm assa, magis assa quàm frixa. Ouum durū ualentissimæ materiæ est: molle uel sorbile, imbecillissimæ. Cumq; panificia omnia firmissima sint, elota tamen quædā genera frumenti, ut alica, ὄρυζα, ptisana, uel ex hisdem facta sorbitio, uel pulticula: et aqua quoq; madens panis, imbecillissimis annumerari potest. Ex potionib. uerò, quæcūq; ex frumento facta est, itemq; lac mulsum, defrutū, passum, uinū aut dulce, aut uehemens, aut mustū, aut magnæ uetustatis, ualentissimi generis est. At acetū, & id uinū quod paucorū annorū, uel austerum, uel lene est, in media materia est: ideoq; infirmis nunquā generis alterius dari debet. Aqua omniū imbecillissima est: firmiorq; ex frumēto potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum: firmior ex eo uino quod bono solo, quàm quod tenui: quodq; temperato cœlo, quàm quod aut nimis humido, aut nimis
C sicco, nimiumq; aut frigido, aut calido natū est. Mulsum quo plus mellis habet, defrutū quo magis incoctū est, passū quo ex ficciore uua est, eo ualentius est. Aqua leuissima pluuialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, posthæc ex niue, aut glacie: grauior his ex lacu, grauissima ex palude. Facilis etiam & necessaria cognitio est naturam eius requirentibus. Nam leuis, pondere apparet: & ex his quæ pondere pares sunt, eo melior quæque est, quo celerius & calefit & frigescit, quoq; celerius ex ea legumina percoquuntur. Ferè uerò sequitur, ut quo ualentior quæq; materia est, eo minus facile cōcoquatur: sed si concocta est, plus alat. Itaq; utendum est materiæ genere pro uiribus, modusq; omnibus pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus reb. infirmissimis opus

Mm est.

est. Mediocriter firmos media materia optimè sustinet, & robustis A
apta ualidissima est. Plus deinde aliquis assumere ex leuioribus potest: magis in his quæ ualentissima sunt, temperare sibi debet.

ENARRATIO.

Dictum est capite octauo: Omne auxilium corporis, aut demere aliquam materiam, aut adijcere, aut euocare, aut reprimere, aut refrigerare, aut calefacere, simulq; aut durare, aut mollire. Demi porrò materiam sanguinis detractione, cucurbitula, deiectione, cæterisq; hactenus expositis. Proximum itaq; nunc est, ut quibus rebus aliquid corpori adijciatur, explicetur. Sunt ea nimirum, cibus, potioq;: quippe quæ tota natura sua corpori familiaria, ipsi sola agglutinari uniriq; possũt. Adijci siquidẽ, hoc loco nutrire est. Nihil autem nutrit, nisi quod alimento esse queat, & ab humana natura coquendo superari commutariq;, & demum corpori assimilari potest. Hoc enim nomine medicamenta à uictu ciboq; humano distant & dissentiunt, quòd hæc forma sua ac natura corpori subijciantur, cõsentiantq;: illa quodammodo aduersentur, ipsumq; cõmutent. ut sint noxis tum emendandis, tum extirpandis tantũ apposita. Cibus uerò, potioq;, cùm his ipsis ijsdem, tum corpori etiã ualentium sustinendo accõmodata, quãdo ægros pariter B
ac ualentes uiuere ac ualere expetimus. Vt ne dicam interim quędam æquè morbis expugnãdis, atq; corpori alendo à natura esse adaptata. Quæ dupli ci idcirco de causa & utilitate malè ualentibus imperanĩ, ut uiuant ac ualeant melius. Cæterùm Celsi hoc toto capite œconomiam atq; artificium, in summa dilucidaq; rerum omnium, quæ humano corpori alendo dicata cõparataq; sunt, breuitate, animaduertere iucundum sit, ac operæ precium maximum. Quemadmodum uidelicet initiò docilem & attentũ, benignumq; lectorem sibi comparet: deinde, ut omnem de uictu humano disciplinam breuiter percurrat: primùm quæ escam, mox etiam quæ potionem, & quali facultate præbeant, exponens. In escis rursus, uti summa rerum earum genera, quæ ualentissimæ, quæ infirmissimæ, quæ mediocres habeantur, ob oculos & quàm perspicuè ponat. Atq; hinc protinus formas earundem rerum ac species, quid unaquæq; ualeat plus minus efficere, quemadmodũ ostendat. Postremoq; & formarum singulas, quid ab ætate discriminis, quid à cœlo, quid à loco, quid à pastu capiant, quàm aptè exponat. Quibus etsi non omnia quæ ad hanc rem atq; disciplinã quoquo pacto pertinere uideantur, complexus est: tamen quæ maximopere essent necessaria, non omisit. Nullis digressionibus, quas ecbases Græci uocant, nulla uerborum longa circuitione molestus. Quæ sicut ad hominem ualetudine prospera temperatum sunt omnia præcipuè referenda, sic quo quisq; ab hac forma longius di- C
scedit, hoc ipsa in se minus respondere deprehẽdet. Sunt eñ, quibus ualentissima minus grauia, quàm alijs quæ mediocria aut imbecillia sunt, uideantur. Vt sunt ij quibus uentriculi orificiũ squalido aridoq; calore ac bile æstuat, à quibus bubula aptè conficitur, saxatilis pisciculus corrumpitur. At qui multa crassaq; pituita aut frigore, os item uentriculi obsessum habent, ijs sæpe uel medij generis alimenta prolixa concoctu, nimiumq; firma sentiũtur. Imbecillia uerò quędã, ut mulsum aut oxymel, quæq; è calore tenuiter alũt, egregiè opitulantur. Quòd autem nonnulli è colore rerum, discrimen roboris atq; infirmitatis aucupantur, ut in animantibus plerunq; respondere fateor (nam fuscus ac nigellus homo non solũ candido calidior ferè, firmiorq; est, uerùm etiam bos albus aut pullus candidus boue pulloq; nigro magna ex parte est imbecillior: & caro aut lac candidi animantis, quàm atri, cæteris peristasibus paribus, est infirmius:) ita in plurimis rebus alijs color nullam facultatis uiriumq; rationem, notam'que exhibet. Nec enim uuas passas colore

A colore aut magnitudine, sed gustatu solo expendere decet, quod maximè secundum rei cuiusque usum, temperatio & uis intelligitur. Vsus enim quid salutare, quid uitæ aptū, quid contrà esset, docuit. Gustatus uerò, quid unū quodque ualeret, quidque efficeret explorauit. Bubulam & uerueciná usus homini cōpetere docuit. Gustatus illā minus quàm hanc ualetudini cōuenire, minusque delicatā ac teneram probauit. Nutricationis euentus, priorē melancholicā, posteriorē nō item, sed aptam corpori, & iucundā declarauit. Quæ, multaque alia tradi quidem solent uerè pariter ac sapienter. Sed nihil in omni ualetudine tuenda melius, quàm ut quisque quo genere uictus ac potionis iā inde à puero se rectißimè ualere compererit, animaduersum obseruatumque habeat. Quid enim in homine temperatißimo quæque res efficiat, ars ab usu rationeque acceptum tradidit. Quid in singulis unumquodque ualeat, nulla arte, nullis præceptionib. cōprehēdi potest. Ex quo fit, ut tres nullos cōuiuas propè cōsentire uideas, Poscentes uario multū diuersa palato: & ut plerique singulari uoluptate in rebus etiam sæpè fatuis, sint affecti. Vt fuerint ideo, qui sinapi rebus omnib. anteponerēt: fuerint qui brasßicā modò nō in cœlū extollerent: fuerint qui betam, qui sisarū, qui locustam omnibus epulis cupedijsque proposuerint. In quibus nō modò natura, uerumetiā cōsuetudo & educatio, adde stulta sępe etiā fixaque persuasio plurimū ualet. Quę ut fallere, B non ita natura potest. Et rarò quisquam fuit, qui à rerum malarū longo usu non postremò pessimè fuerit mulctatus, temeritatisque suæ, & seu petulantiæ animi, seu ignorantiæ graues pœnas dederit. Vt quemque deceat summa openiti, quo se corpusque suum primùm cognoscat: deinde, ut è salutarium grege, quæ sibi maximè sapiant, competantque, ab arte atque usu discat atque meminerit. Cæteraque uel angue peius fugiat, uel degustet pauxillum, nec in familiaritatem admittat. Sed longius à re proposita iamdudum me digressum sentio, quanquam non omnino præter rem, nec ab ijs quæ sumus tractaturi omnino ineptè.

Scire igitur oportet.) Pane nullus esse cibus potest magis necessarius: quippe quo solo, nudoque, non ægrè natura sustinetur: & quicum cætera sapiunt iucundius. Quare ferè ab hoc non solum Celso, sed omnibus qui de uictus genere salutari aliquid memoriæ prodiderunt, initium sumptum est. Quem è frumentaceis generibus parari, felici amnonæ prouentu, iam olim à prima mitioris frugis inuentione usurpatū est, maximeque è tritico aut olyra. Maligno uerò, caroque, è frumentaceis deterioribus etiam conficit: frumentacea autem sunt, præter ea quæ modò dicta sunt, etiam hordeum, far, typha, zeia, auena, milium, panicum. Etsi iam parum constat, quid nostra tempestate typham, quid far, quid zeiam appellemus. Sunt enim qui typham cum olyra idē notare, id nempe quod nostri Rogge nominăt, existiment. Sunt qui me C lius discrimen statuant, sunt qui far ignotū nunc esse, sunt qui zeiā idē quod speltam declarare, magna ratione inducti, putent. Legumina porrò sunt, oryza, lens, faba, pisum, cicer, lupinus, fenugræcum, ochri, siue eruiliæ, phaseli, siue delychi, lathyri, arari, erua, & quicquid è cerealibus seminibus manu similiter legi, non falce meti, nec in panificiū cōmuniter cogi solet. Quę esse omnia è ualentißimo alimentorū genere pronūciare, nec uerò Celso assentiri audeā. quando è milio ac panico, panes exigui esse nutrimenti & refrigerantis cōstat. Nec multū alere ex auena aut hordeo possunt. In leguminibus paulo cōstantior est firmitatis ratio: & si ochri, phaselique, atque itē lathyri non modò boni prauique succi mediū, aut cōcoctu difficilis facilisque, aut cito tardeque transeuntis, aut flatulenti eiusque contrarij, sed parū multūque alētis quoque mediocrē rationē obtinent. Illud ad ea quæ toto hoc capite exponentur, rectā rationē uimque intelligendā meminisse plurimū iuuerit: Quicquid humidioris est substātiæ, id exiguā corporibus alimoniā largiri, atque eā quæ ex facili euaporet ac discutiatur: ut esse noua, non ita multo pòst, assumpta

opus debeat. Cōtraq; durū quicquid est, ac terrestre, id firmū ac copiosum, A
nec facile difflabile nutrimentū præbere. Quod ipsum si glutinis quoq; nō-
nihil habeat, multo iam eadē facere efficacius: nō expeditè hæc, nec prom-
ptè concoqui, ceu utiq; nec in sanguinem commutari, nec assimilari solidis
facile animalis partibus, adeoq; tardè nutrire. Verùm tamē, ubi perdomita
confectaq; semel fuerint, corporibus haud parum alimenti suppeditare. Cu
iusmodi sanè sunt è tritico panes, & legumina propè omnia, si pauca modò,
quæ diximus, excipias. Itaq; Celsus ualentissimum id esse, quàm uerissimè
definiuit, in quo plurimum sit alimenti. Et, quod sub finē huius capitis ad-
ijcit, ferè sequitur, ut quo ualentior quæq; materia sit, eo minus facilè conco
quatur: sed si concocta sit, plus alat.

Omne animal quadrupes domi.) Eiusmodi sunt, sus, bos, ouis, capra. Nam ca-
nis, felis, equus, nisi summa egestate ac fame urgenté, assumuntur. Rara quo
que est hircina, arietina, taurina. Omnium porrò ualentissima est suilla, fos-
soribus, nautis, baiulis, robustis, & florente ætate hominibus accommoda-
tissima. Proxima huic est bubula, quæ tam est æquo crassior, quàm est suil-
la iusto glutinosior. Verùm hæc si probè intus concoquatur, firma cumpri-
mis, & aptum alioqui alimentū suppeditat. Quamuis etenim ægrè cōcoqui
tur, tamē quàm bubula facilius. Quæ crebrius sæpiusq; usurpata, melancho
lica uitia minitatur. qualia sunt, cancer, elephas, psora, lepra, febris quartana, B
splenis tumor, cachexia seu malus corporis habitus, hydrops: eaq; maximè
in homine natura melancholico. Ouilla, licet quàm annicula uetustior, hu-
mido pituitosoq; stomacho officere prædicetur: non est tamen tam nostris
regionibus, q; fortassis Italicis aut Asiaticis, quas nouerat Galenus, cibo
inepta: præsertim ueruecina, quæ haud scio, an sit ulli carnium generi apud
nos nostraq; loca maritina, secūda, seu iucunditatem, seu probitatē spectes.
Minus tamen superioribus est firma. nisi si iam libris Græcorum, quàm lin-
guis ac ori omnium nostrûm, ipsiq; nostrorum usui credere malumus. Ca-
prilla succi malicia & acrimonia damnatur, boue quidem minus sicca, sed
sue & homine quoq; longè aridior. Et nostri rursus coeli capras, si animad-
uertas, minus fortassis eas siccas, atq; atrabilarias offendes, atq; Orientales,
& in calidis aridisq; regionibus natas: quum & pabulo frigidore madidio-
req;, & coelo multum dissimili fruantur. Certè hircina non modò succi im-
probitate, uerùm etiam concoctionis peruicacia, omnium ineptissima est,
tum arietina, mox taurina. In quibus tamen omnibus castratio plurimū de
prauitate & ingratitudine detrahit, itemq; & pabulum & cœlum contrariū:
Senectus addit, & pastio consimilis. Sunt enim alioqui, quæ iā diximus, ad
cuiusq; generis ætatē uigentē, & ad Galeno notas regiones educationesq;
referenda. ut floridum suem, floridum bouem, floridam ouem aut caprā in
Italia aut Asia, aut simili loco educatā intelligas. Quæ semel iā monuisse, ne C
sint in quaq; re tędiose repetenda, satis fuerit. Nam & capram Asiaticā arie-
te nostrate multo fœdiorem deterioremq; esse, & ineuntis ætatis atq; ingra
uescentis multo aliam esse rationem, quàm mediæ, uerissimum est, quæ gu
statu usuq; omnino, ut reliquæ res omnes, ubiq; probanda sunt.

Omnem grandem feram.) Feræ sunt, quæ feritatem genuinam, indomitumq;
ingenium nunquam exuunt, nec cicurari ulla arte queunt. In quibus gran-
des sunt, capreæ, cerui, apri, onagri. Capreæ, quæ græce δορκάς dicitur, caro
melioris succi est, quàm cęterorum agrestium animantium, & cum humano
corpore quandam habet familiaritatem, humidisq; & superfluis excremen
tis onusta corpora subleuat: ideoq; morbis colicis & comitialibus prodest.
Ventrem moratur, & neruis sua siccitate conducit. Ceruorum carnes mali
succi sunt, & difficilis concoctionis, & bilem atram gignunt. Atq; æstate ui-
rosæ quoq;, atq; admodum noxiæ, quod eo tempore uiperis ac serpentibus
cerui uescantur, Ex quibus magna siti incenduntur: & si prius bibant, quàm
concoxerint,

A concoxerint, etiã intereunt. Quare per hyemem tutius assumunt, meliusq; concoquunt. At ita, ut si id probè nõ fiat, crassum humorẽ gignãt, & iecur ac lienem obstruant & inferciant. Adde etiã, si quibusdã physicis credimus, si crebrius & sine modo comedantur, corpus tremulũ, & quod non consistat, efficere. Aprorum aũt caro melior censetur, q̃ suum domesticorũ. Quòd tantarum non sint superfluitatum excremẽto prædití, nec glutinosum gignant humorem. Quanquã sunt qui callos aprugnos, quos σκληρὰ graeci uocãt, difficulter concoqui ac confici, ideoq; ab ijs abstinendũ putant. Ferorũ asinorum, quos onagros græci nominant, bene habitorũ ac iuuenũ caro proximum ceruinæ locum habet, atq; adeò à medicis quibusdã summopere commendatur. Quin & mansuetorũ carnem quoq; sub ætate uergente, nonnulli ingerere non dubitãt: sed quæ pessimæ concoctionis sit, & uitiosissimi succi, præterea stomacho oriq; in cibo ingrata, ceu & equina, & camelina. Nã ne ab harũ quidem usu prorsus abhorrent homines quidã, mente pariter & corpore in asinos camelosq; degenerantes. Imò & ursorũ carnes, & uulpiũ & leonũ deuorant nõnulli. Verùm nos in cõmuni usu humano posita, non quæ cum immanitate coniuncta sunt, persequi instituimus.

Omnem grandem auem.) Dura siquidem carne grandis ferè auis omnis prædita est, & concoctu peruicaci. Anserũ, quę græcè χῆνες appellantur, carnes B superflua excrementa producunt, & difficulter concoquunt: domesticisq; cunctis auibus crassiores sunt, & calidiores, humidioresq;. Sed eorũ alæ diuersæ sunt à reliquo corpore, nec aliarũ auiũ alis deteriores. In multis nanq; uolatilibus, præcipueq; paruis ac dura carne præditis, alarũ natura fibrosa, duraq; est, ceu quorundã etiã uniuersa caro. ut est gruũ, tẽperatione calida, siccaq;. Quã nihilominus edũt multi, plurimis ipsam ante dieb. aere, quo tenerescat, quasi macerãtes. at sanguinẽ perpetuò gignunt crassum & melancholicũ. Hoc uolucris genus omnẽ terrarũ orbem peragrat, nec diu in eadẽ regione permanet. Pauonũ caro, τῶν ταῶν σὰρξ, fibrosa neruosaq; est, & superuacanea, difficilisq; cõcoctionis, ac mali item succi. ferũt aũt ius pauonis quadã peculiari uirtute ac ꝓprietate pleuriticos sanare, p̃sertim si pingue sit.

Omnes beluas marinas.) Belluas marinas uocat pisces ingentis ac monstrosæ magnitudinis, maximeq; cetaceo è genere ortos: ut phocas, balenas, delphinos, grandiores thynos, canes. Quæ difficulter omnes cõcoquunt, crassiq; ac praui sunt succi, & excrementitia carne prædití. Quapropter sale ferè macerati, ex aceto eduntur: quo tenuius alimentum, & digestioni cõcoctioniq; & sanguini generãdo accomodatius suppeditent. Nam recentiũ caro, ni probè concoquatur, crudorum humorum copiam in uenis suggerit.

Mel.) Calidum est & siccũ in secũdo gradu, tenuiũq; partiũ, ac mundandi uim habet, & aliquid acrimoniæ, cuius nomine uentrẽ ad excretionẽ stimu- C lat, magisq; etiã urinam cit. Ad distributionẽ & cõcoctionẽ, ablata acrimonia, cõuenientissimũ redditur: quæ tum optimè tollitur, ubi multũ illi aquæ cõmiscetur: ac deinde tantisper coquitur, dum spumare desinat, spuma assiduò detersa. Nã ita nec intestina flatibus distendet, & urinã ciebit, & sputa crassa incidet, educetq;. Verùm frequẽtius si edatur, scabiẽ gignit. Et ex ipso quæcunq; paranẽ edulia, nisi probè cõcoquanẽ, iecori ac lieni obstructionẽ accersunt, & inflãmationes, si quæ subsunt, adaugent. Senibus cumprimis, & quibus corporis tẽperantia frigida est, cõfert: non utiq; ijs qui calidi sunt aut biliosi, quòd in bilem his facile cõuertatur. Vbi per se solũ coctũ est, nec uomitionẽ ꝓuocat, nec aluũ subducit, nec urinã perinde atq; aqua decoctũ irritat: sed satis expeditè distribuitur, & bene nutrit. Optimæ notæ est, quod summa & acredine, & flauedine ornatũ est, & modicè tum pingue, tũ tenue est. Optimũ quoq; uernũ est, deinde æstiuũ, inutile hybernũ. Super uinũ si edatur, caput impeti non sinit, & appetentiæ interitũ ex materia præsertim pituitosa reuocat & exuscitat. Id autem satis admirari nõ possum, à Celso mel

inter ualētiſsima, plurimumq́ alimenti largientia cenſeri. Prorſus æquè ut A
Galenus eos miratus eſt, qui nihil ipſum alere ſunt arbitrati. Nam ne tum quidem quū puriſsimè deſpumatum eſt, ac bene nutrire aſſolet, admodum memoratu dignum corpori alimentū exhibet, duntaxat non omni: ſed nec nullum quoq;. Ineſt enim ipſi, præſertim per ſe cocto, nonnulla, ut dixi, nutriendi corporis facultas: niſi fortè etiā in bilem conuerti anteuertat, ut fit in ætate florentib. ac bilioſis hominib. Fortaſsis itaq; mellita liba, placentaſq́, & quæcunq; cum melle ex itrijs conficiunt, quorū alibi nō meminit, & quæ uerè ualentiſsimi ſi ullo pacto concoquātur, ſunt generis, Celſus intellexit. In quibus, ſi mel adimas, crudæ craſſæq́ alimoniæ uis quæ iecori & lieni & renibus obſtructione illata plurimū officiat, ipſis ineſt: ſin addas, minus lædunt, ac mixtā quandam facultatē nanciſcuntur. Verùm duriuſcula eſt etiā hæc purgatio, melli cōtraria facienti ut tribuamus, quæ rebus mellitis non quidē omnib. aſſcribanť. Quamobrem, ſeu quis hîc à Celſo ingenuè diſſentire uolet, ſeu de cocto per ſe in frigidis hominibus eundem tueri libebit, per me quidem cuique liberum erit, dum uires quas omnino habeat, ac diximus ueras eſſe, nobis largiatur.

Caſeus.) Caſei Græcè *τυροὶ* dicunť, omneſq; mali ſunt. Nam difficulter cōquuntur, & acidum ructū faciūt, tum uentriculum ſpiritu ac uento replent, maleq; penetrāt. Sunt modò pituitoſi, modò uentriculo feruidi, ſuſcepta ex B coagulo acrimonia. Si uerò inueteraſcāt, acriores etiā tum & calidiores efficiuntur, & cō coctu difficiliores, ac ſucci peioris, & in renibus calculos creāt, plurimumq; omnino nocent. De craſſo nanq; ipſorū humore calculi producuntur. Quare caſeus omnis cautè uel fugiať, uel uſurpetur: quū nihil omnino boni habeat, quod uel ad concoctionē faciat, uel ad ullam excretionem, uel ad ſucci alimentiq; probitatem. Minus utiq; malus eſt, qui uetus nō eſt, nec acris. Melior item recēs: quippe medius inter ueterē illum, & lac ipſum. Atq; ea de cauſa & melius concoquitur q̄ uetus, & melioris eſt ſucci, præcipueq; ſi mollis etiā ſit, & laxus: nec fortiorem ullam habeat qualitatem, ſed modicè ſit & dulcis, & ſalſus, atq; modicè etiā aſſumať. Conuenit aūt eundē cū melle aut ſaccharo apponi: quoniā ita citius reddiť, præſertim ab his qui frigida ſunt temperie præditi. Vetuſtus autē omnis, & qui dulcedinem omnem amiſit, & qui iam friabilis ac euanidus factus eſt, peſsimus omnino eſt. Contraq;, ſpongioſus ac rarus, & dulcis & recens, omnium optimus eſt: hic enim uentrem cit, nec admodū pernicioſe per ſe lædit: uetuſtus ſiſtit, & plurima mala creat. Ex quib us nunc perſpicitur, quanto in errore paſsim bona pars mortaliū uerſetur, qui nobilitatem caſei è peſsimis omnibus notis, ex uetuſtate, ex acrimonia, ex ſoliditate, & ſi Deo placet, ex peregrinitate quoque colligunt & aucupantur. Quū nullo hotū nomine in uictu ſalubri commendetur, & probetur planè oppoſitis contrarijsq; dotibus. Præſtat enim C mollis duro, & rarus ac laxus ualde preſſo dēſoq;, & dulcis acri, & ſuauis inſuaui: & mediocriter ſalitus, nimiū aut nihil omnino ſalis habenti: quiq; nec glutinoſus ſit, nec friabilitate aſper, nec ructibus deniq; moleſtus. Quando qui diu in ſtomacho uiuit, minimè ꝓbandus eſt. Nā is cùm qualitate, tū ſubſtantia ſua difficulter immutať, atq; conficiť. Siquidē dum res ulla cōcoquiť, omnes eius quas iā modò dixi qualitates, nonnihil immmutari neceſſe eſt.

Quo minus mirum eſt opus piſtorium.) Paulo antè docui, mellis, præterquam cocti, ratione res nullas ualentiores reddi: ſed cùm placentas, itriaq;, tum piſtoria opera omnia, hoc plus de craſsitie lentoreq; ac firmitate deponere, quo fuerint pluri melle imbuta, faturataq;. At ita tamē, ut haud exigua craſsitiei uis remaneat è caſeo frumentoq; relicta. Quanquā rurſus plurimum refert, quali è caſeo, qualiq; frumento parentur: quoniā glutinoſa iſta, quàm contraria qualitate affecta, ualentius multo nutriunt. Quare ſi quod piſtorium opus copioſo melle perfundatur, & friabili atq; acri è caſeo, frumētoq; tum ſicco ad-

A ſicco admodum, tum tenero conſtruatur, ut uitio iſtud omninò liberem: ita craſsiſsimi ſucci, aut ualentiſsimi edulij nomine minimè digner. Maximè quum neq; adeps, neq; pinguedo, ſi qua miſceatur, magni admodum nutrimenti rationem ſubeat: utpote quæ ambo ciborū potius condimenta quædam, quàm cibaria ſint appellanda. Hoc tantū differentia nomine, quòd ſit pinguedo humidior, oleo uetuſtate. aut frigore incraſſato concretoq; perquàm ſimilis: adeps uerò pinguedine longè ſiccior, quodq; incalfactus & funditur demum, & liqueſcit quidem, ſed coit iterū, concreſcitq; facilimè.

In media uerò materia.) Radices eſitamus, raporū, naporū, ari, dracuntij, haſtu læ regiæ, quam aſphodelū græci uocant, raphani quā radiculam propriè nominamus, paſtinacę, dauci, carui. Bulbos aſſumimus, tum eos qui peculiari ratione ſic appellātur, tū eas radices omnes quæ & ſphæricæ ſunt, & uel ſim plici capite, uel plurib. capitulis cōſtant, unico duntaxat folliculo ueluti tunicatę, ut tubera, alliū, cæpe, porra, & pleræq; radices, quas in humano uſu eſſe modò diximus: in quibus quanta nominū eſt, tanta propè rerū uiriūmq; eſt differētia: ut nec in mediocri materia perinde omnia cenſeri debere uideantur, nec æqualiter omnia operari. Quod nos uerbis explicabimus è ueterū monumētis q̃ breuiſsimè mutuatis: quibus eam materiā illi totā doctiſsimè ueriſsimeq; olim ſunt executi. Rapa τὰ γογγύλια calida ſunt ſecūdo ordine,
B & humida primo. Ante elixationē dura ſunt, & cibo inepta, cōcoctioni pertinaciter aduerſantia, flatulenta, ſtomacho infeſta, nonnunq̃ etiā mordacia. In aqua uerò decocta, mirū ſi qua è congenerib. plantis minus ipſa nutriant. Pleriq; idcirco feruidis potiꝰ cinerib. defoſſa, aſſataq;, minus reddi flatulēta, ac ſatis alere, & genitale ſemen abūdè gignere, minusq; tū humidā tū fluxā carnem donare, prætereaq; guttur ac pectus lenire, uerè crediderunt: præſer tim ſi thymi etiā, aut origani, aut pulegij, aut zingiberis puluiſculo aſpergantur. id quod crebrò facere ſolent noſtrates, affuſo etiā butyro. Leniunt enim ita multo amplius, & craſsities, qua plurima ſunt prædita, caſtigatur. Sin eo modo aſſare non libet, longa elixatione, eaq; iterum repetita, ut priore aqua diffuſa, affuſaq; noua calida, additisq; ſaluia, hyſſopo, thymo, origano, aut calamentha, omnem eorū noxā ſi non omnino tollimus, certè corrigimus: frequentius aūt quiſquis ijs utitur, craſſum gignunt illi humorē, & iecur ac uenas uiſceraq; obſepiūt: uentrem nec ſiſtunt, nec ciunt, Venerem excitāt, ſed cruda magis, maximeq; ſemen. Ex quibus facile intelligitur, denſa caligine occęcatos eſſe eos, qui nihil propè hac planta in uictu humano ſalutarius meliusq; haberi poſſe autumant. Cocta napi radix inflat, & modicum alit Dioſcoridi. Galeno uerò ſub rapis continetur, nec ab ijs facultate diſcrepat: fortaſsis quia inſigni diſcrimine non diſtat, idcirco nullo differre Galenus exiſtimauit. Dioſcoridi, quia forma longiore nonnihil diſtinguitur, ideo q̃
C rapū aliquanto minus alimenti præbere, aut quia minus craſsi ſucci eſt, modicè alere, eſt prodita. Ari radix rapi modò manditur, calefaciēs exiccansq; primo ordine. Nōnullis etiā regionib. tam acris, ut tertij ipſam ordinis eſſe crediderint. Alibi quoque minimū medicamenti atq; acrimoniæ obtinet. Quapropter ubi acrior prouenit, ſemel iterumq; mutata aqua recoqui, & ab acrimonia uindicari debet, quo alendis hominibus ſit accommodatior. Nam genuina, aut certè minimum ab acredine abſoluta, thoracis ac pulmonis craſſos lentosq; humores longè promptius extuſsire facit. Verùm iecori corporiq; uniuerſo craſſum, ceu rapa ſuccum mittit. Dracuntij, quem latini dracunculū maiorem (ex aro ſiquidem minorem faciunt) pleriq; etiā colubrinā & ſerpentariā nomināt, radicem bis ter' ue recoctā, quo ad omnē exuat medicinam, ari modò eſitare uetus eſt. Acris etenim alioqui, amaraq; eſt, leui quadam aſtrictione addita. Porrò cōmune ac publicū illud de rebus ac eſcis omnib. edictū eſt: Acria amaraq; perexiguū corpori alimentū cōfer re: copioſum uerò, ac largū, qualitatis expertia: ijsq; etiā magis dulcia. tum

uerò etiam magis, quæcunque pariter solidæ constipatæque sunt substantiæ, sic A
ut nec humida nec laxa constitutione diffluant. Quocirca radix hæc acrimoniæ & amaritudinis expers, alere, quemadmodum superiora ferè, potest. Genuina, aut qualitatib. suis haud prorsus exoluta, minore quàm ari radix ui, crassa lentaque pulmõis sputa euerrit. At asphodeli eius radix, quã hastulã regiam fœminamque, ut murem albucum, quidam nominant: alibi uix bene longa coctura, & crebrò diffusa aqua, cibo apta reddi potest: alibi facilius potest, pamaritudinis ipsius uel copia, uel pertinacia. cuius uiribus cùm extenuare, tum obstructa demoliri potest: ijsdemque spoliata, alimento esse potest. porcis iam quàm hominibus magis expetẽda, muribus uenenũ, Hesiodo mirifica laude decantata. Bulbus amarã austerãque uim euidenter in se habet, qua uescentes delectat. Et iacentis ac dissoluti stomachi excitat auiditatẽ. Contra quã hastula regia, decoctione admodum pauca cõtentus, seu craticula, seu sartagine affetur, seu aqua elixet, seu ex aceto, oleo, garóque assu matur. Nam amplius aut iterum decoctus, succum crassiorem, cæteraque meliorem atque alibiliorem suppeditat. Minimum uerò coctus, è thorace ac pulmone purulẽta crassaque facile expui, atque excreari facit. Pastinaca græcè σταφυλῖνος tam purpurascẽs, quã carotã uocant, quàm lutea, calefacit & abstergit: minus quàm rapum nutrit, & uti cæteræ radices ægrè conficitur: prauũ succum, si quis ipsa immodicè utatur, gignit: urinam prouocat, sed satiua quàm B
agresis minus, quæ ad medicinæ natutam propius accedit, multaque eget elixatione ut in cibum recipiatur. Cari, seu carui radix, quàm pastinacæ, minus uitiosum humorem producit. Tubera nulla insigni qualitate sunt prædita. Quare simile quoque alimentũ & frigidiusculum corpori prębẽt. *Raphanus*, seu radicula, urbanis hominibus sola crudaque, ptima mensa, nonnunquã & aceto alui ducendæ gratia sumitur. Rusticis cum pane cõdimenti, quàm alimenti uice, potius capitur. Extergit, & calefacit acri sua qualitate: ori suauis est, stomacho inimicus: ructus & urinã concitat, bonam facit aluum, sed flatus gignit, ordine tertio, calefacit, exiccat secundo. Caulis eius uerno tempore erumpẽs, etsi tenuiter, magis tamẽ quàm cruda radicula, elixus nutrit. Simeon Zethi: In quibus uentriculus facile subducitur, nec flatulẽtus est, nec supernatat cibus, his dati ante cibum debet, inquit. aliàs post cibum. Dentibus nocet, & articulari morbo laborantibus dolorem intendit, uocem raucam facit: sed sensus, & uisum, ac ingenium ac industriã securitatemque contra iniurias acuit. Iecoris obstructiones, & tenuem ac uesicę discutit. Allium, cepa, porrum, corpus calefaciunt, & crassos in humores extenuant, glutinososque incidũt. Bis ter'ue aqua noua infusa, decoctáque, acrimoniã abijciũt, ac facultatẽ quandã obscurissimam alendi corporis, non omni etiã extenuandi ui perdita, assumunt. Allium prætet hæc, obstructa soluit ac discutit, flatus ac colicum dolorem & lumbricos pellit, lotium cit, uocem serenat. Peculiari quadam ui sitim ex salso humore sedat, ex bilioso auget. Sana moculorum aciem etsi lædit, nihilominus humiditate hebetatam sanat. Semen genitale in corporibus calidis deficcat: in humidis uerò & frigidis calefacit, uneremque mouet. Pregnãtes & lactentes lædit. Elixum, aut prunis assum, parumper dum acredine spolietur, imbecillius redditur, sed praui succi nota excussa. Cepa item & porrum faciunt, semel iterumque decocta. Crudorũ uerò istorum, ut acrium omnium, biliosis summopere fugiendus usus est. Pituitosum uerò, aut crudum, & crassum lentũque humorẽ colligentibus, accommodata sunt. Cepa uerò inflat, semen genitale suscitat, sitim acuit, oculos ca putque mordet, grauẽ altũque somnũ cõciliat, ac mentẽ lędit. Repleti stomachi fastidia ante alias escas discutit, appetentiãque reuocat: aluum & urinã ducit. C

Ex quadrupedibus leporem.) Lepus arefaciendo corpori utilis est, crassum ac melancholicum succum gignit, uentrẽ sistit, urinam protitat. Probè si concoquatur, probè nutrit: iecur ac lienem obstruit, pulmoni nocet, uigilias adfert.

Quamobrem

A Quamobrē cur ualentib. escis nō adnumeret, haud satis intelligo. Cuniculi leporini sunt generis, nec rēperie multū distāt, nisi quòd succi sint aliquāto tolerabilioris: utriq; deteriores senio, probiores ineūte prima ætate habenē.

Aues omnes à minimis ad phœnicopterum.) Auium omnium genus leuissimum ci bum præstat, si cum quadrupedibus ac suilla compares. Itaq; ob facilē concoctionem, præcipuam laudem meretur. maximeq; perdix, attagen, columba, gallinaceus, gallina. At turdus, merula, parui passeres, etiam turriculæ, illis duriores sunt. Quos ipsos turtur, palumbus, anas superāt. Phasianus gallinis non solū concoctione par est, sed & nutrimēto & cibi suauitate. Quam obrē est q̄d in genere hic ꝓtulit Celsus, nimis q̄ indistinctè scriptū, ut solēt eiusmodi ꝓnūciata multa absurda, obscuraq;, & longa interpretatione egētia complecti, quæ sedulum lectorē frequenter offendant ac remorentur.

Item pisces omnes qui salem non patiuntur.) Animalium corpora ea quę excrementitia carne constant, hoc est, quę pituitosam humiditatem in se respersam cōtinent, saliturę sunt apprimè idonea: eoq; magis, quo fuerit illa uel copiosior, uel crassior. Quando, quæ admodum mollem, aut ualde siccū, minimeq; excrementitium corporis habitum præ se ferunt, saliturę apta non sunt. Sal namq; simul discutit, inciditq; superfluas, quas inuenit, humiditates: simul corpus ipsum colligit, cogitq;. Quare minus arida corpora sal amplius exa-

B refaciens, cibo inepta reddit, humida exedit & absūmit. Quocirca nec leporem, nec bouem, adde ne suem quidem admodū uetustum, nec mullū quidem salubriter apteq; salieris, quòd sint hęc iusto sicciora. Vt coriacea sale obruta sis effecturus, non bonitatis opem allaturus ullam, nisi si quæ pinguedine pasturaq; benigniore opima inueniātur. Nec ediuerso quoq; porcellum nefrendem, aut agnum, aut gallinam, aut caponem, aut molliculum piscem, & excrementorum uacuum, ut saxatilem, aut puri maris asellum, siue quòd excrementis hæc careāt, siue quòd humidiora salis ui contabescāt. Quare & solida sint oportet, & superuacaneo humore perfusa, quæ salias decenter & opportunè. Cuiusmodi sit sus obœsus, & ætatis constantis, aut iuuencus bene pinguis, & sardæ, & miti, & pelamides, & cetacea omnia maris monstra, rectè conuenienterq; sale obrueris. At cetacea è piscibus, quæ in frusta dissecta, & quæcunq; grandiusculo constant corpore, sale mergito: parua uerò, solida, totaq; sale obruto. Quamobrem ut ea quæ solida saliuntur, in media materia rectè poni arbitror: sic quæ salem nō patiuntur, omnia eodem albo teneri, non admodum crediderim. Nisi iam & passeres, & molliculos tenerosq; cæteros pisces hoc numero censeri permittemus: quòd sit nō gradus modò eorū quæ ualentissima dicunē, magna latitudine diffusus, uerumetiā eorum quæ in media materia ponunē, adeò ut ambigua quædā inuenias, quæ alia ratione ualentia, alia media uoces: & sint quædā

C quoq; quæ modò medijs, modò imbecillimis annumeres. Vt ne interim dicam esse mortales, quibus infirmissima nō tantū media, sed etiā robusta ualentiaq; uideanē. Quoties alijs alia, & nō media medris tantū conferantur.

Imbecillissimam uero materiam esse.) Aut nihil, aut minimum alimenti, eiusq; tum humidi, tum fluxilis tenuisq; suppeditat, quicquid olerū nomine continetur: ut lactuca, seris, beta, malua, brassica, atriplex, blitum, portulaca, rumex. Adde huc, nihil esse istorū tam boni succi, ut omni culpa uacet. Quando ne lactuca quidem, quæ minimum damni infert, omni crimine absoluta est. Cunctis siquidem alijs oleribus paucissimū sanguinē & uitiosum generantibus, ex sola lactuca nec multus quidē, nec magnopere uitiosus, haud tamen omni ex parte laudabilis, percipitur. quoniam frigidum humidumq; succum largitur. Cui idcirco dum assumitur, ex acribus stirpibus aliquid addi solet: ut apium, smyrnium, menta, calamintha, eruca, porrum. Ex quibus posteriora, & præterea sion, equapium, allium, cæpa, ruta, hyssopum, origanum, pulegiū, fœniculū, coriandrū, serpillū, nasturtiū, thymū, breuiter acria omnia dū uirēt, non tam alimenta q̄ alimentorū quædā obsonia iudicanē.

Quicquid in cauliculo nascitur.) Horei fugacesq; è cauliculis geniti fructus, sunt, cucumeres, cucurbitę, melones, pepones, melopepones, citrulli. Quib. id omnibus cõmune est, ut exiliter alant, & è corpore facile diffluant, ac corrumpantur ocyus, & ut sint flatulenta, & uitioso succo prędita. Quemadmodum sunt, quęcunq; humida fluxaq; substantia constant. Contrà quàm quę sicca sunt corporis coagmentatione constituta. Quæ ferè perennantē habitum, ac solidū terrenumq;, ac probè alibilem obtinent. Bubula enim aut lens fluxum alimentum non præbebit unquam, nec cõstans unquam pepo, cucumis'ue. Cucurbita itaq;, quę Græcè uocat̃ κολοκύνθα, frigida est, & humida secundo ordine, nullo singulari saporis genere prędita: sed quasi qualitatis omnis expers, fatua insipidaq;. Cruda stomacho perniciosa est, & cõcoctu planè inexpugnabilis. Dū probè cõcoquit̃, succi est nõ usquequaq; infelicis, sitim sedat: lotiū cit, & uentrē: calidis siccisq; temperamentis prodest. Ventriculi quoq;, ac iecoris inflammationibus subuenit, pituitosos lædit, colicosq; morbos in ipsis creat, & si uitiosè præparet̃, aut prauos humores in uentriculo repererit, aut nimiū in eodem cõmoret̃, corrumpit̃, & (quod fugacibus item rebus omnibus, humidæq; temperaturæ usu uenit) perniciosi succi redditur: Veneris appetentiam discutit, senemq; genitale minuit, & sanguinem pauxillum ac tenuē gignit, uti cætera omnia quæ aqueo tenuiq; humore conflata sunt: pectori & pulmoni ac uesicæ amica. Ob aqueā rationem cum origano iungi gaudet. Quæcūq; eñ talia sunt, acribus aut acidis, aut austeris aut salsis permisceri saporib. amāt, si quis modò cū uoluptate ea capere, & nauseā euitare cupiat. Cucumis friget, humetq; secūdo ordine, mali succi & nutrimēti: habet aūt quippiā prouocando lotio opportunū. Quamlibet bene feliciterq; cõcoquatur, si quis ipso immoderatius ut at̃ longo tẽporis tractu, gelidū, & utcūq; crassum humorē in uenis coaceruabit, qui postea haud facile in sanguinē cõuertatur: proinde omnib. mali succi edulijs, quantumuis probè à nõnullis cõficiant̃, abstinere in totū consultū est. Clàm eñ, sensimq; prauus in uenis ab ipsis succus accumulatur: qui uel leuicula putredinis accepta occasione febres sæuissimas, & mirè contumaces excitat. Capparis calida est, siccaq; secundo ordine. Constat primùm amaritudine quadam, qua mundat, purgat, scindit. Deinde acredine, qua calefacit, discutit, extenuat. Postremò & astrictione, qua cogit, firmat, roborat. Duros itaque lienes, quantum nihil aliud, iuuat. Et quoniam tenuium est partium, proinde minimum ex ipsa alimoniæ procedit: sed tamen è uiridi plus, quàm è sale condito: adeò, ut nisi sal abluatur, nihil sit nutriturus: uerùm tum aluum subducit efficacius. Ablutus autē atq; maceratus tantisper dum salsuginem deponat, cùm minimi alimenti cibus est, tum obsonium est, ac medicamentum appetentiæ recreandæ, & deradendę deijciendęq; pituitę, & lienis deniq; iecorisq; obstructionibus eximendis, præsertim ex oxymelite, aut oxeleo ante alias omnes epulas, accommodatissimum.

Omnia poma.) Arboreos fructus omnes, maximeq; fugaces intelligito. Exiguum siquidem omnes alimentū suppeditant, aliàs multum inter se differentes. Quamuis & cæteri qui in uer aut hyemem asseruari solent, huc etiā proximè accedunt: fugiunt aūt mora, cerasa, corna, batina, persica, pręcocia, mespila: conduntur seruanturq; mala, pyra, punica, medica, uuæ, ficus, nuces iuglandes, & ponticæ, & pineæ, & generis eiusdem alia plurima. De fugacibus generatim omnib. & horeis, atq; adeò fructibus, ac rebus omnib. quibus mortales uti consueuerūt, scire oportet: Quicquid esculentū, prauū succū unà cū lubrica quadā humiditate cõtinet, ex facili idipsum descendere, eoq; in prima mensa assumi debere. Sic enim & celeriter pertrāsit, & alijs commodè præit, & tanquam uiam munit. Nam contrà si postremo loco assumatur, uitio facile inficitur, & secum protinus alia quæ sunt prægressa, in corruptelæ societatem pertrahit. Deinde fructus humidi omnes, tenuem humidamq;, & per corpus commeabilem, quæq; per urinas & cuticularia spiramen

A ſpiramenta ꝓtinus exudat & euaneſcat, alimoniam præbent. Ideoq; oligotrophas eſcas, hoc eſt exigui nutrimenti hæc uocant. Nam ſolidæ conſiſtentiæ fructibus amplior corpori, quod ad alimentũ pertinet, fit acceſsio. Nec tam facile exoleſcit, maximè ubi craſsũ, aut glutinoſum, aut aſtringentẽ ſuccum poſsident. Quibus ſi iam adiungas ea, quæ in primum librum ex Galeno de Saporum ui & ſignificatione protulimus, facile perſpici licebit, qui fructus ac res omnes fluxam caducamq; & imbecillẽ uictus rationẽ habeãt: quiq; ſolidam ac conſtantem, firmamq; poſsideãt. Nam magnis interuallis plurimi diſsident, etiã ſub eodẽ genere cõprehenſi. Contraq; tum uniuerſi, tũ plurimi quoq; multis uarijsq; nominibus cõſentiunt, atq; cõcordant. Diſtant, exẽpli gratia, plurimũ cotonea mala, & mora, ceraſaq;. Diſtant à perſicis præcocia, à regijs auellanę nuces, & ab utriſq; pineæ: q̃d hi bonũ craſsũq; ſucci et bene alibilẽ largiant̃ ubi priores haud multũ nutriãt, minusq;, regię. Congruũt, q̃ omnes alant non uſq; adeò multũ. Sed hæc primũ guſtatu, & ſubſtãtiæ tũ denſitate firmitateq;, tũ laxitate & aquoſa natura, fluxilitq;, deinde uſu atq; experimẽtis quid ualeãt, quidq; efficiãt, homini ſapiẽti, & attẽto inuenire & intelligere non erit difficile, nec ſtupido, inſipidoq; facile.

Oliuæ perquàm infirmum corpori alimentum.) Drupas cũ pane frequentius edunt homines, halmades uerò & colymbades ſine conditas ſine pane ante alias

B epulas cum garo, alui ſubducẽdi gratia aſſumunt. Drupæ multũ pinguis, poſteriores multũ aſtringentis ſucci cõtinent, quo nomine ſtomachũ corroborant, & edendi excitant cupidinẽ. In quẽ uſum etiã idoneæ ſunt, quæ aceto reponunt̃: ſed ſunt hæ omnes frigidæ, ac ſiccę. Drupæ naturæ calidę, & in latus ſiccũ inclinatæ. Quin & immaturæ, ſtypticæ quoq; ſunt, & frigidæ, aridæq;. Non plus trecẽtis ſtadijs procul à mari ꝓueniũt oleæ. Muria, ut extra oleas hoc adijciã, colymbadũ, gingiuas tumidas reprimit, & dentes firmat.

Cochleas.) Terreſtres cochleę ſtomacho utiles ſunt, & nõ facile corrũpunt̃. Marinę item ſtomacho idoneæ ſunt, & facile aluo excernuntur. Fluuiatiles, uirus olent: quæ uerò ueperibus frutetisq; glutinata cohærent, uentrẽ & ſtomachum turbant, uomitionesq; excitant. Celſum itaq; marinas hic maximè intellexiſſe, aut terreſtres, arbitror. Niſi nos iam Galeni retrahat authoritas, qui limacum cochlearumq; carnem duram, & concoctu pertinacẽ eſſe aſſeuerat, eandẽq; dum conficiat̃ ualentiſsimè nutrire. Et ſucco genuino haud ſecus ac oſtracoderma aluum deijcere, præcipueq; ſi ex oleo & garo uinoq; conditarũ iuſculũ ſorbeatur: carnẽ uerò donec teneteſcat, identidẽ mutata aqua recoctã, uentrẽ aſtringere, & bene multũ corpori alimentũ præſtare.

Itemq; conchilia.) Hæc oſtracoderma & teſtata animantia uocant: quippe quæ pro cute teſtã, aut quid ſaxeũ habere dicas. ut ſunt buccinæ, purpuræ, chamulæ, uerticilla, oſtreæ, hiatulæ, cæteraq; ſimilia. Quibus id omnibus cõmune eſt, ut ſalſum in carne ſucci plus minus ue omnes, & aluũ deijcientẽ

C habeant. E quibus oſtreæ molliſsima omniũ carne, & infirmiſsimè nutriente, & quæ procliuiſsimè uentrem ſubducat, conſtant. Cætera dura carne & compacta, tum etiam ualentius nutriente, & concoctu corruptuq; difficilio re cõpoſita ſunt. itaq; elixantur hæc omnia. Solas uerò oſtreas, citra coctura eſſe licet. Quanquã & in patinis coctæ gratiores, pipere uinoq; addito, minusq; pituitoſæ, redduntur. Et ſi diffuſa aqua identidem recoquas, donec ſalſuram omnem quam continent genuinã, exuant, multo iam difficilius & cõcoquuntur & corrumpũtur. Quin & crudum appellatum ſuccũ, quę duriore ſunt carne prædita, maiorem in modum generant. Vt ea quæ molliores eſſe carnis diximus, pituitoſum incautius intemperantiusq; ſumpta coaceruant. Duris autẽ illis, teſtaceisq;, cruſtata maris animalia, quæq; tenui teſta quaſi corio duro concluduntur, cõcoctionis modò, & firmitate cruditateq; alimẽti ſunt perquàm ſimillima. Verũ paulo minus ſalſi humoris cõtinent, tamen nec exiguũ quoq;. Talia ſunt, aſtari, paguro, cancri, locuſtæ, gamari. Quãobrẽ Celſo ut uix bene q̃s cõdonet in imbecilliſsimis oſtreas poni, certè

reliqua conchylia nemo unquã permiserit: propterea q̃ concoquant omnia difficulter, etiam ostreæ quas alijs multo leuiores esse prædicauimus, & quandocunq; benignam concoctionem nanciscuntur, alimentum ualens, minimeq; contemnendum corpori exhibeant. A

Tamen etiam quæ sub eadem specie sunt.) Sub eadem specie esse dicuntur nõ modò res singulæ quæ communi aliqua natura continenrur, sed quæcunq; generis pariter sunt ualentissimi, uel mediocris, uel imbecillissimi. Quorum ut ampla est in omnem partem latitudo: ita nunc in ualentissimis, quæ quibus sint ualentiora, & de medijs, quæ quibus sint moderatiora, & deniq; ex infirmissimis, quanto sint alijs alia imbecilliora, ostendet. Primumq; in specie formaq; rebus diuersis id faciet: mox etiam in ijs, quæ specie ac forma quidem consentiunt, cæterũ loco, natalibus, ætate, alijsq; nominibus discreta sunt. Quoniam hæc omnia longè distracta discrimina recipiunt.

Siquidem plus alimenti est in carne.) In ualentissimarũ rerũ cuncto genere nihil carne melius est, nihil firmius pleniusq; nutrit, non panis, nõ legumina, nõ belluæ marinę, quanquã hæ quoq; sub carne nonnunq; contineri solent: nõ aliud deniq; quicquã à natura, aut arte conditum. Cuius aliam firmiorẽ causam nõ inuenias, quàm totius substantiæ ac formæ abditã, occultãq; similitudinẽ & familiaritatẽ, quę usu ratioenq; intelligi, uerbis explicari non potest.

Firmius est triticum quàm milium.) Nos tritico superius olyram proximam fecimus: quandoquidem milium quum primo sit ordine frigidum, siccumq; secundo, etiam malè concoquitur, & uentrem sistit, parumq; nutrit. Eosq; tantum iuuat qui uentriculi refrigerio & exiccatione indigẽt. Aliàs enim cum lacte humidius fit, meliusq; concoquitur. Quare & milio etiã multo est præstantior zeia siue spelta, adeoq; etiã quàm olyra tritico uicinior. Nam & placidè exiccat, & facilis concoctionis, boniq; succi est, & caloris frigorisq; media. Porrò milium ut panico per omnia præstãtius est, suauius siquidẽ edit, & facilius concoquitur, & uentrem minus coercet, & magis nutrit: sic haud scio, sit'ne etiam hordeo, certè optimæ notæ, melius. Cum enim milium penitus glutinoso pingui careat, panem præaridum, & friabilem instar arenæ, aut cineris suppeditat. Quare uel adipe suillo, uel oleo eius farinam, uel lacte potius subigere atq; corrigere, quo iucundius, alibilius, mollius efficeretur, ueteres consueuerunt. Neutrumq;, nec milium, nec, quod deterius est, panicũ, nisi frumentaceorum cæterorum in summa penuria, usurpari cõpertum est. Fateor tamen hordeaceos panes olyrinis & typhinis macriores quoq; esse, & aridiores, nec ipsos quoq; quicquam in se glutinis habere: adde his, & exiguam ex ipsis in corpus alimoniam concedere, pręsertim si è uili hordeo concinnentur, hoc est tali, quod dum concoquitur, copioso succo non intumescit, nec satis candido, aut denso, aut ponderoso, aut pleno, aut tenso, aut rugarum uacuo. Quæ sunt omniũ seminum explorandorũ optatissimæ, præstantissimæq; notæ. Quales, licet triticeis multo minus alant, tamẽ ex ꝓbatissimo hordeo, easq; omnes quas modò docuimus notas habente cõparati, non tã cæterorũ uitijs sunt obnoxij. Certè promptissimè omnes boni maliq; subeunt, si cũ triticeis cõferanẽ, nedũ cum miliaceis, similibusq;. B C

Et ex tritico firmissimum siligo.) E' tritico multa panum genera confinguntur. E' quibus siligineus omnium est tum purissimus, tum alimenti locupletissimus. Siligo enim modò triticum præstantissimum lectissimumq; denotat, modò lectissimi illius farinam optimam, & tanquam tritici delicias: è quo panes laudatissimi, & pistoria opera probatissima conficiũtur. In quo, quum tres partes spectentur, furfures, utriculi, flos: qui è flore puro præparantur, omnium sunt & nitidissimi, & delicatissimi. Sed nisi probius ijdem fermentati & elaborati, igni moderato percoquantur, ualentissimi & crassissimi, lentissimiq; nutrimenti percipiuntur: iecori, lieni, renibus obstruendis, calculisq; atq; articulorum uitijs generandis nimis quàm appositi. Qui è solis furfuribus fiunt panes, furfuracei nominantur, quales tenuiter alunt, & abster-

A & abstergente facultate per intestina, facile commeant. Qui è tritici omnib. partibus seruatis mixtisq; fingitur, αὐτόπυρος & συγκόμιστος appellatur, medius ad unguem, seu materiam, seu uirtutem spectes duorum, quae iam diximus, extremorũ. hoc deinde imbecillius alit, qui sordidus ac cibarius uocatur, magna ex parte ex furfure utriculisq; cum pauco flore constans. Sed ut inter medium & uilissimum, furfuraceũq; hic medius statuitur: ita inter purissimum ac medium alius intercedit, quem σεμιδαλίτην Graeci, nos similagineum nominamus. Aut enim è purissimi tritici delicijs solis ac flore non conficitur, sed cum utriculis aut furfuribus paucis confuso: aut è uulgaris tritici parte optima, quam pollinẽ nuncupamus, tantum apparatur. Tanto illo medio è toto tritico ac siligine tota confecto, melior ualentiorq;: quãto è siliginis flore, aut certè siligine cõposito uilior est, infirmiorq;. Celsus omnia haec genera, praeter furfuraceum, quem mutis animantibus, quàm homine forsitan magis dignum uolens, dataq; opera praetermisit, agnouisse uidetur. Nam primum siliginis meminit, quae in tritico est multo omniũ firmissima: deinde similae, ex qua eum concinnari posse arbitror, quem nos superius medium & syncomistum dici memorauimus, quemq; ipse infirmiorem censet eo qui è polline comparatur. Post haec è polline cõstantẽ, quẽ similagineũ Latinè uocauimus. Postremò cibarij, quẽ nos tum eodẽ nomine, tũ B sordidi quoq; insigniri tradidimus. E' quibus iã intelligit, aliud esse interdũ similã, aliud similaginẽ. Illa eñ uel uulgaris tritici forma est, uel eius farina: similago uerò similae pars est purissima, quae & pollen nominatur, & illi q̃d in siligine florem dicimus respondet. Quanq; pro similagine, quã nũc diximus, Celsi authoritate impulsi, multo frequentius similã uocari inuenias: à puritate quippe appellationẽ sortitã, ἀπὸ τοῦ σμῶ, quodest purgo, ὡς τὸ ἅλις hoc est satis. q̃d in xenijs suis propè declarat Martialis: Nec dotes poteris similae numerare, nec usus, Pistori toties quũ sit & apta coquo. Pro polline siquidẽ, aut si quid polline melius, aut bonitate par sit, hic capi manifestum est.

Ex leguminibus uerò.) Faba sicca est, & frigida primo ordine, fungosaq; substãtia praedita. Quare & carnem praebet mollem, laxamq;, ac totũ corpus quocunq; modo parata, distendit, & inflat: fresa tamen minus. Ipsa nec impedit uias, & caret succi uitio. Quamobrẽ quae salubriũ ciborum capita sunt, ipsa est sortita: praesertim quum qualitatẽ & uim etiã abstergendi, quemadmodũ hordeum, habeat. Quo nomine & facile ipsa aluo secedit, & lomentũ, hoc est, farina fabacea cuti detergendae ac poliendae, est accommodata. Viridis immaturaq; si edatur, reliquorum fructuũ rationẽ, quos ante perfectam maturitatẽ ingerimus, obtinet. humidius enim corpori alimentũ infert, & excrementis cùm intestina, tum omnem corporis habitum implet. Minus itaque nutrit, sed procliuius deijcitur. Inflandi eius, ut aliorũ quoq; ciborũ om-
C nium, ratio, calefacientibus & extenuantibus, origano, saluia, caepis additis, corrigitur. Pisum simile quid tota substantia cum fabis obtinet: non tamen perinde inflat, nec similiter abstergit. Segnius idcirco non modò per aluũ secedit, sed & uenerẽ minus prorītat. Quare sit ne piso faba ualentior, non iniuria quis dubitauerit. Nam de lente, quin utrãq; exuperet, nemo ambigit. quae frigida est primo gradu, & secundo sicca. Cortex eius uehementer astringit, caro tenuiter, quae crassi succi & terrestris est. Iusculum quo primo decoquĩt, planè est cortici cõtrariũ. Sale enim, & garo, oleoq; conditũ aluũ deijcit. Bis recocta, stomacho & intestinis, ac uniuerso uentri firmitatẽ cõparat. Vtilis ergo coliacis & disenterijs est. Detracto cortice, fractaq;, si coquatur, minus siccat & astringit: sed magis nutrit, & pigrè transit. Qui ea crebrò uescunt, si malus ipsis inest habitus & aquosus, utilis est: si aridus squalẽsq;, noxius: si melancholicus, elephantem morbum, aut cancros, aut duricies, & neruorum dolores, atraeq; bilis affectiones parit. Venerem, ac semen genitale extinguit, mala insomnia facit.

Firmior brassica, & beta, & porrum.) Brassica, quae graecè κράμβη dicitur, calida

est & sicca primo ordine. Infirmior lente & humidior, nec solidæ substan- A
tiæ, sed fungosę: succi illaudabilis, & noxij, & graueolentis ac melancholici.
Ius expurgandi uim quandã obtinet, nitrosa quadã ratione, uti & lens. Cor
pus ipsius solidũ siccitatis genuinæ ratione aluũ cogit, cohibetq́, præsertim
bis iterumq́ mutata aqua recoctũ: insomnijs dormientem turbat. At leuiter
elixũ proprio succo aluũ subducit. hyberna quàm æstiua brassica melior est:
lotiũ cit, lumbricos tollit, & quæ ex uino fit, crapulã discutit: ante omnem
alium cibũ pręsumpta, ebrietatẽ arcet: oculorũ aridorũ aciem hebetat, humi
diorum acuit. Pingui cum carne cocta, mitius lædit: succus eius cum melle
magnificè uocem iuuat: flos genitale semen corrũpit. Beta calida est, & sicca
in primo gradu: huius rursus corpus crassum est, & flatuosum, & frigidũ, &
difficile concoctu, uentremq́ sistit: succus abstergendi facultatẽ habet, & al
uo ciendæ aptã: stomachum præsertim sensiliorem ipsa demordet, largius
cõmansa etiam infestat. Ipsius, ut aliorũ olerũ, exigua est alimonia. Contrà
iecoris obstructiones, cum aceto utiliter sumitur. Pari pacto & lienosis bonũ
præbet medicamentũ. Lactuca frigida est & humida tertio gradu, reliquis
oleribus facilius concoquitur: calidis uentriculis prodest, sitim sedat, somnũ
inducit, modicè aluum irritat: si ad saturitatẽ edatur, uisum hebetat, corpus
debilitat, Venerẽ imminuit. Asparagus olerũ omniũ maximè nutrit, quam-
uis ne multum quidem ipse: at ita tamen, ut mediã inter olera ac carnes esse B
putes. Vrinam & menses prouocat. Renũ iecorisq́ obstructiones aperit.
Colicos dolores, aut renum, è pituita natos sanat: semini genitali adijcit: ce-
lerius quàm cætera olera in sanguinẽ cõmutat: dentibus prodest, stomacho
minus officit, si mediocriter coctus è garo oleoq́ cõditus assumatur. Quare
Celso non admodum assentior, quàm brassicã, aut betam, minus alere.

At ex fructibus surculorum.) Ficus uuæq́ autumnaliũ fructuũ, quos ὀπώραν ap
pellant, caput, honorq́ sunt. Atq́ fugacibus omnibus præclarius nutriunt,
minimeq́ praui sunt succi, modò absolutã sint maturitatẽ adeptæ. Carnem
tamen nec firmã, nec densam, sed fungosam, & cum uuiditate quadam flac-
cescentem generant, & uentis uentriculum distendunt, si integrè nõ conco-
quantur. Vuæ ficubus minus alunt, & nisi maturè per aluũ subeant, graui-
ter nocent. Ficus modò probè in uentriculo cõficiant, noxam nullã pariũt:
uuæ uerò crudum humorẽ procreant, qui non facile in probũ sanguinem
conuertatur. Acinorũ nuclei nõ secus atq́ ficaria granula inalterata, nõ mu-
tataq́ per aluum atq́ intestina transmittuntur. Obscurè quoq́ in uentre im
mutat, quæ foris circundata est membranula. Caro quæ intus superest, cum
eo succo qui in uinum exprimitur hausta, uentrem magis laxat: magisq́
etiam sine carne solus succus, quem mustũ appellãt: qui flatibus uentrem,
nisi citò pertranseat, nõnihil distendit. Nutrit itaque hic succus utcunq́, sed
carnea substantia imbecillius. Vuæ autem quibus plurimũ carnis inest, ge- C
nerosæ nominantur, & plurimum nutriunt. Pensiles inflandi malignitatem
deponunt, ac tales fiunt, ut quòd incuses nihil omnino habeant. Verùm o-
mnium tutissimus illarum usus est, quarum natura carneo liquore constat,
cumq́ hoc maturitatem absolutam sunt adeptæ. Quas etiam ipsas, opti-
masq́, nedum cæteras minus bonas, intra modum ac saturitatẽ esse decet:
ficus autem bene maturæ paulo minus omni prorsus noxa uacant, iam uel
caricis exæquandæ. Quæ quamlibet multiplici utilitate cõmendentur, cre-
brius tamen, largiusq́ si comedantur, sentiũtur nõ innoxiæ. Nam improbũ
inferunt sanguinem, quẽ pediculorũ agmen comitaẽ. Incidunt & extenuãt,
Vnde & aluũ ad excretionem stimulant, & renes expurgant. Iecori lieniq́
obstructis, incidentibus & tenuantibus atq́ abstergentibus iunctę, nõ me-
diocriter auxiliantur. Inflammatis ijsdem plurimum officiunt.

Nuces.) Tam iuglãdes quæ regiæ, quàm auellanæ quæ Ponticæ nominan
tur, utræq́ in multo sunt usu, quamuis haud multum nutriant. Valentiores
sunt auellanæ, & densior strictiorq́ earum est substantia, ac minus oleosa.

Contrà

A Contrà iuglandis laxior uariorq; natura est, cum multa pinguedine. Initiò etiam ante maturitatem astringentis qualitatis particeps, quæ tempore exolescit, tota eius substantia postremò in pinguem & oleosam transeunte. Viridis etiamnum humida est, & aquosa, neutra qualitate iam dicta euidenter prædita. Ipsa, quàm auellana, facilius cõcoquit, & stomacho est utilior: multoq; magis, si cum ficubus edatur. Amygdalæ neq; ad aluũ soluendam idoneæ sunt, neq; corpus ualde nutriunt. Substantia ferè cum iuglandibus consentiunt, etsi tempore ac uetustate minus pingues euadunt. Crassã glutinosaq; è pectore ac pulmone efferendi uim possident, præsertim quæ sunt ex ipsis amariusculæ.

Palma.) Palmulæ quũ sint in multiplici differentia, omnes uel dulcedinis præcipuę, uel astrictionis quippiã resipiunt, atq; utrunq; etiã omnes. E quibus dulciores, calidiores sunt, & magis nutriunt: austeriores, frigidiores, & plus roborant. Vtræq; crassum succum generant, maximè pinguiusculæ. Et si qua insignis dulcedo accedat, iniuriam obstructionis iecori, lienìq; haud uulgarem minitantur.

Quæ poma propriè.) Poma sunt, quæcũq; molli foris cortice, cuteq; integũtur. E quibus quædam fugacia sunt: ut mora, persica, præcocia. Quædã conditiua, quæ prius exiccari possunt quàm corrumpi. Sunt autem uniuersa exigui alimenti, sed minimi, quæ reponi nequeunt. Quorundam, non adeò cibi, atq; medicamenti, stomacho uentriq; robur, facientis gratia, usus quæritur: ut cotoneorum, punicorum, pyrorum, mespilorum. Cætera pro substantiæ suæ firmitate aut mollicie, proq; qualitatis melioris nota, plus minus ualent & officiunt, firmiora firmius, succosa dulciaq; quàm arida aut acerba ualentius nutriunt. quæ gustatus facile dijudicabit, atq; discernet.

B

Item ex his auibus.) In media specie posuit aues omnes, à minimis ad phœnicopterũ. Quod uti nos omni ex parte nõ ꝓbauimus, sic ne hoc quidẽ, quę in genere in hoc præsente loco dicta sunt, sine formæ ullius distinctione admodũ probare atq; recipere possumus. Non ẽm continuò ualentiora sunt, quęcunq; pedibus q̃ uolatu magis nitũtur. Non enim gallinã quàm palumbũ, quàm accipitrem, quàm coruũ, quia pedibus quàm uolatu magis nititur, firmiorem esse rectè putaueris. Rursus ex ijs quæ uolatu fidunt, non protinus quicquid corporis mole præstat, idem & alimenti uiribus antecedit. Quis enim à columba quàm merula, aut ab anate quàm turdo, plus solidi cibi speret? Nec satis intelligo, quo pacto ficedulam in corporis paritate turdo adiungat: quum illam passere haud multo maiorem esse constet, turdum uerò non paulo ampliorẽ. Sed possint hæc fortassis, si quis acutius intendat, utcunque defendi. Illud, quo nomine excuses, nõ uideo, quæ in aqua degunt, leuiorem cibum præstare, quàm quæ natandi scientiã non habent. Primùm enim in ualetudinis cura damnatur omnibus, qui uel ingenio, uel palato, uel eruditione excelluerunt, quicquid è uolucribus non modò stagnis, paludibus, lacubus immoratur, sed etiã quicquid ab aquis escam uenatur, aut crebrius circa easdem diuersat. Deinde aquaticũ nihil est, etsi alijs alia sunt minus uitiosa, quòd non superuacaneo humore atq; excremento redundet, ut & parũ alimenti certè boni, & excrementitij multũ suppeditẽt. Plurimũ ẽm interest, in escarũ ex animantib. censura, non modò quo pabulo ac uictu unumquodq; sustenteẽ, sed etiã quo loco quãtaq; in desidia aut labore uitã degat. Nam è uictu improbo, proba cõparari caro non potest. E frigido calor sperari non debet, nisi quantũ natura animãtis coquendo imprimere solet, & palustriũ & stagnaliũ: adde, propè aquatiliũ omniũ carnẽ, uel humidã, uel excrementitiã, uel cõcoctu difficilem, uel omnib. his modis uituperabilem reddi, in confesso est. Quę uerò in montib. ac locis siccis uagantur, siccã earũ carnem effici, & excrementis uacuam, ac facilem omnino concoctu, nisi per se aridi duriq; animalis sit, compertum est. Domi præterea, & in ocio habita, ut plus sæpè speciosæ obœsitatis ac adipis nanciscuntur: ita ferè

C

excremen-

excrementitiam magis, superuacaneamque alimoniam præbent. Bos in aruo A quàm in stabulo saginatus, præstatior est. Et suilla liberi animãtis, quàm arcto porcili coerciti, melior est: si modò pasturã, si ætatem, si cætera similia faciamus. Quies siquidẽ mirificã ac spectatu iucundã speciem, sed quæ multis excremẽtis redundet, colligit. Labor probo nutricatu, & integro puroque corpore esse facit. Quo nomine è fue syluestri, quàm domestico etiã libero, salutarius est nutrimentũ: & è grege, hœdus exemptus, quàm domi pastus, conducibilior est: nisi fit ille & macilẽtus strigosusque, ac corrupto, neque sibi cõueuenienti pabulo nutritus: hic sit firmus ac uegetus, proboque ac idoneo uictu habitus. Quocirca gallinam altilem, & caponem tenebris & loco cõstricto, ciboque bono coactoque infarctũ: quàm libero tum aere, tum loco macie confectũ, potius expetiuerim. Et agnũ aut porcellum domi adultum, quàm à matre in agro recens diuulsum, potiorem duxerim. adeò multum refert, qua quodque animal ætate, quo loco, quo pastu, qua ratiõe educatũ assumat. Syluestria quàm domestica minus habent superuacanei excrementi: quæ senio præarida redduntur, ut boues, cerui, cuniculi, lepores, prima teneraque ætate magis cõmendantur. adeò, ut exectos è matre cuniculos in primis delicijs haberi cœptũ sit, uitulos autẽ non item. quos pariter ac hœdos, nec à partu calẽtes, nec corpore fluxiles, desiderari probarique cernas: etsi plurimũ istis uitij, magisque etiã agniculis & porcellis assatione demi uideas. Verùm B optimũ unumquodque tum est, quũ neque senectute squalet, neque corporeo-uo diffluit, sed aridi durique, & mollis ac fluidi iam mediũ obtinet. Vnde quo longius in cõtrariã alterutrã partem abscesserit, hoc minus in probis ducendum est. Quanquã sunt, quæ omniũ generũ tanquam media saluberrimaque statuas, non ætate, non pastu, nõ educatione tantũ. Quibus interim addictis, haud minimã melioris tum notam cõsequunt. cuiusmodi sunt quæ primo libro, & hoc ipso paulo antè prima elogij laude dignati sumus. Quę, quamuis pleraque nonnihil inter se differant, tamen mediocris rationẽ, quæ latè patet, omnes subeũt. Atque ita hæc ipsa quæ iam protulimus, non paulò plus notitiæ ualetudinis suę, uiriumque animantiũ studioso sunt allatura, quàm quę parũ & distinctè, & ut summa breuitate fieri solet, haud satis explicatè, confuseque sunt à Celso scripta. Quod ad ficedulam aut turdum attinet, illa à ficu dicta est: quòd ea, ut inquit Varro, ficu pinguis fiat. Martialis itaque libro 13. Cum me ficus alat, cũ pascar dulcibus uuis, Cur potius nomẽ nõ dedit uua mihi? Plin. lib. 10. cap. 29. Ficedulas formã simul, coloremque mutare tradidit. Nec hoc nomen nisi autumno habere, sed postea melancoryphos, & atricapillas, à summi capitis nigredine uocari. Auicula est in uinetis Italiæ frequens, grasmuscho similis, nostris regionibus inuisa. Ne quis esse putet melancoryphum, quam nostri uocant blœtuyncã: quæ ueterũ est rubicilla. Gel. lib. 14. cap. 8. scribit fuisse, qui negarent ullam auem, pręter ficedulam, totã comesse C oportere. Superiorẽ partem aliarũ auium atque altiliũ qui ederent, eos palatũ non habere. Turdus uerò, κίχλα, germanicè eyn krammesuoghel uocãt. Aristoteles tria genera recenset. unũ uiscinorũ, quòd uisco resinaque uescat, magnitudine picæ. alterum pilare, magnitudine merulæ. tertiũ minimum inter hæc, quod Iliacũ quidam nominant. hyeme turdus colli alio colore quàm æstate spectat, maximeque in Germania. Horatius turdo nil melius esse scripsit. Cui Martialis quoque subscribit: Inter aues turdus, si quis me iudice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. Quo uerò inter aues loco medicis habeatur, suprà semel iterumque dictum est.

Inter domesticas uerò quadrup.) Suillã ut optimi esse succi carnẽ fateor, si cuius modò ipsam uentriculus concoquat, & ex ea iecur bonum legitimumque sanguinem cõficiat: sic eandem leuissimã esse, nescio an quispiam physicus, qui rerum naturas perspectas habeat, id Celso largiatur. Nam si quæ aliàs de ea protulimus, uera sunt, nec leuissima suilla, nec grauissima bubula: sed optimi succi & ualentissima suilla dici debet, & melancholici succi bubula, & alimenti

A alimenti nec exigui, nec discussu facilis esse, quamq; illa concoctu difficilior omnino pronunciari debet. Verùm ætatem hic rursus utriusq; accuratè animaduertere oportet: quoniã suis ætate uigentis caro bene habilis iuuenibus, & robustis, & aliquo se labore fatigantibus cõuenit: ijsdemq; bouis caro competit, non quidem ætatis mediæ ac florentis, sed tantummodo non dum adulti. Est nanq; bos sue temperatione multo siccior: ut suem optimũ sub constante ætate propter natiuã humiditatẽ credas: & bouem iuuencũ, ac uitulum etiamnũ adolescentẽ, itemq; & hœdum, cõcoctioni & cibo propter genuinam ariditatem aptisimũ existimes. Licet sit capra rursus boue multo minus sicca, quemadmodũ & homine quoq; longè minus est humida. Certè porcellorum caro tanto excrementis abundat pluribus & uuidita te, quanto est humidior, ac natiuitati suæ propinquior. Ideoq; & imbecillius alit, & citius per corpus digeritur, ac ocyus dissipatur. Agnina porrò humidissima est, & planè pituitosa. At ueterascentium animantium omniũ caro, & à concoctionis, & succi, & nutritionis laude eo remotius abscedit, quo fuerint illa prouectiora: adeò ut suis quoq;, tametsi propria temperantia madidioris caro semidura, & concoctu iam pertinax efficiatur, idq; plus minus pro cuiusq; hominis uiribus, atq; temperie. Est enim bubula, quàm caprilla uetus, durior, & hæc quàm porcina: & porcina rursus quàm uetuecina: quæ

B & ipsa duritie præstat, si uetusta est, gallinaceis antiquis atq; turdis. ut ueterem etiam gallinam cum florente comparatam, duram aridamq; uere appellemus: cum bubula qualicunq; collatam, teneram & molliculam uocamus. Quare in ætate animalium, plurima ipsorum laus & uituperatio posita est. Nec minimum confert, præter cœlũ, locũq;, pastio. Boues enim probissimè pinguescunt, & optimè habito corpore cernuntur, dum maximè uigent pascua, dum herbæ magna passim tum densitate, tum fertilitate maturescunt, hyemeq; minus multo ualent. Oues primo medioq; uere, quòd humili herbarũ carptu gaudeãt, melius agunt. Capræ aũt ineunte æstate, et eius medio, quoniã tum fruticũ germina, quæ illis in cibo gratissima esse solẽt, copiosiss. suppetũt, lętissimè, saluberrimeq; degũt. Quamobrẽ fatuũ ac stolidũ est, protinus de animantis aut rei qualiscunq; natura pronũciare, quid efficiat, quid ualeat profiteri, nisi ætatẽ, nisi habitũ, nisi pastionẽ, & cœlũ solumq; prius animaduerteris. Aut si quid unquã dicaś, id ad hominẽ tẽperatissimũ relatũ, & de re ipsa integerrima, & pro sua natura etiã tẽperatissima intelligi debet.

Itemq; ex feris quo maius quodq; animal.) Nec in uolucribus, nec in domesticis animantibus, è corporis mole satis firmã ualentis aut imbecillis alimenti notam accipi ostendimus. Sed sunt rerũ inter se formæ & temperaturæ comparandæ: hircina siquidẽ, tum in succi probitate, tum in concoctionis munere omnium est ineptissima, mox arietina, tum taurina: non quòd corpora cum

C corporibus sic sint magnitudine constituta, sed quod temperamenta cum temperaturis collata, talia deprehendantur. Corporis magnitudine, quàm carnis facultate ouis capraq; magis conueniunt. Et est asinus boue minor, non tamen idcirco cibo aptior. Sic in feris leo ceruo minor est, non eam tamen ob rem minus carne ualet. Vulpes hinnulo corpore inferior est, non tamen est ideo eius caro uel mitior, uel esculentior. Plurimum à lepore ceruus distat, si corporis molem spectes: minimũ abest, si temperiẽ contẽpleris. Quare ferarũ formas ac temperamenta, qualia iam antè tradidimus, nõ perinde corporis molem ac uastitatẽ inspicere cõueniet. Nisi quòd grandẽ ceruum, aut leporẽ, aut hinnulũ, aut aprũ, quàm paruũ eiusdẽ generis firmiorẽ rectè crediderís. nõ sanè, quia minor est, sed quia uetustior. Neq; hæc aliaq; passim, ita in Celso dico, quasi carpendi eius studio ac libidine efferar: quem miror unicè, & ueneror maximè, ob summam eruditionẽ cũ eloquentia copulatã: sed quòd ita eius breuitatem extendere, & obscuritatẽ declarare, & inuoluta explicare necesse sit. Quæ incautis alioqui, atq; indoctis, magnam uel erroris, uel ignorantiæ occasionem essent datura.

Pisciumq; eorũ qui ex media.) Piſciũ laus omnis duabus omnino ẽ rebus capi A
poteſt. Ex ſubſtantiæ & carnis ratione, & à loco educationis. Quorũ enim caro friabilis eſt, & neq; grauiter olet, nec inſuauiter ſapit, nec mucoſa uel pinguis, aut certè minimũ cernĩt: deinde quæ in puro ac libero tantũ mari, undis flatibusq; iactato eſt enutrita, palmã ea bonitatis in omnib. ſine ulla cõtrouerſia ſuo ſibi iure uendicat. utpote quæ & tardiſsimè cõputreſcit, & ſucci bonitate, edendiq; uoluptate cęteras longè antecellit, ut tutiſsimũ pro inde ſit, talẽ perpetuò aſſumere. Eiuſmodi ſunt, quos pelagios piſces, & q̃s ſaxatiles uocãt. Sunt aũt ſaxatiles, ſcarus, merula, turdus, ſicedula, perca, iulia, quoniam ſaxoſis in locis, aut circa promontoria deliteſcunt & pariunt. E quibus ſcarus facile gulę principatũ tenet, tũ merula ac turdus: deinde ſicedula, iulia, perca. Facilè enim hi concoquuntur, & ſalutare cum primis alimentum præbent, ſanguinemq; optimæ notę procreãt, nec tenuẽ admodũ, nec aquoſum, nec magnopere craſſum. Proximi his ſunt bonitate pelagij, ut bugloſſæ, lupi, mulli, aſelli, capitati, rhombi, ſi è mari ſuo non digrediantur. Nam impendiò hi deteriores euadũt, ſi è puro mari in id quod fluminibus, aut aquis dulcibus commiſcetur abceſſerint: magisq; etiã, ſi mare egreſsi in oſtia fluminũ impura cęnoſaq;, aut flumina ſimilia enatauerint. Pingueſcũt ſiquidem tum plus æquo, & uitioſo nutricatu atque excrementitio infarciuntur. Nã rapidis è fluuijs, & urbiũ ſordibus nondũ inquinatis piſces melio B
res cenſentur: longè tamen infra uel ſaxatiles, uel pelagios genuinos. Porrò ſuperioribus etiã uitioſiores ſunt paluſtres, peioremq; iſti carnẽ exhibẽt, præſertim ſi in limo ac ſordibus uictũ quæritent: hoc em̃ nomine nulli nõ uituperari debent. Sed magis ſi in ſtagnis id ipſis uſuuenit, ijsq; & paruis, & uel raro, uel nunquam ſeſe exonerantib. Quando & uitioſè ferè hi omnes tum olent, tum ſapiunt, & corrumpuntur citiſsimè, putidiſsimeq;: nec faciles concoctu, nec alimento laudabiles. Nam partim recrementitia ſuperfluitate, partim maligno ſucco corpora humana imbuũt. Atq; hinc facile, qui ſint è piſcibus cuiuſcunq; generis uituperadi, qui ſint laudãdi, clarè perſpicueq; intelligitur: pariterq; cognoſcitur amplam eſſe ut primi poſtremiq;, ſic medij ordinis, mediæq; materiæ cùm in rebus cæteris, tum in piſculentis latitudinem. Firmi enim ſunt, qui ſalſurã patiũtur: ut mugil, aſellis, ſalmo, rhombus. Imbecilliores, qui minus ſunt duri, ut bugloſsi, ut paſſeres, & quos ſaxatiles pelagiosq; ſuprà appellauimus. Scarũ ſiquidẽ extra ſaxatiles poni, non admodum probare poſſum: qui ſicubi in ſaxis non oritur, protinus degenerat: nec planis ſimpliciter omnibus, quorũ pleriq; pelagij ſunt & uocantur, lupos, mullosq; leuiores eſſe. Quanquã lupi caro ſanguinẽ tenuiorẽ, ut genus totũ pelagiorũ, generat. Ac mullus quidẽ cõtrà, pelagijs uniuerſis alijs duriorem eſcam, plenioremq;, ſi probè concoquatur, ſuppeditat, & eximiè alioqui in cibo iucundus, maximeq; laudatus eſt. C

Neq; uerò in generibus rerum.) Tranſitio eſt, quæ quid dictũ ſit breuiter in memoriam reuocat, dicendaq; proponit. Sunt ea primũ ætatis, deinde membrorũ, hinc cœli ac ſoli, poſtremò habitus in animantibus eiuſdẽ formæ diſcrimina. Quæ, quia nos cuiuſmodi ſint propè ſuperius doctrina abſoluimus, non admodum iam ijſdem immorari libebit, niſi ſi quid breuiter, non dictum, etiamnum adijciendum uidebitur.

Nam quadrupes animal.) Quid ſenium, quid ætas tenera, quid media noui in quoq; animante apportet, ſuprà explicatũ eſt. Seniũ in omnibus duritiem ariditatemq;, ac alimenti penuriam ac prauitatem eo maiorem, quo fuerit prouectior, adfert. Tenera ætas excrementi & humiditatis ac lentoris hoc plus confert, quo animans fuetit natura humidius, quemadmodũ de nefrende & agniculo dictũ eſt. Nam ſi quæ ſuapte ſunt natura aridiora, ea cibo, dũ noua ſunt, minus inepta percipiũtur: ut eſt hœdus, ut hinnulus, ut in genere uolucrum quę duriora eſſe docuimus. Cętera enim ut mala dici nõ poſsint, tamen ualde ſunt tenera, & imbecillia: ut pullus gallinaceus, aut attagenis,

A aut perdicis. Minus etiã aliquanto posteriores, quàm primus, minusq́ paulo adultior, quàm recens editus. Media ætas in humidioribus, quæq́ eã ponè sequitur, cæteris præstat, quæ mediam antecedit in siccioribus. Sed nihil horum in angusto admodum cõcludendum est. Est etenim cuiusq; boni ac mali uasta amplitudo, quæ plus minusq́ pro rei subiectæ natura efficit. Sic adultam suem cum certa latitudine, hominibus ijs qui in constanti atq; adulta ætate sunt constituti suademus: sic increscentem in ætate uergente & inclinata: sic deniq; in lucem nuper editam senibus, sicq; recens natam aut senio confectam nemini consulimus.

In piscibus quoq; media ætas.) Diligenter in piscibus nõ modò quantũ quodq; genus mollicies ac humoris superuacanei, & quantum duritiei aut crassitiei contineat, spectandum est: sed etiam recens an uetus sit, probum an improbum, inuestigandum. Molles enim, ut aselli, murenæ, buglossi, passeres, media sua ætate, aut si proximè summam magnitudinem impleuerint, laudatissimi sunt. Duri uerò, ut draco, cuculus, scorpius, congrus, parui thynni ac pelamides, etiam ante mediam ætatẽ, & dum adolescunt uegetiores, probioresq́ deprehenduntur. Qui præ teneritudine fugiunt, aut præ duritie commandi uix queunt, in primis uitandi sunt. Quare gustatu primum atq; olfactu, tum ipso usu ac ratione quid quæq; res ualeat, perdiscendum est, &
B cum his hominum sint discrimina, accuratè conferenda. Non enim quale ui nũ quodq; esse scribimus ac docemus, tale in se quisq; protinus fieri sentiet. Rerum enim naturã qualis ipsa in se, & cũ optimo medioq; homine, quod sæpe iam, quia perpetuò memoria tenendum est, inculcauimus, comparata esse intelligitur, ars docet, pręcipitq́, non qualis esse à quouis homine peti pitur. Cholericus duriora ꝓbabit, melãcholicus ac pituitosus, cõtraria molliora, modò huic sicca, illi madida adijciatur: his itẽ calida, calidisq́ rebus probe condita, ut thymo, satureia, pulegio, hyssopo, origano, calamintha, nasturtio, saluia, ruta, apio, cinamomo, cassia, nuce moschata, cariophyllis, pipere, similibusq́ congruunt. Cholericis frigida, frigidisq́ emendata, ut lactuca, atriplice, malua, portulaca, aceto, caphura, santalis, si quæ huiusmodi genuina inueniantur, conueniunt. Plurimum quoq; præter hæc refert, quali quisq; à puero natura fuerit præditus, & quali uictus generi assuefactus. Nam suã unaquæq; regio diætam, suos quisq; locus ac populus omnis habet mores. Educatio consuetudinem parit, consuetudo alteram quasi naturam adfert. Quanquã ea si mala sit, malè demũ hominem mulctare solet.

Deinde ex eodem sue ungulæ.) Quantam animantiũ in totis suprà generibus ac formis ipsorum inter se differentiam esse tradidimus, tantam partiũ quoque discordiam esse existimandũ est. Quàm enim ceruus à sue, sus à boue, bos à capra, & hæc à pisce, piscis à gallinaceo differat: tã caput à capite, pes
C à pede, rostrum à rostro, auris ab aure, deniq; quodq; membrum ac uiscus à simili membro ac uiscere discrepat. Adde his ætatem, solum, cœlum, cæteraq́. Tam enim membra, partesq́ cuncti animãtis per hęc dissident, quàm procul per eadem absunt integra. Quantum etenim sus uetus à sue media distat & discrepat, tantũ ueteris auris, rostrum, iecur, lien, à mediæ similibus partibus dirimitur. Quocirca quæ de partibus membrisq́ hoc loco præcipiuntur, ad sui generis mediam, aut certè optimam ætatem cum homine temperato, medioq́ conferre oportet. Vnde, quisquis mente ac ratione ualebit, facile eadem ad omnem ætatem ac temperaturam accommodabit. Vngulæ igitur cuiusuis animalis, & rostrum, & auris, atq; extremæ corporis partes, ut minimum pinguedinis, ita carneæ substantiæ quoq; exiguum continent. Quippe in quibus neruorum ac cutis natura prępollet, sed alia quàm in reliquo corpore: propterea ꝙ sint hic magis trita, & exercitata: ideoq́ etiam si elixes aut coquas, glutinosiora. quapropter meritò & tenuiter corpus alunt, & expeditius per aluum lentoris sui nomine delabuntur. At pe-

des ſuilli magis quàm roſtrum probandi ſunt. uti hoc ipſum etiam magis A
quàm aures, quæ ſola cute ac cartilagine præſtant. Cutis ſicca eſt ac tenuis,
exiguiq; alimenti, ac ęgrè concoquitur: cartilago uerò ſi ab adultis quidem
ſit animalibus, ne confici quidem ipſa poteſt. Si ab etiamnum adoleſcenti-
bus, modò dentibus bene cõmanſa ſit, & in uentriculo concocta, puſillum
alimenti quippiam præbet. Cum his itaq; aliorum quadrupedum extimas
partes eodem pacto comparabis. Quorum caro quanto ſuilla eſt bonitate
inferior, tanto & excarnes ipſorum partes ſuillis iam dictis deteriores ſunt
æſtimandæ. Ex agno hœdoq; cum petiolis totũ caput probatur, nõ alimen
ti ſanè uiribus, ſed probitate quadam ſingulari. Cerebrum pituitoſius eſt, &
craſsi ſucci, tum tardè etiam commeat, atq; ægrè cõcoquitur, ſtomacho in-
eptum, nauſeamq; cõcilians. Cibum idcirco auerſantibus præbere non de-
cet. Cęteris ſi dederis, quæ calefaciant atq; incidant, ut origanum ac ſalem, ſi
miliaq; adiungito. Quod qui rectè conficere poterit, alimentum experietur
haud infimæ notæ, aut uirtutis. Volucriũ nulla in re eſt præſtabilius quàm
quadrupedum, præſertim auicularum montanarum: propterea quòd ex
his ſit ſiccisſimum. Oſsium medulla cerebro dulcior eſt, ac pinguior. Libe-
ralius aſſumpta nauſeam item prouocat: & ſi probè concoquatur, benigni-
ter alit. Spinalis medulla ſimillima eſt cerebro, niſi quòd quanto à cerebro
longius diſtat, ac oſsi ſacro propinquior eſt, hoc fit aridior, minusq; tum pin B
guis eſt, tũ nauſeã cõcitat. Lingua laxioris & exanguioris carnis rationẽ pręe
ſe fert. Ipſa è ſuibus cũ ſuis muſculis & epiglottide ac larynge, glãdulisq; exi
mi ſolet. Glandulæ tantũ à linguæ natura, quantũ hæc à carnis ratione, de-
generant. Iucundæ autem, & teneræ ueſcentibus apparent. At mammarum
quũ lac habent, maximè è ſuibus, dulcedine commendatur. Bene ſi conco
quantur, alimentum propè inſtar carnis largiuntur: ſi minus, humidũ ac pi-
tuitoſum, crudumq; generant humorem. Ex glanduloſis corporibus etiam
teſtes ſunt, ſed ferè ægrius concoquuntur, & malum ſuccum ac uiroſum prę
bent. Suilli tamen, ſi belle concoquantur, tanto alunt magis, quanto caro ſu
illa reliquis præſtantior eſt. Soli gallorum omni ex parte optimi ſunt, & iu-
cundisſimi, præſertim lacte ſetoſo ſaginatorũ. Renes mali ſucci ſunt, & ægrè
concoquuntur. Iecur craſſo ſucco conſtat, ſuis tamen caricis paſti ſuauitate
& bonitate omnib. anteponitur. Lien praui ſucci eſt, & ne guſtus quidem
acerbitate caret, minus tamen malus eſt è ſue. Pulmo quanto eſt iecore ac li
ene mollior, tanto eſt concoctu facilior, & imbecillior, pituitoſumq; alimen
tum ſufficit. Cor durũ eſt & fibroſum: ideo ſine magno negocio cõfici haud
facile poteſt, tardeq; commeat. Si quis tamen id conficiat, alimentum exhi-
bet corpori nec mole, nec ſucco contemnendum. Ventriculus, uterus, inte-
ſtina, dura conſtant carne, & quam arduum ſit conficere. Concocta tamen C
ſuccum edunt, non planè quidem ſanguineum, nec omnino inculpatũ, ue-
rùm & frigidiorem & crudiorem, ac carnibus multo inferiorem. His eti-
am duriores ſunt caudæ: ac pro duritie cætera in ipſis reſpondent, quæ
uel ad concoctionem, uel ad nutritionem pertinent, niſi quòd motio ipſas
à ſuperuacaneis excrementis immunes fecerit. In uolucribus, his col-
la quidem ſunt ſimilia, Sed de auium partibus, iam dicendi locus ſe
proximè offert.

Ex auibus colla, alæ'ue, rectè infirmis.) Anſerinæ alæ nutritioni & concoctioni
ſunt idoneæ, magisq; etiam gallinarum. Cæterarum alitum non ſolum ex-
crementis uacant, uerùm etiam leuiter belleq; nutriunt. Inteſtina cibo ſunt
prorſus inepta: exceptis uentriculis qui edendo & alendo ſunt, prȩſertim al
tilium gallinarum, magisq; etiam anſerum, ſunt enim perquàm ſuaues. Cæ-
terum craſsi duriq;, eoq; ad concoquendum difficiles: ſed quibus ſemel co-
ctis, multum alimenti inſit. Anſerum præterea iecur lacteo pabulo ſaginato
rum, cibum præſtat iucundisſimum, & ſeu concoctionis rationem, ſeu ſuc-
ci, ſeu

A ci,seu deiectionis spectes,laudatissimum. Pedes uix quisquam edit,nisi petulans,aut ebrius,si gallinaceos tantum elixos demas. Gallinaceas cristas ac palearia,non est cur laudemus magnopere,aut uituperemus. Cæteræ particulę partim è quadrupedum membris,partim è sui animalis substãtia, suaq; cuiusmodi sint, facillimè perspici & intelligi licet.

Quod ad solum uerò pertinet.) Scio interesse haud minimum, semina, ut fructum uberiorem deteriorem'q; faciant,cuiusmodi solo mandent. Frumentũ siquidem patenti campo & soluto,& ad solem procliui,lętatur. Triticũ spissam terram,& cretosam ac humidam amat, si Palladio, quàm Columellæ, ipsum sicco solo melius coalescere,sicut adoream humido,asserenti,credere malumus:hordeum uerò solo delectatur soluto ac sicco. Verùm in prouincia frigida ager omnium optatissimus fuerit,orienti aut meridiano cœlo expositus:in calida,septentrioni obuersus. Quare facile fieri nõ potest,ut constans aliquid,& quod ubiq; sit uerum, de cerealibus seminibus præcipiatur: nisi quòd frumenta lætiora faciat omnino terra pinguis ac dulcis. Collinũ itaq; firmius esse eatenus Celso credimus, si collem pinguem dulcem'q;, & molliter accliuem intelligat. Aspero enim alioqui,& macro atq; insuaui colle,quàm campo contrario,deterius infirmius'q; prouenire,consentaneũ est. Sed ut hæc meminisse,agricolationis refert:ita ei qui salutẽ uitam'q; morta-

B lium colere expetit,satis est didicisse,ut præcipua eius regionis quam incolit frumenta,atq; aliunde aduecta,quæ quibus sint indicijs uel peiora,uel meliora,cognoscat. Quod in omnibus propè seminibus ac fructibus quæ seruata reponi solent,duplici fit usa ac ratione:inspectione,& apparatione. Quæ enim conspicimus esse prædensa confertaq; foris pariter & intus substantia, uix ut dentibus confringi queant,ac pondere reliquas propendere,nec rugosa, nec inaniter tumida,plurimum'q; farinæ reddere: deinde quæ seu maceres, seu elixes,seu frigas, ꝓtinus & facillimè amplissimè'q; intumescãt:ea talia ut optima ac grauissima,sic firmissima saluberrima'q; esse in cõfesso est. Quæ quisquis animo memoriaq; tenuerit, is nimirum in omnibus non modò cerealibus,sed etiam qualibuscunque fructibus ac seminibus statim uidebit & intelliget,quantũ qualiaq; unumquodq; ualeat efficere, & quod ualentissimum,quod medium,quod infirmissimum sit futurum.

Leuior piscis inter saxa.) Sunt hæc tam aperta atq; dilucida,quàm uera & contestata. De quibus,quia suprà dictum est,illud tantum hoc loco attexere uisum est. In uado ac littore,quòd saxis aut arenis puris,quàm quod limo aut aliàs terra cingitur,meliores educari pisces. Id quod ad alias res etiam multas accommodari poterit.

Quo fit ut ex stagno.) E' stagnis,è lacubus,è paludibus,nullus probatur piscis. E' flumine uel stagnante,uel oppidi sordibus inquinato,nihilo fit meli-

C or. Et quisquis ambigit, puroq; mari, pariter & extra mare degere consueuit, ut mugil, ut lupus, ut gobius, ut murena, cancri, anguilla, simulatque mare deserit, protinus quoque degenerat. Ea causa est, cur mugilibus puro in mari, & in aqua uitiata degentibus, maximè contraria sit ipsis inter se carnis substantia. Estq; & gobiorum, & luporum eadem quoque ratio. Aliorum autem his etiam magis. Quin & murenæ, in malis aquis,pessimæ sunt. Auguillæ uerò ne in aqua quidem pura, nedum in ea quæ stagnat,aut palustris est,aut quæ purgamenta urbis alicuius excipit,probantur unquam.

Omne etiam ferum animal domestico.) Ferarum nomine campestres,& montanas,& syluaticas uolucres,quanquàm id impropriè fit,nõ quadrupedes tantũ, quas ꝓpriè uox declarat,intelligas licebit. Cõtraq; domesticorũ uoce,quicquid domi atq; in ocio pascit atq; educat,cõprehendi poterit. Domestica animalia temperie humidiora sunt quàm syluestria,tũ ob aeris in quo degunt humi

ditatem, tum etiam ob uitę totius ignauiam. At syluestria non solum multis A
cursitationibus & laboribus sese fatigant, sed in aere etiam cõmorantur aridiore. Quapropter earum caro & durior est, & nulla prorsus, aut pauca admodum pinguedine superuacanea respersa: eoq́ & cibum ab excrementis puriorem sufficiunt, ampliusq́ & melius nutrit, & pluribus diebus quàm domesticorũ à putrefactione seruatur immunis. Quare in hoc à Celso nonnihil dissentire cogor, qui ferum animal domestico lenius pronũciat, quum alimentum præbeat nõ modo purius benigniusq́, uerumetiam firmius atque durabilius, si modò paria in cæteris cum paribus conferas. Quod idem intelligi uelim in omnib. quæ exercitata cum ociosis & desidibus cõparantur. Priora siquidem feris quodãmodo, posterioraq́ domesticis respondẽt.

Et quodcunq́ humido cœlo.) Ex ijs quę iam diximus, facile perspici potest, quid è cœlo humidiore, quid è sicciore sperandum sit. Illud excrementis nimijs, madidisq́ corpora grauat: hoc ijsdem subleuat, & puritate ac firmitate, atq́ alacritate quadam donat.

Deinde eadem omnia pinguia.) Animantia macra & strigosa uel morbo, uel fame, uictusq́ idonei penuria talia sunt. Quorum utrunq́ in uitio positũ est, bonitate corporis & laude utrobiq́ cõsumpta. Pinguia ac bene habita boni succi plena sunt, maximeq́ uigẽt, ne quis obœsa fortasis, & pinguetudine inani, nimioq́ ocio accersito distenta, laudari existimet. quę probè excre B
mentis superuacaneis tam procul à pinguium, quæ nos probamus, loco rationeq́ semota sunt, quàm quæ strigosa esse diximus. Sic itaq́ ferã, sic bouẽ sic suem cõmendamus, magis quę pinguedine natiua et salutari, quã pabuli corporisq́ bonitas ac uirtus comparauit, est conspicua: quàm quæ contra naturam cibo multo & pastu coacto, desidiaq́ sit inducta. Quocirca syluestrem suem pinguem, pingui domestico longè anteponimus: ac paucis, ea probamus maximè, in quibus nec superuacaneũ ad humorem nausees, nec bonum desideres.

Recentia quàm salsa.) Salsamẽta nulla, quę uetusta sint, laudari merentur. Recentia quoq́, & nullo sale contacta, multa sunt quæ damnentur. Cetacei generis pisces, & plerosq́ alios dura & excrementosa carne constantes, adde his sues & boues obœsulos, mediocris salsura cõmendat. At quę salem non patiuntur, agnus, turdus, capo, lepus, ceruus, cæteraq́ similia, nullo sale obruta expetuntur. Quamobrem ut Celso largior recenter salsa, aut certè pleraq́ recentia salsamentis antiquis plus alimenti habere: sic salita pleraq́ recentibus ac insulsis quibusdam firmius alere, idem aio. Thunni, aut pelamides, aut boues modicè salsi, quàm recentes, & quàm uetere salsura exucci, ualentius nutriunt: ut sint hic rerum genera quæ saliri gaudeant, quæq́ recusent, non recentia, non salsa tantum spectanda.

Noua quàm uetusta.) Seu ad ætatem, seu ad mactationem mortemq́ hæc referas, distinctione ac ratione opus habent: ut enim summa ætate cõfectum nihil laudamus, ita noua ac recens in lucẽ edita uituperamus multa. Ex quo prima nouissimaq́ tum suis, tum ouis ætas damnatur. Estq́ tẽpus quo unaquæq́ res maximè uigeat, & humanæ naturæ præcipuè conueniat, animaduertendũ. Id quod alijs sub ætatem constantẽ, alijs sub adolescẽtem accidit: illud in sue, hoc in capra cernitur. A' mactatione uerò tecens uix quicquã satis tenerũ inuenias, quin alia biduum, alia triduũ, aut amplius spaciũ huic rei, pręter piscem qui triduanus putet, deposcant, prout tenera ipsa aut dura offendantur: nisi etiã arte hoc malũ corrigas, quomodo Flaccus dulci mersare falerno Gallinam iubet, ne responset dura palato. Eademq́ uetusta nimis iam uel corrũpuntur, uel acescũt. Quamobrem nec nouum quicquam, durumq́, nec uetustum aut cariosum probabimus: sed dum quodq́ iam tenerescit, necdum tamen corrumpitur. Macra itaque & uetusta eadem improbamus omnia: pinguia & recentia & noua reprehendimus plurima.

Tum res

A *Tum res eadem magis alit.*) Iurulēta res, ſucculentior eſt, molliorq́ quàm eadē
aſſa, & aſſa quàm frixa. Porrò quod ſucco mollicieq́ præſtat, idem magis fa
ciliusq́ alit: præterquam ſi ſit tam fluidum lentumq́, ut elixationē non tole-
ret: ut agnus, aut porcellus recens natus. Nam hæc, cæteraq́ eiuſmodi, quæ
uiſciditate aut humore præpollent, aſſari aut frigi præſtabilius eſt: uti duriu-
ſcula elixari, melius eſt. Quis enim caponem aſſum, uel ferinam elixā aut pa
ſtillo incluſam, quàm alio pacto paratam, non malit? Etſi coquorum indu-
ſtria, dicam audacius, & malicia, & inſcitia, multa ſecus parari, ſępè etiā per-
nicioſe conſpicimus. Cum res per ſe concoctu duras, ſua illi imperitia mul-
tiplicíq́ conditura multo duriores efficiunt. Quod etiā ſua fieri ætate Gale-
nus, & hoc longè antiquior Hippocrates, animaduerterunt, & grauiter re-
prehenderunt: meritoq́ iam in multis acerbè reprehenderetur.
Ouum durum ualentiſsimè.) Oua triplici differentia diſpeſcimus. Primū, penes
propriam ipſorum ſubſtantiam: quo nomine gallinacea & phaſianica om-
ni genere laudis præſtant alijs, quoniam & alunt luculenter, & iucundè, &
ſalubriter. de quibus ſolis omnis noſtra diſciplina nunc inſtituetur. Anſeri-
na deteriora ſunt, & peiorem ſuccum generant. Cætera etiam his uitioſiora
habentur. Deinde in tempore multū poſitū diſcriminis eſt. Optima quip-
pe ſunt, quæ recentiſsima: peſsima, quæ perquam diu repoſita. Reliqua me-
B dia ſunt, & uel his, uel illis uirtute uitio'ue propinquiora. Poſtremò, qua rati
one coquātur ac parentur, refert plurimū. Vel enim ῥοφητὰ ſunt, ac ſorbilia,
& uix bene concalefacta, in quibus candidum minimū quid coiuerit: quæ
facile pertranſeunt, & gutturis læuigāt ſcabritiem, at cæteris minus alunt.
his proxima ſunt τρομητὰ, hoc eſt tremula, ſiue mollia, quorum candidum
euidenter cogi cœptum eſt: ut cortice detracto, ſummo albumine cōſiſtant
quidem, ſed ita ut palpitare quodam modo, tremereq́ uideantur. quæ om-
nium belliſsimè nutriūt. Poſt hæc ſequuntur ἑφθὰ, hoc eſt cocta nominata,
in quibus iam mediocriter candidum, ſed infra adhuc duritiem manifeſtā
coagmentatum eſt. Ea iam in uitio eſſe incipiunt, difficiliora concoctu, pi-
griora deſcenſu, & nutricatu, tum aſperiora, tum craſsiora. Vt enim duriſ-
ſima oua redduntur, ita uitiorum talium fiūt ditiſsima. Iam uerò quę ſubtus
calidum cinerem adaſſantur, maiora etiam uitia ſubeunt, ſiue ſucci craſsitiē,
ſeu deiectionem ſpectes: at uerò in ſartagine quoad craſſeſcant, fricta, τηγα-
νιτὰ uocant Græci, deterrimi omnium ſunt alimenti. unde & nidorem fu-
mumq́ eructant, & craſſum ac malum, & ſuperuacaneum ſuccum corpori
bus ingerunt. Craſsitiem eam pleriq́ uel apio addito, uel cæpis corrigunt.
Verùm uitium omne nunquā tollunt. Sunt profectò πνικτὰ, hoc eſt ſuffo-
cata, quæ alij oleo & garo, momentoq́ uini, noſtri butyro ac ſale & aceto ui
no'ue conſperſa, ſuo quo continentur uaſe in aquæ feruentis ahenū demiſ-
C ſo, lento igni ſubiecto, molliter ac modicè coquunt. Quibus ſimillima ſunt
ἀπεφθὰ, atq́ in calidam aquam demerſa. Quę magnopere utraq́ probantur,
niſi iam conſpiſſata, durataq́ euaſerint. Tum enim ab aſsis duriſq́ uiribus
minimum diſcrepant. Ex quibus iam liquidè cernitur, probitatem ouorū,
quæ certè ſumma eſt, mediocri tenuiq́ coctura, & nouitate partus pręcipuè
conſtare, uitiumq́ omne uetuſtate atq́ duritie maximè cōparari. Dicuntur
porrò oua proprietate quadam peculiari εὐφυΐαν, ac bellum ingenium pare
re. Temperationē ſi requiris, ſymmetro frigidius eſt ouum, ne cū uulgo ma-
iorem in modum calefacere exiſtimes. Vitellus, ne quid hic quoq́ erres, al-
bumini facultate reſpondet, præterquàm quòd aliquanto ſit concoctu mol
liuſculus. Quod itaq́ ad ouorum inter ſe attinet comparationem, duriſsima
ualentiſsimæ materiæ ſunt: mollia & ſorbilia, imbecilliſsima. Quod non itē
fortaſsis uerum deprehendas, ſi cum eſcarum cæterarum materijs ipſa con-
feras. Ouum ſiquidem nullum, ſi eius molem animaduertas, parum alere di
xeris: quum par in nulla re alia pari alimentum inueniatur.

Quumq;

Quumq; panificia omnia firmißima.) Quando, nisi uocabulorum ambiguitate A
atq; amphibolia sublata, nihil dilucidè & aptè definiri atque tractari potest:
prius mihi hoc loco uocũ quarundã polysemia aperienda uidet̃, quàm quid
res unaquæq; efficiat ostendã. Panificia aliàs nominãt, undecunq; panis, uel
summa urgente necessitate, ac fame, parari potest. Quemadmodũ prẽter tri
ticea, & quæ tritico uirib. sunt affinia, hordeũ, milium, panicũ, auena, fabæ,
glandes, eo nomine interdum cõprehenduntur. Aliàs, quæ mite tantũ ali-
mentũ è cerealibus præstãt, denotat atq; declarat: ut est maximè siligo ac tri
ticum: tum ea etiã omnia, quę huic uirib. ferè sunt cõnexa. qualia sunt, alica,
robus, zea, olyra. Quæ certè ualẽtissimæ sunt omnia materię, & dummodo
concoquantur, ualenti nutrimento uescentiũ corporibus insigne robur con
ciliant: præcipueq; sanè triticũ, & quicquid in ipso inest purissimũ. Sicut in-
ter hæc è diuerso, olyra omniũ id facit minimè. Ideoq; hęc omnia periculum
cum primis graue tũ iecori, tũ lieni ab obstructionib. tum renibus ab calcu-
lis & obstipatione minitantur: nisi maiorẽ in modũ sale, fermento, consper-
sione, subactione, furno edomentur, & tanquã perficiantur. Alica uerò; quę
chondrus Græcè nominatur, modò frugis speciem, modò pultis designat.
Priore significatu frugis forma est triticei, ualentissimiq; generis, & glutino
so succo prædita. Posteriore, si è tritico puls ea est, aut è chondro paret̃, chon
drum seu alicã Paulus Aegineta uocat. Si ex zea, iam ipsi soli alix appellat̃. B
alij nanq; Græci alicas utrasq; nuncupant. Celsus hoc loco ꝓ fruge usurpat.
Oriza uerò primo ordine calida est, et secũdo sicca. Aliaq; alba, aliaq; rubra
est. Satis quidẽ alit, minus tamen q̃ alica, difficulter cõcoquitur, aluũ astrin-
git: uerùm rubra, quàm alba, multo magis. Cum lacte seu condita, sinapi
parata bonũ habitũ, bonumq; colorem adfert, & genitali semini adijcit. Vul
gus risum uocat, ut ferè corruptè solet omnia. Ptisana modò ꝓ hordeo, mo-
dò pro hordeacca uel sorbitione, uel pulticula capitur. Celsus hic, et alicubi
quoq; Galenus, pro hordeo accipiunt. Constat hæc omnia, cæteraq; elota,
infirmissima reddi, presertim hordeũ. quod ne per se quidẽ satis ualidũ est.
Quod ex solo amylo discas licebit: quod elotis etiã panibus tenuiorem ha-
bet facultatem: adeò, ut ne cum tritico quidem, ex quo utraq; cõcinnantur,
in aqua duntaxat elixo sint comparanda: quũ palàm id etiã excalefaciat, &
eximiè, dummodo concoqui queat (quod est illi utiq; perquàm difficile) nu
triat. Panes porrò abluti imbecillis nutrimenti cibũ, atq; eum ipsum, quantũ
licet maximè, ab obstruendi noxa immunem suppeditant. Cumq; elotione
crassitatis glutinisq;, quantumcunq; habuerũt uitiũ, in aereã leuemq; planę
naturam commutant: hoc magis, quo sæpius eluantur, ut postremò nec ter-
restre, nec frumentaceum, nec salsum quicquam, nec calorem, nec robur ul-
lum pristinum resipiant, retineantq;. Quibus proximæ sunt tum pulticulæ,
tum quæ pulticulis sunt liquidiores sorbitiunculæ, quæcunq; ex frumenta- C
ceis elotis conficiũtur, maximè si illa natura quoq; sua sunt imbecillia, ut hor
deum esse diximus: ut est auena, ut milium.

Ex potionibus.) Hactenus esculentarũ rerum firmitas, debilitasq; exposita
est. Nunc eadem similiter in poculentis supersunt explicanda.

Quæcunq; ex frumẽto.) E' tritico, è zeia, ex olyra, potiones coquunt̃ firmiores,
calidioresq;. Ex hordeo, auena, polẽta: hoc est, hordeo mediocriter tosto im
becilliores, frigidioresq;: idq; plus minus, quo parcius, largiusq; inijciũtur.
Sunt qui præter hæc lupum salictarium, sunt qui myrtum syluestrem, sunt
qui alia pro suo, aut regionis more incoquant. Vnde plura iam omnibus lo
cis in nostris prouincijs ceruisiarũ cùm nomina, tũ genera inuenias, quàm
uinorum nouerit antiquitas. Quarum uires ut intelligantur, nec omnes ex-
ponere, quippe innumeras, fas sit, & accuratè ex quali materia & qua artę
sint comparatæ, peruestigasse satis fuerit. Crassas plurimũ alere, & crassum
generare sanguinem, obstructionesq; in confesso est, tanto magis, quanto
minus habent uel furfurum, uel hordei ad mixtũ. Quorũ nomine absterget,

& per

A & per aluum leuiter secedunt: atq; ex hordeo solo hoc faciunt maximè, sed tum minimè uel nutriunt, uel calefaciunt. Ex auena bromoq; nonnihil etiã astringunt, exiccantq;: hordeo alioqui simili. ex ægilope, si ea etiam misceatur, digerunt, & quid acredinis possident.

Item lac.) Lactis multa discrimina sumũtur, tum ex anni tẽporibus, tum pascuis, tũ animantib. ipsis. Crassissimũ siquidẽ, simul & pinguissimũ bubulũ est: unde & butyri caseiq; plurimũ largit. Liquidissimũ, ac minimè pingue, camelinũ, ex quo seri plurimũ fundit: mox equinũ, tum asininũ. Mediæ constitutionis est caprillũ: uerùm hoc ipso crassius est ouillũ. Quod ad anni tempora pertinet, uere & statim à partu liquidissimum est, & copiosissimum, temporis progressu magis semper ac magis incrassescens, ita ut media æstate mediam naturam obtineat. Ex quo iam sensim usq; adeò crassefit, ut penitus demum deficiat. Ex animante præterea nigro, nitido, bene habito, benigniter & lætè pasto, ætate florido, quàm contrariò, ac albo fuscòue, strigoso, macilento, malè educato, uetusto, melius est. In quibus crassissimum quodq; minimè aluum ciet, & alit ualentissimè. Tenuissimum deijcitur promptissimè, & nutrit ac nocet omniũ minimè, nec temerè in uentriculo cuiuspiã coagulatur, nec obstruit: quod pinguibus & crassis euenit citissimè, adeoq; etiam illi, in quo uentris astringendi gratia, serum omne candentibus iniectis

B calculis absumptũ est. Quocirca his, quo minus noceat, neu quid intus obstruant, mel saccharum'ue cum sale, nonnunquã etiam paulũ aquæ commiscere cautũ est. Illud ad lactis apprimè laudes attinet, quòd rerum omnium quas cibi causa expetimus, lac optimũ optimi sit succi: nã uitiosum contrà prauo succo hominem implet. Thoraci pulmoniq; amicũ est. Capiti aũt non bene firmo, & hypochondrijs præsertim flatulentis inimicũ: ut paucissimos inuenias, quibus non flatibus uentrẽ inferciat, & distendat. Cum edulio quopiam crassi succi, ut siligine, alica, similagine, olyra, aut pane parum aptè fermentato, abundè efferuefactũ, inflat ipsum quidẽ nihil, sed iecur iam multo magis obstructione, & calculis renes lædit. Assiduus lactis usus humẽtes ac flaccidas gingiuas, & dẽtes putrefactioni & erosioni obnoxios facit: nisi uis ista ipsius uino mox astringẽte in os assumpto, præsertim etiã addito melle eluat. Est eñ alioqui lac omne probũ, ut modò dixi, probi succi, & alibile mirũ in modũ: de quo Celsum hic esse locutũ, præsertim si etiã sit crassum, ex ijs quæ iã de lactis tota natura tradidimus, facilè perspici potest.

Mulsum.) οἰνόμελι Græci uocant. plurimis id modis apparatur. Ac simplicissimũ quidem est, è uini partibus duabus, & mellis boni parte una, nullis additis aromatibus, confectũ. Compositius fit, si podagricis atq; arthriticis, & senibus, adiecto petroselino, nephriticis etiã betonica & saxiphago iniecto cõparetur. Idemq; præterea fit curiosius, spicænardi parte aliquantula

C intrita. Aromaticum porrò euadit, si cinamomum, caryophyllos, zingiber, xilaloen, macim, crocum crassiusculè cõtrita immisceas. Cerebri, neruorũ, uentriculi, iecoris, aliarumq; partiũ frigidis affectibus, præsertim in nostris regionibus, item frigidis, multo accõmodatissimum. Ori suaueolentiã, cuti coloris bonitatẽ cõciliat: uinũ quod uocãt Hippocraticũ, ex sacchari uncijs iiij. & cinamomi dimidiata, & libra uini unica, mulso ueterũ simillimũ est.

Defrutum.) Hoc item uariè parari solitum est. Alij musto ad dimidiũ decocto, quod quidã sapam uocant, Celsus & doctissimi pleriq; scriptores à defruto non separant: alij ad tertiã partẽ redacto, faciũt. Andromachus quartam solũ partẽ coquẽdo absumit. Sunt qui ad melleã crassitiem redigãt: sed interest haud parum, non modò qua facultate mustũ, uerumetiã qua consistentia, ut plus minus'ue coquas, sit præditũ, ex quo defrutũ cõficias. Quod p uini coctionisq; modo plurimũ idcirco differt. E dulci, quale est Therçũ, aut Sireũ, omniũ est crassissimũ, & uelocissimè uiscera obstruit, aliasq; probissimè nutrit. Quanquã est omne defrutũ, omnisq; sapa, harũ uirium alias

magis, aliàs minus particeps: doloresq; mitigat, non aũt astringit aut repel A
lit, quod illi immeritò Dioscorides & Celsus, & pleriq; Arabes asscripserũt:
nisi si quando ex acerbo uino parari solere existimes.

Passum.) Vinum, id est ab uuis diu insolatis, aut in sarmento torrefactis expressum: crassũ, pingue, dulce, iucundũ. Quibus uerbis efficitur, ipsum plurimum alere, faciléq; iecur ac lienẽ obstipare: quando nihil crassum, idemq; dulce, aliud facere potest.

Vinum dulce.) Nullum fermè uinũ, nisi idem crassũ, ex toto dulce est. quare cum defruto ac passo, facultate & uiribus propè cõsentit: quoniã alimentũ præbet corpori, pro crassitatis suæ modo rationeq; haud cõtemnendũ: nec uinũ profectò temerè inuenias ullũ crassum simul ac dulce, non etiã nigrũ, & alui subducendi, & ferè inflandi quoq; ui præditũ: adeò ut ne albissimorũ quidẽ uinorũ mustũ si decoquas, ut sapã defrutũq; faciat, nisi nigro colore tinctũ esse queat. Certè albũ dulce nullũ est, sed uel austerũ crassumq;, uel tenue atq; aqueũ. Ne flauũ quidem, ac fuluũ ullũ, nisi mediocri dulcedine, aut nulla præditũ est. Quæ si quãdo ad nigrius iã, dulciusq; uertunt atq; contendunt, tũ nõ perindè atq; ubi flauescerẽt, calent. Quo magis cõsentaneũ est, nec capiti, nec neruis, tũ æquè nocere ea, nec ita febres accẽdere. Rubra his etiam crassiora sunt: atq; quo propius ad nigrum colorem uergunt, eo plus dulcedinis magna ex parte præ se ferre deprehenduntur. Ac sanguini procreando, cui sunt simillima, longè sunt accommodatissima, & secundũ hæc B
quæ nigra sunt, & crassa, dulciaq;. Postremò autẽ austera, & rubella, fuluaq;. Quomõ iis qui uires recolligũt, dulcia ut bibant, ipsis permittitur, maximè si neq; de iecore, neq; liene, neq; renibus conqueri consueuerunt.

Aut uehemens.) Eiusmodi sunt fulua, flauaq;: quæ, præterquam quòd uehementer caput non feriant, ualetudini multo sunt aptissima. Nam & concoquuntur optimè, & facile distribuuntur, & utili alimento corpus sustinent. Verũ quia calent talia omnia non uulgariter, ideo nec biliosis, nec sub æstu, aut laboribus multis, aut inedia, aut mœrore, neq; tempore aut regione aut cœli statu calido utiliter dari possunt: non quòd malũ succũ procreent, sed quia capitis dolores, neruorũ incontinentiã ac debilitatẽ, & febres adferãt. Pituitosis uerò contrà, ac frigidis corporibus, & crudorum succorũ magna ui pressis, uitę inerti, loco frigido, cœli constitutione frigida humidaq;, denique hyeme premente fuluum illud simul & subdulce uinum, & quodcũq; potens est ac uinosum, οἰνώδης græci uocant, maximopere profuturum est.

Aut mustum.) Mustum ac uinum nouũ, calet omniũ minimè, primoq; tantum ordine, si cum insequentib. ætatibus cõferas. Inflat, difficulter cõcoquitur, crassum gignit humorem, grauitatem capiti & dolorem infert. Nec quicquã habet boni, nisi quòd uentrẽ deiiciat: quo beneficio si quando frustrẽt, nocet etiã plurimũ. Quando ne urinã quidẽ sæpè cieat, & grauia insomnia C
cõciliet, nec sanguini faciendo, nec nutriendo corpori aptũ, & quod uentrẽ diu suspensum teneat. Et si quis eius paulo plus biberit, facillimè acescit: præterquàm si tenuis ipsius sit substãtia. Vt in quibusdã offendas esse, quæ & tenuitate, & candore, & gustatu aquã propè referũt, tam imbecilla, ut longinquã nauigationẽ nõ ferãt, aqua tantũ meliora, uinisq; cæteris inferiora.

Aut magnæ uetustatis.) Merum uinũ atq; syncerũ moderatè bibitũ, totius substantiæ peculiari quadam similitudine, alit, coquit, roborat, excalfacit, facile in membra distribuitur, stomachũ adiuuat, appetentiã inuitat, uires alit, robur auget, somnũ cõciliat, colorem commendat, putredini resistit, intemperiẽ deniq; frigidã humidãq; tutò pellit. Quæ elogia, certè magnifica, nec nouis admodũ uini generibus, nec uetustate enectis congruũt. De nouis quid efficiant, modò dictũ est. At uetere nerui læduntur, & sensus infestant: & si qua intestinę partis imbecillitas subest, grauiter infringitur. Sola in secunda ualetudine uel parcissimè, uel aqua dilutũ, innoxiè sumit. Cæterũ uinorum omnium,

A omnium, exceptis duntaxat ijs quæ ualde crassa sunt, commune est, ut longinquitate temporis flauū postremò, ignisq́ instar splendentē aliquo pacto colorē adipiscant. Nam & nigra quædā tingit uetustas, primū rubro aut fuluo, mox etiā flauo colore. Et candida multo frequētius. Tam ualde uetustū ut & amarū iā, & potioni propterea iā propè ineptū sit, Galenus Cecubū appellatū existimauit. Quū ueteres Romani non annos ac uetustatē, sed genus uini ex Amyclano sinu petitū, cuius facilè prima summaq́ fuit gloria, hoc nomine significauerint. Vinū siquidē omne, sua maximè cōmendat uetustas, sed ea nec summa, nec cōfecta, nec exolescens: nec uerò incautè aut largiter hauriendū. Nam q̄d iā monuimus, tum admodū uetustorū, tū ualde nouellorū potio syncera fugiēda est: quādoquidē altera supra modū, altera nullo modo calefaciunt. Atq́ ea quæ hactenus de uinorum facultatibus exposuimus, si quis attentè contempletur, facile cognoscet, uina quidem alere uniuersa, sed crassa dulciaq́ plurimum. Deinde posthæc, quæcunq́ ad has uirtutes ac generositatē quandā ꝓximè accesserint. Nam candida sanè imbecillius alimentū præbēt, præcipueq́ tenuia, de quib. paulo inferius agemus.

At acetum.) Plurimū aceti uires uariant, pro uetustatis suæ, & materiæ, unde conficitur, ratione. Rubrum è uino, ferè crassius est: candidum pellucidumq́ summè est tenue, si è generoso ac subcādido uino sit natū. Bene acre,

B intimè, longissimeq́ penetrat. Austerū acerbumq́ pigrè, multūq́ astringendo incumbit. Nec minus è ceruisia multiplex eius ratio existit, prout ea dulcis, crassa, tenuis, alba, potens, impotens fuerit. Nam maioribus natalibusq́ suis omne acetum, materiæq́ illi unde profectum est, respondet. hoc aūt nomine uniuersa congruunt & consentiunt, quòd refrigerent atq́ exiccēt, alia alijs plus minusq́. Nā si perquàm tenue & acre, generosumq́ sit, primo iā gradu extento frigrefacit, siccat uerò tertio, aut eo amplius. Incidit, tenuat, digerit, reprimit, repellit, cogit, stomacho cōuenit, & appetentiā exuscitat, acuitq́: per se medicamenti rationem obtinet, è calore sitim genitam aquæ mixtum, fortissimè extinguit. E' salsa pituita, aut crassa flauaq́ bile ortā, etiā sine aqua. Sed neruos lædit: quoniā ualde penetrat, siccatq́, & quia illi sunt exangues. Melancholicis & frigidis aridisq́ hominibus, & arthreticis, & pulmoni pectoriq́ maximopere nocet. Veneris appetentiā opprimit & extinguit, & corpus attenuat. Rebus aūt dulcib. calidisq́, ut melle ac pipere, eius hæc uitia nonnihil emendant. Aceti mulsi, quod oxymeli Græci appellant, quæ sint uires ac facultates, nec hoc loco commemorare libet, nec paucis referre liceret. Id satis fore arbitror, quos acetū lædat, quid efficiat, quando siti pellendæ conueniat, ex ijs quæ dicta sunt, si quis modò meminerit.

Et uinum quod paucorum annorum.) Paucorū annorū uinū dicitur, tum quod neque musteū, neq́ uetus, sed propè septennis, mediæq́ ætatis est, tum quod

C longā ætatē multosq́ annos ferre nequeat. Id quod facile agnosci potest, primū ac maximè, quia tenuitate proximè ad aquā accedit: deinde etiā candore, tum quod gustu sit aquoso, sine uehementi astrictione, nec multum aquæ quo inspurcetur toleret. Quod appellationē ὀλιγοφόρα apud ueteres propterea inuenit, quòd non nisi pauxillum aquæ ferat. hoc sanè imbecillissimū, & in uinis omnibus aquosissimū est. Nec caput unquā lædit, & iuuat etiā interdum leuiculi cuiusdam doloris sedatione, quē cōprehensi in uentre humores ciere, exhalantibus illinc malis uaporibus cōsueuerunt, præsertim si quam habeat leuē austeritatis atq́ astrictionis uim. Nam quorū est uis omnino exoluta, qualia pleraq́ inuenias, tanto ea leuiter astringentibus peiora sunt, quanto sunt aqua meliora. Celsus uel hæc in media materia, uel superiora, uel potius utraq́ ponere uidetur, nec infirmis alia permittere. Id q̄d hactenus uerū est, quia priora, nec recentiū, nec annosorū uitia ea quæ suprà exposui, subeūt. Posteriora uerò nec multū, si cū alijs cōferas, alūt: nec calidas ægritudines magnopere inflāmant aut exacerbant, quoniā refrigerant interdū sensibiliter, si modò alba etiamnū, & austera, & nouella, & crassa sunt,

sa sunt. Quanquam utraque rursus alio nomine efficere interdum possunt. A
Quocirca in frigidis seu corporibus, seu ab ægritudine se confirmantibus, uel leni paucorum annorum illo, uel dulci, cuius suprà uel meminimus, uti præstabilius erit. In febribus autem, & in calidis uiscerib. aquã, illud si quod requiras, omnibus alijs uini formis meritò anteferetur, aut quod inquit Celsus, austerum quoddam paucorum annorum. Est siquidem austeritas frigiditatis & crassarum partiũ index certissima, nec alere suo duntaxat nomine apta: quando nisi dulcedinis gratia, nihil nos nutrire posse, compertum sit. Nam lene uinum, profectò satis non uideo cur infirmis aptum alioqui existimetur. Quando & falernum & sabinũ, & quæ generosa nobilia sq; dicuntur, qualia ad mare cum uenisset, requirebat Flaccus, & fulua pleraq;, ut alia taceã, mitia reperias. Quare in paucorum annorũ uinis fortasis quis hanc lenitatem requirat, ut & materiæ mediæ, & infirmis esse apta possint. Quas ipsis uirtutes, quia tenui crassamenti habitu, ac mediocri calefaciendi uirtute, nõ quia lenitate solum sint prędita, tribuamus. Ego facile adduci possim ut credere, tum in lenibus, tum in austeris paucos annos à Celso postulari, ut ita altera calidis, altera frigidis noxis atq; hominibus, sine ullo metu, & nõnulla cum utilitate permitteret: nec temerè tamen omnibus, nec passim. Nam tria sunt omnino, quibus uinorum cuncta genera bene aut malè facere possint: sapor, uis, & certus crassaminis habitus. Quia enim dulce aut au- B
sterũ, quia tenue aut crassum, quia potens aut infirmũ, non quia hoc illo'ue colore aut odore sit præditũ, nisi κατὰ συμβεβηκὸς, hoc est casu quodam ualens, aut infirmum existimari debet. Rubrum enim, nisi mite aut dulce sit, à sanguine longius quàm candidum aut flauum, idemq; lene abest. Odoratum, non odoris, sed caloris interni uirtute prędicatur. Et si ille huius indiciũ facere potest ac solet. Vt hoc ex illo facile perspiciatur.

Aqua omnium imbecillima.) De aquis in uniuersum discernere, propter locorũ proprietates, & peculiares naturas, & cœlũ, & alia pleraq; difficile est. Magna tamen ex parte ea optima est, quæ dulcis est & insipida, & syncera, & pellucida, & nullius omnino qualitatis particeps, & quæ ne minimo quidẽ tempore in præcordijs cõmoratur: ad hęc, quę & facili uia fertur, & citra molestiam, nec inflationes parit, & minime cõputrescit. Quas notas ut non facilè uniuersas in eadem inuenias: sic optimã, penè quam reperias uel in hypochondrijs morari, uel fluctuationes excitare, uel in flatum mutari & corrumpi, uel uentriculi robur resoluere, ac difficulter cõcoqui: nec digerendo per corpus alimento cõducere, nedum alere aut nutrire maiorem in modũ, offendas. Eaq; omnia facete, tum frigiditatis suæ ui genuina, tum multo maximè, si in uentriculum imbecillem inciderit.

Firmior ex uino, quod bono solo.) Vinierũ maximè solum est crassum & leuiter C
accliue, & cœlum temperatum quod orientem solum spectet. Sed id nouisse, ut ad agriculturã plurimũ confert, sic in uinorum generibus saporẽ, uirtutem, & crassitiei rationem, imò uirtutem solam perspectã habere ualetudinis suæ amatori medicoq; sufficerit. De quibus non quidem nos quæ dici uel poterant, uel debebant fortassis omnia, sed uiã tamen, ac rationem breuem, & nostro proposito tantummodo appositam, suprà explanauimus. Id autem scire quemq; ac meminisse oportet: In ijs omnibus quę naturę humanæ cibum aliquem sufficiunt, etsi alia alio cœlo soloq; delectanť, tamen meliora sunt omnia claro, puro, subtili, libero, temperato, quàm contrarijs modis affecto cœlo, hoc est crasso, caliginoso, concluso, æstuoso, rigido, siticuloso, prærhumido nata. Item solo nec pręfpingui, nec macro, nec uliginoso, nec arido, nec calore nec frigore perusto, sed in his medio, & salubri auræ exposito, & earum rerum feraci, quæ res sunt omnibus in eo uitam degentibus accommodatissimæ.

Mulsum quo plus mellis habet.) Mulsum uires non à solo melle accipit, sed & à uini specie, & mellis ratione, & uetustatis nomine, E' crasso enim uino firmius

A minus efficitur, præsertim uetustiore, & maximè è melle cocto, probeq́ despumato ac generoso. Cuiusmodi habetur, quòd sit dulcissimum, idemq́ acerrimum, & suauiter odoriferum, & omni ex parte sic æqualiter continuum, ut longissimis filis ductis, si cõtingas, uix tandem abrumpatur. Quòd si crudum est, abstergit, incidit, & deiectionem aut nauseam uomitionemq́ molitur, præsertim in aqua mulsa. Coctum autem alit firmius, & roborat, & minus acredinis ac mordacitatis retinet. Verùm ut mel cibus utilis est pituitosis naturis, & ætatibus prouectis, & morbis frigidis, calidisq́ contrà corporibus ac biliosis cumprimis est infestum: sic de mulso multo magis iudicandum est, frigidis esse amicum, calidis inimicum.

Defrutum, quo magis inconcoctum.) Defrutum fit crassius, eoq́ firmius, quo magis percoquitur.

Passum.) Et si multis modis parari potest, tamen omne & crassius, & ualentius fit, quanto ex uuis trahitur, tum carnosioribus, tũ aridioribus: quippe tenui humiditate magis consumpta, excoctaq́ solis ardore.

Aqua leuissima pluuialis.) Ab aquis & humoribus cæteris uapores in aerem subuehuntur. Vbi deinde ex his coguntur nubes, è quibus mox densatis, pluuiæ atq́ imbres oriuntur. Quare tenuissimã esse hanc aquã, leuissimãq́, constat. Sed quod scribit Hippocrates, quoniã uapores illi, unde illa nasci-
B tur, è rebus diuersis colliguntur ac permiscentur, fit ut citissimè cõputrescat: & nisi decoquatur & excoletur, tetrum etiam odorem exhalat, & raucitatẽ ac uocis grauitatem bibentibus adfert, pigrè & difficulter per corpus penetrat, præsertim si frigida potetur. febri & choleræ, quę sic dicitur, itemq́ morbo regio affectis minime conuenit: facile nanq́ mutatur, & in bilem conuertitur. Astringit aliquanto amplius quàm fontana: cuius si fontes ad septentrionem currunt, deq́ saxis extillant, & à sole auersi sunt, incoctilis est, & tardè permeat, seroq́ calefit & refrigeratur. Cuius uerò fontes uersus orientẽ erumpũt, & per meatũ quendam, aut terrã purã excolãtur, calefit pariter, ac frigefit citissimè: eaq́ optima est, nisi ab cloacis, aut oppidorum sordibus cõtaminetur. Porrò putealis frigida est, & terrenosa, & difficulter excernitur, ægreq́ digeritur. Et propterea æstuoso stomacho, ac uentri cõmodior est, quàm fontana. At fluuialis omnis mala est: uix peragitur, aut conficitur, aut digeritur, siccat & siticulosa est, præsertim si uitiosa loca pererret: sola Nili aqua excepta, quæ omnibus uirtutibus exornata est. Quanquam cæterorũ fluuiorũ melior est ea, quæ per fontes uiuos & perennes fluũt, nec alijs permiscentur. Lacustris aũt & stagnans, grauis est, & cœnosa, & ferè emortua, ac putrefacta, propter statariã desidiã & immobilitatẽ. Quare nunquã alia præsente dari debet debilibus, aut parũ firmis hominibus. Quòd si qua etiã salsa, aut acerba, aut odorifera, aut noxijs animalibus, aut metallicis lo-
C cis, aut thermis uicinis uitiata est, prorsus inutilis quæ potetur est. At quæ ex niue aut glacie colliquatur, facile omniũ est pessima, si palustres putidásq́ demas. Probatur summè, quæcunq́ gustatu iucunda, & dulci insipiditate prædita, & quam incolarum usus idoneã, neminiq́ admodũ esse grauẽ iudicauerit: maximè si citò etiam calefit ac frigefit, & citò facileq́ carnes & legumina cæteraq́ percoquat. Qualis competit homini feruidissimis temperamentis, siue natura, siue ætate comparatis: quibus uel uino prorsus interdicitur, uel tenue tantum & subausterum permittitur. Sunt qui leuitatẽ præterea in magna laude aquarum ponant, quam nonnulli pondere ac statera apparere uolunt, è quibus noster fuit Celsus. Sunt qui id disertè negẽt, in quibus fuit Plinius: qui uel pluuialem damnat, quod uitæ plus officiat, q̃ prosit. Sunt qui leuitatem potius expetant, eam qua & minimè hypochondria grauet, & citissimè in corpus permeet. Quæ nota non paulo certior est, quàm sit ea quæ à zygostica statera petitur.

Ferè uerò sequitur, ut quo ualentior.) Sunt hæc inter se connexa: firmũ ac ualens esse, & difficulter coqui, & tardè cùm per uentrem, tum per uenas transire:

 & multum

& multum, constanter alere, & diu durare & contineri. Contrà coh;erent A ista, esse imbelle, & facile concoqui, & celeriter permeare, & parum nutrire, & breui citoq; interire. Sicut quæ ualentissima sint, difficilime concoquantur: sed concocta plurimum nutriant, & fixissime ac diutissime in corpore permaneant. Cuiusmodi est suilla caro, & panis siligineus parum fermentatus, & ostracodermorum cunctum genus, & crassa, compacta, uiscosa, grauia, succulenta uniuersa: quippe crassum glutinosumq;, & firmiter adfixum atque adhærentem, ægreq; dissipabilem succum & alimoniam largiuntur, & plurimo firmoq; corpore nos locupletant, siquidem à nostra natura nihil alienum habeant: id quod partim ab odore, partim sapore, sed magis usu percipitur. Vt enim suauissimus est cuiusq; rei odor, & iucundissimus ac dulcissimus sapor: ita in ea ferè est optimi succi plurimum, quando res ulla corpus humanũ nõ alit, quæ uoluptate omnino, & dulcedine careat. Infirmissimum porrò è contrario, facillimè concoquitur, & exili cumprimis nos cibo nutrit, & tenuitate quadã ptotinus diffluit & dissipat: ut est in uinis id q̃d aqueũ nominamus, ut sunt mora, ut persica, ut cucumis, & quicquid tenerum, rarum, leue, subinane, abstergens, incidens, præhumidum est. Deniq; quicquid succũ tenuem fluxilemq; largitur. Cuiusmodi penè sunt salsa, amara, acida, acria, austera, acerba, quæ quidem tenui raraq; substantia cõstant. Nam quæ crassa sunt pariter ac densa, uel superioris sunt generis, uel potius B medicamentorũ: quia medicinæ multũ, alimenti uerò parũ possident: tantillũ utiq;, quantũ adiunctæ dulcedinis. Cæterùm quando in omni alimẽto duo spectanda cumprimis sunt: nempe rei illius quę nutrimentũ est datura, ratio naturaq;, & corporis cui est datura, uis ac facultas: facile intelligi potest, in utrisq; analogiam seu proportionẽ maximopere desiderari, ut firmũ alimentum ualenti corpori, & infirmum imbelli præbeatur: firmissimoq; ualentissimum, ac imbecillimo summè debile. Inter quæ duo ampla est mediorum collatio, ut pro uiribus cuiusq; hominis, & singulari eius natura suum alimentum cuiq; comparetur. Quod ex suæ concoctionis modo, & nutricationis, quisq; peruestigare & cognoscere debet. Nam quo se cunq; citra molestiam cõfirmari sentit, & sustineri, id unicuiq; optimum est. Valentissimo alioqui generi periculum coniunctũ est, ne corpus supra modũ impleat, aut eius obstruat uias, unde mox grauissimi morbi oriãtur: inualido, ne corpus sub ipso cõtabescat & cõsumatur. Quapropter multo securissimũ genus est mediũ: ut sunt optimi panes, optimeq; parati: & gallinarũ, phasianorũ, perdicum, columbarũ, turdorũ, merularũ, passerculorũ, turturum, attagenũ, & omnis generis auicularũ carnes: adde his, quando haud multis hominib. in crebro uictu concessa est dictorũ felicitas, tum ueruecũ, tum hœdorũ, tũ iuuencorũ bene habitorũ carnem: adde lac, lactariaq; pleraq;: adijce deniq; pisces maximè saxatiles, littorales, pelagios: item gobios, murenas, buglossas, C asellos, & quicunq; odore tetro, ingratoùe sapore, aut pinguedine carent. Homines ergo ciuilibus negocijs nõ impliciti, præcipueq; iuuenes, quibus & se multũ exercere licet, & quantũ sat esse uidebitur dormire permissũ, crassi glutinosiq; succi cibos esse possunt: idq; securissimè, si nulla eorũ unquã copia fecit, ut dextrã hypochondrioru partẽ aut grauem sentirent, uel tensam. Qui uerò per ætatẽ aut consuetudinẽ, aut uitæ occupationẽ se, quemadmodum diximus, exercere non possunt, eos ab huiusmodi cibis omnibus abstinere melius est. Sed neq; ad eos adeant, qui totã uitam in ocio uiuũt. Aut si quãdo in meliorũ penuria ijs uti cogẽt, eo capiãt modo, eaq; quãtitate, quã corporis uires cõficere & commodè superare queant: exercitiaq; ante cibos subeant, quãta maximè cuiusq; tum ætas, tum uitę ratio permittere uidebit. Et intersumãt interdũ quæ crassitiem tenuare, lentoremq; incidere atq; abstergere posse uideant. Somnoq; plenè, donec cruditatẽ confecerint, indulgeant. Atque ediuerso, si quando solis infirmis uti licebit, is modus assumatur, qui sustinendo corpori sufficiat: & de exercitationum robore tantum

A tum dematur, quantum cibi uiribus ademptum esse cernetur. Semper cauēdo tamen, ut ne summo ocio corpus, neu desidia prorsus diffluat, aut uitiet.

Quae natura ac proprietas cuiusq; rei sit, qua uescimur. Cap. XIX.

NEc̄ hæc sola discrimina sunt, sed etiam aliæ res boni succi, alię mali sunt, quas εὐχύλους, uel κακοχύλους Græci uocant. Alię lenes, aliæ acres, aliæ crassiorem pituitam in nobis faciunt, alię tenuiorē: aliæ idoneæ sunt stomacho, aliæ alienæ sunt. Itemq̄ aliæ inflant, aliæ ab hoc absunt: aliæ calefaciunt, aliæ refrigerant: aliæ facile in stomacho acescunt, aliæ non facile intus corrumpuntur: aliæ mouent aluū, aliæ supprimunt: aliæ citant urinam, aliæ tardant. Quædā somnū mouent, quædā sensus excitāt. Quę omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud aliter uel corpori uel ualetudini conuenit.

ENARRATIO.

Neq; hæc sola discrimina.) Hoc capite sequentium omnium summa duntaxat quædam breuibus comprehensa partitionibus proponit. Quæ quare sint, tum medicis, tum ijs omnibus qui ualetudinis suæ ullo studio tenentur cognoscenda, postremò breuiter attexit. Quoniam alia res aliter uel corpori,
B uel cuiusq̄ hominis ualetudini competit.

Quæ res boni succi sint. Cap. XX.

BOni succi sunt, triticum, siligo, alica, oryza, amylum. Item & lenes sunt, & stomacho aptæ, & calefaciunt, tragum, ptisana, lac, caseus mollis, omnis uenatio, omnes aues, quæ ex media materia sunt. Ex maioribus quoque hæ, quas suprà nominauimus. Medij inter teneros durosq̄ pisces, ut mullus, & lupus, uerna, lactuca, urtica, malua, cucumis, cucurbita, ouū sorbile, portulaca, cochleæ, palmulæ. Ex pomis, quodcunque neque acerbum, neque acidum est. Vinum dulce uel lene, passum, defrutum, oleæ quæ ex his duobus in alterutro seruatæ sunt, uuluæ, rostra, trunculiq̄. In summa, omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne iecur.

ENARRATIO.

Boni succi sunt.) εὔχυλα Greci & εὔχυμα nominant, quæcunq̄ salutarē alimoniam corpori præbent. Quorum quædam firma sunt, ut triticum, siligo, alica: quædam media, ut aues ferè omnes, ac pisces, qui uitam neq̄ in stagnis,
C neq̄ in paludibus, neq̄ limosis ac turbidis fluuijs degunt. Quædam imbecillia, ut lactuca, pomaq̄ dulcia: non quòd hæc omnibus talia permaneāt, sed quòd probè intus concocta, succum utilem corpori expediant. Alioqui & firmis & infirmis sua quædam insunt uitia neutiquam exigua, quæ supra à nobis exposita sunt. Nam certè ad bonam ualetudinē optimi sunt, & tutissimi cibi, in quibus neq̄ crassum uiscosumq̄ illud, neq̄ tenue & infirmum, aut ualde friabile maiorem in modum exuperet: sed qui mediam inter hæc naturam habeāt, & tum glutinis, tum friabilitatis quodammodo participē. Quæ demum ut talia permaneant, debent neq̄ coctura, neq̄ conditura, nec ullo corporis uitio contaminari.

Lac.) Lacte optimo nihil est q̄d succi bonitate sit melius, si ab matre statim ubi emulctū fuerit, calidum hauriatur, nec corporis intus ulla labe uitietur.

Tragum, ptisana.) Ex decorticata olyra, generosissima fit tragus: ex hordeo ptisana: & similiter alica ex tritico, aut zeia. Sunt enim hæc artis magis, quā naturæ opera. Sola in his ptisana, nullo uitio, nulla crassitie, nullo incōmodo, seu

do,seu succi bonitatem,seu ualetudinem tueri quis uelit,est prædita, si mo- A
do ipsa probè & accuratè instituatur. Cætera crassam & uiscosam naturam obtinent: sed plurimum & salubriter,si bene concoquantur,alentem.

Omnis uenatio.) Ceruus,& item lepus,similiáq; melancholicum sanguinē, nec ita bonum faciunt, ut succi probitate magnopere suspicienda esse non existimem. Cæteræ uenationes, & hi quoq; quos modò diximus, in ætate tenera minus uitij possident. Suntq; aliàs omnino syluestrium animantium carnes,quàm cicurum & domesticorum, magna ex parte meliores.

Omnes aues.) Si in stagnis & paludibus, aut aquis degentes excipias,& eas quoq; quæ ab usu humano sunt separatæ, uera Celsum dixisse fatebor.

Medios inter teneros durosq; pisces.) Verius generaliusq; dixeris, saxatiles & pelagios & littorales omnes, & quicunq; ijs notis ornati sunt, quas superius in gustatu & odore cerni memorauimus.

Lactuca.) Sola uituperari lactuca non debet: cæterorum olerum nihil admodum laudari. Quando & paucißimum sanguinem, & uitiosum omnia, maximeq; syluestria, præbeat. Lactucæ autem proxima est malua, huic intybum: intybo deinde atriplex, atriplici portulaca & blitum.

Ex pomis quodcunq; neq; acerbum.) Sub acerbo austerū, quod minus astringit, intelligi debet. Verùm poma, præsertim fugacia, & fructus adeò omnes, exceptis glandibus ac castaneis, nisi citò per uentrem subeant, aut bene conco- B
quantur, uitiosißimum succum efficiunt: adeò ut fugacia si corrumpantur, in uentriculo non longè à mortifero ueneno abesse credantur.

Vinum dulce.) Dulcedinis nomine, & suauitatis, unaquaq; res & facilius cōcoquitur, & sanguinem meliorem præstat, nisi quatenus crasßities in plerisq; citam concoctionem protrahit, ut in passo fit & defruto. Quæ, aliáq; omnia quæ cum dulcedine crasßitatem coniunctam habent, iecori & lieni, & renibus ab obstructione grauißimum periculum minitari consueuerunt: nisi parcè & cautè, & à patentibus atq; amplis uenis excipiantur.

Oleæ quæ ex his.) Paßi aut defruti, in quo fuerint oleæ seruatæ, nomine potius, quàm suo, boni succi laudem quandam adipiscuntur.

Vuluæ.) Adde his intestina, & uentriculū: quę quāto sunt uera carne duriora, tāto difficilius cōcoquunt, tātoq; alimenti minus multi ac boni cōciliant.

Rostra.) Labra, summáq; ora pedestrium animantium, & partes ijs uicinę, glutinosum, non tamen crassum succū faciunt. Id quod earū elixatio ostendit, sub qua talia membra plurimum intumescunt, ac lentè dissoluūtur, sunt autem ad concoctionem satis accommodata.

Trunculi.) Quanquam uariè de hac re sentiri scio, tamen extremas animantiū partes ea significari arbitror: cuiusmodi pedes sunt, caput, aures. Truncantur enim hæc ab reliquo corpore: deinde cùm huic proposito, tum labrorum naturæ, quam nunc retulimus, præsertim suillorum, apprimè conueni- C
unt. quippe quæ ubi elixæ sunt, uiscosæ sunt ualde, & glutinosæ. Ideoq; & alimentum tractum ex ijs simile est, nec excrementis suis, nec crasßitie, nec grauitate magnopere molestum. Præstant autem pedes suilli rostro & auribus. Neq; certè ignoro, ungulas suillas alibi à trunculis separasse Celsum. Sed nihil id nostræ opinioni refragatur, quum formam generi continuò in eadem oratione, & uoces quoq; isodynamnutus, idemq; efficientes coniungi, clasßicis optimisq; scriptoribus sit frequentißimum.

Omnis pinguis caro.) Verū id esse, & in liberis tantū animantib. ac syluestrib. intelligendū, suprà docuimus. Alioqui eñ neq; pinguetudine piscē, neq; sui peruacanea obesitate quicq; in animātiū genere mirari magnopere decet.

Omnis glutinosa.) Non sanè quia glutinosum quicq; est, laudat is qui rerū uirtutes contēplat & inquirit, sed quia durabile alimentū & probū suppeditat. Eo enim nomine prædicat suillam, eo siliginē, multáq; alia. Quare neq; anguillam, quamuis glutinosam, nec maluam hoc saltem nomine probat.

Iecur.)

A *Iecur.*) In crassis succis sunt & iecur, & renes, & testes. Sed iecoris quidem malus non est succus, nisi animantis mali, aut iam consenescentis. Renū uerò ac testium nō bonus, nisi testes è gallinaceis, præcipueq; altilibus demas. Porrò præter ea quæ dicta iam sunt, boni succi rerum numero addas licebit, panem purum probè è tritico probo aut olyra paratum, oua tremula gallinacea, quadrupedum omnium ac maximè bono succo præditorū carnem, si satis ea concoquatur: fabas, castaneas, ficus, uuas maturas, caricas moderatè sumptas, & statim in corpus distributas, corda, caudas, glandulas, alas, cæteraq; multa similia.

Quæ res mali succi sint. Cap. XXI.

MAli uerò succi sunt, milium, panicum, ordeum, legumina, caro domestica permacra, omnisq; caro salsa: omne salsamentum, garum, uetus caseus, cicer, radicula, rapa, napi, bulbi, brassica: magisq; etiam cyma eius, asparagus, beta, cucumis, porrū, eruca, nasturtium, thymum, nepeta, satureia, hyssopum, ruta, anethum, fœniculum, cuminum, anisum, lapathum, sinapi, & allium, cepa, lienes, renes, intestina, pomum quodcunq; acidum uel acerbum est,

B acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum: pisces quoq; saxatiles, omnesq; qui ex tenerrimo genere sunt, aut hi qui rursus nimium duri, uirosiq; sunt, ut ferè quos stagna, lacus, limosi'ue riui ferunt, qui'ue in nimiam magnitudinem excesserunt.

ENARRATIO.

Mali succi sunt.) Ab omnibus mali succi escis, Græci κακόχυμα uocant & κακοχυλά, nemini non, qui modò salutē ualentiamq; suam diligat, seu facilè ea, seu ægrè concoquantur, abstinendum est. Vt enim statim suum uitium non prodant, tamē longiore temporis usura paulatim in uenis ipsum colligunt, aluntq;: atq; maxima demum cum pernicie ingenium proferunt suū, & leuissima putrefactionis occasione data malignas febres, & peruicaces ægritudines pariunt.

Hordeum.) In mali succi rebus hordeum immeritò habetur, si modò sit legitimum ac probum. Quod si non alia eius ratione, tamen ex ptisana disci poterat, qua nihil inuenias quod minus obsit, nihil propè quod alat innocentius. Etsi interim hanc, quia cocta sit, & cocta affabrè, hordeo hordeiq; farina non paulo meliorem esse haud nego: habent enim ista quiddam amplius excrementitium ac flatuosum, quo à ptisanæ summa uirtute discedunt.

Legumina.) Vt alia legumina ne laudes, tamen fabas in bonis uidelicet nu-

C meres, tum etiam pisa licebit.

Caro domestica.) Ne id quidem de omnibus uerè dici potest. Quis enim suillam, quis gallinaceam, quis hœdinam, quis uitulinam improbet? quis hæc domestica, nisi suillo aut uitulino ore præditus, neget? Non quòd omnibus omnes has conuenire carnes prædicem, sed quòd qui eas cōcoxerint, uitioso succo imbutas nunquam perceperint. Caprinam, & plerunq; ouillam nō esse bonam, largior: pessimam hircinam concedo, tum arietinam, mox taurinam uitiosam fateor. In quibus tamen multū castratio adimere potest, multum etiam senectus & uitiosa pastura addere solet. Vtneq; sine discrimine laudare omnes, neq; uituperare deceat.

Omnisq; caro salsa.) Est quę initiò pauca salsugine cōtacta suauior, teneriorq; reddatur. Quod in iuuencis, in asellis piscibus, in capitatis, in rhombis plerisq; facile gustatu percipias: fateor tamen interim quoq; longa ac diuturna salitura carnes duratas, & ueluti exhaustas atq; peruicaces redditas, esse deteriores omnes, quàm quæ paulo sint recentiores ac pinguiusculæ.

Omne salsamentum.) Salsamentū è duris certè & grandibus Oceani beluis nullum est, quod bonitatis elogio uerè commendemus. Est tamen cur eadem salsa insulsis ac recentibus, propter exundantem in hisce pituitosam humiditatem, meritò anteferamus. A

Rapa.) Rapum, napum' ue coctum, nec bonum, nec malum egregiè, ut neque cari radicem, sed medium quiddam uerè pronunciaueris.

Cucumis.) Cucumeres, pepones, melopepones tantum à bonitate succi absunt, ut nisi celeriter transeant, in uētre corrupti, succum ex ea corruptione faciant mortiferis uenenis uicinum. Quibus etsi cucurbita quidem melior est, tamen ne ipsa quidem, si quando corrumpatur, mali succi omnino immunis est. Quare Celso condonandum, qui hanc in boni succi rebus posuerit, magis quàm quòd cucumeri utroque nomine boni maliq́ insigniuerit: nisi quia hic de corrupta, in superiore uerò capite de integra locutus est, purgationem meretur. Sed hac lege, & hinc illuc, & huc illinc multa alia erant referenda, aut repetenda utrobiq́.

Porrum, eruca.) Sunt, quæ hic referuntur, è stirpium atque herbarum familia omnia, condimenta aut medicamenta uerius, quàm alimenta. Quæ quidem calent in ipsis ut recalefaciant, quæ frigent, ut lapathum, quo refrigerare possint. At summè mala sunt, quæcunq́ in oleribus atq́ herbis syluestria sunt, & appellantur. B

Apium, cepa.) Diximus de hisce, ac porro, & lienibus, suprà.

Pomum quodq; acidum.) Adde etiam immaturum omne, & fugacium in genere quoduis, ni prius subeat, quàm uitietur: Persica, corna, cerasa, pruna syluestria, mespila. Adde etiam ex oporis uuas, ficusq́, uel immaturas, uel immoderatè sumptas. Et caricas quoq́, si uentrem & iecur ac uenas tempestiuè non pertranseāt. Nam si diutius morentur, uitiosiorem succum præbent, & pediculorum uim magnam progenerant.

Omnia acria, acida.) Adde etiam salsa, amara, austera: quæ quatenus talia sunt, omnia alimento donando, nisi prauo, sunt inepta. Quamobrem condiendis escis, & concinnandis medicaminibus sunt ea destinata, non cibo aut potioni præbendæ apposita.

Oleum.) Si de omphacino, quod omotribes uocant, aut magnopere uetusto Celsus loquitur, nihil equidem ipsi repugnabo: quando alterum frigidius & acerbius est, alterum iusto tenuius, calidiusq́. At dulce purumq́ non perinde contemnendum edulium, ac condimentum est. Quod quamuis in biliosis atque inflammatis uisceribus æstum noxamq́ adaugeat, non tamen idcirco mali succi pronunciandum est. Quandoquidem simili argumento ac ratiocinatione, quia frigidis competit & utile est, ideo boni succi effici possit. Verùm Celsus, ac quiuis naturæ peritus medicus, quæcunq́ de rerum natura ac uirtute tradit, non ea cum quouis temperamento collata, sed medio, & omnis uitij experte, talia esse pronunciat. C

Pisces saxatiles.) Id nemo, puto, Celso uerū esse dabit. Sunt enim saxatiles pisces omnium ueterū recentiorumq́ calculis probatissimi. Scio equidem quòd teneri sunt, & in æstuante uentriculo facilè corrumpi possunt. At hoc ipsum laudi, non uitio uertendum est. Nempe quòd in temperato stomacho innoxij, cumprimisq́ salutares: in improbo, ne uitio quidem satis resistere possunt. Quando nihil tam bonum est, quod non uitiosorum commercio corrumpatur. Et quicquid ex facili concoquitur, facilè item alteratur & corrumpitur. Bonum enim in escis est, non quod nunquam fit deterius, nihil siquidem tale inuenias: sed quod bene compositis ac temperatis corporibus nihil officiat. Non itaq́ pisces, quia è tenerrimo genere sunt, damnare licet. Quoniam teneritudo mollicies atq́ friabilitas summæ laudi, non uituperationi uertantur: sed quia putidi, quia iniucundi, quia impuri, quia superuacanei excrementi & mali succi, accusantur. Ita enim dracones, ita scorpios,

A scorpios, ita callionymos, ita anguillas, ita cetacea, ita in uitiosis ac turbulentis orta atque educata omnia, meritò atque uno ore reprehendimus omnes.

Quæ res lenes, quæ ue acres sint. Cap. XXII.

Lenes autem sunt, sorbitiones, pulticula, laganum, amylum, ptisana, pinguis caro, & quæcunque glutinosa est. Quod ferè quidem in omni, quæ domestica fit, præcipuè tamen in ungulis, trunculisque suum, in petiolis, capitulisque hœdorũ & uitulorũ & agnorum, omnibusque cerebellis. item si qui propriè bulbi nominantur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa: & mel quidem, quo melius est, eo magis. Item allium, cepa, eruca, ruta, nasturtium, cucumis, beta, brassica, asparagus, sinapi, radicula, intybus, ocymum, lactuca, maximaque olerum pars.

ENARRATIO.

Lenes autem sunt.) Refert nõ paululum quæ in cibi genere sint lenia, quæque acria: ferè enim illa, quia quadam iucunditate delectant, facilè concoquun-
B tur, & citò digeruntur, & bono succo nutriunt: si non uel crassitie, uel insigni aliqua qualitate coniuncta hæ uirtutes obruantur. Qualia sunt maximè quæcunque nec astrictionis, nec acrimoniæ euidentem ullam significationem præ se ferunt, sed uel dulcia iucundè, uel clementer pinguia, uel uiscida, uel ἄποια ac qualitatis explicatæ immunia, uacuaque percipiuntur. Talia sanè sunt, quæ Celsus hoc loco recenset, modò sorbitiones ipsius ac pulticulas quas intelligit, nulla è materia acri aut astringente, sed leni suauique apparentur. Non etenim quia sic appellantur, sed quia miti materia constant, lenia efficiuntur. Nam quis è uino acri aut acido, aut amaro, aut aqua salsa, aut lacte uetusto nescit lenes neque sorbitiones, neque pulticulas, adde ne è ptisana quidem, aut amylo, si piper plusculum, si calaminthen, si porrum iniicias, parari posse? Cæterùm acria sunt hoc loco, non ea tantum quæ urente caliditate palatum faucesque inflammant, ut pyretrum, sinapi, piper: sed quicquid leni sapore præditum non est. ut sunt acida omnia, salsa omnia, astringentia omnia, siue austera ea, siue quæ sunt uehementiora, acerba sunt. Ademulto magis superioribus tum amara, tum quę acri & inflammante sapore mordent punguntque uniuersa.

Laganum.) De pulticulis, de amylo, de ptisana, deque cæteris rebus aliis quę hoc loco repetuntur, & quarũ uim naturamque supra explicauimus, nihil referre libet: quæ necessaria putabimus, neque aliàs dicta sunt, pauca subiicie-
C mus. Quæ itaque ueteres uidentur communi nomine itria nuncupasse, ea posteritas lagana, & quæ his sunt meliora, rhyemata dixerunt, pistoria nempe opera omnia ex tritico, nullo addito fermento, sed adiecto interdum caseo composita: quę sunt cuncta tum per se, tum aliis adiuncta, crassi ualde succi.

Item si qui propriè bulbi.) Austerum & lentum crassumque succũ, atque eum amaritudine quadam temperatum obtinent. Quare in hoc ordine lenientium haberi nõ merentur, præterquàm si quis amaritudinem coquendo deterat, & crassitiem quoque mox aliqua arte corrigat. Sed hac ratione similia alia quæ acribus adhærent plurima huc se recipient. Quod non uideo cur haud fieri possit, ut idem non eodem modo uariis formis subiiciatur.

Cucumis.) Non admodum fore arbitror ut quisquam, qui huius naturam humidam frigidamque norit, patiatur ipsam in acribus poni. Certè fatuam lactucam multo minus, aut atriplicem, aut blitum. Quoniam ista nec acri astrictione, nec salsitate, nec uerò caliditate ulla sunt insignita, ut acribus ullo modo cõnumerentur. Quocirca lenibus talia melius attexueris, ut maluam

quoq;, & cucurbitā coctā, & oua tremula sorbiliaq;, & aues pisces q; medij A
generis, & uitulos, hœdos, & alas iunioris & saginatę gallinæ, & iecur anse-
ris albi, & testes lacte aliti galli. Verùm si quis maiore eruditione, aut inge-
nio excellentiore præditus, siue hæc quę modò reprehēdimus, siue alia quę
nonnulla de causa interdū, nulla carpendi libidine incitati, sed ueritatis solo
studio inducti refellimus, qualia scripsit esse Celsus, talia ipse tueri uelit, ac
uerè possit, in magno id nimirum lucro sumus posituri, ut benigniter de re-
bus quæ nos fugerunt, quæq; ignorauimus admoneamur, instituamurq;.

Quæ res crassiorem, quæ ue tenuiorem pituitam faciant. Cap. XXIII.

CRassiorem autem pituitam faciunt, oua sorbilia, alica, oryza, amylum, ptisana, lac, bulbi, omniaq; ferè glutinosa. Extenuāt eandem omnia salsa atq; acria, & acida.

ENARRATIO.

Crassiorem autem pituitam faciunt.) Ex ijs quæ crassum succū generant, partim pituitosum, partim melancholicū faciunt. Nam sub pituitoso etiam crudum propriè nominatū, qui crassitie tantū ab illo dissidet, iam cōplectimur, his ex aduerso omnibus opponuntur, primùm cuncta quæ extergunt atq; in- B
cidunt uiscidicatem, deinde quæ crassa tenuant, tum quæ obstructiones ab utrisq; profectas liberant. Priora quæ succum crassum aut glutinosum gi-gnere diximus, in cibis pleraq; cēsentur, & quidem plurimū alentibus: atq; adeò, dum bene modò nō solum in uentriculo, uerum etiam in iecore ac ue-nis concoquantur, in bonū quoq; sanguinem producentibus. Quod ijs usu uenit corporibus solum quæ optima temperatione constant, quæq; succorū amplas intus habent uias, & quæ se deniq; ante cibum satis exercitāt. Nam cæteris nec tuta sunt, nec expediunt diutiusculè usurpata. Posteriora uerò, quæ extergere, incidere, tenuare, obstructa liberare memorauimus, ut mul-ta habent quæ medicamenta uerè appellaueris: sic longo usu frequentata sanguinem serò, aut bile amara, uel atra uitiant. Nam præterquàm attenuan di & incidendi, immoderatius quoq; calfaciendi uis ipsis inest. Caloris autē hæc uis immodica perinde solidas exiccat partes, atq; succos spissat. Ideoq; in renibus callosos indurat calculos: uētriculum mordet, fastidia ciet, aliaq; mala creat plurima, nisi tempori ac mensurę attendatur. Solis itaq; ijs qui ex priori genere noxam perceperunt, aut refrigeratis corporibus hæc utilia sen tiuntur: ut diuturnis morbis, ut articularibus, ut difficili anhelationi, lienis tumori, iecoris scirrhis, epilepsiis exiguis, & etiamnum inchoantibus, cæte-risq; uitijs ex prioris formæ humoribus ortis.

Oua sorbilia.) Si gallinacea oua sunt, si recētia, si sorbilia, præterquàm quòd gutturis asperitudines leniunt, cōficiuntur et digeruntur, atq; alūt perquàm C
commodè, ne crassitatis eximiæ nota temerè ipsa infamemus. Quare men-dam penè subesse puto, præsertim quum superius ista inter res imbecillissi-mas retulerit ipsemet Celsus: quomodo ē diuerso inter ualentissima, eoq; crassa alimenta, oua dura, hoc est, ad perfectam usq; concretionem seu elixa, seu assa connumerauit. Non enim quæ infirmissima materia, sed quæ ualen tissima sunt constituta, crassiori generando humori sunt apposita.

Amylum.) Succum habet illum quidem crassiusculum, nō tamen malum: sed elotis panibus, nisi paulo tenuiorē, facultate parem, æquandi ac leuigan di partes exasperatas compotem. Quapropter ne istud quidem admodum huc referri meruit, quanquam nec nulla de causa potuit.

Ptisana.) Aspectu tenacitatem ac crassitiem, dum penitus percocta est, præ se fert. Sed fallax hoc in ipsa argumentum usus demonstrauit. Est enim len-tiria quadam sua leuis, continua, iucunda, lubrica, modicè flaccideq; hume-cta: sitim arcens, abluens, astrictione carens, turbationem nullam intus in cor-

A corpore concitans. Quæ non crassæ sanè, sed extergentis rei notæ sunt.

Lac.) Non certè omne, sed quod minimum in se seri habet, caseiq; plurimum. ut est bubulum, & magis ouillum, maximeq; suillum.

Bulbi.) Si sua bulbi amaritudine nō exuantur, crassi pariter ac tenuis facultatis participes sunt. Sin amarore spolientur lixando, crassum glutinosumq; humorē retinent. Cæterùm crassefacientibus addas licebit panes siligineos: sed eos purissimos, et multi fermēti uacuos, et placētas quoq;, et liba, et pulticulas oēs è triticea farina aut simila cū lacte, aut sapa, aut mulso, aut crasso uino paratas: omniaq; dulcia simul & crassa: pterea palmulas, castaneas, iuglādes, sed magis auellanas, cochleas, ostrea, et testacea omnia, brassicā, lentē, rapū, caseos, iecora, renes, testes, lienes, labra, rostra, partes extremas, cerebella: deniq; quæcūq; austera, acerba, insipida, aut ualēter alere, supius ostēdimus.

Extenuant.) Extenuant ptisana, ficus, uuæ passæ dulces, fabæ, cicera præsertim nigra, capparis, cepæ, allia, porri, lactis serū, carycæ, amygdalæ, mel, acetum, muria, oxymel, nasturtium, sinapi, smyrnium, pyretrum, origanum, calaminthа, sysymbrium, pulegium, satureia, thymus. Quæ si uirent uniuersa, etiamnum uesca sunt: si arida, tantum medicamenta. Nam sicca uiridibus multo sunt efficaciora, quo modo sunt etiam matura fortiora immaturis. Et in arentibus, ac locis edıtis orta, quàm in campestribus aut hortis, aut paludi
B bus nata: feminaq; item suis herbis sunt ſicciora. ut semen papaueris aut lactucæ, quàm uel succus, uel herba. Superioribus autem stirpibus proxima sunt, pauloq; tantum infirmiora, eruca, sion, apium, petroselinū, orminum, cherefolium, raphanus, brassicæ succus, beta. Paucis huc refer quæcunq; salsa, aut acria, aut acida, aut nitrosa, aut amara sunt.

Quæ res stomacho idoneæ sint. Cap. XXIIII.

STomacho aūt aptissima sunt, quæcūq; austera sunt, etiā quæ acida sunt, quęq; cōtacta sale modico sunt. Item panis sine fermento, & elota alica, uel oryza, uel ptisana: omnis auis, omnis uenatio, atq; utraq; uel assa, uel elixa. Ex domesticis animalibus, bubula. Si quid ex cæteris sumiť, macrū potius, q̃ pingue. Ex sue, ungulæ, rostra, aures, uuluæq; steriles. Ex oleribus, intubus, lactuca, pastinaca, cucurbita elixa, siser. Ex pomis, cerasiū, morū, sorbū, pirū fragile, quale Crustumiū, uel Neuianū est. Item pira, quę reponunť Tarentina atq; Signina. Malū orbiculatū, aut Scandianū, uel Amerinum, uel cotoneū, uel punicū. Vuæ ex olla, molle ouū, palmulę, nuclei pinei, oleæ albæ ex dura muria, eædē aceto intinctę, uel nigræ,
C quæ in arbore bene permaturuerunt, uel quæ in passo, defruto ue seruatæ sunt. Vinum austerum, licet iam asperum sit, item resinatum. Duri ex media materia pisces, ostrea, pectines, murices, purpurę, cochleæ, cibi, potionesq; uel frigidæ, uel feruētes, absynthiū.

ENARRATIO.

Stomacho autem aptissima.) Quæ astringunt tum acerba, tum austera, stomacho apta sentiunť: quia roborari is, & constringi gaudet. Acida quoq;, quia calentem refrigerant, & crassos eius humores crudosq; tenuant ac dissecāt. Longè tamen illi aptissima, in quo crassa bilis grassatur, quippe quæ tenuando refrigerandoq; eius uiolentiam reprimunt. Contacta uerò modico sale, minus ipsa humēt, minusq; corrumpunť, et simul à nimij humoris ac corruptelæ noxa stomachū uindicant, & nonnihil etiā ipsum cōfirmant, cogūtq;.

Panis sine fermento.) Fermentum acrimonia sua ex putredine contracta stomacho aduersatur. quamobrem panis illi elotus est amicior. Vt elota quoq;

alica, aut oryza, aut simila, quia tenerescit, & lentore abluto minus fit uiscida. A
Siquidem nec acria, nec lenta, nec humida, nec uncta immoderatè, nec quicquam quod eximia aliqua ui ipsum sollicitet, stomacho gratum est. Sed delectant eum quæcunque uel illatā antè iniuriam noxamque auferunt minuuntque, uel quæ ipsi quauis ratione confirmando opitulantur. Ex quo fit, ut pro intemperiei, & superuacaneorū in ipso humorum ratione, aliàs rebus alijs iuuetur, & recreetur. Vt biliosus acidis, nimium humidus astringentibus, pituitosus acribus, frigidus calidis, calidusque frigidis.

Omnis auis, omnis uenatio.) Assa humenti, frigidoque, elixa arido aut æstuanti magis cōueniunt stomacho: præsertim ex animantibus foris neque præduris, neque præaridis, neque prævncta ualde carne præditis. Temperata nanque siccitate ferina caro stomacho, quàm domestica pinguisque, maiorē uoluptatē adfert.

Ex domesticis bubula.) Sed nec uetustate, nec salsedine, nec macilentia dura. Sunt enim hæc stomacho infesta, præsertim infirmiori: sed minus quoque quàm fastidiosa pinguetudine diffusa, quam omni penè ariditate magis repudiat: propterea quòd innatat, & nauseam ciet, & uirtutē uentriculi exoluit. Macilentia uerò, nisi maiorē in modum est dura aut multa, citra fastidium, citraque uirium noxam subsidit. Quare dum hæc concoquuntur, quod felicissimè in imo peragitur uentriculo, illa in huius orificio cruda cohærescūt, atque illi nauseam, uomitionem, appetentiæ perniciem, sibi uerò corruptelam cæterisque cibis accersunt: aut certè ut moderatissimè noceant, superfluitando molestiam inferunt. hoc itaque nomine domestica, eademque pinguia uniuersa respuit & auersatur: montana ferinaque, & quæcunque hisce carnis moderatè pinguis ratione respondent, diligit, amatque. B

Ex sue ungulæ.) Quia minimè pinguescūt, & facillimè tolerantur. Verùm nescio quamobrem caro submacra hisce posthabeatur, præsertim ex etiamnum crescente animali: at firmitatem accuses fortasis nimiam, quæ in carne eiusdem animantis, quàm in trunculis, rostris, petiolis, semper est robustior.

Ex oleribus intybus.) Intybū Latini pro seride satiua maximè usurpāt. Quan quam pro agresti quoque capi uox eadem nonnunquam solet. Sunt autē duæ satiuarum species. Latifolia, quam endiuiā Hetrusci nomināt: & angustifolia, quam uulgus sceriolā nuncupat. Siccant & refrigerant secundo gradu. Præterquàm quòd in uirentibus satiuis humiditate nimia siccitas propè extinguit. Astringūt præterea, & stomachū hoc nomine adiuuāt, maximeque æstuantē atque præhumidū syluestres. Quarū latifolia, ambubeia & cichoriū dicit: angustifolia hedypnois, & officinis dens leonis uocat. Quin et iecur proprietate quadā corroborāt, & obstructiōes auferēdi, quantū nullū olus aliud, habet.

Lactuca.) Quia frigidum humidumque succum generat, eundemque non planè uitiosum, lactuca conuenit bilioso ac febrienti, calidoque pariter ac sicco stomacho. Contrarioque parum præsidij adfert. Quamobrem æstate maximè fastidia pellit, cibique appetentiam oppressa bile reuocat. Cruditatem nunquam facit, elixa magis alit. Lota stomachicis comesta prodest. C

Pastinaca.) Dictum est de hac superius. Illud hic tantum adijciam, cibo esse pastinacam satiuam, quàm syluestrem, aptiorem. Eamque stomacho suauitate quadam odoris commodare arbitror. Delectatur nanque, & reficitur, si quod fiscus aliud, odoratis atque aromaticis rebus, stomachus.

Cucurbita elixa.) Cruda uidelicet cibo insuauis est, ac perniciosa, & concoctu planè inexpugnabilis. Simulatque igitur elixa est, aut fricta in sartagine, aut assa, comedi debet. Concoctu quidem facilis, bonique succi, sed exigui tamen. Verùm si quos humores prauos in uētriculo assequitur, ipsa protinus unà corrumpitur, & perniciosum secum facit. Alioquisitim sedat, urinam ciet, & uentrem mouet. Calidis & siccis temperaturis benefacit, pituitosos lædit, colicosque affectus.

Siser.) Suauis ori sisari seu siseris radix elixa est, & stomacho utilis, & urinam

A rinam prouocat, & appetentiam excitat. Dioscorides, Galenus, Paulus, Aetius, Plinius in hoc consentiunt. Pastinacam uerò, aut cucurbitam simili elogio, aut iuuandi singulariter stomachi laude, nemo eorundem commendat.

Ex pomis cerasum.) Diximus suprà quæ ad hunc locum illustrandum sufficiant, tum in pomis fugacibus, tum in conditiuis. Duo siquidem maximè in his omnibus spectanda sunt, Diuturna ne sint, an fugacia, & quo sapore imbuta: hinc enim omnis pomorum uis, hinc facultas pendet. Aliter namque affecto stomacho, quæ prius quàm arescant, corrumpuntur, fugiuntque, & aliter quæ reponi queunt, opitulantur. Secus item quæ astringunt, secus quę acescunt, secus quę dulcia, aut insipida, aut acria sunt, subueniunt. Quare cerasum, sorbum, malum, pyrum, punicum quid resipiant, quid oleant: non quod Crustumium, quod Neuianũ, quod Tarentinum, aut Signinum, aut Scandianum, aut Amerinum nuncupes: nec uerò quod orbiculatum, quod oblongum sit, quærito, aut expendito. Non enim tam nomina, quæ nobis exotica atque exoleta propè sunt, quàm fructuum uirius est inuestiganda: quæ non ab etymis grammaticorum, sed gustatu & olfactu rerum petitur. Si fugax est fructus, nisi probè permeet, nocet in primis: si repositus, melior est, & nouissimæ mensæ inseruit. Rursus si astringit, gelidum ac terrestrem succum habet, & ab immoderato calore aut humiditate B uacillantem stomachum fulcit ac sustinet. Si acescit, frigidum quoque, sed eundem tenuem succum continet: qui uentriculi crassis humoribus, non perinde tamen frigidis commodè obijcitur. Si acris est, calet iam apprimè, & crassos algidosque humores probè conficit. Si dulcis, in partem calidam pronior est: & tum distributioni, tum alimento præbendo accommodatior. Si fatuus atque insipidus est, in latus frigidum magis inclinat: nulloque nomine utilis, nisi ut Cantabri hospitis munera facias. Hæc itaque in malis, in pyris, in fructibus denique omnibus perpendito atque inuestigato solum & accuratè, quisquis fructibus iuuari, minimumque lædi expetis. Punica porrò à reliquis pyris malisque hoc differunt, quòd neque crusta pistoria, quemadmodum cætera, afferuntur, neque aqua aut uapore elixentur, & succum ampliorem contineant: & non solum gustu gratiorem, uerumetiam stomacho confirmando aptiorem. Parcissimè alioqui corpus nutriũt, adeò ut illis tanquam cibis nunquam, sed ut medicamentis tantum utamur. quum sit pyris, præsertimque grandibus aliqua alendi corporis facultas insita. Sorba autem à mespilis, quod ad facultatem attinet, hoc discrepant & dissentiunt, quòd maiore cum uoluptate sorba capiantur, quippe austera tantum, quum sint mespila etiam acerba. Ambo uerò parcè, nec pro cibis, sed pro medicamentis ad roborandum stomachum æstu imbellem sunt assumenda. Illud scire oportet, uera mespila esse tricocca: quemadmo-C dum epimelides sunt pentacocræ.

Vel cotoneum.) Eximium cotonea id præ cæteris malis habent, quòd magis astringunt, & quòd succum durabilem, qui cum melle asseruetur, suppeditent: fit igitur ex ipsis diacotoneon, quod uocat, stomacho recreando atque reparando summè utile.

Vuæ ex olla.) Vuæ uarijs modis reponi & seruari consueuerunt. Sed optimæ sunt, quæ in mustum coniectæ, aut quæ in ollas nouas abditæ asseruantur. Ventriculum scilicet hæ dissolutum confirmant, cibi auiditatẽ reparant, concoquuntur facillimè, sed per aluũ minus facilè delabuntur. Mansæque largius capitis arcem tentant, præsertim in musto conditæ. Nam in ollas hoc pacto reponi debent. Ollæ simul nouæ, simul ex luto bene olente, & plenè percocto fictæ, uuisque refertæ uinaceis obruuntur, operculo diligenter, ne qua parte perspirẽt, obfirmantur. Vbi operculum ollæ incumbit, spiraculis omnibus affabrè obturatis, in orbem oppicantur, atque ita in proximam æstatem atque autumnum custodiuntur.

Ouum

Ouum molle.) De ouis, palmulis, oleis, de piscibus & testaceis omnibus, ostreisq́, nihil attinet hic multa recensere. Quando, qua ui sint cuncta prędita, partim antè traditum est, partim pòst aliquid dicetur. De uino austero & resinato, de absinthio, de calidis ac frigidis rebus pauca tantūmodo quædam, quæ huc maximè pertineant, adijciam. Vina itaq; austera uentriculi os roborāt, itemq́; uentriculum ipsum, præsertim calida intemperie affectum: magisq́; etiam acerba, quæ Celsus aspera, ab ipsorum in lingua faucibusq́; affectu uocat. At resinata excalfaciunt, & concoctionem adiuuant: eoq; etiam concoctionis primariam officinam uentriculum sustinent. Verùm sanguinem excreantibus inimica sunt. Absinthij autem genera quum tria ueteribus sint prodita, pōticum, seriphium, santonicum: unicum primum, quod & Romanum uulgò nominăt, astrictionis nomine, quam obtinet neutiquā exiguam, stomacho aptum agnoscitur. Calefacit primo gradu, siccat tertio. Bilem uentri & stomacho inhærentem expurgat: fastidia discutit, crapulam præsumptum arcet. Verùm cōtentum in uentre, aut thorace, aut pulmone, pituitam nihil iuuat: propterea quòd astringēs in ipso uirtus, quàm amara, ualentior sit. Ad hæc frigentia calentiáue seu poculenta, seu esculenta poscit stomachus, quòd ab his roboretur ac stringatur, à tepidis dissoluatur & elanguescat: frigus siquidem cogit. Cogit & feruor, modò ut ne urendo lædat. B
Tepor laxat, exoluit, languefacit.

Quæ res alienæ stomacho sint. Cap. XXV.

ALiena uerò stomacho sunt omnia tepida, omnia salsa, omnia iurulenta, prædulcia, omnia pinguia, sorbitio, panis fermentatus: itemq́; uel ex milio, uel ex hordeo, oleum, radices olerum, & quodcunq; olus ex oleo garóue estur: mel, mulsum, defrutū, passum, lac: omnis caseus, uua recens, ficus & uiridis & arida: legumina omnia, quæ'que inflare consueuerunt: item thymum, nepeta, satureia, hyssopum, nasturtiū, lapathum, lapsana, iuglandes. Ex his autem intelligi potest, nō quicquid boni succi est, protinus stomacho conuenire: neque quicquid stomacho conuenit, protinus boni succi esse.

ENARRATIO.

Alienæ uerò stomacho sunt.) Facilè ex præcedentis capitis enarratione colligere est, quæ iam stomacho sint parum propitia. Si enim ijs quæ astringunt roboratur, rebus nempe austeris & acerbis, si calentibus aut algentibus beneualet, si submacilentis delectatur, si res acidas, aut sale modò contactas amat, quis obsecro nescit quin contrarijs tristetur? quin undecūq; exoluitur, ut rebus dulcibus, fatuis, insipidis, tepentibus ægrè habeat, & debilitetur? quin unctis, & præpinguibus ac fluctuantib. offendatur? quin deniq; amara, salsa, acria, flatulenta, quia rodant, quia pungant, quia distendant, fugiat oderitq́;? Quamobrem hinc quisque protinus intelliget, non modò cur ea quæ Celsus hic exponit: sed alia quoq; plurima stomacho parum amica gra taq; sentiantur. Tepida siquidem uires eius exoluunt, salsa pungunt: iurulenta fluctuant, prædulcia inflant & languefaciūt: fluctuat rursus sorbitio, pungit panis nimis fermentatus: miliaceus uerò cineris instar aridior est, hordeaceus quoq; nihil in se glutinosi, nisi aliunde accersas, cōplectitur. Quæ sunt omnia tam aliena à stomacho, quàm quę præpinguia. Macilenta siquidem, sed succo genuino, sed glutine subpingui respersa laudamus. Dura uehementer, aridaq; nimis, ut pinguia quoq;, in uitio ponimus. Porrò oleū, quia unctius, quis nō aduersum stomacho cernit? Quis olerū radices, uel quia insipidæ,

A insipidæ, uel quia acerbiores infestas non meminit? Vt olera ipsa quoque, si quæ nisi ex oleo garoque assumpta, minimè sapiūt. Mel etiā acredine, & dum crudius est, flatu: mulsum uerò, defrutum, passum nimia dulcedine ac uento nocent. Lac item quia inflat, tum etiam quia in frigidiore uentriculo acescit, in calidiore fuligine et nidore inficitur, improbatur. Iam caseus si recens est, lacti persimilis est: uetus acrior. Vua recens flatibus distendit, itemque ficus, & ambo facilè corrumpuntur. Inflant quoque præcipuè legumina. Thymum, nepeta, satureia, cæteraque quæ sequunt omnia, acrimonia aut amaritudine lædunt. Iuglandes præterea etiam unguine: quod in ipsis magis redundat, quanto magis ueterascunt. Ex his itaque perspicitur, quæcunque stomacho infesta sunt: non enim Celsus omnia percensendo complexus est, ad ea capita, quæ initiò proposuimus, posse referri. Non quod his omnibus, quandocunque sumunt, stomachus omnis offensionē experiatur. Acria enim, & amara, & salsa, crassis ac lentis frigidisque humoribus uētriculo grauato maximo pere conueniunt. Iuscula & dulces sorbitiunculæ arido ac senescenti stomacho mirum in modum congruunt. Nec quicquam est, quod non alicubi optimum esse queat. Sed de bene ualente atque integro dicta sunt, quæ cūque à stomacho aliena, aut eidē fausta feliciaque esse prædicauimus. Nam sunt præterea occultæ quædam naturæ, quæ à rebus bonis peius, quæque à malis melius se habeant. Quæ quidem sub artis præcepta non cadunt: debet autem
B ea unusquisque in se usu atque experientia nosse, iuxta illud Hippocraticum: Deteriora paulo licet, si sunt iucundiora, melioribus sunt potiora. Nec id sanè, quod bene admonet Celsus, obscurum est: non quicquid boni succi est, protinus stomacho cōuenit. Lacte enim ac melle, oleoque, aut pane fermentato cæteraque bene confecto, aut dulci sorbitione, nihil melius est: non tamen, hæc ipsa stomacho omni bona sunt. Contraque uinum austerum, bubula, intybi, sorba, mala sunt. Stomacho uerò plerunque non mala, quoniam alia lege bono succo generando, alia stomacho erigendo tuendoque conueniunt: hic citra molestiam sibi robur addi poscit, in illo naturæ substantiæque tantum bonitas quæritur.

Quæ res inflent, aut inflationem leuent. Cap. XXVI.

INflant autem omnia ferè legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia iurulenta, mustum, atque etiam id uinum, cui nihil adhuc ætatis accessit. Ex oleribus allium, cepa, brassica, omnesque radices, excepto siser & pastinaca, bulbi, ficus etiam aridæ, sed magis uirides, uuæ recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis, lac, omnisque caseus, quicquid deinde subcrudum aliquis as-
C sumpsit. Minima inflatio fit ex uenatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchilijs, ouis uel mollibus, uel sorbilibus, uino uetere. Fœniculum uerò & anethum inflationes etiam leuant.

ENARRATIO.

Omnia ferè legumina.) Inflant cicera, lupini, fabæ, dolichi, sed minus fabis: adde his panicum, milium, hordeum non satis nec plenè percoctum.

Omnia pinguia.) Turgescunt coquendo atque intumescūt pinguia, siue id flatibus inde per imbecillem calorē excitatis, siue pingui materia rarefacta & tanquam exundante fiat. Certè distentionem tumidam & molestam semper eo in loco, quo ista cōtingunt, efficiūt, eo magis, quo locus inturgescit magis, teneriusque sentit. Quæ sunt in omni tensione perpetuò spectanda. Nam ubi calor satis uehemens est, is flatuū materiam superare atque absorbere potest: molestiaque nulla sequitur. Nihilo sanè magis, quàm ubi frigore uincente flatus item nullus oritur. Vbi uerò locus, quo includitur flatio, non sentit, neis

quidem, quantumuis multum excitetur, dolere potest. Quoniam in flatibus A percipiendis duo insint oportet, calor infirmior debito, & locus sensu aliquo prædītus. Quibus si materiam accommodam adijcias, iam rem quoque propius conspexeris. Nam ex arida uentus nullus nascitur. Ego enim ne exhalationem quidem, unde uentos fieri author est Aristoteles, omnino aridã esse debere iudico, sed uaporibus nuncupatis, & rebus unde isti existunt, solum sicciorẽ. Vtcunque tamen sit: nam physicus, quàm medicus, limatius talia, subtiliusque perquirit, unde ea exhalatio ducitur, id humore aliquo imbutum sit oportet: sic ut in alijs hoc fiat nimia prorsus ipsorũ humiditate, quã calor uniuersam absumere non potest. Vt in ijs qui nimia se potione uel uini inuitarint, uel ceruisiæ impleuerint, uel iurulentis distenderint, uel ullius alterius rei lentore ac crassitie maiore se inferserint, quàm calor peruincere queat: uti fit in ijs qui suilla se, aut musto uinoque nouo, aut dulci ac crasso, aut ostracodermorum carne, se plurimũ oppleuerint. Vel tacita quadam ui ac natura ad generandos flatus apposita, ut fit in leguminibus, rapis crudis, palmulis uiridibus, bulbis, cepis, similibusque quæ scribit Celsus. Nisi fortassis secundi ordinis aliquid, nempe quod lentum sit, ac uiscidum, in his quoque delitescere existimes. Certè ad tres hos rerum ordines, tanquam materiam unde uenti producantur, omnem inflationem reducas licebit. Cui deinde imbecillis calor, qui illam excitet, incumbit. Et locus ut molestiam experiatur, B subest sensilis.

Omnia dulcia.) Præsertim si crassa simul, ac lenta sint: ut uina nigra ac dulcia, ut defrutum, imò & uinum dulce pariter & austerum.

Ficus.) At citò è ficubus flatus orti intereunt, quia ex facili per aluum subeant. Per maturæ nihil propè damni continent.

Vuæ recentes.) Appensæ, aut quemadmodum antè diximus, conditæ, inflandi uitium excutiunt.

Nuces omnes.) Sed auellanæ minus iuglandibus, propterea quòd hæ sint laxiores, & multa cum pinguedine uaniores, magis castaneæ, amygdalæ rursus minus paulo iuglandibus. Nempe pro pinguis, oleosæque qualitatis, quæ uetustate in omnibus augescit, ratione.

Nucleis pineis.) Pinea nux bonum crassumque succum gignit, & alibilis est, haud facilè tamen concoquitur: astrictoriam uim habet, et aliquantũ acrem, tussi & pectoris uitijs auxiliatur per se, aut cum melle. A qua macerata acrimoniam exuit, & calido frigidoque temperata euadit.

Lac.) Quia flatulentum, idcirco ijs qui capite laborant, & quibus hypochondria turgescunt, dari uetitum est.

Quicquid subcrudum.) Cruda humore excrementitio & inutili scatent, magisque etiam quæ nunquam maturuerunt.

Minima inflatio fit.) Venationem & aucupium figuratè per intellectionem, C quam uocant rhetores, pro feris & auibus dixit: ferina itaque caro, & auium, præsertim in aquis non degentium, minimum excrementitij humoris atque pinguedinis habet. Quare uentis generandis multam materiam præbere non potest.

Piscibus.) Id nescio an largiri Celso possim. Nam pituitosos omnes esse pisces, ac flatulentos, præsertim qui uiscida carne onerantur, in confesso est omnibus, etiam lippis atque tonsoribus. Asi uerò minus inflant, minusque etiam illi, qui friabili ac molli carne constant.

Pomis.) Cocta minus quidem crudis inflant, sed inflant ipsa quoque magna ex parte tamen.

Conchilijs.) Ostreis minus, ac cæteris id testaceis euenit.

Ouis uel mollibus.) Neutris inflationem magnopere fieri, nisi imbecilli admodum tractentur corporis calore, existimauerim.

Vino ueteri.) Si nec dulce, nec crassum est, nisi largius hauriat, aut pituitosum ualde in

A ualde in uentriculũ frigidum ue infundat, discutere magis quàm colligere uentos crediderim. Nam illis nominibus nihil est alioqui, quod nõ flatibus excitandis materiã præbere possit: nedum si quæ res per se eò etiam sit procliuior. Quare pisa, phaselos, cicerculas pro uino ueteri, proq; ouis libẽs hic substituerim. Nam certè piper quoq; & acria alioqui omnia, si in dẽsam atq; uiscidam pituitam incidant, flatus, non de se, sed è tali pituita suscitant. Ita uinum quoq; uel optimum, & quicquid demum est liquidum, si non sua ui, certè sua copia calorem opprimente, aut eius rei cui miscetur, natura, inflationem producere potest.

Fermentum uerò.) Adde his cuminũ, ligusticum, urticis semen, aut cannabis, aut carui, lauri baccas, mel quod coquendo omnem spumam euomuerit, panes hordeaceos, bulbos identidem recoctos, deinde ex aceto atq; oleo sumptos, grana paradisi quæ uocãt, similiaq; alia multa acri uirtute prædita.

Quæ res aut calefaciant, aut refrigerent. Cap. XXVII.

AT calefaciunt piper, sal, caro omnis iurulenta, allium, cepa, ficus arida, salsamentũ, uinum, & quo meracius est, eo magis. Refrigerant olera, quorum crudi caules assumuntur, ut intubus, & lactuca. Item coriandrum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora,
B cerasa, mala austera, pira fragilia, caro elixa, præcipueq; acetum, siue cibus ex eo, siue potio assumitur.

ENARRATIO.

At calefaciunt.) Piper & sal tantũ cõdimenta: cætera etiã alimenta esse possunt. Nam alliũ ac cepas, si quoad acredinẽ ponãt recoquas, alere quoq; nõnihil inuenias. Verũ si cõdimenta huc recipis, sylua omnis illa aromatũ atq; odoratarũ stirpiũ, & quicquid penè in tenuante uictus genere cõgruere potest, eodem iure huc accõmodari poterit: cinamomũ, zingiber, garyophylli, moschocaryon, macis, mel, sacharum, thymus, origanum, nasturtium, sinapi, ruta. Sed quid his immoror recẽsendis? Quicquid dulce, pingue, amarum, acre, salsum linguæ percipitur: quicquid incidere, tenuare, tergere & calfacere compertum est, ad hunc nidum pertinet.

Caro omnis iurulenta.) Si nec caro pisculenta frigidaq;, nec cõditura frigefaciente sit perfusa. Aliàs enim carnis forma, aliàs parãdi genus, calorẽ addere, uel demere, uel tueri potest. Quãdo ne ius quidẽ albũ illud, Græcis olim tãtopere cãtatũ atq; expetitũ, magnopere calere dicas: ex copiosa nẽpe aqua, & olei quod satis sit, & anethi porriq; pauxillo, salisq; momento cõpositũ.

Vinum.) Flauum summè calidum est, tum fuluum, mox rufum, deinde dulce, postremò album. nam id minimè omnium calefacit. Quin si nouellum
C hoc est, atq; aqueum, refrigerat euidenter. Nullum autem est, quod non uetustate fiat calidius, donec iam exolescat atq; acescat.

Refrigerant olera.) Talia sũt portulaca, atriplex, spinacia, rumex, blitũ, malua.

Coriandrum.) Dioscorides item uim huic tribuit refrigeratoriam. Galenus & Auerroes calidum esse disertè scribũt. Neutri, quantum equidem sentio, prorsus uanè. Ex contrarijs nanq; uiribus cõpositum est, partim tenuis substantiæ, terrenæ, amaræ, & aquosæ tepidæq; humiditatis exiguæ particeps: Quibus efficitur, ut tergeat, ut digerat, ut calefaciat. partim uirtute quadam modica astringendi preditum. qua fit, ut cogat, ut denset, ut refrigeret: at ita, ut à præstantiore caliditate, inter calida uerius numeretur.

Beta.) Pro blito betũ, uulgari & pernicioso multorũ errore, ponere uidet. Blitum siquidem frigidũ humidumq;, & insipidũ olus est. Beta uerò nitrosę qualitatis particeps, qua tum digerit, tum exterget, tum sensiliorem stomachum uellicat, et iecoris obstructioni subuenit, & lienosos cõmanducata mirificè iuuat, sed alba potentius. Nigra etenim quippiam astrictionis annexũ

habet, præsertim in radice. Sunt autem, excepta leui hac astrictione, cætera A
non pœnitendæ caliditatis testimonia, adeò ut Simeon Zethi calidam betam aridamq; in tertio ordine pronũciare non dubitauerit. Scio, elixa nitrosam uim excutit digerendi tamen uirtutem omnem, præsertim suo iusculo cui inconquetur, non abijcit.

Cerasa, mala.) Sunt sanè, qualia depingit, ista, si acida modò, si acerba, si austera percipiantur. At dulcia, aut acria, aut amara si qua reperiantur, ab hoc albo eximi omnino debent. quippe quæ iam calefaciant euidenter.

Caro elixa.) Vt carnẽ uel calidissimã, nedũ frigidã; cõditura refrigerari posse docui, sic uel frigidissimã pari arte calefacere licet. Quocirca nec iuri acceptũ calorẽ semper fero: nec elixationi perpetuò frigus, nisi ius itẽ calidũ, & aquæ elixatione carnis calorẽ diminutũ intelligas, quod nimirũ uerum est. In quo enim quæq; res elixat̃ aut coquitur, aliquid illi suæ uirtutis dat, & ab ipso uicissim accipit. Nam & aqua quiddã carneæ uirtutis à carne capit, & aqueæ facultatis inuicẽ nõnihil illi ingerit. Vires siquidem mutuas donandi capiendiq;, quæ coquas atq; elixes, & in quibuscunq; id facias, tradunt.

Quæ res intus facilè uitientur, uel minimè corrumpantur. Cap. XXVIII.

FAcilè autem intus corrumpuntur, panis fermentatus, & quisquis alius quàm ex tritico est, lac, mel: ideoq; lactaria, atq; omne B
pistoriũ opus: teneri pisces, ostrea, olera, caseus, & recẽs & uetus, crassa uel tenera caro, uinum dulce, mulsum, defrutum, passum, quicquid deinde uel iurulentum est, uel nimis dulce, uel nimis tenue. At minimè intus uitiantur, panis sine fermento, aues, & eę potius duriores, aurati pisces: neque solum aurata pura, aut scarus, sed etiam lolligo, locusta, polypus. Item bubula, omnisq; dura caro: eademq; aptior est, si macra, si salsa est: omniaq; salsamenta, cochleæ, murices, purpuræ, uinum austerum, uel resinatum.

ENARRATIO.

Facilè aũt intus corrumpuntur.) Corrumpi dicitur hoc loco nõ solum q̃d uitium noxamq; possidet, sed etiã quicquid uitij putredinisq; cuiuspiã causam præbet. Quod quatuor maximè rationibus fieri uidetur. Primùm, si suapte natura in id pronũ sit ut corrũpatur: ut lac, pepo, cucumis, persicum, anguilla, & quicquid in horæis, alijsq; rebus, putidũ iam, aut putrefactioni uicinum est. Deinde q̃d intemperiẽ uentriculi uiscerumq; auget: sic mel biliosis, sic flaua uina, sic cepa, sic allium facilè corrumpitur. Adde his quæ molliora infirmioraq; sunt, q̃ ut cõfici, nec aduri possint, ut pisces saxatiles. Ad eũdem modũ, lactucã, atriplicẽ, acerbũ pomũ, piscẽ in pituitoso uentriculo facilè putredi- C
ne tentari uideas. Præterea quia uel lentius, uel crassius est, q̃ ut per uenarũ iecorisq; angustias, quin impingat, cõmeare possit: ut suilla, ut alica, ut placentæ, ut lagana, lens, brassica. Postremò, quia mali succi est, & ne in felici quidem, optimoq; corpore bonum unquam sanguinẽ creare solet: sed uel crassiorem iusto, uel teuuiorem. De quibus peculiari capite, quemadmodum de uiscidis etiã, crassisq;, proditũ est. Ad hos itaq; tanq̃ fontes referenda erunt, quæcunq; in eorũ, quæ de facili corrũpuntur, numero cẽsebantur.

Panis fermentatus.) Fermento ac sale moderatè imbutus panis, beneq; & elaboratus, & percoctus, si proba quoq; & eximia materia cõstat, ad cõcoctionem facilè omniũ est appositissimus. Contraq; deterrimus cẽsendus est, cui superiorũ nihil inhęret. Quibus extremis, quo quisq; iam panis alius est propinquior, hoc melior peior'ue existimandus est. Quare Celsus, si panes athletis aut fossoribus iuuenibus parat, nec accuratè coctos, nec admodum fermentatos concessero. Vrbano homini, aut seni, aut ocioso, aut optimę ualetudinis

tudinis

A tudinis studioso, probè peractos, & egregiè fermentatos popoſcero. Omnis aūt ferméti uacuū nemini, nec meſſori, nec foſſori, nec uenatori quidem ualde permiſero: præterquàm in quo crudum gelidumq́ ſuccū non uereri, haud erubeſcā. Quamobrem fermentū nihil eſt cur tātopere uituperemus, aut ne corruptelam acceſſat pertimeſcamus. Quanq̀ in uitiato certè maiorē in modum ſtomacho, q̀ non fermentatus, celerius unà corrumpitur. Non q̀ hanc noxā ipſi uerè imputes, ſed illi unde fouetur uentriculo: ferméto ſiquidem tenereſcit, ſine quo pertinacius ac diutius uitio capiēdo reſiſteret. Idq́ ita tamen, ut, ſi demum non ſatis accuratè perficiatur, grauiorem, aut certè parē ſit iniuriā poſtea, uel ſua craſſitie, uel lentore, corpori allaturus. Quorū in omnib. duris, quæ paulo pòſt ægrè corrūpi dicenē, bene meminiſſe decet.

Et quiſquis alius quàm ex tritico.) Panū quot genera è tritico parari ſoleāt, ſuprà tradidimus: & modò quæ ſit eius concinnandi optima forma, oſtendimus. Vnde, qui quid efficiant, quamq́ laudem aut uituperationē mereantur, facile eſt conſequi. Ex olyra optima minus profectò quàm ſimilaginei laudabiles ſunt: ſed utiles tamen parari poſſunt, citraq́ corruptelam gentes multæ ipſis ueſci deprehenduntur. hordeaceos, miliaceos, panicaceos, cæterosq́ quo potiſsimum nomine damnemus, ex antè dictis repetere licebit. In quibus corruptelæ metum magis omnino recipimus.

B *Lac.*) Suapte natura tum in frigido, tum in calido uentriculo citò corrumpitur. Optimum alioqui ſi eſt, in puro & præpurgato homine optimum alimentum ſuppeditat.

Mel.) Seu calidis uentriculis, ſeu ſiccis, ſeu utraq́ intēperie affectis melinimicìſsimū eſt, ſed maximè bilioſis, facillimeq́ in ijs corruptionem percipit. Contraq́ uel frigidis, uel humidis, uel ſimul utriſq́ res eſt multo utiliſsima.

Lactaria.) Placentæ & lactaria omnia, quæ ex lacte & ſimila triticea conficiuntur, atq́ adeò piſtoria opera omnia, libaq́, ſine fermento coacta, crudū, craſſum, frigidum ſuccum, primùm obſtructionū, mox etiam putredinum & peſsimarum ægrotationum parentem progenerare conſueuerunt.

Teneri piſces.) Diximus antè, teneritudinem haud meritò accuſari. Non enim ab illa, ſed ab intemperie nimis calida, quę citius eam perurit ac corrumpit, quàm concoquat, damnum proficiſcitur.

Oſtrea.) Quo nomine lactaria & piſtoria opera damnauimus, eodem pro pè oſtracoderma atq́ teſtacea taxare licet. In quibus tamen oſtrea omnium ſunt moderatiſsima.

Olera.) Frigida in frigidis uentriculis, inq́ calidis calida conſequentē corruptionem, niſi occurratur, non effugiunt.

Caſeus.) Recens ſimili ratione, ac de lacte modò dictum eſt, ſe habet. Vetus ſucci malicia putredinem, ſi pluſculo utaris, minitatur.

C *Craſſa uel tenera.*) Tenera in homine intra uiſcera æſtuante, craſſa in algente, uitium procreat.

Vinum dulce.) Vinum dulce ſimul ac craſſum, & defrutum, & paſſum, quia promptè obſtruunt, corruptelæ formidinem non uulgarem obijciunt.

Iurulentum.) Quia liquidum facilè perfluit, maximè ſi intempeſtiuè quicquam, aut nimium dimoueatur. Quinetiam ſi diutius aliquando in uentriculo contineatur, fluctuationem parit, concoctionemq́ uitiat. Quas res corruptela mox excipit.

Nimis dulce.) Quia ſingulari dulcedinis uoluptate iecur, quæ dulcia ſunt, etiamnum cruda & incocta uentriculo eripit. Quæ ſi ſimul craſſa ſunt, dupliciti nomine iam lædunt, tum cruditatis, tum obſtipationis.

Nimis tenue.) Simile in his periculum eſt, quale in iurulentis ineſſe monſtrauimus.

At minimè intus uitiantur.) Minimè ſanè uitiari, uitiūq́ creare poſſunt, quę facilè ſuapte natura cōcoquunē, & probè in omne corpus diſsipātur: quæq́ me-

diocrẽ sanguinẽ ac benignũ alimentũ cuiq; mẽbro suppeditãt. Deinde quæ A tam etsi per se optima nõ sunt, ea sunt duritie prædita, ut ne à uitioso, feruenteq; stomacho facilè in perniciei cõsortiũ pertrahi possint. Priora quia benigniter faciũt, nec per se nocẽt, haud facilè corrũpi dicuntur: quãuis ipsa uitio alioqui uẽtriculi aut uisceris alterius citò nonnunq; corrumpãtur. Quo dun taxat nomine inter ea quæ facilè intus corrũpant, recẽseri possũt. Posteriora nõ q̃d per se magnopere sint laudabilia, sed q; fortiter sua duritie ijs unde cætera ex facili uitiantur, resistãt. Quæ quia pluribus obesse, q̃ prodesse solent, prioris quoq; generis haberi cõmerentur. Quare quæ facilè corrumpi, aut minus dicuntur, ad aliud atq; aliud relata, in utroq; genere censeri possunt.

Panis sine fermento.) Felix ac fortis sit is oportet, qui hoc sine offensa diu frui poterit. Sed ecquid boni aut mali apportet, aliàs traditum est.

Aues.) Si eas intelligit, quas in medio genere superius enumerauimus, nihil est in sententia ambigui. Sed etiam aliàs magna cautione ac distinctione eget, ut quid unaqueq; res ualeat atq; efficiat, intelligatur. Quod ita demum futurum est, si cuiusq; naturã ac facultatem, cum cuiusq; hominis corpore, ac uentriculo comparauerimus. ut duriora robustis aut calidis, infirmora debilibus ac frigidis & salubriter degentibus congruere meminerimus.

Aurati pisces.) Est scarus ex saxatiliũ genere piscis, nec admodũ diuersus est B aurata. ut omne punctũ hi propria uirtute facilè ferre mereantur, si in intemperiem æstuantẽ non incidãt. At lolliginẽ ac polypum quum audis, molles omnes pisces, & qui neq; squamas, neq; asperã aut testaceã, sed ueluti humanam habent cutẽ, concipe: qui duræ certè carnis sunt, & difficilis cõcoctionis. Si tamen aliquando cõcoquantur, non contemnendũ corpori exhibent alimentum. aliàs uerò crudi humoris magnam copiam gignunt. Locustas porrò quũ legis, tenui testa totũ genus contectum cõprehende: ut gamaros, cancros, astacos. quæ duritie carnis quadam, similiter ac testacea, constant. Quanquam minus salsi humoris continent, & uix ægrè tandem cõcoquuntur. uerùm concocta firmum item præbent alimentũ. Secus aũt, crudum humorem mirum in modum accumulant. Hæc itaque, quia dura ac pertinacia sunt, non facilè, nec citò corrumpuntur. Maximeq; si testacea illa, quæ diximus, mutata crebrò aqua, recoquantur: & uentriculum ualidum aut feruidum nanciscantur. Alioqui è crudo humore demum (quem ista, ut mollia præcipuè pituitã, progenerant) par metus atq; aliorum esse solet, ne uel corrumpantur, uel obstructione putredinem creent. Præbentur itaq; hæc dura carne prædita ijs, qui facilè quicquid assumant, corrumpere solent, seu uitio humorum ex iecore fluentium, seu uentriculo adhærentium id patiantur.

Bubula.) Crassi & melancholici succi est. Alioqui duritiei nomine cum testaceis cõuenit. Conuenit & caro omnis dura, & salsa, & macra, & cochleę, & purpurę, & murices, & deniq; uniuersum ostracodermorum, duraq; testa C contectorum genus. Quæ recoctione feruidæ recentisq; aquę, item ac molli testa contecta, similem naturæ rationem concipiunt.

Quæ res aluum moueant. Cap. XXIX.

VT aluum mouent, panis fermentatus, magisq; si cibarius uel hordeaceus est, brassica, si subcruda est, lactuca, anethum, nasturtium, ocymum, urtica, portulaca, radicula, capparis, allium, cepa, malua, lapathum, beta, asparagus, cucurbita, cerasia, mora, uua, omnia mitia: ficus etiam arida, sed magis uiridis, uuæ recentes, pingues, minutæ aues, cochleæ, garum, salsamenta, ostrea, pelorides, echini, musculi, & omnes ferè conchulæ, maximeq; ius earum, saxatiles, & omnes teneri pisces, sepiarum atramentum, si qua caro assumitur pinguis eadem, uel iurulenta, uel elixa, aues quæ natant, mel

A mel crudũ,lac,lactaria omnia,mulſum,uinũ dulce,uel ſalſum,aqua tenera, omnia tepida,dulcia,pinguia,elixa,iurulenta,ſalſa,diluta.

ENARRATIO.

At aluum mouent.) Sunt maximè cathartica pharmaca, purgatoriaq́ medicamenta,quę abdita & peculiari uirtute unum alterum'ue genus humorum deijciunt. quo modo cnicus pituitam, ſcammonium flauam bilem, epithymum atram euerrit. Aloe,agaricus,colocynthis,rhabarbarum bilem pariter & pituitam. Polypodium, & ius galli ueteris, cum pituita bilem nigrũ. Veratrum & ſenna, bilem utranq; detrahunt. Veratra uerò nonnunquã etiam & pituitam. At de his nulla hoc loco inſtituetur diſciplina: quippe quæ ſint à ciborum condimentorumq́ ratione alieniſsima: de quibus omnis hic ſermo futurus eſt, ut uidelicet cognoſcatur, quæ eſculenta, quæq; poculenta uel aluum præcipitent,uel eundem aſtringant. Mouent autem nec in omnibus corporibus uniuerſa,nec ſimili modo cuncta. Sunt enim quæ compungente quadam ui,uiſcera inteſtinaq́ ſollicitent atq; iritent. ut urtica, ut radicula,ut braſsicæ iuſcula. Et quæcunq; uel ſalis,uel nitri facultatẽ, uel acrem alioqui obtinẽt. Sunt quæ ui quadam abſterſoria uirtutẽ excernendi potentem ſtimulent atq; inſtigent: ut furfuracei panes, aut cibarij ſunt. Sunt quæ
B aquea & humida,aut lubrica fluxiliq́ ſua ſubſtantia citò permeent:ut mora, perſica, ceraſa. Sunt deniq; quæ tenuatis & diſſectis, exterſisq́ craſsis ac uiſcidis humoribus, aluum ſubducant:ut acetum,cepa,allium. Atque horum rurſus quædam humoribus frigidis conueniunt exturbandis, ut quæcunq; acrimonia calidaq́ uirtute ſunt prædita,ut fermentata,nitroſaq́, & quæ ſecare & extergere dixi. Sunt quæ calidis pellendis ſint aptiora,ut lactis ſerũ, & quæ aquea lubricaq́ modò appellaui. Sunt poſtremò, quæ integro corpori id maximè præſtant, ut pinguia, dulcia,iurulenta. Non itaque mirum eſt,eſſe quibus aluus facilè impellatur, iiſdemq́ ab alijs uel fortioribus non cedat,aut propè etiam aſtringatur. Non enim à dulcibus rebus,aut piſcibus teneris, omnes aluum propitiam experiuntur: ſed ſegnem alij, & uitiũ atq; corruptelam alij. Acida craſsis humoribus grauatam aluum exonerant, puram firmant. Taceo eſſe natura ſingulari & occulta præditos, qui inde ſalutem,unde cæteri noxam,contraq; percipiũt. Itaq; ob oculos hæc ſemper ponẽda ſunt,ut cuiq; corpori quo adiuuẽt donemus, quo lædãt detrahamus.

Panis fermentatus.) Aluũ,ea acrimonia,quã è fermẽto fuerit adeptus,mouet.

Cibarius,uel hordeaceus.) Vi illa abſterſoria, quæ furfuribus & hordeo, præſertim in quo corticem non deglubueris, ineſt. nam iritant & detergunt nonnihil talia.

Braſsica.) Vel leuiter in ſimplici aqua decocta,uel ius illud ipſius primùm,
C cui nitroſam ſuam facultatem impreſſerit, oleo præſertim & pipere,garoq́ additis. Quod item in lente reſpondet,præterquàm quòd braſsicam minus decoquere decet. Id quod notat Celſus, dum ſubcrudam eſſe iubet.

Lactuca.) Aquea & humida, tenuiq́ ſubſtantia perfluit.

Anethum.) Anethum,naſturtium,ocymum, calida & tenuante ac diſſecant teui,in humoribus craſsis ac lentis dimouendis opem ferunt.

Vrtica.) Diſſecat,& pungendo quaſi urit, atq; ſollicitat inteſtina.

Portulaca.) Virtute ſimili,modoq́,ac lactuca ſubit. Atq; item blitum,ſpinachiaq́.

Radicula.) Sic fermè,ut de naſturtio atq; anetho fieri docui. Nec admodum diſcrepant,capparis,cepa,allium.

Malua.) Sua quadam uiſcida lubricitate facilè peſſumit.

Lapathum.) Rumicũ,quæ lapatha dicuntur,decocto olere aluus emollitur: his beta facultate propemodum par eſt. Diſcutiunt ſiquidem,ac tergent. Oxylapathum paulum etiam aſtringit,ſed ſemine multo potentius.

Aſpara-

Asparagus.) Olerũ asparagi, seu teneri illi coliculi, qui ad fructus seminisq; A
eruptionem iam propè inereuerũt, suis sunt plantis sicciores, brasicæ cyma
si duntaxat excipias. Eiusmodi sunt lactucæ, atriplicis, bliti, betæ, maluæ. A-
crium uerò stirpium, cõtrà est humidior asparagus, raphani, rapi, sinapis, na-
sturtij. Quæ sanè omnia in aqua feruefacta cum oleo garoq; & exigua aceti
addita portiuncula, quo sint suauiora, & stomacho gratiora, esitantur: quæ
tum quemadmodum capparim, oliuas, allium, aluum tergendi quadam fa-
cultate mouere, & appetentiam creare manifestum est. At asparagus pro-
priè dictus, in fruticosis plantis est: stomacho acceptus, & urinalis. Ac pau-
ci quidem alimenti, uerùm pluris tamen, quam ex olerum herbarumq; aspa
ragis percipi solet.

Cucurbita.) Lactucæ & portulacæ temperatione propè similis est: quomo
do & pepo, & cucumis, & cerasa, & mora, & persica, & pruna recentia. Quę
idcirco æstate tantum, & calidioribus uentriculis primæq; mensæ conueni-
unt, ut refrigerent, & minimo relicto uitio aluo discedant.

Ficus.) Recentes, maturæq; abstergendi ui minimè obscura pollẽt. Cuius
gratia è calculosis renibus arenulas plurimas propellunt, prætereaq; facilè
commeant, & corpus totum peruadunt. Arida uerò, quam caricam uocant,
incidendi extenuandiq; uim habet. Quo nomine & aluum stimulat ad ex-
cretionem, & renes expurgat. B

Vuæ recentes.) Facilè hæ quoq; descendunt, præcipueq; succulentæ ac dul
ces: & ni faciant, grauiter etiam lædunt.

Pingues.) Siue uuis, siue auibus connectis, lubrica sua molliciei pinguedo
in omnibus descensum iuuat: nisi si quando in summo stomachi orificio co
hærescat & innatet. Tum enim nauseam, fastidiumq; potius infert.

Minutæ aues.) Si quæ sunt minutæ pariter, teneræ que. Duriores enim fi-
xius hærent.

Cochleæ.) Habent hæ, atq; item omnes conchulæ, & ex marinis quæcũq;
testa seu mollicula, seu dura contecta sunt: non secus ac lenticula aut brasi-
ca, geminam naturam. Alteram succosam ac salsam, quæ in aquam qua co-
quuntur deponitur, eaq; est aluo citandæ appositissima. Alteram corpulen
tam & crassam, concretamq;, quæ tardè è diuerso permeat, & uentrẽ astrin-
git. Eoq; Celsus inquit, maximè ius earum: satis hoc ipso significans, uel so-
li iuri, uel carni, iuris natiui gratia eam uim insitam esse, hoc maiorem, quo
fuerit illud copiosius ac salsius.

Omnes teneri.) Teneritudinis & molliciei gratia, nec duriter hærent, nec
subsistunt.

Sepiarum atramentum.) nempe incidendi atq; detergendi sua potestate.

Caro pinguis.) Pinguia, nisi innatant ac fluctuant in summo uentriculo, fa-
cilè perlabuntur, quia lubrica: ita ut iurulẽta, quia liquida: elixa, quia humi- C
da: quinetiam aues quæ natant, ab aquis, in quibus degunt, aqueæ nonni-
hil naturæ induunt.

Mel crudum.) Quoniam sic acrius ac mordacius est.

Lac.) Concoctionis facilitate, & cum corpore humano molli congruen-
tia, & seri nomine. Quo quanto magis affluit, hoc perfluit citius.

Lactaria.) Simili propè ratione, atq; lac ipsum. Quare crasso è lacte crasio
ra lactaria esse, fixiusq; subsistere necesse est.

Mulsum.) Par huius ratio, ac uinorum omnium dulcium.

Aqua tenera.) Ipsa suo epitheto causam facilis descensus ostendit. Cætera
cur item faciant, non est obscurum ex superioribus intelligere. At tepida
non modò uentriculi uires exoluunt, sed etiam pinguium in morem in ipso
plerunq; fluctuant. Quamobrem dum pessum non eunt, nauseam ciere, &
uomitionem prouocare sunt magis idonea.

Quæ res

Quæ res aluum astringant. Cap. XXX.

A Contrà astringunt, panis ex siligine, uel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si ustus est, intenditurq; uis eius etiã si bis coquitur. Pulticula uel ex alica, uel ex panico, uel ex milio: itemq; ex ijsdem sorbitio, & magis si hæc antè fricta sunt. Lenticula, cui uel beta, uel intubus, uel ambubeia, uel plantago adiecta est: magisq; etiã, si illa antè fricta est: per se etiam intubus, uel ex plantagine, uel ambubeia fricta, minuta olera, brassica bis decocta, dura oua, magisq; si assa sunt, minutæ aues, merula, palumbus, magisq; si in posca decoctus est, graues oẽs aues, quæ magis currunt quàm uolant, lepus, caprea, iecur ex his quæ sæuum habent, maximeq; bubulum, ac sæuum ipsum: caseus, qui uehementior uetustate fit, uel ea mutatione quam in caseo transmarino uidemus, aut si recẽs est ex melle, mulso' ue decoctus. Item mel coctum, pira immatura, sorba, magisq; ea quæ torminalia uocantur, mala cydonia, & punica, oleæ uel albæ, uel præmaturæ, myrta, palmulæ, purpuræ, mu-
B rices, uinum resinatum uel asperum, item meracum, acetum, mulsum quod inferbuit, item defrutũ, passum, aqua uel tepida, uel præfrigida, dura, id est, ea quæ tardè putrescit, ideoq; pluuia potissimum: omnia dura, macra, austera, aspera, tosta: & in eadem carne, assa potius quàm elixa.

ENARRATIO.

Contrà astringunt.) Fortissimè ea astringunt, quæ sunt acerbissima: deinde austera, tum arida duraq;, posthæc uiscida. postremò crassa: quorũ quo plura in eandem rem incidunt, hoc ea res firmius aluum continet. Non quòd propriè hæc astringant omnia: id enim acerbis atq; austeris tantum imponi potest: sed quòd fluxioni repugnent. Quippe quæ uel ariditate, duritiaq;, uel lentore aut crassitie, lenta, pigra, fixaq; reddantur.

Panis ex siligine.) Crassitie & lentore siligo similaq; subsistunt, præsertim si fermenti acrimonia nulla incitetur: magisq; etiam si ustione, aut repetita coctione sicciora sint reddita.

Pulticula ex alica.) Alica siligini facultate respondet: panicum & milium ab ariditate quadam penè arenosã pigritiem sunt consecuta. Quam, si ipsa frigas, etiam intendetis.

C *Lenticula.*) Toto quidem corpore, sed cortice præcipuè, magis' que etiam fricta, astringit atque exiccat. Maximè uerò, si bis etiam, pluries' ue, priore aqua diffusa, recoquas. Cui si betam, aut salis parum, aut gari addas, moderatior efficitur, & pharmacum pariter & edulium fit longè iucundissimũ, idemq; utilissimum, præcipuè si quippiam præterea ex firmantibus leuiter aluum adijcias: ut plantaginem, intubum, ambubeiam, quod cichorium nominamus. Pugnantibus siquidem, ac contrarijs uiribus hæc constant: beta, garo, intybo pessum euntibus, & incidendi ui præditis: lente & plantagine aluum prementibus. Quanquã & intubis, & ambubeis exigua quedam, & maior ijsdem frictis astringendi uirtus est addita. Lentem cum beta Heraclides Tarentinus teutlophacẽ nominauit, & in omni ualetudine frequenter usurpauit, propter mediocritatem quæ ex contrarijs hisce nascitur. Simili autem artificio modoq; lenti ptisanam commiscueris.

Minuta olera.) Non magnopere olerum humilitatem ac formam huc pertinere puto: sed quo sapore, qua' que ui sint prædita, multum solumq; refer-

re arbitror. Nam si astringunt, huc conferũt: sin minus, aliena sunt.

Brassica.) Simili artificio & coquẽdi ratione, atq; lẽticula, fit astringentior. A

Dura omnia.) Crassitie & duritia, quam uel firmius cocta, uel assa induunt, stringendi ui locupletantur.

Minutæ aues.) Duritie quadam atque siccitate tardè redduntur. Quod an item in merula culpes, nescio: quam secundum turdum, summè dulcem deli catamq; pleriq; existimãt. Palumbi caro magis astringit, magisq; etiam si in posca decoquas. Quę eodem pacto, oua, panẽ, mulraq; alia reddit arentiora.

Grus.) Fibrosa & dura carne immoratur. Id quod in grauibus plerisq; aui bus item offendas. Quo fané nomine, non quia currunt, magis quàm uolãt, uentrem potissimum refrenant.

Lepus, caprea.) Adde etiam similem omnem, non modò uenationẽ, sed etiã carnem, quæ ariditate duritieq; sua pressiorẽ hebetioremq; aluum faciunt.

Iecur.) Crassitiem hic quoq; accuses licet, præsertim in bubulo, & seuum habentibus animantibus: propterea quòd sit in his etiam crassius sicciusq; temperamentum. Sunt autem talia, quæ altera tantum parte dentata sunt, ut ouis, capra: si quæ est in hisce Aristoteli habenda fides. Nam adipe pinguescunt, quæ utrinq; sunt dentata, ut sus, e quus: ab adipe autem seuum differt, primùm quòd hoc frigore concrescat ac duret, adipe manente liquida: tum quòd adeps inter carnem cutemq; adolescat, in fine uerò carnis seuum. O- B mentum prætereà in adipe pinguentibus adiposum atq; humidius, in seuo præditis seuosum est, & siccius. Quamobrem ut seuum adipe firmius est, & crassius: ita iecur quoque, & cor, & renes, & cerebrum, & lien, in seuosis animantibus, quàm adiposis, crassiora sunt, aridioraq;.

Caseus.) Ariditatem & crassitiem uetustate maiorẽ caseus omnis accipit, æquè ac transmarinus. Quibus efficitur, ut tum placentæ, tum lagana, tum denique alia omnia quæ ex caseo & lacte similaq; parantur, ingẽte crassitie & uiscīditate uentrem cõstipent. Melleq;, si quod addatur, aut mulso, nisi ẽ crasso & astringente uino, nihil huc conferente, contrarium prorsus operentur, præsertim si mel quoq; crudius sit: ut aliàs tradidimus.

Mel coctum.) Coquendo melli acrimonia detrahitur: quæ aluum citare, & alimenti uirtutem minuere est solita.

Pyra immatura.) Quia sunt uel austeriora, uel acerbiora, maturis paulatim dulcescentibus.

Sorba.) Astringendi uim obtinẽt, sed mespilis inferiorem. Quæ colorem luteum prius referunt, quàm maturescant, dissecta, & sole siccata manduntur, ut aluum sistant: ea ego puto torminalia nuncupata esse, quoniam torminibus ac dysenterijs premendis conueniant.

Mala cidonia.) Quia astringunt præcipua quadam ui: ijs proxima sunt punica, sed austera maximè. Nam dulcia minus huc opitulantur. Acidaq; his C magis: mesa, mediaq;, mediam naturam possident.

Oleæ.) Quæ plus astrictionis præ se ferunt, huc sunt conuenientiores.

Myrta.) Ita myrti fructum nominãt, rem nullius alimenti, sed abundè uentrem coercentem: at ita, ut acrimoniã quandam permistam includat. Quam si coquendo, assando, aut macerando detrahas, paululum corpus alere incipiunt: ut in cepis & porro, alijsq; plurimis usuuenit.

Palmulæ.) Astringendi uirtute quadam palmulas omnes præstare, alibi docuimus.

Purpuræ.) Corpora eorum omnium quæ testa, seu tenui, seu dura crassaq; cõteguntur, præsertim si aliquoties mutata aqua decoquantur, quemadmodum de lenticula & brassica diximus; aluum crassa quadam & terrestri facultate supprimunt.

Vinum.) Vinum uel austerũ, uel acerbũ, quæ Celso aspera dicuntur, & nigrum item citra dulcedinem, aut album pariter & austerum, aut simul fuluũ, simul

A simul austerum, communi omnium austerorum lege ac ratione uentrē substringunt. Meracum uerò nō item omne. Nec enim dulce, nec acre, nec amarum, quatenus certè sit tale, aluum supprimit.

Acetum.) Ventrē purū sistit: crasso humore aut bile crassa oppresſū, deijcit.

Mulsum quod inferbuit.) Sapā à defruto hac periphrasi separare uidetur, etsi è mulsō quod inferbuit, fiūt utraq;. Quæ crassitie quadam lentiora tardioraq; reddi, non eo inficias, & astringentiora quoq;, si è uino duntaxat astringente compararentur. E dulci nanq; minus idem præstare sunt apta. Passum quoq; crassitiei potisimū nomine, si quo possim ipsū alio, huc repono. Nā & Dioscorides hæc omnia astringere, & pulsus reuocare profitetur. Ne nouus hic error aut solius nostri Celsi, qui & Mauros plerosq; decepit, fuisse credatur.

Aqua uel tepida.) Tepore magis languefacit & dissoluit, quàm uel roboret, uel astringat: feruore itaq; potius firmari uentrem crediderim, aut frigore, utraque re manifestè astringente, modò ut ne intemperiem etiam magnam accersant: unde uires mox præcipitentur ac resoluantur.

Dura.) Duram aquam, tardeq; putrescentem facilè recipio. Pluuiam non perinde admitto. Non quin astringat cęteris dulcibus atq; insipidis fortasis magis, sed quia biliosa, minimeq; dura, & putredini nimis q̃ est obnoxia: ex qua tamē, posteaquā ad genuinam integritatem redierit, duriorem eam

B reddi non eo inficias. Prudenter idcirco huius astrictione utendum est, ut ne quęsita uirtute, uitium multo maius accersamus.

Omnia dura, macra.) Nihil est necesse his causam ac rationē attexere. Quando eam ipsa uel per se ostendant, uel ex superioribus clarisimè recipiant.

Quæ res urinam mouent. Cap. XXXI.

VRinam aūt mouent, quæcunq; in horto nascētia boni odoris sunt: ut apiū, ruta, anethū, ocymū, menta, hyssopum, anesum, coriandrum, nasturtiū, eruca, fœniculum. Præter hæc asparagus, capparis, nepeta, thymū, satureia, lapsana, pastinaca, magisq; agrestis, radicula, siser, cepa. Ex uenatione maximè lepus, uinum tenue, piper & rotundum & longum, sinapi, absynthium, nuclei pinei.

ENARRATIO.

Vrinam autem mouent.) Diuretica, urinamq; citantia propriè dicuntur, quæcunq; ualidè reficcando calfaciunt, quæq; acria sunt & nominantur: ut calaminta, pulegium, sabina, rubia, abrotanum, semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, smyrnij, meon, asaron, phu, acorus, seseli, ammi, cæteraq; similia omnia. Minus autem propriè diuretica appellantur, partim ea quæ moderatè

C tantummodo calfaciunt citra deſiccationem, cuiusmodi et lac generare sunt apta: ut fœniculum, anethum, anisum, lini semen, cuminum, eruca uiridis, cucumeris semen: partim quæ menses prouocare sunt solita, quæq; efficaciter calefaciunt, non tamen ualenter unà exiccant: qualia sunt costus, casia, cinamomum, aristolochia, bunium, & quæcunq; in diureticis exiccata, aut suo semine reperiuntur, ea uirentia huc pertinere possunt. Nihil præter hæc addi à nobis in hoc capite magnopere necesse est: quando ex his quamlibet paucis, non modò quæ Celsus memorat, sed quæcunq; quispiam adijcere posit, cur talia sint, aut habeantur, cognosci ac perspici potest. Nam boni odoris platas omnes, easdem esse calidas, ne meminisse quidem ualde interest. Atq; id quidem multo minus, satiuis agrestia semper esse & ſicciora, & ualentiora: ut pastinacam agrestem hortensi, & apio hortensi agreste, & rutam item ruta, erucamq; eruca. Quin & semina suis esse stirpibus in istis siccantiora. Quæ quisquis animaduerterit, facilè diuretica omnia propriè impropriéq; dicta dignoscet.

Quæ res somnum moueant, aut sensus excitent. Cap. XXXII.

Somno uerò aptũ est papauer, lactuca, maximéq; æstiua, cuius A cauliculus iam lacte repletus est, morũ, porrũ. Sensus excitant nepetá, thymũ, satureia, hyssopũ, pręcipueq; pulegiũ, ruta & cepa.

ENARRATIO.

Somno uerò aptum est.) Somnus cõciliatur uel cerebri frigore, uel humiditate, uel utrisq;: frigore, ut à semine papaueris: humiditate, ut in uino sepultis: utrisq;, ut à lactucis. Talia itaq; sint oportet, quibus somnum accersas, ut uel frigore, uel humore, uel ambobus antecellant. In quibus si modus nõ seruetur, tam propè est ut mortẽ inferant, quàm est somnus morti uicinitate coniunctus. Hesiodus fratrẽ germanum appellare nõ dubitauit. Cautè eam ob rem, ac prudenter his rebus utendum est, ut ne pro quiete uitaq; petita, mortem ac interitũ inducamus. Sunt nanq; non omnia paribus uiribus prædita, sed pro uincẽtibus, quas diximus modò, qualitatibus, plus minus formidanda. Nec enim in lactuca tantum metus; quantũ in papaueris semine subest. Nec huic, quantũ eiusdem suæ stirpis cortici: nec cortici huius, quantũ hyoscyami inhęret. Plus quoq; in papaueris, præsertim nigri succo, q̃d meconiũ uocant, formidinis inest: amplius quoq; in cicuta atq; opio. Sed de his iam B nõ est dicendi locus, quãdoquidem in esculentis rebus ac poculentis tantũ, Celsi hæc omnis doctrina consumitur. qualia sunt, quæ sub iusta quantitate corpus dulci quiete imbuunt: non graui frigore aut humore hominẽ quasi sepeliunt. Nam immoderatè quoq; si ista assumerentur, uitæ manus iniicere possint. Sic papaueris candidi semen, quia cum sua frigiditate siccius moderatiusq; percipitur, sæpe panibus, sæpe melli, sæpe bellarijs, alijsq; rebus misceri solitũ est. Sic lactuca calorẽ ac bilem reprimere, & quietem suauẽ corpori cõparare, diebus æstiuis inter primas epulas omnibus seculis percepta est: frigore & humore fermè pariter atque lactuca, mora, & dulcia cerasa, & persica, & cucumeres, & cucurbitæ, similiáq; facere cõsueuerunt. Quod aũt porrum his, quasi somno aptũ, attexitur, ab usu & ratione alienũ est. Quietẽ siquidẽ magis turbat, & somniũ tumultuosũ parit. Quod nihilo magis somnum cõciliare est, quam si Antoniũ reip. turbatorẽ, remp. constituere dicas. Est certè porrum caloris & acrimoniæ uehementis particeps: quo nomine tam extenuandi incidendiq; ui pollet, quàm somno inuitando ineptum est.

Sensus excitant nepeta.) Somno uigilia contraria est. Quare quod sensus excitet, quietem creanti repugnet necesse est. Si itaq; somnus in frigore est, & humore positus: uigilia in calore & siccitate consistet. Calfaciunt porrò, & exiccant, nepeta, thymum, satureia, hyssopum, præcipueq; pulegiũ, ruta, cepa, castorium, sinapi, piper, pyrethrum, & eius generis omnia alia. Acetum quoq; magna ui in hoc incumbit, non frigore quidem, quo secundum est: C sed siccitate singulari, & acrimonia, partiumq; tenuitate. Cepa uerò, si quis plus æquo in ualetudine aduersa ipsa uescatur, uel cocta, lethargicum facit.

Quæ res corpus aut erodant, aut reprimant, aut refrigerent, aut calefaciant, aut durent, aut emolliant. Cap. XXXIII.

Erodere uerò materiam multa admodũ possunt: sed ea quæ ex peregrinis medicamentis maximè cõstant, alijsq; magis, q̃ quibus ratione uictus succurritur, opitulantur, in præsentia differã. Ponam ea uerò, quæ prompta, & his morbis (de quibus protinus dicturus sum) apta corpus erodunt, & sic ex eo quod mali est extrahunt. Habent aũt hanc facultatẽ semina erucæ, nasturtij, radiculæ, præcipuè tamen omniũ sinapi. Salis quoq; & fici eadẽ uis est. Leniter uerò simul & reprimunt & molliunt, lana succida, ex aceto uel uino,

uino, cui oleũ adiectũ eſt, cõtritæ palmulæ, furfures in ſalſa aqua, uel aceto decocti. At ſimul reprimũt, & refrigerãt, herba muralis,
A parthenîũ uel perdicium appellãt, ſerpillũ, pulegiũ, ocymũ, herba ſanguinalis, quã Græci πολύγονον uocant, portulaca, papaueris folia, capreoliꝗ uitiũ, coriãdri folia, hyoſcyamũ, muſcus, ſiſer, apiũ, ſolanũ, quam στρύχνον Græci uocãt, braſſicæ folia, intubus, plãtago, fœni culi ſemẽ, cõtrita pyra uel mala, pꝛęcipueꝗ cydonia, lenticula, aqua frigida, maximeꝗ pluuialis, uinum, acetũ: et ex horũ aliquo magis, madens uel panis, uel farina, uel ſpongia, uel cinis, uel lana ſuccida, uel etiã linteolũ, creta cimolia, gypſum, melinũ, myrteũ, roſa, acerbum oleũ, uerbenarũ contuſa cũ teneris caulibus folia: cuius generis ſunt olea, cupreſſus, myrtus, lentiſcus, tamaris, liguſtrũ, roſa, rubus, laurus, hedera, punicũ malũ. Sine frigore aũt reprimũt cocta cydonia, malicoriũ, aqua calida, in qua uerbenæ coctæ ſunt, quas ſuprà propoſui, puluis uel ex fece uini, uel ex myrti folijs, amarę nuces. Calefacit uerò ex qualibet farina cataplaſma, ſiue ex tritici, ſiue
B ex farris, ſiue hordei, ſiue erui, uel lolij, uel milij, uel panici, uel lenticulæ, uel fabæ, uel lupini, uel lini, uel fœnigræci, ubi ea deferbuit, calidaꝗ impoſita eſt. Valentior tamẽ ad id omnis farina eſt ex mulſo, quàm ex aqua, cocta. Præterea cyprinũ, irinũ, medulla, adeps ex felle iũcta oleo, magisꝗ ſi uetus eſt, ſal, nitrũ, git, piper, quinquefoliũ, ferèꝗ quæ uehementer & reprimũt, & refrigerãt. Durant quæ calefaciunt, & digerũt, & emolliunt. Præcipueꝗ ad emolliendum poteſt cataplaſma ex lini, uel fœni græci ſemine. His autem omnibus & ſimplicibus & permixtis uariè medici utunt, ut magis quid quiſꝗ perſuaſerit, ſibi appareat, quàm quid euidenter cõpererit.

ENARRATIO.

Habent aũt hanc facultatẽ.) Dicta traditaꝗ ſunt hactenus ea ferè omnia auxilia, quib. generatim uel demitur aliquid corpori, uel adijcitur. Nunc uno, nouiſsimoꝗ hoc capite breuiter exponent reliqua omnia, quæ capite octauo ad morborũ curationes cõmunes neceſſaria eſſe Celſus ꝓpoſuit. Ea aũt fuerũt quæ euocãt aut reprimũt, quæ refrigerãt aut calefaciũt, quæ durãt aut emolliũt. Verùm neſcio quo pacto factũ ſit, ut nuſꝗ breuius res tractatę, nuſ
C quam cõfuſius perturbatæ, nuſꝗ deniꝗ uanius, pluribusꝗ erroribus perfuſæ inueniant. Id q̃d nos in tranſcurſu & obiter paucisꝗ deſignaſſe, ſatis forè putabimus: fontes enim unde quæꝗ dimanarũt, quoad memoria ſuppeteret, indicare, & obſcura addita pauca luce aperire atꝗ illuſtrare, & uana falſaꝗ ob oculos ponere, hoc opere tantũ ſuſcepimus. Quæ itaꝗ acria ſunt, extremoꝗ ordine calent, quæꝗ tenuitate quadam partiũ ſunt pręedita, ea foris corpori impoſita, calefaciunt, erodunt, ulcerant, ruborẽ tumoremꝗ euocato ſanguine excitant. Cuiuſmodi ſunt eruca, naſturtium, cepa, ſinapi, ruta, ſal, ficus. Ea ἐπισπαστικὰ, aut ἑλκτικὰ Græci uocant. Etſi euocant minus quàm uel pleraꝗ peregrina ſponte ſua nata, uel è putrefactione quædam genita.

Leniter uerò ſimul & reprimunt.) Quę reprimũt, facultate cum euocantibus ex aduerſo pugnant. Eaꝗ frigore, aut aſtringendi ui præſtant: ac partium craſſitie accedente fiunt fortiora. Quæ ſolo reprimunt frigore, & molli tantum, aqueaꝗ natura præpollent, Græcè πυκνωτικὰ, Latineꝗ denſantia medici uocant, ſunt, aqua frigida, ſemperuiuũ, portulaca, tribulus uiridis, pſylliũ, herba quã muris aurẽ nominãt, lenticula paluſtris: etſi, quàm ſunt alia frigida, citra

astrictionem. Adde his mandragorã, cicutam, altercã, papauer, dummodo A
quis herbis istis modicè utatur. Aliàs enim stupefaciũt, aut si quis illis pluri mum utatur, etiã enecant. At ea quæ nõ modò cõtrahunt atq; cõdensant, uti illa quæ modò scripsimus: uerumetiã astringũt, cogunt, roborant, exiccãt, & partium demũq; quandam habent crasitiẽ, στυφωδικὰ uocant Græci: qualia sunt acerba austeraq; omnia, ut sorba, mespila, corna, pyra syluestria.

Molliunt.) Mollia duris aduersantur. Durescũt porrò res oẽs uel siccitate, quas humectando mollieris: uel cõgelatione ac frigore, quas calore solueris: uel plenitate ac tensiõne, quas inaniendo exhauseris: uel deniq; copulatis hisce binis, quas uiribus geminis contrarijs liberaueris. Durities magna, aut ualde tumida, uix è bile fieri potest: certè nisi è crassa, aut neutiquàm simplici. E' sanguine phlegmone, è pituita aut flatu œdema: ex crasso aut lento humore, frigidoq;, scirrhus. Quorum suũ cuiq; quo detumescat et exhauriatur, cõtrarium adaptatũ est. Phlegmone siue inflammatio primùm subnascens, repellentibus, augescẽs mixtis, cum ijs quæ reprimũt paucis digerentibus. Consistẽs, paribus ambobus. Desinens, solis digerentibus. Oedema premitur initiò: deinde plusculum paulatim calefacientibus & exiccantibus exoluitur. Scirrhus magis moderatè idem efficientibus eximitur. Quæ sunt accuratè animaduertenda, ut unicuiq; uitio pro ipsius ingenio curationem ex re opposita adhibeamus. Quæ itaq; Celsus reprimere leniter, atq; molli- B
re dicit, neq; per initia, neq; per exitus morborũ conueniũt, nec per augmentum uigorem'ne similiter, nec uitijs æqualiter omnibus accõmodantur. Vigor utraq; paria poscit, pellentiũ plus incrementũ. Sicca durities humorem, frigida calorem: plena quod dissipet, crassa quod emolliat, requirit. Celsus maiore'ne temporum, an sua propè dixerim ignorantia haud scio, sic ramen hæc omnia inuoluit, ut nõ facilè alibi plus perplexitatis, & intricatæ obscuritatis in ipso inuenias: siue id temporũ interuallis barbarissimis, siue priscorum medicorũ ruditati, siue Celsi ad alia properantis, aut ab alijs qualiacũq; transscribentis errori, atq; credulitati imputare malumus. Nos, quando res est quæ paucis uerbis tota explicari nequeat, magnã operam in ea cõsumere, ut paulo antè monui, in animũ non induximus. Paucissimis, quoad fieri poterit, summa quæq; tantum delibabimus. Lana itaq; succida ex aceto aut uino tenui, & subaustero, cui oleum adiectum est, digerit, roborat, & dolores lenit: tumori phlegmatis participi, aut œdematoso congruit, si quidem oleum sit calorificum. Nam omphacinum aut refrigerans seu bili, seu sanguini tumefacienti magis est opportunũ: præterquàm post principium, quum moderatè leniens & emolliens, cum repellentibus competit. Contritæ uerò palmulæ pro dulcedinis & acerbitatis modo, plus minus, quamuis faciant oẽs utrunq;, digerunt, reprimũt ue. Et habent quiddã emplasticũ, puri mouendo accõmodatũ. Ceterùm furfures in aqua salsa aut aceto decocti, biliosis tumoribus, & œdematibus quibusdã ex tenui pituita natis conueniunt. C

At simul reprimunt & refrigerant.) Quæ reprimunt, duũm sunt generum. Alia nanque calent, alia frigent: calent autem, nardi spica, cinamomum, absinthium, garyophylli, calamus aromaticus, xilaloe, thus, masticheman, mãna, aloe, myrrha, iris, gentiana, aristolochia, helenium, saluia, thymum, origanum, rosmarinus, peonia, anisum, ammi, cuminum, nasturtium, hœdi aut leporis coagulum. At frigent hyoscyamus, portulaca, lenticula palustris, psyllium, semperuiuũ, cichorium, polygonũ, lactuca, Veneris umbilicus, oxalis, uiolaria, cucurbita, atriplex, solanũ. Sed hæc nõ ita astringunt, propterea quòd sint humidiora. Astringũt aũt efficacius, uitis capreoli, arnoglossum, rubus, myrthus, balaustium, malicoriũ, rosa sicca, corna, sorba, mespila, galla, rhus, berberis, acacia, hypocystis, terra sigillata, hæmatites, salix, coriandrum in aceto maceratum, carabe, caphura, corallus, margarita, cornu ceruinum, cæteraq; similia, quæ initiò phlegmones & erisypelatibus sunt idonea, & quo-

ties uiti ratio robur aut astrictionem, repulsionem'ue fortiorem requirit.

Herba muralis.) Vulgò à parietibus, quibus accrescere gaudet, parietaria dicitur. folia refrigerādi, spissandiq́, cum astrictione atq́ humiditate quadā copulatā habent, qua phlegmonas & herpetes inchoantes crescentesq́ sanāt.

Serpillum.) Nihil penè perdicio dissimilius, quippe quod usqueadeò calefacit, ut & menses & urinas moueat, gustatu multum acre.

Pulegium.) Serpillo non absimile est. acre nanq́ est, & subamarum, & tam excalfacit, ut rubrificet: & si quis diutius toleret, exulceret quoq́. Tam porrò extenuat, ut humida & crassa lentaq́ è thorace & pulmone excreatu facilia faciat, mensesq́ moueat. Nihil refrigerantibus & reprimentibus magis aduersari potest.

Ocymum.) Calidum est ordine secundo, & humiditatem quandam habet excrementitiam, cuius gratia inimicum est stomacho, & ægrè conficitur, & praui est succi. Extrinsecus illitum discutit & concoquit. Quare ne huc quidem aptè appositum est.

Herba sanguinalis.) Duo eius traduntur genera. Vtrunq́ astringēdi & spissandi refrigerandiq́ natura est præditum, sed humiditas in secundo ordine frigori præpollet: herpetum, erisypelatum, ulcerum, phlegmonarum, cruentorum uulnerum, aptum remedium.

B *Portulaca.*) Humida secundo est ordine, & frigida tertio, glutinosaq́, paucæ particeps austeritatis: fluxiones idcirco repellit, & maximè biliosas, calidasq́: æstum foris intusq́ temperat.

Papauer.) Refrigerantem habet facultatem, sed syluestre satiuo candidoq́ maiorem, & præcipuè quod oblongiorem calicem habet, ac procerius squalidiusq́ cæteris crescit.

Vitium capreoli.) Frigefaciunt non ignauiter.

Coriandri folia.) Refrigerare etiam Dioscorides tradit: ideoq́ cum polenta aut pane ignibus sacris, & ulceribus quæ serpunt mederi, additisq́ aliis inflammationes emendare. At Galenus ea omnia doctè refellit, amaræ & incidētis, humidæq́ facultatis, cum pauca astrictione, coriandrum participem esse ostendens.

Hyoscyamum.) Cui semen atrum est, id insaniam ac soporē adfert. Cui flauum, propinquam illi facultatem obtinet. Neutro utendum, quippe deleterio ac uenenoso. At cui semen ac flos candidus est, ex tertio refrigerantium ordine, & medicis utilis est.

Muscus.) Vim habet astringendi inualidam, utpote mediis uicinus, & digerendi molliendiq́ uirtutis particeps.

Siser.) De eo dictū est suprà. Calefacit eñ secūdo gradu, et amaritudinē quādam cum leuicula astrictione possidet. Parū aptū ad refrigerantiū catalogū.

C *Apium.*) Ita calet, ut urinas & menses prouocet, & flatus discutiat, sed seminè magis. Ineptum itaq́ hoc loco etiam, quàm siser, magis.

Solanum.) Hortense astringit & refrigerat ordine secundo: halicacabum foliorum facultate huic simile est, quæ huic loco congruunt. Nam hypnoticum ac manicum solum frigidiora omnino sunt.

Brassicæ folia.) Resiccant, & amaritudinis nonnihil atq́ acrimoniæ habēt, magisq́ agrestis. Vlcera glutinant, & maligna ulcera sanant, phlegmonas induratas, & erisypelata & herpetes magno beneficio afficiunt: habent & quiddam abstersorium, quo lepras curant.

Intubus.) Dictum est de hoc, & eius formis, superius.

Plantago.) Habet quiddam aqueum frigidum, haber & austerū quiddam. Refrigerat & exiccat secundo à mediis ordine.

Fœniculi semen.) Calefacit tertio à mediis excessu, siccat primo. Vrinas mensesq́ ciet: hippomarathrum & radice, & semine potentius est. Neutrum astringit, nec huic loco competit.

Contrita

Contrita pyra.) Pyrorum fatiuorum pars una est terrea, altera aquea: cæterùm utraq; frigida, tertia tēperata. Stomacho idcirco grata sunt, & sitim arcent. Illita desiccant, & modicè refrigerant. At syluestria magis astringunt, & exiccant: ut iam maiora uulnera glutinent, fluxionesq; repellant. A

Vel mala.) Si ea modò sint astringentia, qualia præter cydonia multa sunt.

Lenticula.) Quid cortice, quid toto corpore ualeat, supra traditum est.

Aqua frigida.) Frigoris nomine densat & repellit. Pluuia etiam stringit, reprimitq;.

Vinum.) Nō profectò omne, sed uel austeritatis, uel acerbitatis particeps.

Acetum.) Frigore ac siccitate, cum partium tenuitate coniunctis, ualidè exiccat & repellit.

Ex horum aliquo.) Panis, farina, cinis, spongia, linteum, similiaq;, quia aquā, uinum, acetum minus diffluere sinunt, plus faciunt. Seruant enim facultatem, & substantiam liquidorum, ne præterlabatur, cohibent. Deinde operantur ipsa quippiam, sed diuersum. Panis ac farina pro frumenti ac seminis genere, unde constant. E' tritico emplastica sunt, & molli calore dolorē mitigāt. Ex hordeo & fabis, magis abstergunt. Spongia si noua est, exiccat & repellit: si uetus, lotione idonea talis efficitur. Cinis siccat etiam magis, & acredine quadam nonnunquam digerit, tenuatq;. E' materia astringente, ut quercu, astringit: ex acri, ut ficu, fit acrior, & abstergit. Lana succida mollit, coquit, dolorem sedat. Linteum rursus exiccat. B

Creta cimolia.) Mixtę est facultatis. Partim enim refrigerat, partim digerit, sed leuiter. Cum astringentibus unà astringit, cum digerentibus digerit.

Gypsum.) Arefacit, & est emplasticum, ac reprimit, maximè si maceretur oxycrato, magisq; etiam si prius aduratur.

Melinum.) Vi cidoniorum, è quibus conficitur melinū, astringit et roborat.

Myrteum.) Astringit quantum cidoniorum, & exiccat potentius.

Rosa.) Rosam pro oleo rosato sine odoramentis, appellare solet: quorum si quid immiscetur, unguentum rosaceum iam nominatur. Illa igitur repellit, coquit, digerit.

Acerbum oleum.) Vel ipsum suo epitheto facultatem genuinam designat. Acerba enim omnia uehementer astringunt. Dicitur etiam hoc ipsum omphacinum, quia ex immaturis oliuis paratur.

Verbenarum contusa.) Admodum siccant, & astringunt.

Olea.) Quantum habet astrictionis, tantæ est frigiditatis particeps.

Cupressus.) Plurimum habet acerbitatis: deinde amaritudinis, tum leuem acrimoniam. Eoq; in duris corporibus magna glutinat ulcera.

Myrtus.) Vincit in ea frigidum terreum. uerùm habet & quiddam tenue calidum. Valenter itaq; desiccat & restringit.

Lentiscus.) In calore frigoreq; temperatus, secundo ordine, aut incipiente tertio siccat, moderateq; astringit. C

Tamarix.) Abstergit & incidit, absque eo ut manifestè desiccet, astringitq; nonnihil. Cortex & fructus etiam plurimum, cum quadam abstersione.

Ligustrum.) Folia reprimentem facultatem obtinent.

Rosa.) Aquea substantia, & astringendi amaraq; composita est: flos magis astringit, & exiccat.

Rubus.) Euidenter astringit, sed fructus immaturior, & folia germinà que adultiora manifestius.

Laurus.) Acris est & subamara, multumq; à superioribus diuersa. Vrinas ac menses prorìtat.

Hædera.) Astringit, & acris est: & aqueam præterea tepiditatem, si uiret, admixtam habet. Succus & lachryma ualde calent.

Punicum malum.) Cortice ualenter astringit: sed & acinis succoq;, si quando austeritate participant.

A *Sine frigore reprimunt.*) Eiusmodi quæ sint, nos paulo antè pleraq; enumerauimus. Certè cydonia mitescunt nonnihil, & quasi coquendo maturescunt. Malicorium cortex est punici, quod frigore omnino non destitui, acerbitas indicio est. At aqua calida si tepet, nihil ea minus reprimit. Si feruet, feruore, nō suapte natura, cogit, stringitq;. Si uerbenas incoquas uerbenarum, id nomini acceptum ferri, ut si astringētia alia similiter incoxeris, debet. Vini fex, à fece, pro uini, cuius fex sit, multum differt uariatq;. De myrto iam dictū est. Verùm amaræ nuces, quatenus tales sunt, nullæ reprimere possunt. Iuglandes dum uirescunt, nonnihil astrictionis habent.

Calefacit.) Farinę tot genera sunt, & tam diuersa, quot & quàm uaria semínum sunt, unde conficiuntur. Quare quo farinarum uirtus & discrimina cognoscantur, quorum sint seminum, animaduertendum est. Quòd autem ex mulso quàm ex aqua coctæ magis caleant, nihil dici uerius, aut clarius potest: nec ratio obscura est.

Cyprinum.) De alkanna oleū, Afri uocant, modicè astringit, & myrteo magis calefacit. Irinum uerò terget, tenuat, digerit, coquit.

Medulla.) Induratos tumores emollit. Optima ceruina, tum uitulina: hircorum & taurorum acrior est, & aridior.

Adeps.) Temperaturæ eorum animātium, unde eximitur, semper respon
B det, in hoc ut plus minus uirtutis humectantis & calfacientis habeat: suillus humectior est, minusq; calefacit. Taurinus multo est suillo calidior siccior'que, sed quàm leoninus multo inferius. Rursus caprarum minus quàm hircinus, uti & hœdinus minus quàm caprarum, ac uitulinus quàm taurinus.

Fel.) Amaritudine præcellit & calet eo magis minus'ue, quo è frigidioribus aut calidioribus animalibus sumitur. Mitissimum è piscibus, acerrimum è rapacibus.

Magisq; si uetus.) Vinum, mel, acetum, fermentum, butyrum, hyssopum, oleum omne, uetustate & calidius & tenuioris substantiæ redditur. Cæterùm gith quale sit, aut piper, gustatu summè calere notum est. Pentaphylli radix ad tertium usq; ordinem exiccat, minimum acris, aut calida, aut mordax. Cętera quod ueri, quid'ue falsi contineant, è superioribus intelligi facilè licebit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

GVLIELMVS PANTINVS MEDIcinæ artis studioso Lectori S. P.

Nnotationes breues eas quidem, & minutas, sed de mendis & er- A
roribus haudquaquam paucis atque exiguis institutas, quas partim
abs neotericorum doctissimorum monumentis desumpsimus, par-
timq; nostro studio & obseruatione congessimus, ita, quisquis uete-
ris & explicatæ absolutæq; Medicinæ cultor es & indagator nec rancidus, nec
inuidiosus, quasi longæ eæ sint, nec minutæ, capias uelim. Sin uerò non ita existi-
mare potes, neque arbitrari: talia quæ appareant, seu nostra, seu tua ea sint, tan-
dem edito: quo & Celsus nitidus demum ac planus integerq; circumferatur, &
uetus omnis optimaq; Medicina in debitam laudem, meritamq; sedem atq; agni-
tionem adferatur. Huc enim pro nostris uiribus nobis est connitendum. Huc te cu-
pide & eruditos omnes, Philiatre, dum hæc commentamur, inuitamus. Huc pu-
blica omnium mortalium utilitas impellit atque sollicitat. Certè ea omnia, qualia-
cunque in Celsum à nobis scripta sunt atque annotata, quòd à Caroli v. Imperato- B
ris Augustissimi, medicis optimis atque præstantissimis, D. Cornelio Barsdorpio
& Andrea Vesalio probata aliquo pacto sint: eadem cæteris bonis quoq; ac can-
didis, qui duntaxat quid consilij nobis in hisce propositũ fuerit, ut nostris nempe
per hæc studijs, aliorumq; nonnihil succurreremus, id quod plenius alibi sumus
testati, haud ignorauerint, omnino atq; undequaq; non improbatum
iri confidimus: in quorũ ego sententijs, aliorum repudiato
iudicio, libenter nunc acquiescam. Vale: Bru-
gis, pridie assumptæ Mariæ,
M. D. LI.

AVRELII

A AVRELII CORNELII CELSI *Liber Tertius.*

De morborum generibus. Cap. I.

PROVISIS omnibus, quæ pertinẽt ad uniuerſa genera morborum, ad ſingulorum curationes ueniam. Hos autem in duas ſpecies Græci diuiſerunt, aliosq; ex his acutos, alios longos eſſe dixerunt. Ideoq;, quoniam non ſemper eodem modo reſpondebant, eoſdem alij inter acutos, alij inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera eſſe manifeſtũ eſt. Quidam enim breues utique ſunt, qui citò uel tollunt hominem, uel ipſi citò finiuntur. Quidam longi, ſub quibus neque ſanitas in propinquo, neq; exitium eſt. Tertiumq; genus eorum eſt, qui modò acuti, modò longi ſunt. Idq; non in febribus tantummodo (in
B quibus frequentiſſimum eſt) ſed in alijs quoque fit. Atque etiam præter hos, quartum eſt, quod neq; acutum dici poteſt, quia non perimit: neque utique longum, quia ſi occurritur, facilè ſanatur. Ego cum de ſingulis dicam, cuius quiſque generis ſit, indicabo. Diuidam autem omnes in eos qui in totis corporibus conſiſtere uidentur, & eos qui oriuntur in partibus. Incipiam à prioribus, pauca de omnibus præfatus. In nullo quidem morbo minus fortuna ſibi uendicare, quàm ars poteſt: utpote cum repugnãte natura, nihil medicina proficiat. Magis tamen ignoſcendum medico eſt parum proficienti in acutis morbis, quàm in longis. Hic enim breue ſpacium eſt, intra quod ſi quod auxilium non profuit, æger extinguitur. Ibi & deliberationi & mutationi remediorum tempus patet, adeò ut rarò (ſi inter initia medicus acceſſit) obſequens æger ſine illius uitio pereat. Longus tamẽ morbus cum penitus inſedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par eſt. Et acutus quidem quo uetuſtior eſt, longus autem quo recentior, eo facilius cura-
C tur. Alterum illud ignorari non oportet, quòd non omnibus ægris eadem auxilia conueniunt. Ex quo incidit, ut alia atq; alia ſummi authores, quaſi ſola uendicauerint, prout cuique ceſſerant. Oportet itaque, ubi aliquid non reſpondit, non tanti putare authorem, quanti ægrum, & experiri aliud atque aliud. Sic tamen, ut in acutis morbis citò mutetur, quod nihil prodeſt: in longis, quos tempus, ut facit: ſic etiam ſoluit, non ſtatim condemnetur, ſi quid non ſtatim profuit. Minus uerò remoueatur, ſi quid paulum ſaltem iuuat: quia profectus tempore expletur.

GVLIELMI PANTINI
Annotationes.

Ria sunt, quę ualetudinem humanam lacessunt, morbus: & quę A
morbū antecedit, causa: & quod eundem sequitur, symptoma
Græci, nos accidens uocamus. Morbus id est, quod actionē integram
per se primoq; lædit. Estq; alius partis similaris, alius organicæ,
alius utriusq; cōmunis. De quibus perspicuos & eruditos libros sex Galenus reliquit, quos de Morborū ac symptomatū causis & differentijs inscripsit. Celsus neq; à summis generibus rem inchoauit, neq; formas oēs ac partitiones est cōplexus. Ad quę legendū is demū utiliter descēdet, qui in Galenicis cōmentarijs fuerit diligēter & accuratè exercitatus.

Quartum est, quod neq; acutum dici potest, quia non perimit.) Acutus morbus is est, quem paulo antè definiuit, qui citò, ac ui magna uel tollit hominē, uel ægri uirtute superatur. Vt ne acutum semper debere hominem perimere, neu longum semper aut facilè posse curati existimes, quū sit acutus non alius quàm celer ueloxq; : longus uerò, tardus atq; lentus.

Repugnante natura nihil medicina proficiat.) Hippocr. 6. Epid. & multis in locis Galenus, naturā esse omnium quæ in corpore humano rectè geruntur opificem, pauca chirurgica, quæ in sectionibus, & rerum superuacanearū truncationibus consumuntur, si tantum excipas, docent. Naturam autem uim eam intellige, quæ corpori gubernando, sustinendoq; præficitur. B

Magis tamen ignoscendum medico est, parum proficienti in acutis.) Sæpe enim isti uel ægrū prius interimūt, uel ipsi suapte spōte, ubi nihil delinquit, naturæ ui pelluntur, q̄ quò sint euasuri, medicus bene perspiciat. Ex quo fit, cur, quod scribit Hippocr. lib. 2. Aphor. 19. Acutorum morborum non semper, nec omnino, ὀ πάμπαν, tutæ sint neq; mortis, neq; salutis prædictiones.

Minus uerò re moueatur.) Id in acutis quoq; locum habere potest. Et fereàt artificiosè certaq; uia ac ratione malum oppugnare, quàm protinus, si non statim respondeat, consilium aliò conuertere, cùm excusatius, tum certius est. Omnia nanq; secundum rationem facienti, inquit Hippocr. 2. Aphor. 52. Si non succedat, non est idcirco temerè ad aliud transeundum, dummodo id maneat, quod in principio conspectum est.

Quomodo morbi cognoscantur, & an increscant, an consistant, an minuantur: & qua ratione ab initio qui languere incipit, curari debeat. Cap. II.

PRotinus autem inter initia scire facile est, quis acutus morbus, quis longus sit, nō in his solis in quibus semper ita se habet, sed in his quoq; in quib. uariat. Nam ubi sine intermissionibus accessiones & dolores graues urgent, acutus morbus est: ubi lenti dolores, lentę'ue febres sunt, & spacia inter accessiones porriguntur, accedunt'q; ea signa, quæ in priore uolumine exposita sunt, longū hunc futurū esse manifestum est. Videndum etiam est, morbus an increscat, an cōsistat, an minuat: quia quædam remedia increscentibus morbis, plura inclinantibus conueniunt. Eaq; quæ decrescentibus apta sunt, ubi acutus increscens urget, in remissionibus potius experiēda sunt. Increscit aūt morbus, dum grauiores dolores accessionesq; ueniunt, hæq; & antè quàm proximæ reuertuntur, & postea desinunt. Atq; in longis quoq; morbis etiam tales notas nō habentibus, scire licet, increscere, si somnus incertus est, si deterior concoctio, si fœdiores deiectiones, si tardior sensus, si pigrior C

mens

A mẽs, si percurrit corpus frigus aut calor, si idẽ magis pallet. Ea uerò quę cõtraria his sunt, decedẽtis eius notæ sunt. Pręter hęc in acutis morbis serius æger alendus est, nec nisi iam inclinatis, ut primò dempta materia impetũ frangat. In lõgis maturius, ut sustinere spacium affecturi mali posit. Ac si quãdo is nõ in toto corpore, sed in parte est, magis tamen ad rem pertinet uim totius corporis molliri, quàm proprię partes ægrę sanent. Multũ etiã interest ab initio quis rectè curatus sit, an perperã: quia curatio minus his prodest, in quibus asidue frustra fuit. Si quis temerè habitus, adhuc integris uiribus uiuit, admota curatione momento restituit. Sed cũ ab his cœperim, quæ notas quasdã futuræ aduersæ ualetudinis exhibent, curationũ quoque principiũ ab animaduersione eiusdem temporis faciam. Igitur si quid ex his quæ proposita sunt incidit, omniũ optima sunt, quies & abstinentia. Si quid bibendũ, aqua: idque interdũ uno die fieri satis est. Interdũ (si terrentia manẽt) biduo, proximeque abstinentiã sumendus est cibus exiguus, bibenda aqua, postera die etiam
B uinũ: deinde inuicẽ alternis diebus, modò aqua, modò uinũ, donec omnis causę metus finiat. Per hæc enim sæpe instans grauis morbus discutit. Plurimique falluntur, dum se primo die protinus sublaturos languorẽ, aut exercitatiõe, aut balneo, aut coacta deiectione, aut uomitu, aut sudationibus, aut uino sperãt. Non quo nõ interdum id incidat, aut nõ decipiat: sed quo sæpius fallat, solaque abstinentia sine ullo periculo medeatur. Cum præsertim etiã pro modo terroris moderari liceat, & si leuiora indicia fuerũt, satis sit à uino tantum abstinere, quod subtractum plusquã si cibo aliquid dematur, adiuuat: si paulo grauiora, facilè sit, non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere. Interdum panis quoque minus, quàm pro consuetudine assumere, humido'que cibo esse contentum, & olere potisimum. Satisque sit tum ex toto à cibo, à uino, ab omni motu corporis abstinere, cum uehementes notæ terruerunt. Neque dubium est, quin uix quisquam, qui non disimulauit, sed per hæc maturè morbo occurrit, ægrotet.

C *Nam ubi sine intermisionibus.*) De acutis lentisque morbis, & nos in secundũ librum quedã annotauimus, & Hippocr. ex professo de Victu eorundem certum librũ, & eorũ tractatione ac notis tum bonis, tũ malis, plurimas sententias, & copiosas Galenus enarrationes posteritati mandauerunt. In quibus quisquis diligenter uersatus erit, is idoneus Celsi lector futurus est: in quo neque omnia sunt, quæ scribit ad omnẽ ægrotationẽ, sequenda, nec omnino quæ præcipit repudianda. Resipit enim sæpe ueterem illam ac ieiunam aridamque medendi rationẽ, quàm Galeni & eorũ qui ingenio artificioque conspicui, Galenum seculis insequentibus sunt consecuti, euulsa reiectaque inutili silice, fontibus irrigare, & quasi nouo letamine pinguefacere conueniat.

Præter hæc in acutis morbis.) 1. Aph. apud Hipp. liber uim propemodum oẽm in uictu instituendo positum, pulchrẽ complexus est. Quem è uiribus ægri præcipuẽ, mox è corporis natura petere, & ad ualetudinẽ dirigere oportet.

Humidoque cibo esse contentum.) Hippocr. 1. Aphor. 16. Victus ratio humida febrientibus omnibus competit.

De febrium generibus. Cap. III.

A Tque hæc quidem sanis facienda sunt, tantũ causam metuentibus: sequitur uerò curatio febrium, quod & in toto corpore, & uulgare maximè morbi genus est. Ex his una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est. Interdum etiam longiore circuitu quædam redeunt, sed id rarò euenit. In prioribus & morbi sunt, & medicina. At quartanæ quidem simpliciores sunt. Incipiunt ferè ab horrore, deinde calor erumpit, finita'que febre biduum integrum est, ita quarto die reuertitur. Tertianarum uerò duo genera sunt: alterum eodem modo quo quartana & incipiens & desinens, illo tantum interposito discrimine, quod unum diem præstat integrũ, tertio redit. Alterum longè perniciosius, quod tertio quidem die reuertitur, ex octo aũt & quadraginta horis ferè sex & triginta per accessionem occupat: interdum etiam uel minus, uel plus, neq; ex toto in remissione desistit, sed tantum leuius est. Id genus pleriq; medici hemitritæon appellant. Quotidianæ uerò uariæ sunt et multiplices: aliæ enim protinus à calore incipiunt, aliæ à frigore, aliæ ab horrore. Frigus uoco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit. Rursus aliæ sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas: aliæ sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quędam reliquiæ remaneant, donec altera accessio accedat: ac sæpe aliæ uix quicquam, aut nihil remittant, sed ita ut continuent. Deinde aliæ feruorem ingentem habent, aliæ tolerabilem: aliæ quotidie pares sunt, aliæ impares, atque inuicem altero die leniores, altero uehementiores: aliæ tempore eodem postridie reuertuntur, aliæ uel serius, uel celerius: aliæ diem noctemq; accessionem & decessionem implent, aliæ minus, aliæ plus. aliæ cum decedunt sudorem mouent, aliæ non mouent: atq; aliàs per sudorem ad integritatem uenitur, aliàs corpus tantũ imbecillius redditur. Accessiones etiam modò singulæ singulis diebus fiunt, modò binæ, plures'ue cõcurrunt. Ex quo sæpe euenit, ut quotidie plures accessiones, remissionesq; sint. Sic tamen, ut unaquæq; alicui priori respondeat. Interdum uerò accessiones quoq; confunduntur, sic ut notari neq; tempora earum, neq; spacia possint. Neq; uerũ est, quòd dicitur à quibusdam, nullam febrem inordinatam esse, nisi aut ex uomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere. Facilior enim semper curatio foret, si hoc uerum esset. Sed quod euidentes causæ faciunt, facere etiam abditæ possunt. Neq; de re, sed de uerbo controuersiam mouent. Qui cum aliter aliterq; in eodem morbo febres accedant, nõ easdẽ inordinatè redire, sed aliàs alias q; subinde oriri dicũt. Quod tamen ad curandi rationẽ nihil pertineret, etiamsi uerè diceretur. Tempora quoq; remissionũ modò liberalia, modò uix ulla sunt.

Aliæ à frigore, aliæ ab horrore incipiunt.) Græci ternis gradibus febrium frigora dispescũt. Est enim acerbissimũ τὸ ῥῖγος: deinde φρίκη, mitissima ψῦξις.

Quæ

A Quæ medici nunc ferè uertunt atq; interpretantur, rigore, horrore, frigore. Etsi Celsus pro rigore pariter & horrore, rebus, quæ & ui & uerbis differũt, horrorem, rem unam unico uocabulo substituit. Et rigorem, quemadmodum Plinius, ad tetanon erectamq; distentionem accomodauit. Quæ sunt diligenter obseruanda, ne polysemia uerborum incauti decipiantur, præsertim quum rigor etiam interdum significet uehementem frigoris perceptionem, quomodo ea uoce Galenus utitur libro de Inæquali temperie. Quid autem intersit inter ea quæ paulo antè diximus ex quinto Galeni libro de Symptomatum causis, discere licebit. Porrò quod ad febrium genera, atq; earum tum causas, tum notas curationesq; attinet, extant Galeni ijs de rebus conscripti libri, de Febriũ differentijs ac notis duo, de causis ac curationibus ad Glauconem prior, de Methodo therapeut. complures. Quos pro iustis hic commentarijs, quæ quid probum, ecquid improbum sit doceant, haberi uelim. Cum enim earum diuisio à substantia optimè sumatur, qui calor est præter naturam omnino in corde accensus: unde uel in totum corpus, uel in partes plurimas, uel certè principes spargitur: sitq; calor aliàs aridus, qui siti, uigilijs, siccitate, & tanquam igni quodam atq; incendio totum corpus absumit, breuiq; momento uel occidit, uel in hecticam conuertitur: aliàs humidus, qui perpetuò madore sudoreq; corpus exoluit, cuiusmodi
B typhodes est, καὶ ἐλώδης, quanquam typhodes ab Aetio & alijs quibusdam qui ipsum sunt secuti dicitur, quam iecoris erysipelas excitarit: aliàs uaporosus sit ac mollis calor, qui tempestiuo sudore magna ex parte finitur: tamen multæ aliæ sunt diuisionum rationes, uel à ui & malignitate earum petitæ, (pessimæ siquidem sunt quæ interno calore uiscera exurunt, corpore externo frigescente, aut non perinde sanè æstuante: ut sunt lipiriæ, & quas asodes iactationumq; continuarum, & fastidij, delyrij, uigiliæ, plenas appellãt) uel à temporis, quanta affligant diuturnitate desumptæ. Sunt enim aliæ acutæ uelocesq;, ut tertianæ & ardentes, quas causones appellant: sunt lentæ, ut typhodes & quartanæ: sunt mediæ, ut quotidiana & semitertianæ: uel à causa, quæ si manifesta externaq; fuerit, minus habent periculi: sin abdita & interna fuerit, cum maiore metu lacessere solent. Sed ea omnium est usurpatissima partiendi ratio, quæ febrem aliàs in solidis partibus hærere docet, ut hecticas: aliàs in spiritibus, ut diarias: aliàs in humoribus putrescentibus, ut in bile tertianam, in pituita quotidianam, in atra bile quartanam, in iunctis humoribus, complicatas: quæ iam modò intermittunt, certaq; spacia & interualla quietis habent, modò continenter perpetuoq;, quoad emoriantur, lacessunt. Quæ intermittunt, rarius occidunt: nisi sint soporosæ, ac cum silentio, & conuulsione, & manuum neglecta abiectione, & mœrore, anxietate, delyrijs, extremitatũ frigore cõiunctę. Continua uerò ea est summè metuen-
C da, quæ tertio quoq; die exacerbatur, hæmitriteon Græci uocant. Sed nos iam plena commentaria conscribere nec instituimus, nec necessarium duximus. Obiter quædam annotare, & eorum quæ interdum uitium celare uideantur, lectorem tantum admonere proposuimus.

Sed quòd euidentes causæ faciunt, facere etiam abditæ.) Causarum duas præcipuè formas tradunt medici. Altera etenim προκαταρκτική, id est, euidens seu externa dicitur, quæ quum foris atq; extrinsecus accidat, uehementer corpora commutat. Altera προηγουμένη, hoc est, præcedens aut abdita, aut etiam interna nominatur, quæ in ipso consisti, & cohærescit corpore.

De curationum diuersis generibus. Cap. IIII.

ET febriũ quidem ratio maximè talis est. Curationũ uerò diuersa genera sunt; prout authores aliqui habent. Asclepiades officium esse medici dicit, ut tutò, ut celeriter, ut iucundè curet. Id nostrũ est, sed ferè periculosa esse nimiũ & festinatio & uoluptas solet.

Qua

Qua uerò moderatione utendum sit, ut quantum fieri potest omnia ista cõtingant, prima semper, habita salute in ipsis partibus curationum, cõsiderandum erit. Et ante omnia quæritur primis diebus æger, qua ratione continendus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur, eo quòd cruditatẽ maximè horrebant: deinde eam materiam, quæ lædere uidebatur, ducendo sæpius aluum subtrahebant. Asclepiades medicamenta sustulit, aluũ non toties, sed ferè tamen in omni morbo subduxit. Febre uerò ipsa præcipuè se ad eius remedium uti professus est. Conuellendas enim uires ægri putauit, luce, uigilia, siti ingẽti: sic, ut ne os quidem primis diebus elui sineret. Quo magis fallũtur qui per omnia iucundam eius disciplinam esse contendunt. His enim ulterioribus quidem diebus, cubantis etiã luxuriæ subscripsit, primis uerò tortoris uicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, & aluũm duci non nisi rarò debere, concedo. Et id non ideo tamen agendum, ut ægri uires conuellantur, existimo: quoniam ex imbecillitate summum periculum est. Minui ergo tantam materiam superantem oportet, quæ naturaliter detrahatur, ubi nihil noui accedit. Itaq; abstinendus à cibo primis diebus est, in luce habendus æger, nisi infirmus interdiu est: quoniã corpus ista quoque digerit, isq; cubare quàm maximo cõclaui debet. Quod ad sitim uerò, somnumq; pertinet, moderãdum est, ut interdiu uigilet: noctu, si fieri potest, conquiescat, ac neq; potet, neque nimium siti crucietur. Os etiam eius elui potest, ubi & siccum est, & ipsi fœtet, quamuis id tempus aptũ potioni non est. Commodeq; Erasistratus dixit, sæpe inferiore parte humorem non requirente, os & fauces requirere, neq; ad rem malè haberi ægrum pertinere. Ac primò quidem sic tenendus est. Optimum uerò medicamentum est, opportunè cibus datus, qui quando primùm dari debeat, quæritur. Pleriq; ex antiquis tardè dabant, sæpe quinto die, sæpe sexto, & id fortasse uel in Asia, uel in Ægypto cœli ratio patitur. Asclepiades ubi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo destinabat. At Themison nuper, nõ quando cœpisset febris, sed quãdo desisset, aut certè leuata esset, cõsiderabat: et ab illo tempore expectato die tertio, si nõ accesserat febris, statim: si accesserat, ubi ea uel desierat, uel si assiduè inhærebat, si certè se inclinauerat, cibum dabat. Nihil autem horum utiq; perpetuum est. Nam potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto, aut quinto, potest post unam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, qualẽ cœlũ, quę ætas, quod tempus anni. Minimeq; in rebus multum inter se differentibus, quod intermittendum nõ est, perpetuũ esse præceptum temporis potest. In morbo qui plus uiriũ aufert, celerius cibus dandus est; itemq; eo cœlo, quo magis digerit.

A digerit. Ob quam causam in Africa, nullo die æger abstineri rectè uidetur. Maturius etiam puero quàm iuueni, æstate quàm hyeme dari debet. Vnum illud & semper & ubiq; seruandum est, ut ægri uires subinde assidens medicus inspiciat, & quãdiu supererunt, abstinentia pugnet: si imbecillitatem uereri cœperit, cibo subueniat. Id enim eius officium est, ut ægrum neq; superuacua materia oneret, neq; imbecillitatem fame perdat. Idq; apud Erasistratum quoque inuenio, qui quamuis parum docuit, quando uenter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen hæc esse uisenda, & tum cibum dandum, cum corpori deberetur: satis ostendit, dum uires superessent, dari non oportere, ne deficerent consulendum esse. Ex his autem intelligi potest, ab uno medico multos non posse curari, eumq; (si artifex est) idoneum esse, qui non multum ab ægro recedit. Sed qui quæstui seruiunt, quoniam is maior ex populo est, libenter amplectuntur ea præcepta, quę sedulitatem non exigunt, ut in hac ipsa re. Facilè est enim dies uel accessiones numerare

B his quoque qui ægrum rarò uident, ille assideat necesse est, qui quod solum opus est, uisurus est, quando nimis imbecillus futurus sit, nisi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptissimus esse consueuit. Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosq; tanquam tunc de ægris iudicaretur, κρισίμους nominabant. Hi erant, dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdecimus, unus & uigesimus: ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni & uigesimo daretur. Igitur sic ægros nutriebãt, ut dierum imparium accessiones expectarent, deinde postea cibum quasi leuioribus accessionibus instantibus darent: adeò ut Hippocrates, si alio die febris desisset, recidiuam timere sit solitus. Id Asclepiades iurè ut uanum repudiauit, neq; in ullo die, quia par, impar' ue esset, his uel maius, uel minus periculum esse dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt, & opportunius post earum accessiones cibus datur. Nonnunquam etiam in

C ipso morbo, dierum ratio mutatur, fitq; grauior, qui remissior esse consueuerat: atque ipse quartusdecimus par est, in quo esse magnam uim antiqui fatebantur. Qui octauum primi naturam habere contenderent, ut ab eo secundus septenarius numerus inciperet, ipsi sibi repugnabant, non octauum, neq; decimum, neq; duodecimum diem sumendum quasi potentiorem. Plus enim tribuebant nono & undecimo. Quod cum fecissent sine ulla probabili ratione, ab undecimo non ad tertiumdecimum, sed ad quartumdecimum transibant. Est etiam apud Hippocratem, ei quem septimus dies liberaturus sit, quartum esse grauissimum. Ita illo quoq; authore in die pari & grauior febris esse potest, & certa futuri nota. Atque idem alio loco quartum quemque diem, ut in utrunq;

efficaciſſimũ apprehendit, id eſt, quartũ, ſeptimũ, undecimũ, quartumdecimũ, decimumſeptimũ, in quo & ab impari ad paris numeri rationem tranſit: & ne hoc quidem propoſitũ conſeruauit, cum à ſeptimo die undecimus, non quartus, ſed quintus ſit. adeò apparet quacunq; ratione ad numerũ reſpeximus, nihil rationis ſub illo quidem authore reperiri. Verùm in his quidem antiquos tũc celebres admodum, Pythagorici numeri fefellerũt: cum hic quoq; medicus nõ numerare dies debeat, ſed ipſas acceſſiones intueri, & ex his cõiectare, quando dandus cibus ſit. Illud aũt magis ad rem pertinet, ſcire, tum'ne oporteat dari, cum iam bene uenæ conquieuerũt, aut etiamnũ manentibus reliquijs febris. Antiqui enim quàm integerrimis corporibus alimentũ offerebãt, Aſclepiades inclinata quidem febre, ſed adhuc tamen inhærente. In quo uanam rationem ſecutus eſt, nõ quòd nõ ſit interdum maturius cibus dandus, ſi maturè timetur altera acceſſio: ſed q̃d ſcilicet quàm ſaniſſimo dari debeat. Minus enim corrumpitur, q̃d integro corpori infertur. Neq; tamen uerũ eſt, quod Themiſoni uidebatur, ſi duabus horis integer futurus eſſet æger, ſatius eſſe tunc dare, ut ab integro corpore potiſſimum diduceretur. Nam ſi diduci tam celeriter poſſet, id eſſet optimum. Sed cum hoc breue tempus non præſtet, ſatius eſſe principia cibi à decedente febre, quàm reliquias ab incipiente excipi: ita, ſi longius tempus ſecundum eſt, quàm in tegerrimo dandus eſt, ſi breue etiam antequã ex toto integer fiat. Quo loco uerò integritas eſt, eodem eſt remiſſio, quę maximè in febre cõtinua poteſt eſſe. At hic quoq; quæritur, utrum tot horæ expectandæ ſint, quot febrem habuerunt: an ſatis ſit, primam partem earum præteriri, ut ægris iucundius inſidat, quibus interdum non uacat. Tutiſſimum eſt autem, ante totius acceſſionis tempus præterire: quamuis ubi longa febris fuit, poteſt indulgeri ægro maturius, dum tamen antè minimè pars dimidia prætereatur. Idq; non in ea ſola febre, de qua proximè dictum eſt, ſed in omnibus ita ſeruandum eſt. B

Antiqui medicamentis quibuſdam datis.) Hanc ueterum conſuetudinem optimi quiq; medici ab omnibus uſq; ſeculis ſecuti ſunt. Quare Hippocr. diligenter cauit, ne cruda unquam, ſed concocta tantũ mouerentur, & ut fluxilia prius quàm purgarentur corpora fierent. Nam purgari interdum prorſus eſt neceſſarium: ſed id aliquando crebrius tentando, ut in rebus pertinacibus, & è cauſa uel multa, uel craſſa, uel lenta natis, uel è ſede parteq; frigida, uel è corpore imbelli ducendis, fieri debet, ut timidè paulatimq; euellatur, non uiolenter incaſſumq; cauſa ſuccidatur. Aliquando uerò, quum nihil horũ ſubeſt, & ubi cruditas omnis imminuta aut ſublata eſt, audacius ualidiusq; noxa eripienda eſt: dum id modò proſpiciatur, ne fractis ualde uiribus cum ægritudine uita tollatur: neu peiori uitio corpus, ac antè detinebatur, implicetur. Vires imminuere interdum licet, frangere aut eripere nunquam licet. C

Itaq; abſtinendus primis diebus.) Quando id licitũ ſit, Galenus tradit cùm alias ſæpe, tum libro Therapeut. methodi. Nemo enim iſtud in corpore excucco, & laboribus æſtuq; confecto, permittat: ne temerè id ſine diſcrimine in omnibus ſuſcipiatur. Quod idem de ægris in luce habendis, quæ nimium uigilibus non conuenit, ſentiendum eſt.

A *Maturius etiam puer.*) Huc accommodato sententias illas Hippocr. ex lib. 1. Aphor. Senes facillimè ieiunium ferunt: deinde ij qui constantē ætatem agunt: ægrè adolescentes, sed omnium minimè pueruli, præsertim si qui sunt alacriores. Et qui crescunt, plurimū habent calidi penitus insiti, plurimoq; idcirco opus habēt alimento, ut ne corpora ipsorum absumantur. Cōtraq;, senes & parum caloris habent, & pauco cibo facilè sustinentur. Item, hyeme & uere uentres natura calidissimi sunt, & somni longissimi. Quapropter ijs temporibus plura alimenta competunt.

Vnum illud semper & ubiq; seruandum est.) Hipp. 1. Aph. 9. Perpendere diligenter oportet, an æger cum eo uictu, quem præscripseris, durare ac sustinere, quoad morbus consistat, possit. An potius sit defecturus prius, quàm morbus desinat atq; retundatur.

Hi erant dies tertius, quintus.) Taxat Hippocr. sententiam cùm aliàs sæpe, tum inter Aphorismos crebrò repetitā: ut lib. 2. Aph. 23. & 4. Aph. 36. Vbi is sudores eos probat, qui acciderint die tertio, & quinto, & septimo, & nono, et undecimo, & decimoquarto, & decimoseptimo, & uigesimoprimo, & uigesimoseptimo, & trigesimoprimo, & trigesimoquarto: propterea quòd hi iudicent morbos, ac finiant. Qui uerò secus eueniāt, ij dolorem laboremq; significent, aut morbi longitudinem, aut recidiuam. Quam sententiam quàm B firmis rationibus tueatur atque defendat Galenus, facilè perspiciet, qui eius de Iudicijs et diebus iudiciarijs libros accuratè penitusq; cognoscere nō grauabitur: quam omnis deinde posteritas, si paucos parum medicos excipias, semper approbauit. Non est itaq; nec Asclepiadi, nec Celso, nec ijs qui sunt istorum sententiam secuti, temerè assentiendum. Neq; uerò credendum est, id priuilegij elogijq; iam dictis diebus ab Hippocrate, aut alio quopiā fuisse ascriptum, numerorum quodam studio atq; amore: nec quia pares dies impares'ue sint: sed quia non modò id usu, qui plurimum hic ualet, ijs diebus ita respōdere, uerumetiam ratione ab astris cœlisq; dimanare cōpertum habuerunt, ut è bile uitia prognata imparibus diebus salubriter & mouerentur & finirentur, & paribus, alium de genita.

Est etiam apud Hippocratem.) Lib. 2. Aph. 24. Septenorum dies quintus index est. Alterius septimanæ octauus principium est. Est & undecimus considerandus, hic enim quartus est alterius septimanæ. Considerandus quoq; decimusseptimus: is etenim quartus quidem est à decimoquarto, septimus uerò ab undecimo. Idemq; 4. Aph. 71. Quibus septimo die morbus iudicādus est, ijs nubeculam habet quarto die urina rubram. Sunt igitur & dies isti diligentissimè obseruandi, ecquid boni aut mali ostentent, & accessiones non cum Celso tantum, sed etiam cum Hippocrate spectandæ: ut quo, quantoq; cibo, & quali tempore dato sit opus, cognoscatur. Cumq; his omnium maC ximè uires sunt comparandę, uti ne uires deijciantur, aut in accessione & impetu, aut sub uigorem sit cibus porrigendus.

De febrium speciebus, & singularum curationibus: & primò quando cibus febricitantibus dandus sit. Cap. V.

HÆc magis per omnia genera febrium perpetua sunt: nunc ad singulas earum species descendam. Igitur si semel tantū accessit, deinde desiit, eaq; uel ex inguine, uel ex lassitudine, uel ex æstu, alia'ue simili re fuit, sic, ut interior nulla causa metū fecerit, postero die cum tempus accessionis ita transiit, ut nihil mouerit, cibus dari potest. At si ex alto calor uenit, & grauitas uel capitis, uel pręcordiorum secuta est, neq; apparet quid corpus confuderit, quamuis unā accessionē secuta integritas est: tamen quia tertiana timeri potest, expectandus est dies tertius, & ubi accessionis tempus præte-

rit,cibus dandus eſt, ſed exiguus, quia quartana quoq; timeri po- A
teſt. Et die quarto demum,ſi corpus integrum eſt, eo cum fiducia utendum. Si uerò poſtero, tertio'ue, aut quarto die ſecuta febris eſt,ſcire licet morbum eſſe. Sed tertianarum quartanarumq;, quarum & certus circuitus eſt,& finis integer, & quia liberaliter quieta tempora ſunt, expeditior ratio eſt : de quibus ſuo loco dicam. Nunc uerò eas explicabo,quæ quotidie urgẽt. Igitur tertio quoq; die cibus ægro cõmodiſſimè datur,ut alter febrem minuat,alter uiribus ſubueniat.Sed his dari debet, ſi quotidiana febris eſt, quæ ex toto deſinat, ſimulatq; corpus integrum factum eſt, ſi quamuis non acceſſiones, febres tamen iunguntur, & quotidie quidem increſcunt,ſed ſine integritate tamen remittunt,cum corpus ita ſe habet,ut maior remiſſio non expectetur.Si altero die grauior, altero leuior acceſſio eſt,poſt grauiorem. Ferè uerò grauiorem acceſſionem leuior nox ſequitur : quo fit, ut grauiorem acceſſionem nox quoq; triſtior antecedat. At ſi continuatur febris,neq; leuior unq; fit, & dari cibũ neceſſe eſt:quando dari debeat,magna quidem diſ- B
ſenſio eſt. Quidam,quia ferè remiſſius matutinũ tempus ægris eſt, tunc putant dandum. Quod ſi reſpondet, non quia manè eſt, ſed quia remiſſio eſt ægris,dari debet. Si uerò ne tunc quidem ulla requies ægris eſt,hoc ipſo peius id tempus eſt, quod cum ſua natura melius eſſe debeat,morbi uitiò non eſt:ſimulq; inſequitur tempus meridianum,à quo,cum omnis æger ferè peior fiat, timeri poteſt, ne ille magis etiam quàm ex conſuetudine urgeatur. Igitur alij ueſperi tali ægro cibum dant. Sed cum eo tempore ferè peſſimi ſint qui ægrotant,uerendũ eſt, ne ſi quid tunc mouerimus, fiat aliquid aſperius. Ob hæc ad mediam noctem decurro,id eſt,finito iam grauiſsimo tempore, eodemq; longiſſimè diſtante,ſecuturis uerò antelucanis horis (quibus omnes ferè maximè dormiũt) deinde matutino tempore,quod natura ſua leuiſſimum eſt. Si uerò febres uagæ ſunt,quia uerendum eſt, ne cibum ſtatim ſubſequantur,quandocunq; quis ex acceſſione leuatus eſt, tunc debet aſſumere. At ſi plures acceſſiones eodem die ueniunt, conſiderare oportet, parés C
ne per omnia ſint (quod uix fieri poteſt) an impares. Si per omnia pares ſunt, poſt eam potius acceſſionem cibus dari debet, quæ nõ inter meridiem & ueſperem deſinit. Si impares ſunt, conſiderandum eſt, quo diſtent. Nam ſi altera grauior, altera leuior eſt, poſt grauiorẽ dari debet : ſi altera longior,altera breuior, poſt longiorem : ſi altera grauior, altera longior eſt, conſiderandum eſt, utra magis affligat,illa ui,an hæc tempore,& poſt eam dandus eſt. Sed planè plurimũ intereſt,quantæ qualeſq; inter eas remiſſiones ſint. Nam ſi poſt alteram febrem motio manet,poſt alteram integrum corpus eſt: integro corpore,cibo tempus aptius eſt. Si ſemper febricula manet, ſed alterum tamen longius tempus remiſſionis eſt, id po-

A id potius eligendum est, adeò ut ubi accessiones cõtinuantur, protinus inclinata priore, dandus cibus sit. Etenim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest, cibum quàm maximè semper ab accessione futura reducere, & hoc saluo, dare quàm integerrimo corpori. Quod non inter duas tantum, sed etiam inter plures accessiones seruabitur. Sed cum sit aptissimum tertio quoq; die cibum dare, tamen si corpus infirmum est, quotidie dandus est: multoq; magis, si continentes febres sine remissione sunt, quanto magis corpus affligunt, aut si duæ plures'ue accessiones eodem die ueniunt. Quæ res efficit, ut & à primo die protinus cibus dari quotidie debeat, si protinus uenæ conciderunt: & sæpius eodem die, si inter plures accessiones subinde uis corpori deest. Illud tamen in his seruandum est, ut post eas febres minus cibi detur, post quas (si per corpus liceret) omnino non daretur. Cùm uerò febris instet, incipiat, augeat, consistat, decedat, deinde in decessione consistat, aut finiatur, scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita, deinde cum decessio eius consistit, tertiũ si necesse est, quando-
B cunq; decedit, cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente iam incremento febris aliquid offerre, quàm increscente. Satius esse instante, quàm incipiente: cum eo tamen, ut nullo tempore, is qui deficit, nõ sit sustinendus. Neq; hercule satis est ipsas tantum febres medicum intueri, sed etiam totius corporis habitum, & ad eum dirigere curationem, seu superfunt uires, seu desunt, seu quidam mali affectus interueniunt. Cùm uerò semper ægros securos agere cõueniat, ut corpore tantum, non etiam animo laborent, tum præcipuè ubi cibum sumpserunt. Itaque, si qua sunt quæ exasperatura eorum animos sunt, optimum est, ea, dum ægrotant, eorum notitiæ subtrahere. Si id fieri non potest, sustinere tamen post cibum usque somni tempus, & cum experrecti sunt, tum exponere.

De Celsi methodo, quam ab ijs quæ latius patent, ad ea quæ angustius includuntur, ubiq; transfert, rem subesse & admiratione, & magna laude at
C que obseruatione etiam atq; etiam dignam, cùm alibi meminimus, tum hoc loco iterum semelq; cõmonefacere operæprecium existimauimus. Quam, si in singulis morbis tractandis parem tenuisset Celsus, haud scio, an esset ue tetum quispiam in uia ac rerum ratione seruanda ipsi anteponendus.

Igitur si semel tantum accessit.) ἐφήμεραι Græci, diatias Latini id genus febriũ, quod uno plerunque die, ubi nihil peccatur, & corripere & discedere soleant, nominauerunt. Quanq; est diarium alterũ genus natura istis proximũ, totaq; uirtute simillimum, nisi quòd in tertium protrahatur diem. Generantur enim ex eo, quòd plus æquo sint spiritus inflammati. Id quod accidit uel ex cutis densitate, uel uigilijs, uel cruditate, uel tristitia, uel timore, uel ira, uel ex animi sollicitudine, aut solis æstu, aut aeris perfrigeratione, aut ebrietate, aut bubone, hoc est, inguinũ tumore (Celsus inguine dicit) aut deniq; simili quapiam causa, quæ solos spiritus, non humores ullos, neq; solidas partes urit, accenditq;. Hippocr. 4. Aph. 55. In bubonibus febres oẽs malæ, præter diarias. Sed de his uideto Galen. lib. priore ad Glauc. & libro priore de Dif-

ferentijs febriũ, & lib. 2. de Iudicijs seu crisib. & libros Method. Therapeut. A
Vbi ex alto calor uenit.) Putredinis alicuius humoris intus delitescentis hæc indicia sunt. In quibus & pulsuum ratio, & caloris, & impetus, si nõ primus, certè secundus, quod'nam sit genus febris futurum, & qua sit arte, quoq; uictu tractandum, medicum, nisi fortassis inertem, facilè perdocebit. Quamobrem neq; dies semper tertius, multoq; minus quartus quintus' ue erit expectandus, aut inedia in totidem dies proroganda. Id quod iure optimo Galenus multis in locis & irridet, & repudiat, nisi & corporis ratio, & uiriũ atq; consuetudinis permittere, & ægritudo postulare uideatur. Nam in arido calidoq; uehementer corpore, nihil fame perniciosius imperari potest. Nec inediam diuturnam aut grauem nostrorũ hominum corpora sustinere didicerunt. Quocirca ut parsimonia semper, & abstinentia inediaq; sæpe laudanda sunt, maximè in ægrotare ex plenitate incipiẽtibus: ita refert multum qua quisq; sit ætate, quo corpore, quibus uiribus præditus, qua consuetudine usus, quo genere morbi afficiat. Nec quotidiana omnis in omni homine similiter est tractanda: nec legitima statim omnis & pura est, nec uerò è simili materia, quæ maximè est pura, semper nascit. Alia senis est, alia adolescentis, alia cholerici corporis, alia pituitosi, alia ex pituita salsa, alia è fatua genita. In quibus & uictus ratio, & modus, & tempus ab accessione nihilo minus quàm causæ initiaq;, uaria sunt. Nec cibum sanè quotidie dare dubitamus interdũ, eodemq; die sæpius, dummodo & idoneus is & paucus sit: & accessionem longè, quo prius concoquatur, quàm febris insiliat, antecedat. Imò ne in accessionibus quidem formidamus semper. Id quod & Celsus paulo pòst docturus est. Et debent ista non in febribus solum, sed in omni propè ægritudine in oculis haberi, ut quid ubique sit opus, planè animaduertatur. B
Ferè uerò grauiorem accessionem.) Hippocrates lib. 2. Aphor. 13. Quibuscunq; iudicatio imminet, ijs nox difficilis est ante accessionem. Quæ uerò subsequitur, magna ex parte leuior fit.
Cum uerò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decisione.) Legendum, in decessione.
Tertium si necesse est, quodcunq; decedit.) Legendum, quandocunq; decedit.
Satius esse consistente iam incremento febris aliquid offerre, quàm increscente.) Pugnare istud cum Hippocratis ex 1. lib. Aphorismis uideat, quib. inquit: Vbi morbus in suo uigore fuerit, tum uictu tenuissimo utendum est. Et: Quibus statim morbi uigor adest, his statim tenuis uictus exhibendus est. Quibus uerò uigor serius uenturus est, ijs eo tempore, & paulò antè subtrahendus est. Antea uerò æger uictu mitius tractãdus est, quò perdurare queat. Item proximo: In accessionibus uictus subtrahi debet: nam cibũ dare nocet. Et quibus per circuitus accessiones fiunt, in ipsis accessionibus cibum fugere decet. Quibus uerbis Hippocrates non solum cibum per morbi uigorem dari improbat: uerumetiam in omni accessione damnat. Celsus contrà, non modò per accessiones concedere, sed etiam consistente incremento permittere uidetur. Verùm si res utriusq; penitus perspiciatur, his ego nominibus utrunq; alteri, cum uenia doctiorum, conciliari posse existimo, ut Celsus si qua forte aliquando urgeat necessitas, in accessionum potius summo uigore, aut paulo pòst, quam in earundem uel initio, uel incremento, aliquid dari, quod paulum modò ægrum recreet, satius esse duxerit: damnans quoque tacitè idipsum fieri, si grauis nulla necessitas postulet. Hippocrates uerò non de singulis accessionibus, uti Celsus, sed de totius morbi agit uigore: & in accessionibus ut ne cibus dari, defecturo alioqui ægro, debeat, cauere optimũ esse tradit. nec id Celsus inficiatur: alioqui si qua res, seu per imperitiam, seu per imprudentiam in accessione quapiã dari aliquid cogat, fallor, si non sub summam accessionem cum Celso, quàm per initia aut incremen- C
ta sit

A ta sit magis permissurus. Quippe qui libro de Acutorum morborum uictu, ubi & omni potione & cibo in initio & augmento prorsus interdicat, tamē ubi calor per extimas partes diffusus est, id quod in summo fit accessionum incremento atq; declinatione, potionem tempestiuam esse confitetur. Quare Hippocrates quid optimum sit, Celsus quando sit opportunè necessitati subueniendum, docet.

Quando potiones febricitantibus dari expediat. Cap. VI.

SEd de cibo facilior quidem cum ægris ratio est, quorū sæpe stomachus hunc respuit, etiā si mens concupiscit. De potione uerò ingens pugna est, eoq; magis, quo maior febris est. Hęc enim sitim accendit, & tum maximè aquā exigit, cum illa periculosissima est. Sed docēdus ęger est, ubi febris cōquieuerit, protinus sitim quoq; quieturā: longioremq; accessionem fore, si q̄d ei datū fuerit alimentum. Ita celerius eū desinere sitire, qui nō bibit. Necesse est tamen, quanto facilius etiam sani famem q̄ sitim sustinēt, tanto magis ægris in potione, quàm in cibo indulgere. Sed primo quidē die nullus humor dari debet, nisi subitò sic uenæ cōciderunt, ut cibus quo
B que dari debeat. Secundo uerò, cæterisq; etiam, quibus cibus non dabitur, tamen si magna sitis urgebit, potio dari potest. Ac ne illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum ratione caret, ubi aut bilis ægrum, aut cruditas malè habet, expedire quoq; per medicas potiones misceri nouā materiam corruptæ. Illud uidendum est, ut qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoq;, ubi sine illo datur, deligantur, aut cum ęgrum dormire cupiemus, quod ferè sitis prohibet. Satis aūt conuenit, cùm omnib. febricitantibus nimius humor alienus sit, tum præcipuè esse fœminis, quæ ex partu in febres inciderūt. Sed cū tempora cibo potioniq; febris & remissionis ratio det, non est expeditissimū scire, quando æger febricitet, quando melior fit, quando deficiat. Sine quibus dispensari illa non possunt. Venis enim maximè credimus, fallacissimæ rei, quia sæpe istæ leniores, celerioresue sunt, & ætate & sexu, & corporū natura. Et plerunq; satis sano corpore, si stomachus infirmus est, nonnunquā etiam incipiente febre subeunt & quiescunt, ut imbecillus
C is uideri possit, cui facilè laturo grauis instat accessio. Contrà sæpe eas concitat, & resoluit sol, & balneum, & exercitatio, & metus, & ira, & quilibet alius animi affectus: adeò ut cum primùm medicus uenit, solicitudo ægri dubitantis, quomodo ille se habere uideatur, eas moueat. Ob quam causam periti medici est, non protinus ut uenit, apprehendere manu brachium, sed primùm residere hilari uultu, percunctarique, quemadmodum se habeat: & si quis eius metus est, eum probabili sermone lenire, tum deinde eius corpori manum admouere. Quas uenas autem conspectus medici mouet, quàm facilè mille res turbant. Altera res est, cui credimus, calor, æquè fallax. Nam hic quoque excitatur æstu, labore, somno, metu, solicitudine. Igitur intueri quidem etiam ista oportet. Sed his non omnia credere, ac protinus quidem scire nō febricitare

citare eum, cuius uenæ naturaliter ordinatæ sunt, tepor'q; talis est, A
qualis esse sanis solet. Non protinus autem sub calore motu'q; febrem sese concipere, sed ita, si summa quoq; arida inæqualiter cutis est, si calor & in frõte est, & ex imis præcordijs oritur, si spiritus ex naribus cum feruore prorumpit, si color aut rubore, aut pallore nouo mutatus est, si oculi graues, & aut persicci, aut subhumidi sunt, si sudor cum fit, inæqualis est, si uenæ nõ æquis interuallis mouentur. Ob quam causam medicus neq; in tenebris, neq; à capite ægri debet residere, sed illustri loco aduersus eum, ut oẽs notas ex uultu quoq; cubãtis perspiciat. Vbi uerò febris fuit, atq; decreuit, expectari oportet, num tempora, partes'ue corporis aliæ paulùm madescant, quę sudorem uenturũ esse testentur. Ac si quà nota est, tunc demũ dare potui calidam aquam, cuius salubris effectus est, si sudorẽ per omnia membra diffundit. Huius aũt rei causa cõtinere æger sub ueste satis multa manus debet, eadẽq; crura pedesq; contegere, qua malè pleriq; ægros in ipso impetu febris, pessimẽq; ubi ardens ea est, malè habent. Si sudare corpus cœpit, linteũ tepefacere oportet, paulatimq; singula mẽbra detergere. At ubi sudor omnis finitus est, aut si is nõ uenit, ubi quàm maximè potuit, idoneus B
esse cibo æger uidetur, sub ueste leniter unguendus est, tum detergendus, deinde ei cibus dãdus. Cibus aũt febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certè quàm proximus, utiq; ex materia quàm leuissima, maximeq; sorbitio: eaq; si magnæ febres fuerunt, quàm tenuissima esse debet. Mel quoq; despumatũ huic rectè adijcitur, quo corpus magis nutriat: sed id, si stomachũ offendit, superuacuum est, sicut ipsa quoq; sorbitio. Dari uerò in uicem eius potest, uel intrita ex aqua calida, uel alica elota, si firmus est stomachus: & compressa aluus ex aqua mulsa, si uel ille languet, uel hæc profluit, ex posca. Et primo quidem cibo ita satis est, secundo uerò aliquid adijci potest, ex eodem tamen genere materiæ uel olus, uel cõchylium, uel pomũ. Et dum febres quidem increscunt, hic solus idoneus cibus est. Vbi uerò aut desinunt, aut leuantur, semper quidem incipiendum est ab aliquo ex materia leuissima: adijciendum C
uerò aliquid ex media, ratione habita subinde & uirĩu hominis & morbi. Ponendi uerò ægro uarij cibi (sicut Asclepiades præcepit) tum demum sunt, ubi fastidio urgetur, neq; satis uires sufficiunt, ut paulum ex singulis degustando famem uitet. At si neq; uis, neq; cupiditas deest, nulla uarietate solicitandus æger est, ne plus assumat q̃ cõcoquat. Neq; uerũ est q̃d ab eo dicit̃, facilius concoqui cibos uarios: edunt̃ enim facilius. Ad concoctionẽ aũt materiæ, genus & modus pertinent. Neq; magnos dolores, ut neq; increscẽte morbo, tutũ est ægrũ cibo impleri, sed ubi inclinata iam in melius ualetudo est. Sũt aliæ quoq; obseruationes in febribus necessariæ, atq; id quoq; uidẽdũ est, q̃d quidã solũ p̃cipiũt, an astrictũ corpus sit, an

A sit, an profluat. quorũ alterũ strãgulat quod cõtinet, alterũ digerit. Nam si astrictũ est, ducẽda aluus est, mouẽda urina, eliciẽdus omni modo sudor. In hoc genere morborũ sanguinẽ etiã misisse, cõcussisse uehementib. gestationibus corpus, in lumine habuisse, imperasse famẽ, sitim, uigiliã, prodest. Vtile est etiã, ducere in balneũ, prius demittere in soliũ, tũ ungere: iterũ ad soliũ redire, multaq; aqua fouere inguina, interdũ etiã oleũ in solio cũ aqua calida miscere, uti cibo rarius & serius tenui, simplici, molli, calido, exiguo, maximeq; oleribus: qualia sunt, lapathũ, urtica, malua: uel iure etiam concharũ, musculorũ'ue, aut locustarum: neque danda caro, nisi elixa est. At potio esse debet magis liberalis, & ante cibũ, & post hũc, & cum hoc ultra quàm sitis coget. Poteritq; à balneo etiam pinguius aut dulcius dari uinum, poterit semel aut bis inter poni græcum salsum. Contrà uerò, si corpus profluet, sudor coercendus, quies adhibenda erit, tenebris, somnoq; (quãdocunq; uolet) utendum, non nisi leui gestatione corpus agitandum, & pro
B genere mali subueniendum. Nam si uenter fluit, aut si stomachus non continet, ubi febris decreuit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare, & uomere cogere, nisi aut fauces, aut præcordia, aut latus dolet, aut uetus morbus est. Si uerò sudor exercet, duranda cutis est, uel nitro, uel sale, quę cum oleo miscentur. At si leuius id uitium est, oleo corpus ungendum est: si uehementius, rosa, uel melino, uel myrteo, cui uinum austerum sit adiectum. Quisquis autem fluore æger est, cum uenit in balneum, prius ungendus, deinde in solium demittendus est. Si in cute uitium est, frigida quoque, quàm calida aqua, melius utetur. Vbi ad cibum uentum est, dari debet is ualens, frigidus, siccus, simplex, qui quàm minimè corrumpi possit, panis tostus, caro assa, uinum asperum, uel certè subausterum. Si uenter profluit, calidum: si sudores nocet, uomitusq; sunt, frigidum.

Sed primo quidem die nullus humor dari debet.) Sæpe fieri potest, ut id neq; obseruare sit necesse, etiam si queas ac uelis: sæpe etiam, ut tametsi maximè uelis
C ac opus sit, tamen nequeas. Post diariam nemo dare bibere dubitauerit, ne post febres quidẽ, uel intermittentes uel remittentes cæteras. Et æstus esse potest, aut squaliditas corporis tanta, ut emori, quàm sitim tolerare, mitius uideatur. Adde in aridis ariditatem, nisi des, cum maxima pernicie & præsentissimo periculo auctum iri. Eam ob rem, ut Celso largior, potioni detrahendũ in mollibus & humidis corporibus, præsertim dum febris impetus incipit aut increscit: ita aliàs dari, quod ægro atq; ægritudini cõueniat, nihil uetabit. Idemq; illud fermè est, quod ab Heraclide Tarentino Celsus dictum collaudat.

Satis autem conuenit, cum omnibus febricitantibus nimius humor.) Sed nimius humor cui alienus non est? An non & siccitas nimia mala est? An non, quicquid nimium est, in uitio est? Id autem uult, ni fallor, tantum fœminis, quæ ex partu febricitant, parcitatem potionum conuenire maximè, & largam humiditatem esse inimicissimam. Alioqui Hippocratem secutus 1. Aphor. 16. Febricitantibus uictum humidum competere, paulo pòst tradet.

Venis enim maximè credimus, fallacissimæ rei.) Venas ueterum more, pro arterijs dixit. Quibus facillimè falli tum incautos, tum homines ignaros, Celso facile concessero. Prudentes, peritos, sagaces medicos ex ijs certissima uirium & earum rerum quæ intus sunt, præsertim in corde & pectore abditæ, omnino indicia capere, Galeno assentior. Cuius ea de re copiosissimis, & penè dixerim immodicis, & ad fastidium usq; productis libris, si fuisset Celsus institutus, nõ ita arbitror hoc ad posteros scripsisset. Præsertim quum paulopòst fateatur, explorandas semper esse arterias, itemq; tactu calorem esse inuestigandum: tametsi non sit ijs solis omnia, quod uerisimũ est, credendũ. Omnia enim medicus & præterita & præsentia indicia circumspectare ac perlustrare, in animo pariter ac corpore q̃diligentissimè debet. non itaq; Celsum esse atrocius accusandum puto. Et esse Galeno credendũ existimo, qui etiam animi perturbationes sæpe, non corporis tantum uitia, ex ijs intelligi planè docet. Et alium certè calorem è diaria, alium è quotidiana, alium è tertiana, itemq; ex alijs alium emanare ratione & usu, manifestum est. A

Quomodo ille se habere uideatur.) Lege, illi.

Non protinus autem sub calore motuq; febrem sese concipere.) Lego, febrem potuisse concipere. B

Quæ malè pleriq; ægros in ipso impetu febris, pessimeq; ubi ardens ea est, malè habent) Expungito, male.

Atq; id quod uidendum est, quod quidam solum præcipiunt.) Lege, atq; id quidem uidendum est.

An astrictum corpus sit, an profluat.) Ex Methodicorum doctrina atq; opinione, istud de astricto corpore ac profluente adtexuit. Quorum rationem multis in locis sugillat Galenus: nec probauit undequaq; Celsus, in præfatione in suos de re medica commentarios. Eadem tamen si ad aluum astrictam fusamq; referas, non parum commodi sunt allatura.

Concussisse uehementibus gestationibus.) Istud, cæteraq; quæ sequuntur, etsi astricto corpori utilia esse non nego, febrientibus tamen nõ semper esse opportuna scio.

Aut locustorum.) Locustarum legi malim.

Neq; danda caro, nisi elixa est.) Huius rationem, & eorum omnium quæ toto hoc capite cõsulit Celsus, partim è primi libri, partim è secundi cõmentarijs petere licebit.

Si uehementius, rosa, uel melino.) Rosam Celsus ubiq; pro oleo, aut unguento rosaceo ponere solet.

Aut si stomachus non cõtinet.) Tepida aqua, quamuis sit uomitioni citandę apposita, uomitioq; supprimendæ aluo accõmodata, tamen ad incontinentiã castigandam satis esse aptam non apparet: propterea quòd & resoluat uentriculum potius, & languefaciat, quàm eundem confirmet. C

Vinum asperum.) Acerbum ita nominat, quòd linguã fauces q; exasperet, cogat, atq; astringat.

Si uero ardens febris exterret.) Legito exercet.

Si pituita in stomacho coit.) De pituitæ uomitione dictum est lib. primo. Verùm haud scio, cur hic olus frigidum, cur pomum stomacho aptum, hoc est astringens, cogensq; probet. Affigunt enim, atq; infarciunt ista pituitã, per se alioqui sæpe nimis & lentam, & cõtumacem: nõ reuellũt, in qua tenuantibus incidentibus & abstergentibus opus est. Verùm infirmitati ex uomitu accersitæ, his arbitror succurrere uoluit: aut omni pituita effusa, nihil hæc nocitura in ardente febri censuit.

Frigida aqua copiose præstanda est.) Aquę frigidę usus, in quibus uel metui debeat, uel spē salutis prębere, libro 9. Therapeut. meth. Galenus satis docet.

Si quis autem in huiusmodi febri leniter tussit.) Hippocrates lib. 4. Aphor. 54. Quibus tusses aridæ diu durantes, ac leniter iritantes in febribus ardentibus fiunt, ij non multum siti infestantur.

Quomodo pestilentes febres curari debeant. Cap. VII.

A Desiderat etiam propriam animduersionem in febribus pestilentiæ casus. In hac minimè utile est, aut fame, aut medicamentis uti, aut ducere aluum. Si uires sinunt, sanguinem mittere optimum est, præcipuéq; si cum dolore febris est. Si id parum tutum est, ubi febris aut tenuata est, aut leuata est, uomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius, quàm in alijs morbis, ducere in balneum opus est, uinum calidum & meracius dare, & omnia glutinosa. Inter quæ quoq; carnem generis eiusdem. Nam quó celerius eiusmodi tempestates corripiũt, eò maturius auxilia, etiã cum quadam temeritate rapienda sunt. Quòd si puer est qui laborat, neq; tantum robur eius est, ut sanguis mitti posit, siti ei utendum est, ducenda aluus, uel aqua uel ptisanæ cremore, tum demum is leuibus cibis nutriendus. Et ex toto, non sic pueri, ut uiri curari debent. Ergo, ut in alio quoq; genere morborum, parcius in his agendũ est. Non facile sanguinem mittere, nõ facile ducere aluũ,
B non cruciare uigilia, faméue, aut nimia siti, non uino curare satis conuenit. Vomitus post febrem eliciendus est, deinde dandus cibus ex leuissimis, tum is dormiat: postero quoq; die si febris manet, abstineatur. Tertio ad similem cibum redeat. Dandaq; opera est, quantũ fieri potest, ut inter opportunam abstinentiã cibosq; opportunos, obmissis cæteris nutriatur.

Caput VIII.

Si uerò ardens febris extorret, nulla medicamenti danda potio est, sed in ipsis accessionibus, oleo & aqua refrigerandus est: quæ miscenda manu sunt, donec albescant, & conclaui tenendus: quo multum & purũ aerem trahere possit: neq; multis uestimentis strangulandus, sed admodum leuibus tantũ uelandus est. Possunt etiam super stomachũ imponi, folia uitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidẽ nimia uexandus est, alendus maturius est: id est, à die tertio, & ante cibũ ijsdem perũgendus. Si pituita in stomacho coit, inclinata iam accessione, uomere cogendus est, & tunc
C dandum frigidum olus, aut pomum ex his quæ stomacho conueniunt. Si siccus manet stomachus, protinus uel ptisanæ, uel alicæ, uel oryzæ cremor dandus est, cũ quo recens adeps cocta sit. Cum uerò in summo incremento morbus est, utiq; nõ ante diem quartum magna siti antecedente, frigida aqua copiose præstanda est, ut bibat etiã ultra satietatem: & cum iam uenter & præcordia ultra modum repleta, satisq; refrigerata sunt, uomere debet. Quidam ne uomitũ quidem exigunt, sed ipsa aqua frigida tantum ad satietatem data pro medicamento utuntur. Vbi utrumlibet factũ est, multa ueste operiendus est, & collocãdus ut dormiat. Fereq; post longam sitim & uigiliam, post multam satietatem, post infractum calorem plenus somnus uenit, per quem ingens sudor effunditur, idq; præsentissimum auxilium est. Sed in his tamen, in qui-

bus præter ardorem, nulli dolores, nullus præcordiorum tumor, nihil prohibens, uel in thorace, uel in pulmone, uel in faucibus, non ulcus, non deiectio, non profluuium alui fuit. Si quis autem in huiusmodi febre leuiter tussit, is neq; uehementi siti conflictatur, neq; bibere aquam frigidam debet: sed eo modo curãdus est, quo in cæteris febribus præcipitur. A

Curatio semitertianæ febris, quæ hemitritæos dicitur. Cap. IX.

AT ubi id genus tertianæ est, quod hemitritæon Medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim plerunque frequentiores accessiones, decessionesq;, ut aliud morbi genus uideri possit: porrigiturq; febris inter horas uiginti quatuor & triginta sex, ut quod idem est, non idem esse uideat. Et magnopere necessarium est, neque dari cibum, nisi in ea remissione, quæ uera est: & ubi ea uenit, protinus dari, plurimiq; sub alterutro curantis errore subitò moriuntur: ac nisi magnopere aliqua res prohibet, inter initia sanguis mitti debet: tum dari cibus, qui neq; incitet febrem, & tamen longum eius spacium sustineat. B

Magna cura opus est.) Hemitriteos ex tertiana intermittente, & quotidiana continua constat. Sæuis ipsa accidẽtibus hominem exercet, lethargicis delationibus attonitisq;, uigilijs, syncope, & uniuersi corporis horrenda turbatione. De hac consule Galenum libro 2. de Differentijs febrium, & lib. 2. de Iudicijs. Hippocrates eam designauit 4. Aphor. 43. Febres quæcunq; nõ intermittunt, tertioq; die fortiores euadunt, periculosæ sunt.

Porrigiturq; febris inter horas uiginti quatuor, &c.) Rectius fore putauerim, ut legatur, In horas uiginti quatuor.

Curatio lentarum febrium. Cap. X.

NOnnunquam etiam lentæ febres sine ulla remissione corpus tenent, ac neque cibo neque ulli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet, ut morbum mutet. Fortasse enim curationi opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua frigida, cui oleum sit adiectum, corpus eius pertractandum est: quoniam interdum sic euenit, ut horror oriatur, & fiat initiũ quoddam noui motus: exq; eo, cum magis corpus incaluit, sequatur etiam remissio. In his frictio quoque ex oleo & sale salubris uidetur. At si diu frigus est, & torpor, & iactatio corporis, non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, uel cum cibo uinum bene dilutum. Intenditur enim sæpe ex eo febris, & maior ortus calor, simul & priora mala tollit, & spem remissiõis in ea curatione ostendit. Neque hercules ista curatio noua est, qua nunc quidam traditos sibi ægros (qui sub cautioribus medicis trahebantur) interdum contrarijs remedijs sanant. Siquidem apud antiquos quoq;, ante Herophilum & Erasistratum, maximeq; post Hippocratẽ fuit πέτρων quidã, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis uestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem sitimq; excitaret. Deinde ubi paulum remitti cœperat febris, aquam frigidã C

A potui dabat, ac si mouerat sudorem, explicuisse se ægrum iudicabat: si non mouerat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum uomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat, protinus suillam assam & uinum homini dabat. Si non liberauerat, decoquebat aquam sale adiecto, eamq́ bibere cogebat, ut mouendo uentrem purgaret. Et intra hæc omnis eius medicina erat. Eáque nō minus grata fuit his quos Hippocratis successores non refecerāt, quàm nunc est his quos Herophili, uel Erasistrati æmuli, diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina, quia plures, si protinus à principijs excepit, interemit. Sed cum eadem omnibus conuenire non possint, ferè quos ratio non restituit, temeritas adiuuat. Ideoque eiusmodi medici melius alienos ægros, quàm suos nutriunt. Sed est circumspecti quoque hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere: quia curationem ubi id quod est non recipit, potest recipere id quod futurum est.

B

Fortasse enim curationi opportunior fiet.) Fortasse, bene addidit. Nam forsitan ea mutatio, multo plus etiam mali, ne dicam mortem nonnunquam sit allatura, ut ne temerè quis aut inconsultò aliquando id tentet. Sed idipsum quoque Celsus sub finem huius capitis admonet.

Suillam assam & uinum homini dabat.) Res duas febrienti inimicissimas dabat. Nam suilla, præsertim assa, alit plurimum, & ægrè à stomacho imbelli, cuiusmodi ferè est in febrientibus, cōficitur. Vinum febrem incendit, & quasi oleum, iniectum, flammam exuscitat: nisi sit oligophorum, aqueumq́, quod aliquando ex usu esse potest.

Remedia in febribus ad capitis dolorem, & præcordiorum inflammationem, & ariditatem & scabritiem linguæ. Cap. XI.

CONsiderandum etiam est, febres'ne solæ sint, an alia his quoque mala accedant: id est, num caput doleat, num lingua aspera, num præcordia intenta sint. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, & in id ingerere: deinde habere duo pitacia, quæ latitudinem frontis longitudinemq́ æquent. Ex his inuicem alterum in aceto & rosa habere, alterum in fronte, aut intinctam ijsdem lanam succidam imponere. Si acetum offendit, pura C rosa utendum est. Si rosa ipsa lædit, oleo acerbo. Si ista parum iuuant, teri potest uel iris arida, uel nuces amaræ, uel quælibet herba ex refrigerantibus. Quorū quidlibet ex aceto impositum, dolorem minuit, sed magis aliud in alio. Iuuat etiam panis cum papauere iniectus, uel cum rosa, cerussa, spuma'ue argenti. Olfacere quoque uel serpillum, uel anethum, non alienum est. At si in præcordijs inflāmatio & dolor est, primo superimponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne si calidiora fuerint, plus eò materiæ concurrat. Deinde ubi prima inflammatio se remisit, tunc demum ad calida & humida ueniendum est, ut ea quæ remanserint, discutiant. Notæ uerò inflammationis sunt quatuor, rubor,

 & tumor,

& tumor cum calore & dolore. Quo magis errauit Erasistratus, A qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est. Hunc enim statim ipsa febris sol uit. At si neq; inflammatio, neque febris, sed tantũ præcordiorũ dolor est, protinus calidis & siccis fomẽtis uti licet. Si uerò lingua sicca est & scabra, detergenda primũ penicillo est ex aqua calida. Deinde ungenda, mistis inter se rosa & melle. Mel purgat, rosa re primit, simulq; siccescere nõn sinit. At si scabra non est, sed arida; ubi penicillo detersa est, ungi rosa debet, cui ceræ sit paulũ adiectũ.

Rosam cum aceto miscere oportet.) Acetum genuina sua uirture subuenit, & ro. saceo opem laturo auxilium præber. hoc enim intrò sua tenuitate deducit, & æstum suo frigore temperat. Rosaceum coquit, repellit, digerit, eaq; omnia mediocriter. Galen. lib. Compos. phar. partic.

Oleo acerbo.) Omphacinum appellant, ex oliuis immaturis expressum.

Teri potest uel iris arida, uel nuces amaræ.) Aestum neq; iris, neq; nux amara magnopere refrenare potest: discutere ac dissipare & extergere fumos crudos ac uapores capitis utraq; possunt. Verùm acetũ quod misceri iubet, feruori leuando accommodatum est. B

Olfacere quoq; serpillum.) Hanc de serpillo quasi refrigerante, itemq; anetho, opinionem, reprobauimus libro secũdo. Anetho tamen uiridi, & ex eo tum oleis, tum succis, inesse uirturem non modò digerendi, sed etiam dolorẽ sedandi, conciliandiq; somnum, manifestum est.

Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est.) Hippocrates lib. 6. Aphoris. 40. Quibus dolor circa hypochondrium fit absq; inflammatione, iis febris superueniens dolorem soluit.

Remedia contra frigus, quod febrem præcedit. Cap. XII.

Solet etiam ante febres esse frigus, idq; uel molestissimum mor bi genus est. Vbi id expectatur, omni potione prohibendus æger est. Hæc enim paulo antè data, multũ mali adijcit. Item ma turius ueste multa tegendus est: admouẽda partibus his, pro qui bus metuimus, sicca & calida fomenta, sic, ne statim uehementissi mi calores incipiant, sed paulatim increscant. Perfricandæ quoq; eæ partes manibus unctis ex uetere oleo sunt, eiq; adijciendum aliquid ex calefacientibus. Contentiq; medici quidam una frictione etiam ex quolibet oleo sunt. In harum febrium remissionibus, nonnulli tres aut quatuor sorbitionis cyathos, etiamnũ ultrà ma- C nente febre, dant. Deinde, ea bene finita, reficiunt stomachum ci bo frigido, & leni. Ego tum hoc puto tentandum, cum parum ci bus semel, & post febrem datus prodest. Sed curiose perspiciendum est, ne tempus remissionis decipiat. Sæpe enim in hoc quoque genere ualetudinis iam minimi febris uidetur, & rursus interi ditur. Itaque ei remissioni credendum est, quæ etiam immoratur, & iactionem fœtoremq; quendam oris (quem ὄζην Græci uocãt) minuit. Illud satis cõuenit, si quotidie pares accessiones sunt, quotidie paruum cibum dandum: si impares, post grauiorem, cibum, post leuiorem, aquam mulsam.

Sæpe enim in hoc quoq; genere ualetudinis iam minimi febris.) Legito, minui.

A *Curatio horroris in febribus.* Cap. XIII.

HOrror autem eas ferè febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Ideoq; tutissimæ sunt maximè, quæ curationes admitunt. Nam ubi incerta tempora sunt, neque alui ductio, neque balneum, neque uinum, neque medicamentum aliud rectè datur. Incertum est enim, quando febris uentura sit: ita fieri potest, ut si subitò uenerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilij causa sit inuentum. Nihilq; aliud fieri potest, quàm ut primis diebus bene abstineat æger: deinde. Sub decessu febris eius, quæ grauissima est, cibum sumat. At ubi certus circuitus est, facilius omnia illa tentantur, quia facilius proponere nobis & accessionū & decessionum uices possumus. In his autem cum ueterauerunt, utilis fames non est. Primis tantummodo diebus ea pugnandum est, deinde diuidenda curatio est, & antè horror, tum febris discutienda. Igitur cum primùm aliquis B inhorruit, & ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam aquam, subsalsam, & uomere eum cogere. Nam ferè talis horror ab his oritur, quæ biliosa in stomacho resederunt. Item faciendū est, si proximo quoque circuitu æquè cessit. Sæpe enim sic discutitur: iamq; quod genus febris sit, scire licet. Itaque sub expectatione proximæ accessionis, quæ instare tertia potest, deducendus in balneum est: dandaq; opera est, ut per tempus horroris in solio sit. Si ibi quoque senserit, nihilominus idem sub expectatione accessionis quartæ faciat, siquidem eo quoq; modo sæpe id discutitur. si nec balneum quidem profuit, ante accessionem alliū edat, aut bibat calidam aquam cum pipere: siquidem ea quoque assumpta, calorem mouent, qui horrorem non admittit. Deinde, eo modo quo in frigore præceptum est, antequam inhorrescere possit, operiatur. Fomentisq; protinus ualidioribus totum corpus circundare conuenit, maximeq; inuolutis extinctis testis & titionibus. Si nihilominus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipsa uestimenta perfundatĩ, cui ęquè ex calefacientibus aliquid C sit adiectū: adhibeaturq; frictio, quantam is sustinere poterit, maximeq; in manibus & pedibus, & spiritum ipse contineat: neque desistendum est, etiam si horror est. Sæpe enim pertinacia iuuantis, malum corporis uincit. Si quid euomuit, danda aqua tepida, iterumque uomere cogendus est: utendumq; eisdem est, donec horror finiatur. Sed præter hæc ducenda aluus est, si tardius horror quiescet, siquidem id quoq; exonerato corpori prodest. Vltima quoque post hęc auxilia sunt, gestatio & frictio. Cibus autem in eiusmodi morbis maximè dandus est, qui mollem aluum præstet, caro glutinosa: uinum cum dabitur, austerum.

Horror autem eas ferè.) Rigorem, ut suprà dictum est, intellige.
Ideoq; tutissimæ sunt maximè quæ curationes admittunt.) Legendū, maximeq;. Petita est

tita est hæc sententia ex Hippocrate lib. 4. Aphoris. 43. Febres, quocunque A modo intermiserint, periculum abesse significant.

Deducendus in balneum est.) Istud quàm non sit semper utile, satis Galenus libris Therap. meth. docet.

Curatio quotidianæ febris. Cap. XIIII.

HAec ad omnes circuitus febrium pertinent: discernendæ tamen singulæ sunt, sicut rationem habent dissimilem: si quotidiana est, triduo primo magnopere abstinere oportet, tum cibis altero quoque die uti. Si res inueterauerit, post febrem experiri balneum & uinum, magisque si horrore sublato hæc superest.

Si res inueterauerit.) Nisi cruditate omni sublata, & bene præpurgato corpore, balneum tutò non imperatur.

Curatio tertianæ febris. Cap. XV.

SI tertiana uerò, quæ ex toto intermittit, aut quartana est, medijs diebus & ambulationibus uti oportet, alijsque exercitationibus & unctionibus. Quidam ex antiquioribus medicis Cleophantis, in hoc genere morborum, multo ante accessionem caput ægri multa calida aqua perfundebat, deinde uinum dabat. B Quod quamuis pleraque eius uiri præcepta secutus est Asclepiades, rectè tamen præterijt. est enim anceps. Ipse, si tertiana febris est, tertio die post accessionem dicit aluum duci oportere, quinto post horrorem uomitū elicere, deinde post febrem (sicut illi mos erat) adhuc calidis dare cibum, & uinum. Sexto die in lectulo detineri. Sic enim fore, ne septimo die febris accedat. Id sæpe fieri posse, uerisimile est. Tutius tamen est, ut ipso ordine utamur. Tria remedia uomitus, alui ductionis, uini potus per triduum, id est, die tertio, & quinto & septimo tentare: nec uinum nisi post accessionem die septimo bibat. Si uerò primis diebus discussus morbus non est, inciditque in uetustatem, quo die febris expectabitur, in lectulo se contineat: post febrem perfricetur: tum cibo assumpto bibat aquam: postero die, quo cibo uacat, & ab exercitatione unctioneque, aqua tantum cōtentus conquiescat. Et id quidem optimū est. Si uerò imbecillitas urgebit, & post febrem uinum, & medio C die paulum cibi debebit assumere.

Quidam ex antiquioribus medicis.) Hippocrates 7. Aphor. 42. Si febris nō ex bile nata sit, multa aqua calida capiti infusa febrim soluit.

Curatio quartanæ febris. Cap. XVI.

EAdem in quartana facienda sunt. Sed cum hæc tardè admodū finiatur, nisi primis diebus discussa est, diligentius ab initio præcipiendum est, quid in ea debeat fieri. Igitur si cui cum horrore febris accessit, eaque desijt, eodem die, & postero, tertio que continere se debet, & aquam tantummodo calidam primo die post febrem sumere: biduo proximo, quantum fieri potest, ne hanc quidem. Si quarto die cum horrore febris reuertitū uomere, sicut antē

præceptum

A præceptū est;deinde post febrem modicū cibū sumere, uini quadrantem. Postero tertio'q; die abstinere, aqua tantūmodo calidā (si fitiet)assumpta, septimo die balneō frigus preuenire, abstinere continere,se debet,&aqua tantūmodo calida,si fitiet:ac tum ita septimo die balneo frigus præuenire:si febris redierit,ducere aluū. ubi ex eo corpus cōquieuerit,inunctione uehementer perfricari, eodem modo sumere cibū, & uinū, biduo proximo se abstinere, frictione seruata.decimo die rursus balneum experiri:& si postea febris accesßit,æquè perfricari:uinum copiosius bibere ac si proximum est,quies tot dierum,ut abstinentia cum cæteris quæ præci iuntur,febrem tollant.Si uerò nihilominus remanet,& aliud ex toto sequendū est curationis genus: idq; agendū, ut quod diu sustinendum est, corpus facile sustineat. Quominus etiā curatio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus ducendā aluum,deinde abstinendum usq; in septimum diem dixit. Quod ut sustinere aliquis posßit,tamen etiam febre liberatus uix refecti
B oni ualebit:adeò si febris sæpius accesserit, concidet. Igitur si tertiodecimo die morbus remanebit,balneum neq; ante febrem, neque post eam tentandum erit, nisi interdū iam horrore discusso, Horror ipse per eadem quæ suprà prescripta sunt,expugnandus. Deinde post febrem oportebit ungi,& uehementer perfricari, cibum & ualidum, & fortiter assumere, uino uti quantū libebit.Postero die cū satis quieuerit,ambulare,exerceri,ungi,perfricari,fortiter,cibum accipere sine uino,tertio die abstinere. Quo die uer febrem expectabit, antè surgere & exerceri : dareq; operam non oportet, ut in ipsam exercitationem tempus febris incurrat. Sic enim sæpe illa discutitur. At si in opere occupauit, tum demum se recipere. In eiusmodi ualetudine medicamenta sunt,oleū, frictio, exercitatio,cibus,uinū. Si uenter astrictus est, soluendus est. Sed hæc facile ualidiores faciūt:si imbecillitas occupauit,pro exercitatione gestatio est.Si ne hāc quidem sustinet,adhibenda tamen frictio est: si hæc quoque uehemens onerat,intra quietem & unctio
C nem & cibū sisten dum est dandaq; opera est, ne qua cruditas in quotidianam id malum uertat. Nam quartana neminem iugulat, sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est. Quod tamē,nisi culpa uel ægri, uel curantis,non unquam fit.

Deinde post febrem modicum cibum sumere, uini quadrantem.) Sextarij quadrantem ex tribus cyathis, non libræ ex uncijs tribus constantē, intelligere uidetur. Quod autem ad quartanæ curationem attinet,eam omnem ex Galeni libro priore ad Glauconem,& eorum monumentis,qui eruditionis artisq; laude post illum excellerunt, peti uelim, cumq; ijs Celsi præcepta doctrinamq; coniungi.Nec id sanè hoc tantummodo loco,sed etiam in ijs omnibus,quę derecta curandi cuiuscunq; uitij ratione usquam ab ipso scripta inuenientur,faciendum existimo. Id quod in ueterum omnium monumentis ita sequendum est,ut neq; ex Hippocrate,neq; Scribonio, neq; uerò alio pari uetustate celebri facile quisquam ueram rationem curationū sit percepturus,

si non Galenum atque alios artis peritia doctrinaq; claros, accuratè confe- A
rat atq; coniungat.

Quartana neminem iugulat.) Senes tamen magna ex parte interficit. Et sæpenumero, si non probè prudenterq; tractetur, eam uel cachexia prauusq; habitus, uel uiscerũ tumor & defluxio comitatur. Vnde alios ægrè explicari, alios tandem interire uideas. Hippocrates lib. 1. Epidemion: Quartana, inquit, omnium securissima, facillima, longissimaq; : utpote quæ in menses sæpe tres, aut sex, aut annum, quod 6. Epid. scriptum est, protrahatur.

Curatio duarum quartanarum. Cap. XVII.

AT si duæ quartanæ sunt, neq; hæ quas proposui, exercitationes adhiberi possunt, aut ex toto quiescere opus est: aut si id difficile est, leuiter ambulare, cõsidere diligenter inuolutis pedib. & capite. Quoties febris accesśit & desijt, cibum modicũ sumere & uinum: reliquo tempore, nisi imbecillitas urget, abstinere. Aut si duæ febres penè iunguntur, post utranq; cibum sumere. Deinde uacuo tempore & moueri aliquid, & post unctionem cibo uti. Cum uerò uetus quartana rarò, nisi uere soluat, utiq; eo tempore attẽdendũ est, ne quid fiat, quod ualetudinẽ impediat. Prodestq; B in uetere quartana mutare subindè uictus genus, à uino ad aquã, ab aqua ad uinũ, à lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes transire, esse radicem, deinde uomere, iurc'ue pulli gallinacei uentrem resoluere, oleum ad frictiones adijcere, calefacientia ante accesśionem sorbere, uel aceti cyathos duos, uel unum sinapis, cum tribus græci uini salsi, uel mista paribus portionibus, & in aqua diluta, piper, castoreum, laser, myrrham. Per hæc enim, similiaq; corpus agitandum est, ut moueatur ex eo statu quo detinetur. Si febris quieuit, diu meminisse eius diei conuenit, eoq; uitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facile enim reuertitur, nisi à sano quoque aliquandiu timetur.

Vetus quartana rarò, nisi uere soluitur.) Autumnus eam sæpè gignit, parens pro sem temperatione sibi similem. Ver utriq; contrarium, ferè necat. Hippocrates libro de Natura humana.

Curatio quotidianæ febris, quæ ex quartana facta sit. Cap. XVIII. C

AT si ex quartana, quotidiana facta est, cum id uitio inciderit, per biduum abstinere oportet, frictione uti, aquã tantũmodo uesperi potui dare, tertio die sæpe fit ne febris accedat: sed siue fuit, siue non fuit, cibus post accesśionis tempus est dandus: at si manet, per biduum abstinentia, quãta maximè imperari corpori potest, fricatione quotidie utendum est.

De tribus insaniæ generibus, & primò de eius curatione quæ à Græcis φρενῖτις dicitur. Cap. XVIIII.

ET febrium quidem ratio exposita est. Supersunt uerò alij corporis affectus, qui huic superueniũt: ex quibus eos, qui certis partibus assignari non possunt, protinus iungam. Incipiam ab insania,

A fania,primam'que huius ipfius partem aggrediar, quę & acuta & in febre eft,Græci φρενῖτιν appellāt.Illud ante omnia fcire oportet, interdum in accefsione ægros defipere,& loqui aliena.Quod nō quidem leue eft,neque incidere poteft,nifi in febre uehementi: non tamen æquè peftiferum eft. Nam plerunque breue effe con fueuit,leuatoq́ accefsionis impetu,protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud defiderat,quàm quod in curanda febre præceptum eft.Phrenitis uerò tum demum eft, cum con tinua dementia effe incipit: aut cum æger,quamuis adhuc fapiat, tamen quafdam uanas imagines accipit.perfecta eft, ubi mens illis imaginibus addicta eft.Eius autem plura genera funt. Siquidē ex phreniticis alij hilares, alij triftes funt,alij facilius continentur, & intra uerba defipiunt:alij confurgunt,& uiolenter quędam ma nu faciunt.atque ex his ipfis alij nihil nifi impetu peccant, alij etiam artes adhibent,fummamq́ fpem fanitatis in captandis maiorum operum occafionibus præbent: fed exitu deprehenduntur.

B Ex his autem eos qui intra uerba defipiunt,aut leuiter etiam manu peccant,onerare afperioribus coercitionibus fuperuacuū eft. Eos uerò qui uiolentius fe gerunt,uincire conuenit, ne uel alteri, uel fibi noceant.Neque credendum eft,fi uinctus aliquis,dum leuari uinculis cupit,fanum iam fe fingat,quamuis prudenter & mi ferabiliter loquatur:quoniam is dolus infanientis eft. Ferè uerò antiqui tales ægros in tenebris habebant, eo quòd eis contrariū effet exterreri:& ad quietem animi tenebras ipfas cōferre aliquid iudicabant. At Afclepiades,tanquā tenebris ipfis terrentibus, in lumine habendos effe dixit.neutrum tamen perpetuum eft. Aliū enim lux,alium tenebræ magis turbant:reperiunturq́,in quibus nullum difcrimen deprehendi uel hoc uel illo modo pofsit. Optimum itaque eft utrunque experiri, & habere eum qui tenebras horret,in luce:eum qui lucem,in tenebris. At ubi nullum tale difcrimen eft,æger,fi uires habet,loco lucido:fi non habet,obfcuro cōtinēdus eft. Remedia uerò adhibere,ubi maximè furor urget, fuperuacuum eft:fimul enim febris quoque increfcit. Itaque tum

C nihil,nifi continendus æger eft. Vbi uero res patitur:feftinanter fubueniendum eft.Afclepiades perinde effe dixit, his fanguinem mitti,ac fi trucidentur: rationem hāc fecutus, quòd neq; infania ef fet, nifi febre intenta: neque fanguis, nifi in remifsione eius, rectè mitteretur.Sed ipfe in his fomnum multa frictione quæfiuit, cum & intentio febris fomnum impediat,& frictio non nifi in remifsione eius utilis fit.Itaq; hoc quoq; auxiliū debuit præterire. Quid igitur eft?Multa in pręcipiti periculo rectè fiunt,aliàs omittenda. Et continuata quoque febris habet tempora, quibus etfi non remittit,non tamen crefcit.Eftq́ hoc,ut non optimum, fic tamen fe

cundũ remedij genus. Quòd si uires ægri patiantur, sanguis quoque mitti debet. Nec minus deliberari potest, an aluus ducẽda sit, tum interposito die conuenit caput ad cutẽ tondere, deinde aqua fouere, in qua uerbenę aliquæ decoctæ sint, uel ex reprimentibus: aut prius fouere, deinde tondere, & iterũ fouere, ac nouissimè rosa caput nares'q; implere, offerre etiam naribus rutam, ex aceto cõtritam, mouere sternutamenta medicamentis in id efficacibus. Quæ tamen facienda sunt in his, quibus uires non desunt: si uerò imbecillitas est, rosa tantũ capute adiecto serpyllo, similis'q; aliquo madefaciendum est. Vtiles etiàm in quibuscunque uiribus herbę duæ sunt, solanum & muralis, simul ex utraque succo expresso caput impleatur. cum se febris remiserit, frictione utendum est, parcius tamen in his qui nimis hilares, quàm in his qui nimis tristes sunt. Aduersus omnium autem sic insanientium animos, gerere se pro cuiusque natura necessarium est. Quorundam enim uani me- B tus leuãdi sunt: sicut in homine prædiuite famem timente accidit, cui subinde falsæ hæreditates nunciábantur. Quorundã audacia cohercenda est: sicut in his fit, in quibus continendis plagæ quoq; adhibentur. Quorundam etiam intempestiuus risus, & obiurgatione & minis prohibendus est. Quorundam discutiendæ tristes cogitationes, ad quod symphoniæ & cymbala, strepitus'q; profici unt. Sæpius tamen assentiendum, quàm repugnandum est, paulatim'q;, & nõ euidenter ab his quæ stulte dicent, ad meliora mens eius abducenda est. Interdum etiam elicienda ipsius intentio, ut fit in hominibus studiosis literarum, quibus liber legitur, aut rectè, si delectantur, aut perperam, si id ipsum eos offendit: emendando enim conuertere animam incipiunt. Quin etiam recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt. Ad cibum quoque quosdam non desiderantes reduxerunt hi, qui inter epulantes eos collocauerunt. Omnibus uerò sic affectis, somnus & difficilis, & præcipuè necessarius est: sub hoc enim plerique sanescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam, crocinum unguentum C cum irino in caput datum. Si nihilominus uigilant hi, quidã somnum moliuntur potui dando aquã, in qua papauer, aut hyoscyamos decocta sit: alij mandragorę mala puluino subijciunt: alij uel amomum, uel sycamini lachrymam fronti inducunt. Hoc nomen apud medicos reperio. Sed cum Græci morum sycaminũ appellant, mori nulla lachryma est: sic uerò significatur lachryma arboris in Aegypto nascentis, quam ibi morosycon appellant. Plurimi decoctis papaueris corticibus, ex ea aqua subinde spõgia os & caput fouent. Asclepiades ea superuacua esse dixit: quoniã in lethargum sæpe conuerterent. Præcipit autem, ut primo die à cibo, potione, somno abstineretur, uesperi ei daretur potui aqua, tunc frictio admoueretur lenis, ita ut ne manũ quidem qui fricaret, uehementer imprimeret: postero deinde die ijsdem omnibus factis, ue-
speri

A speri ei daretur sorbitio ex aqua,rursusq; frictio adhiberetur.Per hanc enim nos consecuturos, ut somnus accedat. Id interdum fit, & quidem adeò,ut illo confitente,nimia frictio etiam lethargi periculũ afferat. Sed si sic somnus non accessit, tum demum illis medicamentis accersendus est,habita scilicet eadẽ moderatione,quę hic quoque necessaria est,ne quem obdormire uolumus, excitare postea non possimus. Confert etiam aliquid ad somnum,silanus iuxta cadens ,uel gestatio post cibũ, & noctu, maximeq; suspensi lecti motus. Neq; alienum est,si neq; sanguis antè missus est, neq; mens constat,neque somnus accedit,occipitio inciso cucurbitulã admouere. Quæ,quia leuat morbum,potest etiam somnum facere: moderatio autem in cibo quoque adhibenda est. Nam neque implendus æger est, ne insaniat: neq; ieiunio utiq; uexandus est, ne imbecillitate in cardiacũ incidat. Opus est autem cibo infirmo,
B maximeq; sorbitione, potione aquæ mulsæ, cuius ternos cyathos bis hyeme,quater æstate dedisse satis est. Alterũ genus insanię est, quod spaciũ longius recipit: quia ferè sine febre incipit,leues deinde febriculas excitat,& consistit in tristitia,quam uidetur bilis atra contrahere.In hac utilis detractio sanguinis est. Si quid hanc prohibet,prima est abstinentia,secunda per album ueratrum uomitumq; purgatio, post utrumlibet adhibenda bis die frictio est. Si magis ualet, frequens etiã exercitatio. In ieiuno uomitus,cibus sine uino dandus ex media materia est. Quã,quoties posuero,scilicet etiã ex infirmissima dari posse,dum ne ea sola quis utatur, ualentissima tantummodo esse remouenda. Præter hæc seruanda aluus est q; tenerrima, remouendi terrores , & potius bona spes afferenda, quærenda delectatio ex fabulis ludisq;, quibus maximè capi sanus assueuerat. Laudãda,si qua sunt ipsius opera, & ante oculos eius ponenda. Leuiter obiurganda uana tristitia. Subinde admonendus in his ipsis rebus, quæ solicitant, cur non potius lætitiæ, quàm solicitudinis causa sit: si febris quoque accessit,sicut aliæ febres curanda est. Tertium insaniæ genus est,ex his lon-
C gissimum, adeo ut uitam ipsam non impediat, quod robusti corporis esse consueuit. Huius autem ipsius species duæ sunt. nã quidam imaginibus, non mente falluntur: qualem insanientem Aiacem uel Orestem poetarum fabulæ ferunt. quidam animo desipiunt.Si imagines fallunt,ante omnia uidendum est,tristes,an hilares sint. In tristitia nigrum ueratrũ deiectionis causa, in hilaritate album,ad uomitum excitandum dari debet.Idq; si in potione nõ accepit,pani adijciendũ est, quo facilius fallat. Nam, si bene se purgauerit, ex magna parte morbum leuabit. Ergo etiam si semel datum ueratrum,parum profecerit,interposito tempore iterũ dari debet. Neq; ignorare oportet, leuiorem esse morbum cum risu, quàm seriò insanientium. Illud quoque perpetuum in omnibus morbis,ubi ab inferiore parte purgãdus aliquis est,uentrem eius

ante soluendum esse: ubi à superiore, cõprimendum. Si uerò consilium insanientem fallit, tormentis quibusdam optimè curatur. A
Vbi perperam aliquid dixit, aut fecit, fame, uinculis, plagis coercendus est. Cogendus est & attendere, & ediscere aliquid, & meminisse. Sic enim fiet, ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat. Subitò etiã terreri & expauescere, in hoc morbo prodest: & ferè quicquid animũ uehementer perturbat. Potest enim quędam fieri mutatio, cũ ab eo statu mens in quo fuerat, abducta est. Interest etiam, si ipse sine causa subindè rideat, an mœstus, dimissus qꝫ sit. Nam dementis hilaritas terroribus his (de quibus suprà dixi) melius curatur. Si nimia tristitia est, prodest lenis, sed multa bis die frictio. Item per caput aqua frigida infusa, demissumqꝫ corpus in aquam & oleum. Illa communia sunt, insanientes uehementer exerceri debere, multa frictione uti, neqꝫ pinguem carnẽ, neque uinum assumere, cibis uti post purgationem ex media materia quàm leuissimis. Non oportere esse uel solos, uel inter ignotos, uel inter eos quos aut contemnant, aut negligant: mutare debere regiones, & si mens redit, annua peregrinatione esse iactandos. B
Rarò, sed aliquando tamen ex metu delyriũ nascitur. Quod genus insanientium specie, similiqꝫ uictus genere curandum est: præterquàm quòd hoc insaniæ genere solo, rectè uinum datur.

Eos qui certis partibus aßignari non poßunt.) Si causam, si morbũ, si amborũ sedem animaduertas, nulla fermè febris est, ne hectica quidẽ, cuius certa pars quã infestet, & è qua tanquam fonte scaturiat, assignari non possit. Febrium nimirum cor quidem fons est, & origo, unde mox in reliquũ corpus spargun tur. Causa uerò aliàs in uentriculo, aliàs in cerebro, aliàs iecore aut liene, aliàs alibi continetur. Phrenitidis item, & lethargi, & morbi tum comitialis, tum regij, & apoplexiæ, & paralyseos sedem causamqꝫ caput complectitur: atque in capite uel cerebrum, eiusqꝫ membranæ, ut phrenitidis: uel meatus, ut apoplexię, & morbi comitialis: uel nerui, ut paralyseos, quemadmodum regij morbi & causam, & domicilium iecur, inqꝫ iecore fellis folliculum celat & abdit. Quorum deinde symptomata si spectes, per cunctum corpus ea diffusa uideas, calorem, dolorem, frigus, infirmitatem, decolorationem, flauedinem, uirium impotentiam, multaqꝫ alia. A' quibus Celsus, C
non à causa morbóue, totius corporis has esse ægritudines dicit. Nam anasarca, & elephantiasis, & hectica, præsertim marasmodes, cæteraqꝫ similia, uniuersi corporis morbi uerè sunt, & nominantur. Quod cognouisse, ad curandi rationem non parum confert. Causæ enim, morbiqꝫ ab ijs sunt locis, quib. insigunt, eximendi, seu certa illi in parte, seu toto in corpore repetiant.

Neq; id genus morbi remedium aliud desiderat.) Id omnino uerum non est: sæpè enim in febri feruente, quam uel sanguis, uel bilis, uel abscessus excitarit, ortam insaniam, si multum infestet, uel somno accersito, uel cerebri uaporib. repressis, placare contendimus: nisi Celsus hanc esse febris curationẽ, ut de frigore, horrore, lingua aspera, siti, inflammatione docuit, existimauit.

Eius autem plura genera sunt.) Phrenitis uera ex inflamatione nascitur uel cerebri, uel eius membranarũ, quã modò bilis, unde ferocior: modò sanguis, ex quo mitior insania fit, progenuit. Galenus libro de Affectorum locorum

notitia,

A notitia, tres formas illegitimæ illius: & libro de Symptomatũ causis, ueram puramq;, malum mirè horrendum atq; acutum, describit.

Rosa tantum capite adiecto serpillo.) Legito, caput.

Solanum & muralis.) Illud solatrum barbaræ officinæ, & uuã lupinã ac uulpis, & morellam uocãt. Hæc ea est, quæ helxine & parietaria & perdicium, & urceolaris nominatur. solani quatuor sunt genera, muralis unicum.

Vel sycamini lachrymã.) Sycaminos Græcis capit & pro mori, & pro sycomori tum arbore, tum fructu: ut sit expendendum, qua significatione in quoq; loco sumere deceat. Hic certè sycomorum arabicam arborem denotat.

Silanus iuxta cadens.) Silani pro riuo meminit etiam Sextus Pompeius lib. 18. In confesso est autem, aquarum iuxtà labentiũ murmure somnum conciliari, & riuorum quasi nebulis aerem humectari. Vnde riuos Galenus cæteriq; medici iubẽt in cubilia, frigoris & humiditatis, somniq; reparandi gratia, deduci: sæpè etiam, quum illud commodè fieri non potest, è uase in uas aquam quàm frigidissimam diffundi.

Neq; ignorare oportet, leuiorem esse morbum cum risu.) Hippocrates 6. Aphoris. 53. Delyria, quæ cum risu fiunt, tutiora: quę uerò seriò, periculosiora sunt. Priora nanq; ex paululum modò denso sanguine, posteriora ex atra bile aut flaua exassata producuntur.

B *Illud quoq; perpetuum est in omnibus morbis, ubi.*) Hippocrates libro 7. Aphor. 70. Corpora ubi quis purgare uolet, fluxilia reddenda sunt. Et si quidẽ sursum, sistere aluum: si uerò deorsum, humectare.

Cardiaci morbi curatio. Cap. XX.

HVic morbo præcipuè contrarium est id genus, quod cardiacum à Græcis nominatur, quamuis sæpe ad eum phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat. Id autẽ nihil aliud est, quàm nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licetq; protinus scire id esse, ubi uenarum exigui imbecilliq; pulsus sunt. Sudor autem supra consuetudinem, & modo, & tempore, ex toto thorace & ceruicibus, atque etiam capite prorumpit, pedibus tantummodo & cruribus sicciorib. atq; frigẽtibus. At ubi id morbi genus est, curatio prima est, supra pręcordia imponere quę reprimãt cataplasmata: secũda, sudorẽ prohibere. Id prę̃stat acerbũ oleum, uel rosa, uel melinum, aut myrteum. Quorum aliquo corpus leuiter perungendum, ceratumq; ex aliquo horũ tum imponen-
C dum est. Si sudor uincit, delinẽdus homo est uel gypso, uel argenti spuma, uel cimolia creta, uel etiam subinde horum puluere re-spergendus. Idẽ præstat puluis ex cõtritis aridi myrti, uel rubi foliis, aut ex austeri & boni uini arida fece. Pluraq; similia sunt, quæ si desunt, satis utilis est quilibet ex uia puluis iniectus. Super hæc uerò, quo minus corpus insudet, leui ueste debet esse cõtectus, loco nõ calido, fenestris patentibus, sic, ut perflatus quoque aliquis accedat. Tertiũ auxiliũ est, imbecillitati iacentis uino cibo q; succurrere. Cibus nõ multus quidẽ, sed sæpe tamen nocte ac die dandus est, ut nutriat, neq; oneret. Is esse debet ex infirmissima materia, & stomacho aptus. Nisi aũt necesse est, ad uinũ festinare nõ oportet. Si uerendũ est ne deficiat, tũ & intrita ex hoc, et hoc ipsum austerum

aufterum quidem, fed tamen tenue meracum. Egelidum fubinde & liberaliter dandum eft, adiect polenta, fi modò is æger parum A cibi affumit. Idq́ꝫ uinum effe debet neqꝫ nullarum uirium, neqꝫ ingentium, rectéq́ꝫ tota die ac nocte, uel tres heminas æger bibet. Si uaftius corpus eft, plus etiam: fi cibũ non accipit, perunctũ ante perfundere aqua frigida cõuenit, & tũ dare. Quòd fi ftomachus refolutus parum continet, & ante cibum & poft eum, fponte uomere oportet: rurfusq́ꝫ poft uomitum, cibum fumere. Si ne id quidem manferit, forbere uini cyathũ: interpofitaq́ꝫ hora, fumere alterum: fi id quoqꝫ ftomachus reddiderit, totum corpus bulbis cõtritis fuperillinendum eft. Qui, ubi inaruerunt, efficiunt, ut uinũ in ftomacho contineatur, exq́ꝫ eo toti corpori calor, uenisq́ꝫ uis redeat. Vltimum auxilium eft, in aluum ptifanæ uel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere, fiquidem id quoqꝫ uires tuetur. Neqꝫ alienum eft, naribus quoqꝫ æftuantis admouere, quod B reficiat: id eft, rofam & uinum. Et fi qua in extremis partibus frigent, unctis & calidis manibus fouere. Per quæ, fi confequi potuimus, ut & fudoris impetus minuatur, & uita prorogetur, incipit iam tempus ipfum effe præfidio. Vbi in tuto effe uidetur: uerendum tamen eft, ne ad eandem imbecillitatem citò recidat. Itaqꝫ uino tantum remoto, quotidie ualidiorem cibum debet affumere, donec fatis uirium corpori redeat.

Huic morbo præcipuè contrarium eft id genus.) Id fi ad mentem, quæ in alteris labat, in alteris conftat, referatur, uideo multa quæ pati ratione, phrenitidi præcipuè fint contraria: nec fatis affequor, quo pacto lethargus non multo magis contrarius dici poſsit. Sed id omittamus, ac dum meliorem defenfionem quis inueniat, faciamus connexionis atqꝫ anfulæ cuiufdam gratia, ita à Celfo propofitum effe. Scire autem licet, cardiacum ἀπὸ τῆς καρδίας, id eft, à cord (e fic enim ftomachum, qui in his maximè languet, ueteres nominauerunt) dictum effe. Hinc cordoliũ Plautus dixit: & καρδιαλγίαν Græci, pro ftomachi, non cordis ueri dolore: & καρδιωγμὸς, Hippocrati oris uentriculi cõmorfionem erofionemq́ꝫ fignificat. Idem noftri uernaculo fuo fermone imitari omnino confueuerunt. Eft autem tum propriè cardiace, quoties C cum acuta atque æftuante febre, & cum magna animi defperatione atque anxietate, corporisq́ꝫ iactatione ftomachus languet, & immodico fudore fuperum corpus digeritur, rigente atqꝫ arefcente inferno.

Si uerendum eft ne deficiat, tum ex intrita.) Intritam ex uino, panem, aut farinam in uino tinctam atqꝫ maceratam intelligit. fimiliterq́ꝫ intritam ex aqua, intritam ex mulfo, ex hydromelite accipere oportet: nempe ijs rebus imbuta, maximè fi etiam infriata & intrita fint: nec aliud fermè eft, aut fi eft, minimo difcrimine diftat, panis ex ijs liquoribus, pro re præfente idoneis, elotus.

Adiecta polenta.) Polenta, farina eft è uiridi hordeo tofto.

Vltimum auxilium eft in aluum.) Obferuandum etiam atqꝫ etiam eft hoc loco, alimentum corpori etiam per aluum ingeri, ut fi ptifanæ aut alicæ cremor, hoc eft ius alicæ aut ptifanæ decoctæ: aut è carnibus iufculũ quodlibet, pro re fubiecta, in aluum infundatur. Sugunt etenim hinc inteftinorum uenæ: & ab his deinde iecur, cæteraq́ꝫ membra, quo alantur, ad fe fingula rapiunt. Alicæ cremor à ptifanæ hoc differt nomine: quòd ille è zea, quàm fpeltam nominamus, hic ex auena decocta concinnetur.

De Lethargo,

De lethargo, & eius curatione. Cap. XXI.

A Alter quoque morbus est, aliter phrenitico contrarius. In illo difficilis somnus, prompta ad omnem audaciam mens est: at in hoc marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas, λήθαργος Græcè nominatur: atque id quoque genus acutum est, & nisi succurrit, celeriter iugulat. Hos ægros quidam subinde excitare nituntur, admotis his quæ per sternutamenta euocantur, & his quæ odore fœdo mouent: qualis est pix cruda, lana succida, piper, ueratrum, castoreum, acetum, allium, cepa, iuxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu ceruinum. Si non est, quodlibet aliud. Hæc enim cum comburuntur, odorem fœdum mouent. Tharrias uerò quidam accessionis esse id malum dixit, leuariq; cum ea decessit. Itaque eos qui subinde excitant sine usu, malè habere. Interest autem, in decessione expergiscatur æger, an cum febris non leuet, aut leuata quoq; ea somnus urgeat. Nam si expergiscit, adhibere ei ut sopito superuacuũ est. Neq; enim uigi-
B lando melior fit, sed per se, si melior est, uigilat. Si uerò cõtinens ei somnus est, utiq; excitandus est: sed his tẽporibus, quibus febris leuissima est, ut & excernat aliquid, & sumat. Excitat autem ualidissimè, repentè aqua frigida infusa post remissionem. Itaq; perunctum oleo multo corpus tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum est. sed hoc utemur, si æqualis ægro spiritus erit, si mollia præcordia: sin aliter hæc erunt, ea potiora, quæ supra comprehensa sunt. Et quod ad somnum quidem pertinet, commodissima hæc ratio est. Medendi autem causa caput radendum, deinde postea fouendum est aqua, in qua laurus, aut ruta decocta sit. Altero die imponendum castoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri baccæ, aut hedera cum rosa & aceto. Præcipueq; proficit, & ad excitandum hominem, naribus admotum, & ad morbum ipsum depellendum, capiti frontiue impositum sinapi. Gestatio etiam in hoc morbo prodest, maximeque opportunè cibus datus: id est, in remissione, quanta maximè inueniri poterit. Aptissima autem sorbitio est, donec morbus decrescere
C incipiat, sic, ut si quotidie grauis accessio est, hęc quotidie detur: si alternis, post grauiorem sorbitio, post leuiorem, mulsa aqua. Vinum quoq; cum tempestiuo cibo datũ, non mediocriter adiuuat. Quòd si post longas febres eiusmodi torpor corpori accessit, cætera eadem seruanda sunt. Ante accessionem autem tribus quatuorue horis castoreum (si uenter astrictus est) mixtum cum scamonea: si non est, per seipsum cum aqua dandum est: si præcordia mollia sunt, cibis utendum est plenioribus: si dura, in iisdem sorbitionibus subsistendum: imponendumq; est præcordijs, quod simul & reprimat & emolliat.

λήθαργος Græcè nominatur.) λήθη obliuio est, ἀργὴς iners dicitur. Est enim lethargus, somnolēta et ignaua pigraq; rerum omnium cum quadam febricula obliuio. Veternum latinè quidam dicere ausi sunt. Quanquā Plinius capite de Raphano à lethargo ueternū separat. Agit de hoc Galenus libro quarto de Causis pulsuū, & 3. Aphorism. lib. 2 & 3. lib. de Affectorum locorum notitia, & lib. 13. Therapeut. meth. A

Admotis his quæ per sternutamenta euocantur.) Legendum, euocant.

Piper.) Non fœdo odore, sed calore mordaci, excitat dormientem piper.

De aqua inter cutem, hoc est, hydropico morbo. Cap. XXII.

SEd hic quidē acutus est morbus. Longus uerò fieri potest eorum, quos aqua inter cutem malè habet, nisi primis diebus discussus est, ὕδρωπα Græci uocant. Atque eius tres species sunt. Nam modò uentre uehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est. Modò corpus inæquale est, tumoribus aliter aliterq; per totum id orientibus: modò intus in unum aqua contrahitur, & moto corpore ita mouetur, ut impetus eius conspici possit. Primum τυμπανίτην, secundum λευκοφλεγματίαν uel ὑποσάρκα, tertium ἀσκίτην Græci nominant. Communis tamen est humoris nimia abundantia, ob quam ne ulcera quidem in his ægris facile sanescunt. Sæpè uerò hoc malum per se incipit. Sæpè alteri uetusto morbo, maximeque quartanæ superuenit. Facilius in seruis, quàm in liberis tollitur, quia cum desideret famem, sitim, mille alia tædia, longamque patientiam, promptius his succurritur, qui facile coguntur, quàm quibus inutilis libertas est: sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoq; non ignobilis medicus, Chrysippi discipulus, apud Antigonum regem, amicū quendam eius notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitum negauit posse sanari. Cumq; alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur, respondit illum ad morbum ægri respicere, se ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim cùm summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua deuorādo, bibendoq; suam urinā in exitiū se præcipitauit. Inter initia tamen non difficilima curatio est, si imperata sunt corpori, quies, sitis, inedia. At si malum inueterauerit, non sine magna molestia discutitur. Metrodorum tamen Epicuri discipulum referunt, cum hoc morbo tentaretur, neque æquo animo ferret necessariam sitim, ubi diu abstinuerat, bibere solitum, deinde euomere. Quod si redditur quicquid receptum est, multum tædio demit: si à stomacho retentum est, morbum auget. Ideoq; in quolibet tentandum non est, sed si febris quoque est, hæc in primis submouenda est per eas rationes, per quas huic succurri posse propositum est. Si sine febre æger est, tum demum ad ea ueniendum est, quæ ipsi morbo mederi solent. Atque hic

B

C

quoque

A quoque quæcunq; species est, si nondum nimis occupauit, ijsdem auxilijs opus est. Multum ambulandum, currendum aliquando est. Superiores maximè partes sic perfricādę, ut spiritum ipse contineat: euocandus est sudor non exercitatione tantummodo, sed etiam in arena calida, uel laconico, uel clibano, similibusq; alijs, maximeq; utiles & naturales & siccæ sudationes sunt, quales super Baias habemus in myrtetis, balneum atque omnis humor alienus est. Ieiuno rectè catapotia dantur, facta ex absinthij duabus, myrrhæ tertia parte. Cibus esse debet ex media quidem materia, sed tamen generis durioris. Potio non ultrà danda est, quàm ut uitam sustineat: optimaq; est, quæ urinam mouet. sed id ipsum tamen moliri cibo, quàm medicamento, melius est. si tamen res coget, ex his aliquid, quæ id præstent, erit decoquendum, eaq; aqua potui danda. Videntur autem hanc facultatem habere, iris, nardum, crocum, cinnamum, amomum, casia, myrrha, balsamum, galbanum, ladanum, œnanthe, panace, cardamomum, hebenus, B cupresi semen, uua tyminia, quam σταφίδα ἀγρίαν Græci nominant, abrotanum, rosæ folia, acorum, amaræ nuces, tragoriganū, styrax, costum, iunci quadrati & rotundi semen, illud cyperon, σχοῖνον hoc Græci uocant. Quæ quoties posuero, non quæ hic nascuntur, sed quæ inter aromata afferuntur, significabo. Primò tamen quę leuissima ex his sunt, id est rosę folia, uel nardi spica, tentanda sunt. Vinum quoq; utile est & austerum, sed quàm tenuissimum. Commodum est etiam lino quotidie uentrem metiri, & qua comprehendit aluum, notam imponere: postero die uidere, si plenius corpus sit, an extenuetur. Id enim quod tenuatur, medicinam sentit. Neque alienum est metiri & potionem eius, & urinam. Nam si plus humoris excernitur, quàm assumit, ita demum secundæ ualetudinis spes est. Asclepiades in eo qui ex quartana in hydropa deciderat, se abstinentia bidui & frictione usum: tertio die iam & febre & aqua liberato, cibum & uinum dedisse, memorię prodidit. Hactenus cōmuniter de omni specie dici potest. Si uehemetius malū est, diducēda ratio curādi est. Ergo si inflāma C tio, & ex ea dolor creber est, utilis quotidianus, aut alterno quoq; die post cibum uomitus est. Fomentis siccis, calidisq; utendum est: si per hæc dolor non finitur, necessarię sunt sine ferro cucurbitulę, si ne per has quidem tormentū tollit̄, incidēda cutis est, & tū his utendū. Vltimū auxilium est, si cucurbitulę nihil profuerunt, per aluum infundere copiose aquam calidam, eam'que recipere. Quinetiam quotidie ter quater'ue opus est uti frictione uehementi, cum oleo & quibusdam calefacientibus: sed in hac frictione à uentre abstinendum est. Imponendum uerò in eum crebrius sinapi, donec cutem erodat, ferramentisq; candentibus pluribus locis uenter exulcerandus est, & seruanda ulcera diutius. Vtiliter

ter etiam ſcilla cocta delinitur cutis,ſed diu poſt has inflammationes abſtinendum eſt ab omnibus inflantibus. At ſi id uitium eſt, cui leucophlegmatias nomen eſt, eas partes quæ tument, ſubijcere ſoli oportet, ſed non nimiũ, ne febricula incidat:ſi is uehementior eſt,caput uelandum eſt, utendumq́ue frictione madefactis tantum manibus aqua, cui ſal & nitrum & olei paululum ſit adiectũ, ſicut aut pueriles, aut muliebres manus adhibeātur, quo mollior earum tactus ſit. Idq́ue ſi uires patiuntur, ante meridiem tota hora, poſt meridiem ſemihora fieri oportet. Vtilia etiam ſunt cataplaſmata,quæ reprimũt,maximeq́ue ſi corpora teneriora ſunt.Incidendum quoq́ue eſt ſuper talum quatuor ferè digitis ex parte interiore,qua per aliquot dies frequens humor feratur, atq́ue ipſos tumores incidere altis plagis oportet.Concutiendumq́ue multa geſtatione corpus eſt, atque ubi inductæ uulneribus cicatrices ſunt, adijciendum & exercitationibus eſt, & cibis, donec corpus ad priſtinum habitum reuertatur. Cibus ualens eſſe debet, & glutinoſus, maximeq́ue caro. Vinum (ſi per ſtomachum licet) dulcius: ſed ita, ut inuicem biduo triduoúe, modò aqua, modò id bibat. Prodeſt etiam lactucæ marinæ (quæ grandis iuxta mare naſcitur) ſemen, cũ aqua potui datũ. Si ualẽs eſt qui id accepit, ei ſcilla cocta (ſicut ſuprà dixi) delinitur. Authoresq́ue multi ſunt, inflatis ueſicis pulſandos tumores eſſe. Si uerò id morbi genus eſt, quo in uterũ multa aqua cõtrahĩt, ambulare, ſed magis modicè oportet, malagma q̃d digerat impoſitũ habere, idq́ue ipſum ſuperimpoſito triplici panno faſcia nõ nimiũ tamẽ uehemẽter aſtringere. Quod à Tharria profectũ, ſeruatũ eſſe à pluribus uideo. Si iecur, aut lienẽ affectũ eſſe, manifeſtũ eſt, ficũ pinguem cõtuſam adiecto melle ſuperponere. Si per talia auxilia uenter nõ ſiccatur, ſed humor nihilominus abundat, celeriori uia ſuccurrere, ut is per uentrem ipſum emittaĩ. Neque ignoro, Eraſiſtrato diſplicuiſſe hanc curandi uiam. Morbum enim hunc iocineris putauit. Ideoq́ue ità illum eſſe ſanandum, fruſtraq́ue aquã emitti, quæ uitiato illo ſubindè naſcatur. Sed primùm non huius uiſceris unius hoc uitium eſt. Nam ſplene affecto, & in totius corporis malo habitu fit: deinde, ut inde cœperit, tamen aqua, niſi emittitur, quæ contra naturam ibi ſubſiſtit, & iocineri, & cęteris interioribus partibus nocet. Conuenitq́ue, corpus nihilominus eſſe curandum. Neq́ue enim ſanat emiſſus humor, ſed medicinæ locum facit, quàm intus incluſus impedit. Ac ne illud quidem in controuerſiam uenit, quin non omnes in hoc morbo ſic curari poſsint, ſed iuuenes robuſti, qui uel ex toto carent febre, uel certè ſatis liberales intermiſsiones habent. Nam quorum ſtomachus corruptus eſt, quiue ex atra bile huc deciderũt, quiq́ue malum corporis habitum habent, idonei huic curationi nõ ſunt. Cibus autem quo die primùm humor emiſſus eſt, ſuperuacuus eſt, niſi

A est, nisi si uires desunt. Insequentibus diebus & his uinum meracius quidem, sed non ita multũ dari debet, paulatimq́ue euocandus æger est ad exercitationes, frictiones, solem, sudationes, nauigationes, & idoneos cibos, donec ex toto conualescat. Balneũ rarũ res amat, frequẽtiorem in ieiunio uomitum. Si æstas est, in mare natare commodum est. Vbi conualuit aliquis, diu tamen alienus ei ueneris usus est.

Ob quam ne ulcera quidem in his.) Hippocr. lib. 6. Aphor. 8. Aqua inter cutem laborantibus, si qua ulcera in corpore nascantur, difficulter sanescunt. Id autem in anasarca maximè locum habet.

Sæpè alteri uetusto.) Quoties nempe iecur cuiusuis alterius uisceris uitio in uitij societatem trahitur: ut in quartanis, è lienis noxa: in alijs, renum, matricis, pulmonis, uentriculi consortio, aut excretione quapiam immoderatius peracta, aut intempestiuius retenta intemperies grauis, ex eademq́ue corpori hydrops conciliatur.

Multum ambulandum, currendum aliquando.) Quo pacto igitur quies, quã paulo antè cõmendauit, ex usu futura est? Certè exercitia, & quicquid corpori ariditatem comparet, cum primis utile est.

B *Vua tyminia.*) Tuminia scribendum est, staphis agria, & herba pedicularis, & pituitaria, quod pediculis enecãdis, & citandæ pituitæ sit aptissima, nominatur. Plinius libro uigesimo tertio, capite primo, Celsum, eius tamen nomine suppresso, quòd uuam taminiam cum staphide agria eandem stirpem esse crediderit, taxat: deceptumq́ue, quòd sint ambæ pthiriasi pellendæ accommodatæ, existimat.

Ergo si inflammatio, & ex eo dolor.) Legito, inflatio.

Cibus ualens esse debet, & glutinosus.) Metu & periculo graui istud nõ carebit, nisi si iecur ac renes patulis uasis, quæ obstructionem facile non recipiunt, sit præditum.

Si iecur aut lienem affectum esse.) Nisi iecore uel per se, uel aliunde infirmato, hydrops fieri minimè potest.

Neq; ignoro Erasistrato displicuisse.) At tradit, ac præcipit istud siue Hippoc. siue Polybus, libro de Morbis externis. Aetius quoq́ue lib. de cimo: & Paulus Aegineta libro tertio, capite quadragesimo octauo. & Hippoccrates libro de Locis in homine.

De tabe & eius speciebus, & curationibus. Cap. XXIII.

Diutius sæpè & periculosius tabes eos malè habet, quos inuasit. Atque huius quoq́ue plures species sunt. Vna est, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nul-
C lis uerò in eorum locũ subeuntibus, summa macies oritur: & nisi occurritur, tollit. ἀτροφίαν hanc Græci nominant. Ea duabus ferè de causis incidere cõsueuit. Aut enim nimio timore aliquis minus aut auiditate nimia plus quàm debet, assumit: ita uel quod deest, infirmat, uel quod superat, corrumpitur. Altera species est, quam Græci καχεξίαν appellant, ubi malus corporis habitus est, ideoq́ue omnia alimenta corrumpuntur. Quod ferè fit, cum longo morbo uitiata corpora, etiã si illo uacant, refectionem tamen non accipiunt: aut cum malis medicamẽtis corpus affectũ est, aut cum diu necessaria defuerunt, aut cum inusitatos & inutiles cibos aliquis

assumpsit, aliquid'ue simile incidit. Huic præter tabem illud quo- A que nonnunquam accidere solet, ut per assiduas pustulas, aut ulcera summa cutis exasperetur, uel aliquæ corporis partes intumescant. Tertia est, longè que periculosissima species, quã Græci φθίσιν nominauerunt. Oritur ferè à capite, inde in pulmonem destillat. huic exulceratio accedit: ex hac febricula leuis fit, quæ etiam cum quieuit, tamen & repetit. Frequens tussis est, pus excreatur, interdum cruentum aliquid. Quicquid excreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est. Itaque qui de morbo dubitant, hac nota utuntur. Cum hęc genera tabis sint, animaduertere primùm oportet, quid sit, in quo laboratur. Deinde, si tantummodo non ali corpus apparet, causam eius attendere: & si cibi minus aliquis quàm debet, assumit, adijcere: sed paulatim, ne si corpus insuetũ, subita multitudine onerauerit, concoctionem impediat. Si uerò plus iusto quis assumere solitus est, abstinere uno die, deinde ab exiguo cibo incipere, quotidie adijcere, donec ad iustum modum perueniat. Præter hæc conuenit ambulare locis quàm minimè B frigidis, sole uitato, per manus quoque exerceri: si infirmior est, gestari, ungi, perfricari, si potest, maximè per seipsum, sępius eodem die, & ante cibum, & post eum sic, ut interdum oleo quædam adijciantur calefacientia, donec insudet. Prodest que ieiuno præhendere per multas partes cutem, & attrahere, ut relaxetur: aut impo sita resina & abducta, subinde idem facere. Vtile est etiam interdum balneum, sed post cibum exiguum. Atque in ipso solio rectè cibi aliquid assumitur: aut si sine hoc frictio fuit, post eam protinus. Cibi uerò esse debent ex his qui facile concoquuntur, qui maximè alunt. Ergo uini quoque, sed austeri, necessarius usus est, mouenda urina. At si malus corporis habitus est, primùm abstinendum est, deinde aluus ducenda, tum paulatim cibi dandi, adiectis exercitationibus, unctionibus, frictionibus. Vtilius his frequens balneum est, sed ieiunis etiã usque ad sudorem. Cibis uerò opus est copiosis, uarijs, boni succi, quique etiam minus facile corrumpantur, uino austero: si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim: quotidieque pluribus diebus, cum eo, ut C cætera quoque eodem modo seruentur. Quòd si mali plus est, & uera phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est. Neque enim facile hic morbus, cum inueterauerit, euincitur. Opus est, si uires patiunt̃, longa nauigatione, cœli mutatione, sic, ut densius quàm id est, ex quo discedit æger, petatur. Ideoque aptissimè Alexandriam ex Italia itur. Fereque id posse inter principia corpus pati debet, cum hic morbus ætate firmissima maximè oriatur, id est, ab anno duodecimo ad annum quintum & trigesimum. Si id imbecillitas non sinit, naue, tamen non longè, gestari commodissimum est. Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica, uel alio modo

A modò corpus dimouendum est, tum à negocijs abstinendum est, omnibusq; rebus quæ solicitare animū possunt, somno indulgendum, cauendæ destillationes, ne si quid cura leuaret, exasperent: & ob id uitanda cruditas, simulq; sol & frigus. Os obtegendum, fauces uelandæ, tussicula suis remedijs finienda: & quàm diu quidem febricula incursat, huic interdum abstinentia, interdum etiam tempestiuis cibis metendum. Eóque tempore bibēda aqua. Lac quoq;, quòd in capitis doloribus, & in acutis febribus, & per eas facta nimia sitis, siue præcordia tument, siue biliosa urina est, siue sanguis fluxit, pro ueneno est: in phthisi tamē, sicut in omnib. longis difficilibusq; febribus, rectè dari potest. Quòd si febris aut nondum incursat, aut iam remisit, recurrendū est ad modicas exercitationes, maximéque ambulationes: item lenes frictiones. Balneum alienum est. Cibus esse debet primò acer, ut allium, porrum, idq; ipsum ex aceto, uel ex eodem intubus, ocymum, lactuca. Dein lenis, ut sorbitio ex ptisana, uel ex alica, uel ex amylo, lacB cte adiecto. Idem, oryza quoque, & si nihil aliud est, far præstat. Tum inuicem, modò his cibis, modò illis utendū est. Adijciēdaq; quædā ex media materia, præcipueq; uel ex aprugna, cerebellū, uel pisciculus, & his similia. Farina etiā cū seuo ouillo, caprinóue mista, deinde incocta, pro medicamento est. Vinū assumi debet leue, austerū. Hactenus nō magna mole pugnatur. Si uehementior noxa est, ac neq; febricula, neque tussis quiescit, tenuariq; corpus apparet, ualidioribus auxilijs opus est. Exulcerādus est ferro candenti, uno loco sub mento, altero in gutture, duobus ad mammā utranq;, item sub imis ossibus scapularum (quas ὠμοπλάτας Græci uocant) sic, ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussi finita. Cui per se quoque medendum esse, manifestum est. Tunc ter quaterq; die uehementer extremæ partes perfricandæ, thorax leui manu pertractandus, post cibum intermittenda hora, & perfricanda crura, brachiaq;. Interpositis denis diebus, demittendus est æger in solium, in quo sit aqua calida, & oleum: cæteris diebus bibenda aqua, tum & uinum: si tussis non est, potui frigidum dandum: si C æstas est, egelidum. Vtile est etiam cibos in remissionibus quotidie dari, frictiones gestationesq; similiter adhiberi: itemq; acria quarto aut quinto die sumere, interdum herbam sanguinalem ex aceto, uel plantaginem esse. Medicamentum etiam est, uel plantaginis succus per se, uel marrubium ex melle cōcoctum, ita ut illius cyathus sorbeatur, huius cochleare plenum paulatim delingatur, uel inter se mista & incocta resinæ terebinthinæ pars dimidia, butyri & mellis pars altera. Precipua tamen ex his omnibus sunt, uictus, uehiculum, & nauis, & sorbitio. Aluus cita utique uitanda est. Vomitus in hoc morbo, si frequens est, perniciosus est, maximéque sanguinis. Qui meliusculus esse cœpit, adijcere debet exercita-

exercitationes, frictiones, cibos deinde, ipse se, suppresso spiritu, perfricare, diu abstinere à uino, balneo, uenere. A

Tertia est, longeq; periculosissima species, quam Græci φθίσιν.) Fit hæc maximè ab anno ætatis decimo octauo ad quintum usque, supra trigesimum. Profsula autem phthisi, aut certè macie ea quæ phthisim comitatur, tabis uocabulo frequenter utimur. Verùm atrophia & cachexia, ut totius corporis uitia esse possunt: ita phthisis unius est pulmonis propriè, primoq; incommodum, cuius nihil aliud est quàm exulceratio: quam deinde, si inter initia non succurratur, macies ac tabes, lentaq; cũcti corporis consumptio atq; arefactio, præcipuè ubi iam marasmodes effecta est, & deniq; interitus consequitur. Galenus libro nono Terapeut. meth.

Quicquid excretum est, si in ignem impositum est.) Hippocrates 5. Aphoris. 11. Qui tabe infestantur, si sputum quod extussiunt, grauiter olet, iniectum carbonibus, & capilli de capite defluunt, lethale est. Celsus ab hac sententia nonnihil deflexit.

Vt interdum oleo adijciuntur quædam calefacientia.) Legito, adijciantur.

Prodestq; ieiuno prætendere per multas.) Huc ea refer omnia, quæ in primum librum de implendi corporis ratione commenti sumus. B

Mouenda urina.) Id in macie è nimio alimento contracta, aut cachexia, usui esse potest. In cæteris macrescentibus non potest.

Cum hic morbus ætate firmissima maximè oriatur.) Petitum est ex Hippocrate, libro quinto Aphor. 9. quem locum paulo suprà produximus.

Lac quoq; quod in capitis dolorib.) Hippoc. lib. 5. Aph. 65. Lac dare caput dolentibus, malum: malum & febrientibus, & quibus hypochondria sublata intentaq; permurmurant, & siticulosis. Malum item, quibus biliosæ alui deiectiones in febribus acutis accidunt, & ijs qui multum sanguinis reiecerunt. Conuenit autem dare tabescentibus, qui non admodum grauiter febricitāt, & in febribus diuturnis debilibus, nullo ex prædictis signis præsente, sed præter rationem consumptis.

Cibus esse debet primò acer, ut allium, porrum.) Nihilo impotentius, neque uerò innoxius idem efficient, iris, hyssopus, glycyrrhiza, marrubium, scylla, & quæ ex hisce rebus multa parari possunt, ulceri abstergendo purgãdoq; maximè idonea. Quo bene confecto, paulatim additis glutinantibus, in his postremò solis consistendum atque acquiescendum est.

Præcipueq; uel apruna.) Lege, aprugna.

Exulcerandus est ferro candenti.) De utendi hoc modo meminit Hippocrates 6. Aphor. 27. & Aegineta lib. 6. cap. 44.

Interdum herbam sanguinalem ex aceto.) Græci polygonon uocant: Apuleius C proserpinatam, Aetius heliobatanen, uulgus centinodiam. Dioscorides cruentis excreationibus conuenire, lib. 4. cap. 4. docet.

Aluus cita utiq; uitanda.) Hippocr. 7. Aphoris. 16. A' puris sputo phthisis & fluxus (uel capillorum ex siccitate, uel alui ex humiditate.) Cum uerò sputum retinetur, moriuntur.

De comitialis morbi curationibus. Cap. XXIIII.

INter notissimos morbos est etiã is, qui comitialis uel maior nominatᵉ. Homo subitò cõcidit, ex ore spumæ mouentᵉ, deinde interposito tẽpore ad se redit, & per seipsum cõsurgit. Id genus sæpius uiros q̃ fœminas occupat: ac solet quidẽ etiã longũ esse, usq; ad mortis diẽ, & uitę nõ periculosum. Interdũ tamen cũ recẽs est, hominẽ consumit: & sæpè eũ, si remedia non sustulerũt, in pueris Veneris, in puellis menstruorũ initium tollit: modò cum distentione membrorum aut neruorum prolabitur aliquis, modò sine

illa

A illa quidem. Hos quoque iisdem, quibus lethargicos excitare conantur, quod admodum superuacuum est, & quia ne lethargicus quidem his sanatur: & quia cum possit ille nunquam expergisci, atque ita fame interire, hic ad se utique reuertitur. Vbi concidit aliquis, si nulla neruorum distentio accessit, utique sanguis mitti debet: si accessit, non utique mittendus est, nisi alia quoque hortantur. Necessarium autem est ducere aluũ, uel nigro ueratro purgare, uel utrunque facere, si uires patiuntur: tunc caput tondere, oleoque & aceto perungere: cibum post diem tertium, simul cum transit hora, qua concidit, dare. Neque sorbitiones autem his, aliique molles & faciles cibi, neque caro, minimeque suilla conuenit, sed mediæ materię. Nam & uiribus opus est, & cruditates cauendæ sunt, cum quibus fugere oportet solem, balneum, ignem, omniaque calefacientia: item, frigus, uinum, uenerem, loci præcipitis conspectum, omniumque terrentium, uomitum, lassitudinẽ, solicitudines, negotia omnia. Vbi tertio die cibus datus est, intermittere quartum, & inuicem alterũ
B quemque, eadem hora cibi seruata, donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti uim deposuit. At si manet, curandus iam ut longus est. Quòd si non, quo die primùm id incidit, medicus accessit: sed is qui cadere consueuit, ei traditus est, protinus eo genere uictus habito, qui suprà comprehensus est, expectandus est dies, quo prolabatur: utendumque tum uel sanguinis missione, uel ductione alui, uel nigro ueratro, sicut pręceptum est. Insequentibus deinde diebus per eos cibos quos proposui, uitatis omnibus (quæ cauenda dixi) nutriendus est. Si per hæc morbus finitus non fuerit, confugiendum erit ad album ueratrum, ac ter quoque aut quater eo utendum, non ita multis interpositis diebus: sic tamen, ne iterum unquam sumat, nisi conciderit. Mediis autem diebus uires eius erunt nutriendæ, quibusdam, pręter ea quæ scripta sunt, adiectis. Vbi manè experrectus est, corpus eius leuiter ex oleo uetere, cum capite (excepto uentre) permulceatur, tum ambulatione quàm maximè longa & recta utatur: post ambulatio
C nem loco tepido uehementer, & diu, ac non minus ducenties, nisi infirmus erit, perfricet: deinde per caput multa aqua frigida perfundatur, paulũ cibi assumat, conquiescat, rursus ante noctem ambulatione utatur, iterum uehementer perfricetur, sic ut neque uenter, neque caput contingatur: post hæc cœnet, interpositisque tribus aut quatuor diebus, uno aut altero acria assumat. Si ne per hæc quidem fuerit liberatus, caput radatur, ungatur oleo uetere, adiecto aceto & nitro: perfundatur aqua salsa, bibat ieiunus ex aqua castoreum, nulla aqua nisi decocta potionis causa utatur. Quidam iugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo se liberarũt. Apud quos miserum auxilium, tolerabile miserius malum fecit. Quod ad medicum uerò pertinet, ultimum est, iuxta talum, ex utroque crure paulum sanguinis mittere, occipitium incidere, & cu-

curbitulas admouere, ferro candente in occipitio quoque & infra A
(qua summa uertebra cũ capite cõmittitur) adurere duobus locis, ut per ea perniciosus humor euadat. Quibus si finitum malum nõ fuerit, propè est, ut perpetuum sit. Ad leuandum id, tantummodo utendum erit exercitatione multa, frictione, cibisq; his qui suprà comprehensi sunt: præcipueq; uitanda omnia, quæ ne fierent, excepimus.

Comitialis uel maior nominatur.) Comitialis, quòd in comitijs habendis, ut in alijs fit concionibus, & hominum turbis, frequenter detegeretur: quodq; eo die quo quis concidisset, comitia peragi fas non esset, dictus est. Magnum morbum Hippocrates libris Epid. sæpe uocat: ut quum quartana laborantes magno pariter morbo corripi posse negat, nempe comitiali: aut si corripiantur, à quartana protinus liberari. Eandem ob rem & herculeus, et sacer, id est, magnus dicitur: quomodo magnam auaritiam, auri sacram famem, Vergilius phrasi Græcanica, qua quod magnum est sæpe ἱερὸν, id est, sacrum uocatur, elegãter dixit. Idem caducus, à crebro lapsu: & ἐπιληψία, à subita deprehensione: modò infantilis, quòd teneram ætatem præcipuè infestet. Problem. 1. sect. 30. apud Aristotelem: & Lunaticus, quod Lunæ circumactionem sequatur: & fœdior, uel à magnitudine, uel ab excretionibus appellatur. De formis eius Galen. lib. 3. de Loc. affect. notitia. B

In pueris Veneris, in puellis menstruorum.) Hippocr. 2. Aphor. 45. Iuuenes qui comitiali morbo laborant, mutatione maximè ætatis, & regionum, & uictus liberantur. Rursus 5. Aph. 7. Quicunq; morbi comitiales ante pubertatem eueniunt, mutationem capiunt. Quibuscunq; uerò annos uigintiquinq; natis accidunt, cum ijs plerunq; moriuntur.

Quos ubi morbus excessit, acuti uim.) Hippocr. 2. Ahoris. 23. Acuti morbi intra dies quatuordecim finiuntur. Acutos nanque simpliciter dictos intelligit. Nam eorum qui acuti sunt non simpliciter, terminus est dies uigesimus. Sũt autem et acuti ex degeneratione, mutationeq; dicti, qui quadragesimo summum die desinunt.

Quidam iugulati gladiatoris.) Plinius in Præfatione lib. 28. Sanguinem, inquit, quidam gladiatorum bibunt, ut bibentibus procul sint comitiales morbi.

De regij morbi curatione. Cap. XXV.

Aeque notus est morbus, quem interdum arquatũ, interdum regium nominant. Quem Hippocrates ait, si post septimum diem febricitante ægro superuenit, tutum esse, mollibus tantummodo præcordijs substantibus. Diocles, ex toto, si post febrem oritur, etiam prodesse: si post hunc febris, occidere. Color aũt eum C
morbum detegit maximè oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum. Soletq; accedere & sitis, & dolor capitis, & frequens singultus, & præcordiorũ dextra parte durities: & ubi corporis uehemens motus est, spiritus difficultas, membrorumq; resolutio: atq; ubi diutius manet morbus, totum corpus cum pallore quodam inalbescit. Primò die abstinere ægrum oportet, secundo ducere aluum: tum si febris est, eam uictus genere discutere. Si non est, scamoneam potui dare, uel cum aqua betam albam cõtritam, uel cum aqua mulsa nuces amaras, absynthium, anisum, sic, ut pars huius minima sit. Asclepiades aquã quoq; salsam, & quidem

A per biduum purgationis causa bibere cogebat, ijs quæ urinā mouent reiectis. Quidam superioribus omissis, per hæc & per eos cibos qui extenuant, idem se cōsequi dicūt. Ego ubiq; , si satis uirium est, ualidiora, si parū, imbecillia auxilia prefero. Si purgatio fuit, post eam triduo primò modicè cibū oportet assumere ex media materia, & uinū bibere Græcū, salsum, ut resolutio uētris maneat: tum altero triduo ualidiores cibos, & carnis quoque aliquid esse; intra aquā manere: deinde ad superius genus uictus reuerti, cum eo ut magis satietur, omisso greco uino, bibere integrū austerum: atq; ita per hæc uariare, ut interdū acres quoq; cibos interponat, interdū ad salsum uinū redeat. Per omne uerò tēpus utendū est exercitatione, frictione: si hyems est, balneo: si æstas, frigidis natationibus: lecto etiā & cōclaui cultiore clauso loco uti, ludis, lasciuia, per quæ mens exhilaretur. Ob quæ regius morbus dictus uiB detur. Malagma quoq; quod digerat, super præcordia datū, prodest: uel arida ibi ficus imposita, si iecur aut lienis affectus est.

Aequè notus est morbus.) Arquatum uocāt, ab iridis, quam imitatur, flauedine: quemadmodum ab auri colore aurigo: & icterus, quòd ictida, id est, uiuerram animalculum, quo cuniculos excludunt, aut ualuulam auem colore repręsentet, dicitur. Regius autem nominatur, si Sereno & Celso credimus, Molliter hic quoniam cesta curetur in aula. Requirit enim animum ab omnibus curis uacuum ac solutum, conclaue splendidum, & benè cultum, lasciuias, ludos, cantus, sermones iucundos, per quæ mens exhilaretur. Varro autem, quòd curetur mulsa, morbum regium dictū existimat. Plinius fellis interdum suffusionem, & ictericos felle suffusos appellat.

Quem Hippocrates ait, si post.) 4 Aph. 62. Quibus in febribus morbus regius cōtingit antè diem septimum, malum est. Et 4. Aph. 64. Quibus in febribus morbus regius uel septimo, uel nono, uel decimoquarto die accedit, bonū, si non præcordium dextrum durum fiat: sin fiat, non bonum.

Solet accedere & sitis & dolor capitis.) Quæcunq; hic signa commemorātur, frequentissimè ea insunt omnia ociosis & delicatis uirginibus, ubi ex ephebis excesserint: nonnullis etiam, ubi propè iam est ut excedant.

Vinum bibere Græcum, salsum.) Sæpe huius meminit Celsus. Sed de eo consu
C le Columellam lib. 12. cap. 21. & Constantinum Cæsarem lib. 8. cap. 23.

De elephantiæ curatione. Cap. XXVI.

Ignotis autē penè in Italia, frequentissimus in quibusdā regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίαν Græci uocant, isq; longis annumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut ossa quoq; uitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosq; tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur. Summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisq;, quasi squamis quibusdam exasperatur: corpus emacrescit, os, suræ, pedes intumescūt. Vbi uetus morbus est, digiti in manibus pedibusq; sub tumore conduntur: febricula oritur, quæ facilè tot malis obrutū hominē cōsumit. Protinus ergo inter initia sanguis per biduū mitti debet, aut nigro ueratro uenter solui: adhibenda tum, quanta sustineri potest, inedia est. Paulùm deinde uires reficiendæ, & ducē

 da aluus:

da aluus: posthæc, ubi corpus leuatum est, utendum est exercitati- A one, præcipueque cursu. sudor primùm labore ipsius corporis, deinde etiam siccis sudationibus euocandus, frictio adhibenda: moderandumque inter hæc, ut uires conseruentur. balneum rarum esse debet. cibus sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflantibus. Vinum, præterquàm primis diebus, rectè datur. Corpus, contrita plantago, & illita, tueri optimè uidetur.

Quem ἐλεφαντίασιν Græci uocant.) Dicitur etiam & ἐλέφας, & ἐλεφαντίασις, quod elephantis corio ac tergori, si maculas subnigricantes, si crassitiem, si asperitatem, si squamas, si faciem ferinam spectes, cutem humanam nõ dissimilem reddat. Vocat etiam Galenus lib. de Causis morborum quinto, Satyriasin: alij Leontiasin, à buccis ac superciliis protuberantibus ac flaccidis. Vitium est horrendum, & curatu difficillimum.

De attonitis, & eorum curatione. Cap. XXVII.

ATtonitos quoque raró uidemus, quorum & corpus & mẽs stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. His sanguis mittendus est. Veratro quoque B albo, uel alui ductione utendum. Tum adhibendæ frictiones, & ex media materia minimè pingues cibi, quidam etiã acres, & à uino abstinendum.

De resolutione neruorum, quæ apoplexia, uel παράλυσις dicitur. Cap. XXVIII.

AT resolutio neruorum, frequẽs ubique morbus est. Sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc paralysin nominauerũt. Nunc utrunque paralysin appellari uideo. Solent autem, qui per omnia membra uehementer resoluti sunt, celeriter rapi: ac si correcti non sunt, diutius quidem uiuunt, sed raró tamen ad sanitatem perueniunt: & plerunque miserũ spiritũ trahunt, memoria quoque amissa. In partib. uerò nunquã acutus, sæpe lõgus, ferè sanabilis morbus est. Si omnia mẽbra uehemẽter resoluta sũt, sanguinis detractio uel occidit, uel liberat. Aliud curationis genus, uix unquam sanitatẽ restituit, sæpe mortem tantũ differt, uitam interim infestat. Post sanguinis missionem, si non redit & motus & mens, nihil spei superest: si redit, sanitas quoque prospicitur. At ubi pars resoluta est, proderit C malo corporis, uel sanguis missus, uel aluus ducta. Cætera eadem in utroque casu faciẽda sunt. Siquidem uitare præcipuè cõuenit frigus, paulatimque ad exercitationes reuertendũ est, sic, ut ingrediatur ipse protinus, si potest. Si id crurum imbecillitas prohibet, uel gestetur, uel motu lecti concutiatur: tum id membrum, quod deficiet, si potest, per se: si minus, per aliũ moueatur, & ui quadam ad consuetudinem suam redeat. Prodest etiam torpentis mẽbri summam cutem exasperasse, uel urticis cęsam, uel imposito sinapi, sic ut ubi rubere cœperit corpus, hæc remoueãtur. Scilla quoque contrita, bulbi'que contriti, cum thure rectè imponũtur. Neque alienum est, resina cutem tertio quoque die diutius uellere, pluribus

A etiam locis aliquando sine ferro cucurbitulas admouere. unctioni uerò aptissimum est uetus oleum, uel nitrum aceto & oleo mistũ. Quinetiam fouere aqua calida marina, uel si ea non est, tamen salsa, magnopere necessarium est. At si quo loco uel naturales, uel etiam manu factæ tales natationes sunt, ijs potissimum utendum est: præcipuéq; in his agitanda membra, quæ maximè deficiunt. Si id non est, balneum tamen prodest. Cibus esse debet ex media materia, maximé que ex uenatione: potio sine uino, aquæ calidæ. Si tamen uetus morbus est, interponi quarto uel quinto die purgationis causa uinum græcum, salsum prodest. Post cœnam utilis uomitus est. Interdum uerò etiam neruorum dolor oriri solet. In hoc casu non oportet uomere, non medicamentis urinam mouere, non sine exercitatione sudores, ut quidam præcipiunt, expedit. Bibenda aqua est bis die. In lectulo leniter satis diu corpus perfricandũ est: deinde retẽto spiritu, ab ipsa exercitatione potius, superiores partes mouẽdæ: balneo rarò utendũ, mutandũ subindè

B peregrinationibus cœlũ. Si dolor est, ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungẽda est, deinde inuoluẽda, & subijcienda pruna lenis, & sulphur, atq; ita id suffumigandũ, idq; aliquãdiu faciendũ. Sed ieiuno, cũ benè iam cõcoxerit, cucurbitulæ quoq; sæpe dolẽti parti admouẽdæ sunt, pulsandusq; leuiter inflatis uesicis bubulis is locus est. Vtile est etiã seuũ miscere cũ hyoscyami & urticæ cõtritis seminibus, sic ut omniũ par modus sit: idq; imponere: fouere aqua, in qua sulphur decoctũ sit. Vtriculi quoq; rectè imponũtur aqua calida repleti, aut bitumẽ cũ hordeacea farina mixtũ. atq; in ipso potissimũ dolore utendũ gestatione euehemẽti est, quod in alijs doloribus pessimum est. Tremor autem neruorum æquè uomitu, medicamentisq; urinã mouentibus intenditur. Inimica etiã habet balnea, assasq; sudationes. Bibenda aqua est, acri ambulatione utendum, item unctionibus, frictionibusq;, maximè per seipsum: pila, similibusq; superiores partes dimouendæ: cibo quolibet utendũ, dummodo cõcoctioni utique studeatur. Secundũ cibũ, curis abstinendũ. Rarissima uenere utendũ est. Si quãdo quis

C in eam prolapsus est, tum oleo leuiter diu' que in lectulo perfricari, manibus puerilibus potius quàm uirilibus debet. Suppurationes autẽ, quæ in aliqua interiori parte oriuntur, ubi notæ fuerint, primùm id agere oportet per ea cataplasmata quę reprimunt, ne coitus inutilis materiæ fiat. Deinde si hæc uicta sunt, per ea malagmata quæ digerunt, dissipentur. Quod si cõsecuti non sumus, sequitur, ut euocetur, deinde ut maturescat: omnis tunc uomicæ finis est, ut rumpatur. Indicium' que est, pus uel aluo, uel ore redditum: sed nihil facere oportet, quo minus quicquid est, puris excedat. Vtendum maximè sorbitionibus est, et aqua calida. Vbi pus fieri desijt, transeundum ad faciles quidem, sed tamen ualidiores & frigidos cibos, frigidam' que aquam, sic ut ab egelidis

tamen initium fiat: primoq́ cum melle quædam edenda, ut nuclei A
pinei, uel Græcæ nuces, uel auellanæ. Postea submouendum idipsum, quo maturius induci cicatrix possit. Medicamentū eo tempore ulceri est succus assumptus, uel porri, uel marrubij, & omni cibo porrū ipsum adiectum. Oportebit autem uti in his partibus quæ non afficiuntur, frictionibus, item ambulationibus lenibus. Vitandumq́ erit, ne uel luctando, uel currendo, uel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo perniciosus, ideoq́ omnimodo cauendus sanguinis uomitus est.

Nunc utrunq; paralysin appellari uideo.) Sua Celsus tempora, dum pro apoplexia paralysin ex Hippocrate sæpe uertit, quàm ueteres sequi maluit. Non quòd uocabuli etymologia huic significationi, sed quòd ueterū usus ac consuetudo duntaxat aduersetur. Illud obseruandum, Hippocratē apoplexiam nonnunquam ad partis resolutionem accommodare, ut 7. Aphor. 43. ubi è parte apoplectica melancholicum esse corpus intelligere, docet.

AVRELII CORNELII CELSI Liber Quartus.

De humani corporis interioribus sedibus. Cap. I.

Actenus reperiuntur ea genera morborum, quæ in toto B
cis corporib. ita sunt, ut ijs certæ sedes assignari nō possint. Nunc de his dicā, quę sunt in partibus. Facilius aūt omnium interiorū morbi curationesq́ in notitiam uenient, si prius eorum sedes breuiter ostendero. Caput igitur, eaq́ quæ in ore sunt, non lingua tantummodo, palatoq́ terminantur, sed etiā quatenus oculis nostris exposita sunt. In dextra sinistraq́, circa guttur uenæ grandes, quæ σφαγῖτιδες nominatur, itemq́ arteriæ (quas parotidas uocāt) sursum procedentes, ultra aures feruntur. Atq́ in ipsis ceruicibus glandulæ positæ sunt, quæ interdum cum dolore intumescunt. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nomināt, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad uentriculum fertur. Illa spiritum, hic cibū recipit: à quibus cum diuersæ uiæ sint, qua coeūt, C
exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est, quæ, cum spiramus, attollitur: cum cibum potionem'que assumimus, arteriam claudit. Ipsa autem arteria, dura, & cartilaginosa in gutture assurgit, cæteris partibus residet. Constat ex circulis quibusdam, compositis ad imaginem earum uertebrarum, quæ in spina sunt: ita tamen, ut ex parte exteriore aspera, ex interiore stomachi modò leuis sit, ea'que descendnes ad præcordia, cum pulmone committitur. Is spongiosus, ideo'que spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus in duas fibras ungulæ bubulæ modo, diuiditur. Huic cor nanexum est, natura musculosum, in pectore, sub sinisteriore mamma situm, duos'que quasi uentriculos habet. At sub corde atque pulmone transuersum ex ualida membrana septum est, quod à præ-

A cordijs uterum diducit æquè neruosum, multis etiam uenis per id discurrentibus à superiore parte, nō solum intestina, sed iecur quoque, lienemq; discernit. Hęc uiscera proxima, sed infrà tamen posita, dextra sinistraq; sunt. Iecur à dextra parte sub pręcordijs ab ipso septo ortum, intrinsecus cauum, extrinsecus gibbū, quod prominens leuiter uentriculo insidet, & in quatuor fibras diuiditur. Ex inferiore uerò parte ei fel inhæret: at lienis sinistra non eidē septo, sed intestino innexus est, natura mollis & rarus, longitudinis crassitudinisq; modicę: isq; paulum à costarum regione in uterum excedens, ex maxima parte sub his conditur. atq; hæc quidem iuncta sunt. Renes uerò diuersi, qui lumbis sub imis coxis inhærent à parte earum resimi, ab altera rotundi: qui & uenosi sunt, & uentriculos habent, & tunicis super conteguntur. Ac uiscerum quidem hæ sedes sunt. Stomachus uerò, qui intestinorum principium est, neruosus à septimæ spinæ uertebra incipit, ac circa præcordia cum uentriculo committitur. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus: isq; inter lienem & iecur positus est, utroque ex his paulum super eum ingrediente. Suntq; etiam membranulę tenues, per quas inter se tria ista connectuntur, iunguntur q; ei septo, quod transuersum esse suprà posui. Inde ima uentriculi pars paulùm in dexteriorē partem conuersa, in summū intestinum coarctatur. Hanc iuncturā πυλωρὸν Græci uocant, quoniā portæ modò in inferiores partes, ea quę excreturi sumus, emittit. Ab ea ieiunū intestinum incipit, non ita implicitū: cui tale uocabulum est, quia nunquā quod accipit, cōtinet, sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenue intestinum est, in sinus uehementer implicitū. Orbes uerò eius per membranulas singuli cum inferioribus cōnectuntur, qui in dexteriorē partem conuersi, & è regione dexterioris coxæ finiti, superiores tamen partes magis cōplent. Deinde id intestinū cum crassiore altero transuerso cōmittitur, quod à dextra parte incipiēs, in sinisteriorē peruium & longū est: in dexteriorē non est, ideoq; cęcum nominaŧ. Ad id quod per-
C uium est, latè fusum atq; sinuatum, minusq; quàm superiora intestina neruosum, ab utraq; parte huc atq; illuc uolutum, magis tamen sinisteriores inferioresq; partes tenens, contingit iecur atque uentriculum. Deinde cum quibusdam membranulis à sinistro rene uenientibus iungitur, atq; hinc dextra recuruatum, in imo dirigitur qua excernit, ideo'que id ibi rectum intestinum nominatur. Contegit uerò uniuersa hæc, omentum ex interiore parte leue & strictum, ex superiore mollius. Cui adeps quoque innascitur, quæ sensu, sicut cerebrum quoq; & medulla, caret. At à renibus singulę uenæ colore albæ, ad uesicam feruntur, οὐρητῆρας Græci uocāt, quod per eas inde descendentem urinam in uesicam destillare concipiunt. Vesica autem in ipso sinu neruosa & duplex, ceruice plena

atq;

atq; carnosa: iungitur per uenas cum intestino, eoq; osse quod pu- A
bi subest. Ipsa soluta atq; liberior est, aliter in uiris atq; in fœminis
posita. Nam in uiris iuxta rectum intestinum est potius, in sinistrā
partem inclinata. In fœminis super genitale earum posita est, su-
perq; elapsa ab ipsa uulua sustinetur. Tum in masculis iter urinæ
spaciosius & cōpressius à ceruice huius descendit ad colem. In fœ-
minis breuius & plenius super uuluę ceruicem se ostendit. Vulua
autem in uirginibus quidem admodum exigua est. In mulieribus
uerò, nisi ubi grauidæ sunt, non multo maior, quàm ut manu com
prehendatur. Ea recta continuataq; ceruice (quē canalem uocant)
contra mediam aluum orsa, inde paulùm ad dexteriorem coxam
conuertitur: deinde super rectum intestinum progressa, ilijs fœmi
næ latera sua innectit. Ipsa aūt ilia inter coxas & pubem imo uen-
tre pòsita sunt, à quibus ac pube abdomen sursum uersus ad præ-
cordia peruenit, ab exteriore parte euidenti cute, ab interiori leui
membrana inclusum, quæ omento iungitur, περιτόναιον autem à
Græcis nominatur.

Atq; in ipsis ceruicibus glandulæ.) Locus glandularum hic significatur, quum B
cap. 1. lib. 2. pro tonsillarum morbo capiatur.

Alterum stomachum nominant.) Stomachus propriè canalis omnis est ac tu-
bulus, qui in capacitatem aliquam, cauitatem amplam, quomodo œsopha-
gus seu gula in uentriculum desinit: quanquam & interdum pro uentricu-
lo, & pro eius orificio sumitur.

Eaq; descendens ad præcordia cum pulmone committitur.) ὑποχόνδρια super umbilicū
partes ad spurias usq; costas sunt: ut huius capitis in fine animaduerti po-
test, ubi alia describuntur: tametsi Gaza & Leonicenus, pro hypochōdrijs
ilia conuertere solent.

Hanc iuncturam πυλωρὸν Græci uocant.) Videri Celsus posit parum hoc lo-
co cum Galeno consentire. Verùm si res omnis benigniter ciuiliterq; in u-
troq; inspectetur, facilè intelligetur neutrum ab altero multum discrepare.
Nam uocabulis, quemadmodum uterq; utatur, non est difficile animaduer-
tere, & in eo parum momenti est collocandum.

De curationibus morborum qui nascuntur à capite, & primo de eius dolore: deinde de morbo qui circa faciem nascitur, tum de linguæ resolutione, postremò de destillatione ac grauedine. Cap. II.

HIs ueluti in conspectum quendam (quatenus scire curanti ne- C
cessarium est) adductis, remedia singularum laborantiū par-
tium exequar, orsus à capite: sub quo nomine nunc significo eam
partem, quæ capillo tegitur. Nam oculorum, aurium, dentium do
lor, & si quis similis est, aliàs erit explicandus. In capite aūt interdū
acutus et pestifer morbus est, quem κεφαλαίαν Greci uocant. Cuius
notæ sunt, horror calidus, neruorum resolutio, oculorum caligo,
mentis alienatio, uomitus, sic ut uox supprimatur: uel sanguinis ex
naribus cursus, sic ut corpus frigescat, anima deficiat. Præter hæc,
dolor intolerabilis, maximè circa tempora uel occipitium. Inter-
dum autem in capite longa imbecillitas, sed neq; grauis, neq; peri-
culosa,

A culosa, per hominis ætatem est. Interdum grauior dolor, sed breuis, neq; tamen mortiferus, qui uel uino, uel cruditate, uel frigore, uel igne, aut sole contrahitur. Hiq; omnes dolores modò in febre, modò sine hac sunt: modò in toto capite, modò in parte, interdum sic, ut oris quoq; proximam partem excrucient. Præter hæc etiam inuenitur genus quod potest longũ esse, ubi humor cutem inflat, eaq; intumescit, & prementi digito cedit, ὑδροκέφαλον Græci appellant. Ex his, id quod secundo loco positum est, dum leue est, qua sit ratione curandum, dixi, cum persequerer ea quæ sani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberent. Quæ uerò auxilia sint capitis, ubi cum febre dolor est, eo loco explicitum est, quo febrium curatio exposita est. Nunc de cæteris dicendum. Ex quibus id q̃d acutum est, & id quod supra cõsuetudinem intenditur, idq; quod ex subita causa, & si nõ pestiferum, tamen uehemens est, primam curationem habet, quà sanguis mittatur. Sed id, nisi intolerabilis est dolor, superuacuum est. Satiusq; est abstinere à cibo, si fieri
B potest etiam à potione: si non potest, aquam bibere. Si postero die dolor remanet, aluum ducere, sternutamenta euocare, nihil assumere nisi aquam. Sepe enim dies unus aut alter, totum dolorem hac ratione discutit, utiq; si ex uino uel cruditate origo est. Si uerò in his auxilij parum est, tonderi oportet ad cutem: deinde considerandum est, quæ causa dolorem excitarit: si calor, aqua frigida multa perfundere caput expedit, spongiam concauam imponere subinde in aqua frigida, expressam ungere rosa & aceto, uel potius his tinctam lanã succidam imponere, aliaq; refrigerantia cataplasmata. At si frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida marina, uel certè salsa, aut in qua laurus decocta sit: tũ caput uehementer perfricare, deinde calido oleo implere, ueste uelare. Quidam etiam id deuinciunt. Alij ceruicalibus uestimentisq; onerant, & sic leuantur, alios calida cataplasmata adiuuant. Ergo etiam ubi causa incognita est, uidere oportet refrigerantia magis, an calefacientia leniant: & his uti, quæ experimentum approbarit. At si parum
C rum causa discernitur, perfundere caput primùm aqua calida, sicut suprà præceptum est, uel salsa, uel ex lauro decocta, tum frigida posca. Illa in omni uetusto capitis dolore communia sunt, sternutamenta excitare, inferiores partes uehementer perfricare, gargarizare his quæ saliuam mouent, cucurbitulas temporibus & occipitio admouere, sanguinẽ ex naribus detrahere, resina subinde tempora peruellere, & imposito sinapi exulcerare ea quę malè habent, antè linteolo subiecto, ne uehementer arrodat: candentibus ferramentis, ubi dolor est, ulcera excitare, cibũ permodicum cum aqua sumere: ubi leuatus est dolor, in balneũ ire, ibi multa aqua prius calida, deinde frigida caput perfundi. Si discussus ex toto dolor est, etiam ad uinum reuerti: sed postea semper, antequam quicquam

aliud, aquam bibere. Dissimile est id genus quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem necessarium est, deinde imponere sinapi, sic ut exulceret. Si id parum profluit, scalpello utendum est. Illa cum hydropicis communia sunt, ut exerceatur, insudet, uehementer perfricetur, cibis, potionibusq; utatur, urinam præcipuè mouentibus. A

Et imposito sinapi exulcerare ea.) Idem suadet Galenus lib. 2. Compositionis pharmacorum particularium.

Ne uehementer arrodat, candentibus ferramentis.) Vide Galenum lib. 2. Compos. pharmac. partic. cap. 2.

De morbo, qui circa faciem nascitur, quem Græci κυνικὸν σπασμὸν uocant.

Circa faciem uerò morbus innascitur, quē Græci κυνικὸν σπασμὸν nominant. Is cum acuta ferè febre oritur. Os cum motu quodam peruertitur, ideoq; nihil aliud est quàm distentio oris. Accedit crebra coloris in facie totoq; corpore mutatio. Somnus in promptu est. In hoc sanguinem mittere, optimum est. Si finitum eo malum non est, ducere aluum: si ne sic quidem discussum est, albo ueratro uomitum mouere: præter hæc necessarium est uitare solem, lassitudinē, uinū. Sed si discussum his non est, utendū est cursu, frictione, in eo quod læsum est, leni & multa: in reliquis partibus breuiore, sed uehementi: prodest etiam mouere sternutamenta, caput radere, idq; perfundere aqua calida uel marina, uel certè salsa, sic ut ei quoq; sulphur adijciatur: post perfusionem iterū perfricari, sinapi manducare: eodemq; tempore affectis oris partibus ceratum, integris idem sinapi, donec arrodat, imponere. Cibus aptissimus ex media materia est. B

De resolutione linguæ.

At si lingua resoluta est, quod interdū per se, interdum ex morbo aliquo fit, sic ut sermo hominis non explicetur, oportet gargarizare ex aqua, in qua uel thymum, uel hyssopum, uel nepeta decocta sit, aquam bibere, caput & os & ea quæ sub mento sunt, & ceruicem uehementer perfricare, lasere linguam ipsam linere, manducare quæ sunt acerrima, id est, sinapi, allium, cepā, magna ui luctari, ut uerba exprimantur, exerceri retento spiritu, caput sæpe aqua frigida perfundere, nonnunq; multā esse radiculā, deinde uomere. C

De destillatione ac grauedine.

Destillat autem humor ex capite interdum in nares, quod leue est: interdum in fauces, quod peius est: interdum etiam in pulmonem, quod pessimū est. Si in nares destillat, tenuis per has pituita profluit, caput leuiter dolet, grauitas eius sentit̄, frequentia sternutamenta sunt. Si in fauces, has exasperat, tussiculā mouet. Si in pulmonē, præter sternutamenta & tussim, est etiam capitis grauitas, lassitudo, sitis, æstus, biliosa urina. Aliud aūt (quamuis nōn multū

A distans malum) grauedo est. Hæc nares claudit, uocem obtundit, tussim siccam mouet. sub eadem salsa est saliua, sonant aures, uenæ mouent in capite, turbida urina est. Hæc omnia κορύζας Hippocrates nominat. Nunc uideo apud Græcos in grauedine hoc nomen seruari, destillationes κατασάγμας appellari. Hæc aũt & breuia, & si neglecta sunt, longa esse cõsueuerunt. Nihil pestiferũ est, nisi quod pulmonẽ exulcerauit. Vbi aliqd eiusmodi sensimus, protinus abstinere à sole, balneo, uino, uenere debemus. Inter quæ unctione, & assueto cibo nihilominus uti licet: ambulatione tantũ acri, sed tecta utendũ est, et post eã caput atq; os suprà quinquagies perfricandum. Raroq; fit, ut, si biduo, uel certè triduo nobis tẽperauimus, id uitium nõ leuetur. Quo leuato, si in destillatione, crassa facta pituita est, uel in grauedine nares magis patẽt, balneo utendum est, multaq; aqua prius calida, post egelida fouendum os, caputq;, deinde cum cibo pleniore uinũ bibendum. At si æquè tenuis die quarto pituita est, uel nares æquè clausæ uidenẽ, assumendum est uinũ B amineum, austerũ: deinde rursus biduò aqua, post quę ad balneũ, & ad consuetudinem reuertendum est. Neq; tamen illis ipsis diebus, quibus aliqua omittenda sunt, expedit tanquam ægros agere. sed cætera omnia quasi sanis facienda sunt, præterquàm si diutius aliquẽ, & uehementius ista solicitare cõsueuerunt. Huic enim quædam curiosior obseruatio necessaria est. Igitur huic, si in nares uel in fauces destillauit, prçter ea quę suprà retuli, protinus primis diebus multũ ambulandum est, perfricandæ uehementer inferiores partes, leuior frictio adhibenda thoraci erit, leuior capiti, demenda assueto cibo pars dimidia, sumenda oua, amylum, similiaq; quæ pituitã faciunt crassiorẽ. Siti, quanta maximè sustineri potest, pugnandũ est. Vbi per hæc idoneus aliquis balneo factus, eoq; usus est, adijciẽdus est cibo pisciculus, aut caro: sic tamẽ, ne protinus iustus modus cibi sumat. Vino meraco copiosius utendũ est. At si in pulmonem quoq; destillat, multoq; magis & ambulatione & frictione opus est: eademq; adhibita ratione in cibis, si nõ satis illi pro C ficiũt, acrioribus utendũ est, magis somno indulgendum, abstinendumq; à negotijs omnib. aliquãdo, sed serius, & balneũ tentandũ. In grauedine autem primo die quiescere, neq; esse, neq; bibere, caput uelare, fauces lana circundare, postero die surgere, diu abstinere à potione: aut si res coegerit, non ultra heminam aquæ assumere. Tertio die panis non ita multum ex parte interiore cum pisciculo, uel leni carne sumere, aquam bibere. Si quis sibi temperare non potuerit, quo minus pleniore uictu utatur, uomere. Vbi in balneũ uentum est, multa aqua calida caput et os fouere usq; ad sudorem, tum ad uinum redire: post quæ uix fieri potest, ut idem incommodum maneat. Sed si manserit, utendum erit cibis frigidis, aridis, leuibus, humore quàm minimo, seruatis frictionibus, exercitationibusq;, quæ in omni tali genere ualetudinis necessariæ sunt.

Destillat autem humor.) Diximus in Commentarijs nostris in primum librũ conscriptis, quæ non prorsus inutiliter huc reuocabuntur. A

Aliquando, sed serius tentandum.) Legito ientandum.

De ceruicis morbis, curatoribusq́. Cap III.

A Capite transitus ad ceruicẽ est, quę grauibus admodũ morbis obnoxia est. Neque tamen alius importunior, acutiorq́ morbus est, quàm is qui quodã rigore neruorũ, modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit, modo rectam et immobilẽ ceruicem intendit. Priorem Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellãt, quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. Ea sæpe intra quartũ diem tollunt. Si hunc euaserunt, sine periculo sunt. Omnia eadem ratione curantur, idq́ cõuenit. Sed Asclepiades utique mittendũ sanguinẽ credidit. Quod quidã uitandũ esse dixerunt, eo quod maximè tum corpus calore egeret, isq́ esset in sanguine. Verùm hoc quidẽ falsum est. Neq́ enim natura sanguinis est, ut utique caleat, sed ex his quæ in homine sunt, is celerrimè uel calescit, uel refrigescit. mitti uerò nec ne debeat, ex his intelligi potest, quæ de sanguinis missione præcepta sunt: utiq́ aũt rectè datur castoreũ, & cũ hoc piper, uel laser. Deinde opus est fomento humido & calido. Itaq́ plerique aqua calida multa ceruices subinde perfundũt. Id in præsentia leuat, sed opportuniores neruos frigori reddit: quod utique uitandũ est. Vtilius igitur est cerato liquido primùm ceruicem perungere, deinde admouere uesicas bubulas, uel utriculos oleo calido repletos, uel ex farina calidum cataplasma, uel piper rotundum cum fico contusum. Vtilissimũ tamen est, humido sale fouere. quod quomodo fieret, iam ostẽdi. Vbi eorum aliquid factum est, admouere ad ignem, uel si æstas est, in sole, ægrum oportet: maximéq́ oleo uetere, si id non est, syriaco: si ne id quidem est, adipe quàm uetustissima ceruicem & scapulas & spinas perfricare. Frictio cum omnibus in homine uertebris utilis sit, tum ijs præcipuè quæ in collo sunt. Ergo die nocteq́, interpositis tamen quibusdã temporibus, hoc remedio utendũ est. Dum id intermittitur, imponendum malagma aliquod ex calefacientibus. Cauendum uero præcipue frigus. Ideoq́ in eo conclaui, in quo cubabit ęger, ignis cõtinuus esse debebit, maximéq́ tempore antelucano, quo pręcipue frigus intenditur. Neque inutile erit caput attõsum habere, idq́ irino uel cyprino calido madefacere, et superimposito pileo uelare: nonnunquã etiã in calidũ oleũ totum descendere, uel in aquã calidam, in qua fœnũgræcum decoctum sit, & adiecta olei pars tertia. Aluus quoque ducta sæpe superiores partes resoluit. Si uero etiã uehementius dolor creuit, admouendæ ceruicibus cucurbitulæ sunt, sic ut cutis incidatur, eædem aut ferramẽtis aut sinapi adurendæ: ubi leuatus est dolor, moueri que ceruix cœpit, scire licet cedere remedijs morbum. Sed diu uitandus cibus, quisquis mãdendus est. Sorbitionibus utendum, item que ouis sorbilibus

B

C

A sorbilibus, aut à pullis mollibus ius aliquod assumendum. Id, si bene processerit, iam' que ex toto rectè se habere ceruices uidebuntur, incipiẽdum erit à pulticula, uel intrita benè madida. Celerius tamen etiã panis mandẽdus, q̃ uinum gustandũ. Siquidem huius usus præcipue periculosus, ideoq́ in longũ tẽpus differẽdus est.

Priorem Græci ὀπισθότονον.) Spasmus Græcè, distentio, cõuulsio & rigor Latinè, generis appellationes sunt. Neoterici spasmũ syluestrem uocãt, qui in partẽ non consuetã conuellit: spasmum uerò domesticũ, qui in partẽ usitatã trahit. Tetanus est, quũ corpus membrum' ue erectũ, rigidumq́ cõsistit. Celsus rigorem, Gaza & Leonicenus distentionẽ uertunt, cum sit distentionis ac spasmi species. Hippocrates sæpè ambo & spasmum & tetanum coniungit: propterea quòd tetanus, quamuis spasmi forma est, tamen non esse apparet, quia nulla in eo sit inflexio, quæ conuulsionem sequi debere uideatur. Hippocrates 4. Aph. 57. & 5. Aph. 17. & 7. Aph. 31. Consulito Galenum lib. 3. de Affect. locor. notitia. & lib. 2. de Symptomatum causis.

Ea sæpe intra quartum diem tollunt.) Celsus omnibus formis ex æquò asscribit, quod Hippocrates 5. Aphor. 6. uni tetano, morbo peracuto tribuit. Quicunque à tetano, distentione erecta atq; immobili corripiuntur, intra dies quatuor intereunt: aut si hos effugerint, sani euadunt.

Neq; enim natura sanguinis est, ut utiq; caleat.) In moderato omnino calore uis naturaq́ sanguinis pósita est: plus enim iusto si friget, pituitæ quàm sangui-
B ni propinquior efficitur: sin calet plus iusto uel bilescit, uel in atram bilem degenerat. Mittitur autem utiliter, sæpe uicibus repetitis, si nihil est quod magnopére repugnet.

Aluus quoq; ducta sæpe superiores partes.) Ratione consentit cum quinto Aphorismo, è libro septimo. Quoniam in capitis omnibus miserijs aluũ deijcere, eamq́ propitiam conseruare prodest.

Sed diu uitandus cibus, quisquis madendus.) Legito mandendus.

De faucium morbis, ac curationibus, & primùm de angina, deinde de difficultate spirandi, ultimo de tussi. Cap. IIII.

Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum æquè pestiferũ acutum' que in faucibus esse cõsueuit. Nostri anginã uocãt, apud Græcos nomẽ prout species est. Interdũ enim neq; rubor, neq; tumor nullus apparet, sed corpus aridũ est, uix spiritus trahitur, mẽbra soluũtur. Id συνάγχην uocant. Interdũ lingua fauces q́ cũ rubore intumescũt, uox nihil significat, oculi uer-
C tũtur, facies pallet, singultusq́ est, id ὡς συνάγχη uocatur. Illa cõmunia sunt, æger non cibũ deuorare, non potionẽ potest, spiritus eius includitur. Leuius est, ubi tumor tantũmodo & rubor est, cætera non sequũtur, id παρασυνάγχην appellãt. Quicquid est, si uires patiũtur, sanguis mittẽdus est: si non abundat, secundum est ducere aluũ. Cucurbitula quoq; rectè sub mento: & circa fauces admouetur, ut id quod strangulat, euocet. Opus est deinde fomentis humidis. Nam sicca spiritũ elidunt. Ergo admouere spongias oportet, quæ melius in calidum oleum, quàm in calidam aquam subinde dimittũtur. Efficacissimus' que est, hic quoq; salis calidi succus. Tum commodum est, hyssopum, uel nepeta, uel thymum, uel absynthium, uel etiam furfures, aut ficus aridas, aut mulsam aquã decoquere, eã' que gargarizare: post hæc, palatũ ungere uel

felle taurino, uel eo medicamẽto quod ex moris est, polline etiam A
piperis id rectè respergitur. Si per hæc parum proficitur, ultimũ est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, & in palato citra uuam, uel eas uenas, quæ sub lingua sunt, ut per ea uulnera morbus erumpat. Quibus si non fuerit æger adiutus, scire licet, malo uictum esse. Si uerò his morbus leuatus est, iam'que fauces & cibum & spiritum capiunt, facilis ad bonam ualetudinem recursus est. At interdum natura quoque adiuuat, si ex angustiore sede uitium transit in latiorem. Itaque rubore & tumore in præcordijs orto, scire licet fauces liberari. Quicquid autẽ eas leuauit, incipiendum est ab humidis, maximeq́ aqua mulsa decocta: deinde assumendi molles & non acres cibi sunt, donec fauces ad pristinum habitum reuertantur. Vulgò audio, si quis pullum hirudinis ederit, angina toto anno non periclitari; seruatumq́ eum ex sale, cum is morbus urget, comburi: carbonemq́ eius contritum in aquã mulsam (quæ potui datur) infricari & prodesse. Id cum idoneos authores ex populo habeat, neq́ habere quicquã periculi possit, quamuis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum B
huic operi meo credidi.

Nostri anginam uocant.) De hac Hippocrates libro de Victu acutorum, & libro Prænotionum, & Epid. lib. 6. sect. 7. Galen. lib. 4. de Affectorum locorum notis. Et Aegineta lib. 3. cap. 27.

Vel felle taurino, uel eo medicamento quod.) Magnum nimis est interuallum inter fel taurinum, & medicamentum quod ex moris conficitur.

Atq; interdum natura quoq; adiuuat.) Vbi tumor in collo exilit, bonum. Hippocrat. 6. Aph. 37. Vide Galenum lib. 10. Simpl. de pueri stercore.

Vulgò audio, si quis pullum.) Eriam hirundinis nidum cataplasmatis foris applicandis utiliter misceri, & gargarismatis ex hirundinibus puluisculum, usu deprehensum est.

De difficultate spirandi.

Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur. Cùm uehementior est, ut spirare æger sine sono & anhelatione non possit, ἆσθμα: cùm accessit id quoq́, ne nisi C
recta ceruice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus id quod primũ est, potest diutius trahi: duo insequentia acuta esse cõsuerunt. His cõmunia sunt, q̊d propter angustias, per quas spiritus euadit, sibilum elidit, dolor in pectore præcordijs'q́ est, interdum etiã in scapulis: is'q́ modò decidit, modò reuertitur, ad hęc tussicula accedit. Auxilium est, nisi aliquid prohibet, in sanguinis detractione. Neq́ id satis est, sed lacte quoq́ uenter soluendus est. Liquãda aluus, interdum etiam ducenda, quibus extenuatũ corpus incipit spiritum trahere cõmodius. Caput aũt etiam in lecto sublime habendũ est; thorax fomentis, cataplasmatisq́ calidis, aut siccis, aut etiam humi-

dis ad-

A dis adiuuandus est, et postea uel malagma superimponendum, uel certè ceratū ex cyprino, uel irino unguento. Sumenda deinde ieiuno potui mulsa aqua, cum qua uel hyssopus cocta, uel contrita capparis radix sit. Datur etiam utiliter, aut nitrū, aut nasturtiū, alliū frictum, deinde contritū & cum melle mistum: simulq; coquanť mel, galbanū, resina terebinthina: & ubi coierunt ex his q̃d fabę magnitudinem habet, quotidie sub lingua liquatur, aut sulphuris ignem nō experti, P. *. & quadrans abrotani. P. *. in uini cyatho teruntur, idq; tepefactū sorbetur. Est etiam non uana opinio, uulpinū iecur, ubi siccū & aridum factū est, cōtundi oportere, polentamq; ex eo potioni aspergi, uel eiusdem pulmonē quàm recentissimū assum, sed sine ferro coctū, edendum esse. Præter hæc sorbitionibus, & lenibus cibis utendum est, interdum uino tenui austero, nonnunq; uomitu. Prosunt etiam quæcunq; urinam augent, sed nihil magis quàm ambulatio lenta penè usq; ad lassitudinem, frictio multa pręcipuè inferiorū partium, uel in sole, uel ad ignem, & per seipsum &

B per alios, usq; ad sudorem. In interiore uerò faucium parte interdum exulceratio esse consueuit. In hac pleriq; extrinsecus cataplasmatis calidis, fomentisq; humidis utunť. Volunt etiam uaporem calidum ore recipi, per quem molliores alij partes eas fieri dicunt, opportunioresq; uitio iam hærenti. Sed si bene sic uitari morbus potest, tuta illa præsidia: si metus eius est, superuacua sunt. Vtiq; autem perfricare fauces periculosum est: exulcerat enim. neq; utilia sunt, quæ urinæ mouendæ sunt apta, quia possunt, dum transeunt, ibi quoq; pituitā extenuare, quam supprimi melius est. Asclepiades multarum rerum, quas ipsi quoq; secuti sumus, author bonus, acetum ait quàm acerrimū esse sorbendum: hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera. Sed id supprimere sanguinem potest, ulcera ipsa sanare non potest. Melius huic rei licium est, quod idem quoq; æquè probat, uel porri, uel marrubij succus, uel nuces Græcæ cum tragacantho contritæ, & cum passo mistæ, uel lini semen cōtritum, & cum dulci uino mistum. Exercitatio quoq; ambulan-

C di, currendiq; necessaria est. Frictio à pectore uehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi uerò esse debent neq; nimiū acres, neq; asperi, mel, lenticula, tragū, lac, ptisana, pinguis quoq; caro, præcipuèq; porrum, & quicquid cum hoc mistum est. Potionis quàm minimum esse conuenit. Aqua dari potest, uel pura, uel in qua malum cydoneum, palmulę'ue decoctæ sunt. Gargarizationes quoq; lenes, sin hæ parum proficiūt, reprimentes utiles sunt. Hoc genus neq; acutum est, & potest esse non longum: curationem tamen maturam, ne uehementer & diu lædat, desiderat.

Duo insequentia acuta esse consueuerunt.) Acuta uocat, non quidem uelocia, & quæ superius contra uitia longa distinxit: sed ea omnia quæ de improuiso, et quasi momēto hominē, etiam si diutius trahat, rapere possint. Quomodo & asthma ac anhelationē, & erectæ ceruicis spirationē, acuta nominamus.

Interdum uino tenui auſtero.) Auſteritatis nomine parum competit,niſi quod A
minus in caput effumet.

Proſunt etiam quæcunq; urinam augent.) Vbi craſsi lentiq; humores reſpirandi
difficultatem creant, detergentia incidentiaq; citra manifeſtam calefactio-
nem, omnium tutiſsima ſunt.

Melius huic rei licium eſt.) Plurimum diſsidet facultate licium,ab ijs quæ con
tinuò inſequuntur. Craſſæ nanq; pituitæ è pectore ac pulmone euerrendæ,
& purgandis ulceribus atq; abſtergendis,iſta ſunt apta. Licium uerò gluti-
nandis eſſe poſsit accommodatius.

De Tuſsi.

Tuſſis uerò ferè propter faucium exulcerationem moleſta eſt,
quæ multis modis contrahitur. Itaque illis reſtitutis, ipſa finitur.
Solet tamen interdum per ſe quoq; malè habere, & uix cum uetus
facta eſt eliditur,ac modò arida eſt,modò pituitam citat. Oportet
hyſſopum altero quoq; die bibere, ſpiritu retento currere, ſed mi-
nimè in puluere:ac lectione uti uehementi, quæ primò impeditur
à tuſſi, pòſt eam uincit, tum ambulare, deinde per manus quoque
exerceri,& pectus diu perfricare. Poſt hæc quàm pinguiſſimæ fi-
cus uncias tres, ſupra prunas incoctas,eſſe. Præter hæc,ſi humida B
eſt,proſunt frictiones ualidæ,cum quibuſdam calefacientibus:ſic,
ut caput quoq; ſiccum uehementer perfricetur. Item cucurbitulæ
pectori admotæ,ſinapi ex parte exteriore ſaucibus impoſitum, do
nec leuiter exulceret,potio ex menta,nucibusq; Græcis & amylo,
primoq; aſſumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis. At ſi
ſicca tuſſis eſt, cum ea uehementiſſimè urget, adiuuat uini auſteri
cyathus aſſumptus,dum ne amplius id, interpoſito tẽpore aliquo,
quàm ter,aut quater fiat.Item laſeris quàm optimi paulum deuora-
re opus eſt,porri uel marrubij ſuccum aſſumere,ſcillam delingere,
acetum ex ea uel certè acre ſorbere, aut cum ſpica allij cõtriti duos
uini cyathos. Vtilis etiam in omni tuſſi eſt peregrinatio, nauigatio
longa, loca maritima, natationes. Cibus interdũ mollis,ut malua,
ut urtica: interdum acer,ut lac cum allio coctum, ſorbitiones qui-
bus laſer ſit adiectum,aut in quibus porrum incoctum tabuerit,o-
uum ſorbile, ſulphure adiecto:potus primùm aqua calida,deinde
inuicem alijs diebus hæc,alijs uinum.Magis terreri poteſt aliquis, C
cum ſanguinem expuit. Sed id modò minus, modò plus periculi
habet. Exit enim modò ex gingiuis,modò ex ore:& quidẽ ex hoc
interdum etiam copioſè,ſed ſine tuſſi, ſine ulcere, ſine gingiuarum
ullo uitio,ita ut nihil excreetur. Verùm ut ex naribus,ſic ex ore ali-
quando prorumpit.Atq; interdum ſanguis profluit, interdum ſi-
mile aquę quiddam,in qua caro recens lota eſt.Nonnunquam aũt
is à ſummis faucibus fertur, modò exulcerata ea parte, modò non
exulcerata,ſed aut ore uenæ alicuius adaperto, aut tuberculis qui-
buſdam natis, ex his ſanguine erumpente. Quod ubi incidit, neq;
lædit potio aut cibus, neq; quicquam ut ex ulcere excreatur. Ali-
quando gutture & arterijs exulceratis, frequens tuſſis ſanguinem

A quoꝗ extundit. Interdum etiam fieri ſolet, ut aut ex pulmone, aut ex pectore, aut ex latere, aut iocinore feratur. Sæpe fœminæ, quibus ſanguis per menſtrua nõ reſpondet, hũc expuunt: authoresꝗ medici fuerunt, uel exeſa parte aliqua ſanguinem exire, uel rupta, uel ore alicuius uenæ patefacto. Primã διάβρωσιν, ſecundam ῥηγμόχασ-μον, tertiam ἀναστόμωσιν appellant. Vltima minimè nocet, prima grauiſſimè. Ac ſepe quidem euenit, uti ſanguinem pus ſequatur: interdum autem qui ſanguinem ipſum ſuppreſſit, ſatis ad ualetudinem profuit. Sed ſi ſecuta ulcera ſunt, ſi pus, ſi tuſsis eſt, prout ſedes ipſa eſt, ita uaria & periculoſa genera morborum ſunt. Si uerò ſanguis tantum fluit, expeditius & remedium & finis eſt. Neque ignorari oportet, eis quibus fluere ſanguis ſolet, aut quibus ſpina dolet, coxæ'ue, aut poſt curſum uehementẽ uel ambulationem, dum febris abſit, non eſſe inutile ſanguinis mediocre profluuium: idꝗ per urinam redditum, ipſam quoꝗ laſſitudinem ſoluere. Ac ne in eo quidem terribile eſſe, qui ex ſuperiore loco decidit: ſi tamen in eius u-
B rina nihil aliud nouabit. Neꝗ uomitum huius afferre periculum, etiam cum repetit, ſi antè confirmare & implere corpus licuit: & ex toto nullum nocere, qui in corpore robuſto neꝗ nimius eſt, neque tuſſim aut calorem mouet. Hæc pertinent ad uniuerſum. Nũc ad ea loca quæ propoſui, ueniam. Si ex gingiuis exit, portulacam manducaſſe ſatis eſſe: ſi ex ore, continuiſſe eo merum uinum: ſi id parum proficit, acetum: ſi inter hæc quoꝗ grauiter erumpit, quia conſumere hominem poteſt, commodiſſimum eſt, impetum eius admota occipitio cucurbitula, ſic ut cutis quoꝗ incidatur, auertere. Si id mulieri, cui menſtrua non feruntur, euenit, eandem cucurbitulam inciſis inguinibus eius admouere. At ſi ex faucibus, interioribus'ue partibus proceſſit, & metus maior eſt, & cura maior adhibenda, ſanguis mittendus eſt, & ſi nihilominus ex ore proceſſit, iterum tertioꝗ, & quotidie paulùm aliquid: protinus autem debet ſorbere uel acetum, uel etiam cum thure plantaginis aut porri ſuccum, imponendaꝗ extrinſecus ſupra id quod dolet lana ſucci-
C da ex aceto eſt, & id ſpongia ſubindè refrigerandum. Eraſiſtratus horum crura quoꝗ & femora, brachiaꝗ pluribus locis deligabat. Id Aſclepiades adeò non prodeſſe, ut etiam inimicum eſſet, propoſuit. Sed id ſepe commodè reſpondere, experimenta teſtantur. Neque tamen pluribus locis deligari neceſſe eſt, ſed ſat eſt infra inguina et ſuper talos, ſummosꝗ humeros, etiam brachia. Tum ſi febris urget, danda eſt ſorbitio, & potui aqua in qua aliquid ex his quæ aluum aſtringũt, decoctum ſit: ac ſi abeſt febris, uel elota alica, uel panis ex aqua frigida, & molle quoꝗ ouum dari poteſt potui, uel idem quod ſupra ſcriptum eſt, uel uinum dulce, uel aqua frigida: ſed ſic bibendum erit, ut ſciamus huic morbo ſitim prodeſſe. præter hæc neceſſaria ſunt quies, ſecuritas, ſilentiũ. Caput huius quoꝗ

cubantis sublime esse debet, rectè que tondetur. Facies sæpe aqua a
frigida fouenda est. At inimica sunt, uinum, balneum, uenus: in ci-
bo oleũ, acri ora omnia, item calida fomenta, conclaue calidum &
inclusum, multa uestimenta corpori iniecta, etiam fricationes, ubi
bene etiã sanguis conquieuit. Tum uerò incipiendũ est à brachijs,
cruribusq;, à thorace abstinendum. In hoc casu per hyemem locis
maritimis, per æstatem mediterraneis opus est.

Scyllam delingere: acetum ex ea, uel certè.) Acetum in pectoris ac pulmonis ui-
tijs suspectum esse debet: nisi si purum in lentis, & crassis crudisq; humori-
bus incidendis ac reuellẽdis adhibeatur. Neq; item austera in arida tussi,
satis esse tuta possunt.

Authoresq; medici fuerunt, uel ex ea parte aliqua sanguinẽ exire.) Lege, excesa parte

Neq; ignorari oportet, eis quibus fluere sanguis.) Hippocrates lib. 7. Aph. 37. Qui-
cunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare, &c.

Si ex ore continuisse eo merum uinum.) Astringens, ni fallor, uult.

De stomachi morbis, & curationibus. Cap. V.

FAucibus subest stomachus, in quo plura longa uitia incidere b
consueuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc,
modo inflammatio, modo exulceratio afficit. Interdum pituita, in
terdũ bilis oritur, frequentissimumq; est eius malum, quo resolui
tur, neq; ulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit. Vt diuersa
autem uitia eius, sic etiam remedia sunt. Vbi exæstuat, aceto cum
rosa extrinsecus subinde fouendus est, imponendus que puluis
cum oleo, & ea cataplasmata, quæ simul & reprimunt, & molliũt.
Potui (nisi quid obstat) gelida aqua prẽstãda. Si inflatio est, pro-
sunt admotę cucurbitulę, neq; incidere cutem necesse est: prosunt
sicca & calida fomẽta, sed non uehementissima. Interponenda ab-
stinẽtia est. Vtilis in ieiuno potio est absynthij, aut hyssopi, aut ru
tæ: exercitatio primò lenis, deinde maior adhibẽda est, maximeq;
quæ superiores partes moueat. Quod genus in omnib. stomachi
uitijs aptissimũ est. Post exercitationẽ opus est unctione, frictio-
ne, balneo quoq; nonnunquã, sed rarius, interdũ alui ductions. Ci
bis deinde calidis, neq; inflãtibus, eodẽq; modo calidis potionib.
primò aquę: pòst, ubi resedit inflatio, uini austeri. Illud quoque in c
omnibus stomachi uitijs præcipiendũ est, ut quo modo se quisq;
æger refecerit, eo ut sanus utatur. Nam redit huic imbecillitas sua,
nisi ijsdem defenditur bona ualetudo, quibus reddita est. At si in-
flammatio aliqua est, quam ferè tumor & dolor sequitur, prima
sunt quies et abstinentia, lana sulphurata circũdata, in ieiuno ab-
synthium. Si ardor stomachũ urget, aceto cum rosa subinde fouẽ
dus est, deinde cibis quidem utendũ est modicis. Imponẽda uero
extrinsecus, quę simul et reprimũt et molliũt: deinde his detractis,
utendum calidis ex farina cataplasmatis, quę reliquias digerãt. In-
terdum aluus ducenda. Adhibenda exercitatio, & cibus plenior.
At si exulceratio stomachum infestat, eadem ferè facienda sunt,
quæ

A quæ in faucib. exulceratis præcepta sunt. Exercitatio, frictio inferiorum partiũ, adhibenda. Adhibendi leues & glutinosi cibi, sed citra satietatẽ. Omnia acria atq; acida remouenda. Vino, si febris non est, dulci: aut si id inflat, certe leni utendum: sed neq; præfrigido, neq; nimis calido. Si uerò pituita stomachus impletur, necessarius modo in ieiunio, modo post cibum uomitus est. Vtilis exercitatio, gestatio, nauigatio, frictio. Nihil edendũ, bibendum' que, nisi calidum, uitatis tantum his quæ pituitã contrahere consuerunt. Molestius est, si stomachus bile uitiosus est. Solent autẽ hi qui sic tentantur, interpositis quibusdam diebus, hanc(& quidem quod pessimũ est) atrã uomere. His rectè aluus ducitur, potiones ex absynthio dãtur, necessaria gestatio, nauigatio, & (si fieri potest) ex nausea uomitus, uitanda cruditas, sumẽdi cibi faciles, & stomacho non alieni, uinũ austerum. Vulgatissimũ uerò, pessimum' que stomachi uitiũ est, resolutio, id est cũ cibi non tenax est, soletq; desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Huic generi inutilissimũ balneũ est. Lectiones, exercitationesq; superioris partis necessariæ. Item

B unctiones frictionesq;, hinc perfundi frigida, atq; in eadem natare, canalibus eiusdem subijcere etiam stomachum ipsum, & magis etiam à scapulis, id quod contra stomachum est, consistere in frigidis, medicatisq; fontibus, quales Cutiliarũ, subcutiliarũq; sunt, salutare est. Cibi quoq; assumẽdi sunt frigidi, qui potius difficulter coquũtur, q̃ facilè uitiãtur. Ergo pleriq;, qui nihil aliud cõcoquere possunt, bubulã coquũt. Ex quo colligi potest, neq; auẽ neq; uenationẽ, neq; piscem dari debere, nisi generis durioris. Potui quidem aptissimũ est uinum frigidũ, uel certè benè calidũ, meracum, potissimum Rheticum, uel Allobrogicũ, aliud ue, quod et austerum & resina conditum est: si id non est, quàm asperrimum, maximé que Signinum. Si cibus non continetur, danda aqua, & eliciẽdus plenior uomitus est: iterum' que dandus cibus, & tum admouendæ duobus intra stomachum digitis cucurbitulæ, ibi' que dua

C bus aut tribus horis continẽdæ sunt. Si simul & uomitus & dolor est, imponenda supra stomachum est lana succida, uel spongia ex

D aceto, uel cataplasma, quod refrigeret. Perfricanda uerò non diu, sed uehemẽter brachia & crura, & calefaciẽda. Si plus doloris est, infra præcordia quatuor digitis cucurbitula utendũ est, protinus dandus panis ex posca frigida, Si nõ continuit, post uomitũ lene aliquid ex his quę non aliena stomacho sint. Si ne id quidẽ tenuit, singuli cyathi uini, singulis interpositis horis, donec stomachus consistat. Valens etiam medicamentum est radiculæ succus, ualentius acidi punici mali, cum pari modo succi, qui ex dulci punico malo est, adiecto etiam intubi succo et mẽta, sed huius minima parte: quibus tantundem, quantum in his omnib. est, aquę frigidę quàm optimè miscetur. Id enim plus quàm uinum ad comprimen

dum stomachũ potest: supprimendus autẽ uomitus est, qui per se A uenit, sic, si nausea est. Sed si coacuit intus cibus, aut cõputruit, quorũ utrũlibet ructus ostendit, eijciendus est, protinusq; cibis assumptis ijsdẽ quos proximè posui, stomachus restituendus. Vbi sublatus est præsens metus, ad ea redeundũ est, quæ suprà p̃cepta sunt.

Faucibus subest stomachus.) Stomachum pro uentriculo accipi, non pro œsophago tantum, ipsa uitiorum & ratio & tractatio satis declarat.

Consistere in frigidis medicatisq; fontibus, quales cutiliarum, subcutiliarumq; sunt.) De cutilijs Plinius lib. 2. cap. 97. & lib. 31. cap. 6. & Vitruuius lib. 8. cap. 3. de Subcutilijs, Plin. lib. 31. cap. 2.

De laterum doloribus. Cap. VI.

STomachus lateribus cingit, atq; in his quoq; uehementes dolores esse cõsueuerunt: & initiũ uel ex frigore, uel ex ictu, uel ex nimio cursu, uel ex morbo est. Sed interdũ id malũ intra dolorẽ est, isq; modò tardè, modò celeriter soluitur: interdum ad perniciem quoque procedit, oriturq; acutus morbus, qui pleuriticus à Græcis nominatur. Huic dolori lateris febris & tussis accedit, & per hanc excreatur, si tolerabilis morbus est, pituita: si grauis, sanguis. B Interdum etiã sicca tussis est, quæ nihil emollitur. Idq; primo uitio grauius, secundo tolerabilius est. Remedium uerò est magni & recẽtis doloris, sanguis missus. At siue leuior, siue uetustior casus est, uel superuacuũ, uel serũ id auxiliũ est, confugiendumq; ad cucurbitulas est, antè summa cute incisa. Rectè etiã sinapi ex aceto super pectus imponit, donec ulcera pustulasq; excitet, & tum medicamentum, q̃d humorẽ illuc citet. Præter hæc circũdare primum oportet latus ipsum lana sulphurata: deinde cum paulum inflãmatio se remisit, siccis & calidis fomentis uti. Ab his trãsitus ad malagmata est. Si uetustior dolor remanet, nouissimè resina imposita discutitur. Vtendũ cibis, potionibusq; calidis, uitandũ frigus. Inter hæc tamen nõ alienũ, & extremas partes oleo & sulphure perfricare. Si leuata tussis est, leni lectione uti, iamq; & acres cibos et uinum meracius assumere: quæ à medicis prçcipiuntur, ut tamen sine his, rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adiuuet. Hæc in omni lateris dolore cõmunia sunt, plus negotij est, si acutus quoq; morbus is factus est. In hoc præter ea quæ suprà posita sunt, hæc C animaduertenda sunt, ut cibus sit q̃ maximè tenuis & lenis, præcipueq; sorbitio, eaq; ex ptisana potissimũ, aut ius in quo porrus cũ pullo gallinaceo coctus sit. Idq; nõ nisi tertio quoq; die deť, si tamẽ per uires licebit: potio uerò aqua mulsa, in qua hyssopum aut ruta decocta sit. Quæ quib. temporibus danda sint, ex ratione uel adiectæ, uel leuatæ febris apparebit: sic, ut in remissione quàm maximà dent: cũ eo tamẽ, ut sciamus nõ esse eius generis tussi aridas fauces cõmittendas. Sæpe enim, ubi nihil est q̃d excreatur, cõtinuatur & strangulat. Ob quam causam dixi etiã peius id genus esse tussis, q̃d nihil, q̃ quod pituitã moueret. Sed hic uinũ sorbere, ut suprà præ-

A cepimus, morbus ipse nõ patitur, in uicem eius cremor ptisanæ sumendus est. Vt his aũt in ipso morbi feruore sustinendus æger est, sic ubi paulùm is se remisit, alimẽta pleniora, & uini quoq; aliquid dari potest, dum nihil deĩ, q̃d aut refrigeret corpus, aut fauces aspe. ret. Si in refectione quoq; mãserit tussis, intermittere oportebit uno die, posteroq;, cũ cibo uini paulo plus assumere. Atq; incipiente quoq; tussi, tũ nõ erit alienũ (ut suprà quoq; positũ est) uini cyathos sorbere. Sed in hoc genere ualetudinis dulce, uel certè lene cõmodius est: si malũ inueterauit, athletico uictu corpus firmãdũ est.

Sed interdum id malum intra dolorem.) Venustè id dictũ est, pro eo q̃d est, sic ut facilè tolerari ac sustineri possit, nihilq; præter dolorẽ metus ac periculi obferat. Simili forma loquendi suprà dixit, intra uerba desipere: pro eo quod est, insaniæ aut furoris indicium, præterquàm in uerbis, nullum ostendere.

Ob quam causam dixi etiam peius id genus esse tussis.) Hippocrat. 1. Aphor. 12. & libro Prænotionum.

De uiscerum morbis, & primò de pulmone, deinde de iocinere, tum de liene, postremò de renibus. Cap. VII.

B A Compagine uerò corporis ad uiscera transeundum est, & in primis ad pulmonem ueniendũ, ex quo uehemens & acutus morbus oritur, quem peripneumonicõ Græci uocãt. Eius hęc cõditio est. Pulmo totus afficitur: hũc eius casum subsequiẽ tussis, bilem uel pus trahens, præcordiorũ totiusq; pectoris grauitas, spiritus difficultas, magnæ febres, cõtinua uigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quàm doloris habet. Oportet, si satis ualidæ uires sunt, sanguinem mittere: si minores, cucurbitulas sine ferro præcordijs admouere. Tum si satis ualet, gestando ægrũ, digerere: si parũ, intra domũ tamen dimouere. Potionem aũt hyssopi dare, cui ficus arida sit incocta: aut aquã mulsam, in qua uel hyssopum, uel ruta decocta sit. Frictione uti diutissimè in scapulis, proximè ab his in brachijs, & pedibus, et cruribus, leuiter contra pulmonem, idq; bis quotidie facere. Quod ad cibum uerò pertinet, huic nec salsis opus est; neq; acribus, neq; amaris, neq; aluum astringen

C tibus, sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ, uel alicæ, uel oryzæ, cum qua recens adeps cocta sit. Cum hac sorbile ouum, nuclei pinei ex melle, panis uel elota alica, ex aqua mulsa: potui deinde nõ solum pura aqua, sed etiam mulsa egelida, aut si æstas est, etiam frigida, nisi quid obstat. Hæc autem altero quoq; die increscente morbo dare satis est. Vbi in incremento constitit, quantum res patitur, ab omnibus abstinendum est, præterquàm aqua egelida. Si uires desunt, adiuuandæ sunt aqua mulsa, prosuntq; aduersus dolores imposita calida fomẽta, uel ea quæ simul & reprimunt & emolliunt. Prodest impositus super pectus sal bene contritus, cũ cerato mistus, quia leuiter cutem erodit, eoq; impetũ materiæ, quo pulmo uexatur, euocat. Vtile etiam aliquod

malagma est ex his quæ materiã trahunt. Neque alienum est, dum a premit morbus, clausis fenestris ægrum continere. Vbi paulum leuatus est, ter aut quater die, fenestris aliquanto apertis, paruum aerem recipere. Deinde in frictione pluribus diebus à uino abstinere, gestatione, frictione uti: sorbitionibus, & prioribus cibis adijcere ex oleribus porrum, ex carne ungulas, & summa trunculorum, atque pisciculos: sic, ut diu nihil molle & lene sumatur.

Pulmo totus afficitur.) Sed & interdum pars eius aliqua. Pulmonem autẽ inflammari intelligit, q̃d uel è capitis destillatione accidere solet, uel ex antecedente angina, uel ex asthmate, uel ex morbo laterali, aut simili quopiã uitio.

Id genus morbi plus periculi.) Propterea quòd ex se insensilis sit pulmo. Vide autem lib. 7. Aph. 11. apud Hippocr. & Paulum Aeginetam 3. lib. cap. 30.

Vel ea quæ simul reprimunt & emolliunt.) Quæ magnopere reprimãt, utilia esse non possunt, ne uitium intus, eo impulsis humoribus, augeant, ne'ue meatus constringant. Conuenient autem, quæ molliter pectus dilatẽt, pariterq́ aliquantulum digerant.

Sicut diu nihil molle & leue sumatur.) Lege, nihil nisi molle & lene sumatur.

De iocineris morbo, & curatione. Cap. VIII.

ALterius quoque uisceris morbus, id est, iocineris æquè modò b longus, modò acutus esse consueuit, ἡπατικὸν Græci uocant. Dextra parte sub præcordijs uehemens dolor est, idem'q; ad latus dextrũ, & ad iugulum, humerum'q; partis eiusdem peruenit: nonnunquam manus quoq; dextra torquetur, horror calidus est. Vbi malè est, bilis euomitur, interdũ singultus propè strãgulat. Et hæc quidem acuti morbi signa sunt: longioris uerò, ubi suppuratio in iocinere est, dolor'q; modò finitur, modò intenditur, dextra parte præcordia dura sunt, & tument: post cibum maior difficultas est, accedit maxillarũ quædam resolutio, ubi inueterauit malum, uenter & crura pedes'q; intumescunt, pectus atque humeri, circa'q; iugulum utrunque extenuatur. Initiò sanguinem mittere optimum est, tum uenter soluendus est: si non potest aliter, per nigrum ueratrum imponenda extrinsecus cataplasmata, primum quæ reprimant, deinde calida quæ deducant, quibus rectè iris uel absynthiũ c adijcitur, post hæc malagma. Dandæ uerò sorbitiones sunt, omnes'q; cibi & calidi, & qui non multum alant, & ferè qui pulmonis quoque dolori conueniunt, præterq; eos qui urinam mouent, potiones'q; ad id efficaces. Vtilia in hoc morbo sunt thymũ, satureia, hyssopum, nepeta, amylum, sisamum, lauri baccæ, pini flos, herba sanguinalis, menta, ex malo cotoneo medium, columbæ iecur recens & crudum. Ex quibus quædam per se esse, quædam adijcere uel sorbitioni, uel potioni licet, sic tamen ut parcè assumantur. Neque alienũ est absynthium contritum ex melle, & pipere, eius'q; catapotium quotidie deuorare: abstinendum utiq; est ab omnibus frigidis, neq; enim res ulla magis iecur lædit. Frictionibus utendũ in extremis partibus, uitandus omnis labor, omnis uehementior

A motus, ne spiritus quidem diutius continẽdus est. Ira, trepidatio, pondus, ictus, cursus, inimica sunt. Perfusio corporis multa prodest ex aqua: si hyems est, calida: si æstas, tepida. Item liberalis unctio, & in balneo sudor. Si uerò iecur uomica laborat, eadẽ facienda sunt, quæ in cæteris interioribus suppurationibus. Quidã etiã contra id scalpello aperiunt, ipsam uomicam adurunt.

Quidam etiam contra id scapello aperiunt.) Hippoc. libro septimo, Aph. 46.

De lienis morbo, & curatione. Cap. IX.

At lienis ubi affectus est, intumescit, simulq; cum eo pars sinistra, eaq; dura est, & premẽti renititur: uenter intẽtus est, aliquis etiam cruribus est tumor. Vlcera aut omninò non sanescũt, aut certè cicatricem uix recipiũt. In intenta ambulatione, cursuq; dolor, & quædã difficultas est. Hoc uitiũ quies auget. Itaq; exercitatione & labore opus est, habita tamen ratione, ne febre mista, si nimium processerit, excitetur. Vnctiones, frictionesq; & sudores necessarij sunt. Dulcia omnia inimica sunt, item lac & caseus. Acida autem maximè conueniũt. Ergo acetũ acre per se sorbere, &
B magis etiã quòd scilla conditũ est, expedit. Edenda sunt salsamenta, uel oleæ ex muria dura tinctę, in aceto lactucæ, intubiq; & betę ex eodẽ: ex sinapi asparagus, armoracia, pastinaca, ungulæ, rostra, aues macræ, eiusdẽ generis uenatio. Potui uerò ieiuno dari debet absynthium incoctũ: at post cibũ aqua à ferrario fabro, in qua candens ferrum subindè tinctum sit. Hæc enim uel præcipuè lienem coercet: quod animaduersum est in his animalibus, quæ apud hos fabros educata, exiguos lienes habent. Potest etiã dari uinũ tenue, austerũ, omniaq; in cibis & potionib. quib. urinæ mouẽdæ sunt. præcipuèq; ad id ualet, uel trifolij semẽ, uel cuminũ, uel apiũ, uel serpillum, uel cytisus, uel portulaca, uel nepeta, uel thymũ, uel hyssopũ, uel satureia. Hæc enim inde cõmodissimè uidenť humorẽ deducere. Lienis quoq; bubulus utiliter esui datur: pręcipuèq; eruca & nasturtiũ lienẽ extenuant. Imponẽda quoq; extrinsecus sunt, quę leuẽt. Fit ex unguẽto & palmulis, quod μυροβάλανον Grǽci uocant. Fit ex lini & nasturtij semine, quo uinũ & oleũ adijcitur. Fit ex cupresso uiridi, & arida ficu. Fit ex sinapi, cui seui hircini à
C renibus quarta pars ponderis adijcitur, teriturq; in sale, & protinus imponitur. Multisq; modis huic rei cappari aptũ est. nam & ipsum cum cibo assumere, & muriam eius cum aceto sorbere commodũ est. Quinetiam extrinsecus radicem contritam, uel corticẽ eius cum furfuribus, aut ipsum cappari cum melle contritum, imponere expedit. Malagmata quoq; huic rei aptantur.

Edenda sunt salsamenta, uel oleæ ex muria dura tinctæ.) Muriam durã uocat maturam. Vide Columellam lib. 12. cap. 6. Dura autẽ dicitur, quòd aqua in ipsum salem uim suam liquefaciendi, non secus ac si arida esset, exercere nequit.

Fit ex unguento & palmulis, quod μυροβάλανον Græci.) Legendum, fit ex unguẽtarijs glandibus, quas μυροβαλάνους uocant: ut patet ex Dioscoride de Myrobalano. Quæ res seduxit Linacrum libro. 13. Method. Therapeut.

De renum morbis, & curationibus. Cap. X.

A At renes ubi affecti sunt, diu male habent. Peius est, si frequẽs biliosus uomitus accedit. Oportet conquiescere, cubare molliter, soluere aluum: si aliter non respondet, etiam ducere, sæpe desidere in aqua calida, neq; cibum, neq; potionem frigidam assumere, abstinere ab omnibus salsis, acribus, acidis pomis, bibere liberaliter: adijcere modo cibo, modo potioni piper, porrum, ferulam, album papauer. Quæ maxime inde urinam mouere consueuerunt. Auxilio quoq; his exulceratis sunt, si adhuc ulcera purganda sunt, cucumeris semina detractis corticibus sexaginta, nuclei ex pinu syluestri duodecim, anisi, quod tribus digitis sumi possit, croci paulum, contrita, & in duas mulsi potiones diuisa. Si uero dolor tantũ leuandus est, eiusdem cucumeris semina triginta, ijdem nuclei uiginti, nuces Græcæ quinq;, croci paululum, contrita & cum lacte potui data: ac insuper quoq; recte quædam malagmata injciuntur, maximeq; ea quæ humori extrahendo sunt.

De intestinorum morbis, & primo de cholera. Cap. XI.

A Visceribus ad intestina ueniendum est, quæ sunt & acutis & longis morbis obnoxia. Primo que facienda mentio est cholera, quia commune id stomachi, atq; intestinorum uitium uideri potest. Nam simul & deiectio, & uomitus est, præterq; hæc inflatio est, intestina torquentur, bilis suprà infraq; erumpit, primùm aquæ similis, deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur, interdũ alba, nonnunquam nigra, uel uaria. Ergo eo nomine morbũ hunc χολέραν Græci nominarunt. Præter ea uero quę suprà comprehensa sunt, sæpe etiam crura manusq; contrahuntur, urget sitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum est, si subito quis moritur. Neq; tamen ulli morbo minori momento succurritur. Protinus ergo ubi ista cœperunt, aquæ tepidæ quàm plurimum bibere oportet, & uomere. Vix unquã sine uomitu sequitur, sed etiam si non incidit, miscuisse tamẽ nouam materiam corruptæ prodest: parsq; sanitatis est, uomitum esse suppressum: si id incidit, protinus ab omni potione abstinẽdum est. Si uero tormina sunt, oportet frigidis & humidis fomentis stomachum fouere. Sed si uenter dolet, ijsdem egelidis, sic ut uenter ipse mediocriter calentibus iuuetur. Quod si uehementer & uomitus, & deiectio, & sitis uexant, & adhuc subcruda sunt quæ uomuntur, nondum uino maturum tempus est: aqua, neq; ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est: admouendumq; naribus est pulegium ex aceto, uel polenta uino aspersa, uel menta, si nondum matura est. At cum discussa cruditas est, tum magis uerẽdum est, ne anima deficiat. Ergo tum cõfugiendum est ad uinum. Id esse oportet tenue, odoratum: cum aqua frigida mistũ, uel polenta adiecta, uel melle quoq; assumere expedit,

A expedit: quotiesq́ aliquid aut stomachus, aut uenter effudit, toties per hæc uires restituere. Erasistratus primò tribus uini guttis, aut quinis aspergendam potionem esse dixit, deinde paulatim merum adijciendum. Is si & ab initio uinum dedit, & metum cruditatis secutus est, non sine causa fecit. Si uehementem infirmitatem adiuuari posse tribus guttis putauit, errauit. At si inanis est homo, & crura eius contrahuntur, interponenda potio absynthij est. Si extremæ partes corporis frigent, ungendæ sunt calido oleo, cui ceræ paulùm sit adiectum, calidisq́ fomentis nutriendæ. Si ne sub his quidem quies facta est, extrinsecus contra uentriculum ipsum cucurbitula admouenda est, aut sinapi superimponendum. Vbi his constitit, dormire oportet, postero die utique à potione abstinere, die tertio in balneum ire, paulatim se cibo reficere: somno, quisquis facilè acquiescit, itemq́ lassitudine, & frigore. Si post suppressam choleram febricula manet, aluum duci necessarium est: tum cibis, uinoq́ utendum est, sed hic quidem morbus & acutus B est, & inter intestina, stomachumq́ uersatur, sic ut cuius potissimũ partis sit, non facilè dici possit.

Ergo eo nomine morbũ hunc χολέραν Græci.) χολέρα, inquit Hesychius, ἡ δι᾽ ἔκκρισις κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετος. hoc est: Cholera excretio est infernè per uentrem, superneq́ per os euomitio. hinc Cholerici apud Plinium, non biliosi, ut solent uulgò, nominantur: sed qui cholera, quam nunc definiuimus, laborant. Author libri Definitionum & Isagoges, itemq́ Hippocr. 5. Aphor. 1. inter acutissimos morbos numerant.

De cœliaco uentriculi morbo. Cap. XII.

IN ipsius uerò uentriculi porta cõsistit is, qui et longus esse cõsueuit. κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc uenter indurescit, dolorq́ eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritũ quidẽ trãsmittit. Extremę partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur. Commodissimum est inter initia calida cataplasmata toto uentri imponere, ut dolorem leniant: pòst cibum uomere, atq́ ita uentrem exinanire. Proximis deinde diebus cucurbitulas sine ferro uẽtri & coxis ad-C mouere: uentrem ipsum liquare dato lacte, & uino salso frigido. Si tempus anni patitur, etiam uiridibus ficis, sic tamen, ne quis aut cibus, aut humor uniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla temporis sat est cyathos binos ternos'ue sumere, & cibum pro portione huius: commodeq́ facit cyatho lactis cyathus aquæ mistus, & sic datus. Cibiq́ inflantes & acres utiliores sunt, adeò ut lacti quoq́ rectè contritum allium adijciatur. Procedente uerò tempore opus est gestari, maximeq́ nauigare, perfricari ter aut quater die, sic ut nitrum oleo misceatur: perfundi aqua calida post cibum, deinde sinapi imponere per omnia membra, excepto capite, donec arrodatur & rubeat, maximeq́ si corpus durum & uirile est, paulatim deinde faciendus est transitus ad ea quæ uentrem cõpri-

 munt,

munt. Assa caro danda, ualens, & quæ non facilè corrumpatur: potui uerò pluuialis aqua decocta, sed quæ per binos ternos'ue cyathos bibatur. Si uetus uitium est, oportet laser quàm optimum ad piperis magnitudinem deuorare: altero quoque die uinum, uel aquam bibere, interdum interposito cibo singulos uini cyathos sorbere, ex inferiori parte infundere pluuialem egelidam aquam, maximeq́ si dolor in imis partibus remanet. A

De tenuioris intestini morbo. Cap. XIII.

INter ipsa uerò intestina cõsistũt duo morbi, quorũ alter in tenuiore, alter in pleniore intestino est. Prior acutus est: insequẽs esse longus potest. Diocles Carystius, tenuioris intestini morbũ χορδαψόν, plenioris εἰλεόν nominauit. A' perisq; uideo nũc illũ priorẽ εἰλεόν, hunc κόρδαψον nominari. Sed prior modò supra umbilicum, modò sub umbilico dolorem mouet. Fit ex alterutro loco inflammatio, nec aluus, nec spiritus infrà transmittit. Si superior pars affecta est, cibus: si inferior, stercus per os redditur: si utrũlibet uetus est, adijcitur periculo uomitus biliosus, mali odoris, aut uarius, aut niger. Remediũ est, sanguinẽ mittere, uel cucurbitulas pluribus locis admouerẽ, nõ ubiq; cute incisa. Id enim duob. aut trib. locis satis est. Ex cæteris spiritũ euocare, abũdè est. Tũ animaduertere oportet, quo loco malũ sit. Solet enim cõtrà id tumere. Et si supra umbilicũ est, alui ductio utilis nõ est. Si infrà est, aluũ ducere (ut Erasistrato placuit) optimũ est, & sæpe id auxilij satis est. Ducit aũt, percolato ptisanæ cremore cũ oleo & melle, sic ut præter ea nihil adijciat. Si nihil tumet, duas manus imponere oportet, supra summũ uentrẽ, paulatimq́ deducere. Inuenietur enim mali locus, q necesse est renitatur: & ex eodẽ deliberari poterit, ducenda nec ne aluus sit. Illa communia sũt, calida cataplasmata admouere, eaq́ imponere à mãmis usq; ad inguina, & spinã, ac sæpe mutare: brachia, cruraq́ perfricare, demittere totũ hominem in calidũ oleũ. Si dolor nõ quiescit, etiam in aluũ ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi per hæc cõsecuti sumus, ut iã ex inferiore parte spiritus transmittat, offerre potui mulsum tepidũ nõ multũ, nam antè magna cura uitandũ est, ne qd bibat. Si id cõmodè cessit, adijcere sorbitionẽ. Vbi dolor & febricula quierũt, tum demũ uti cibo pleniore, sed neq; inflante, neq; duro, neq; ualido, ne intestina adhuc imbecilla lædant, potui uerò nihil præterq̃ purã aquã. Nã siue qd uinolentũ, siue acidũ est, id huic morbo alienũ est. Ac postea quoq; uitare oportet balneũ, ambulationẽ, gestationẽ, cæterosq́ corporis motus. Nã facilè id malũ redire cõsueuit: & siue cũ frigus subit, siue aliqua iactatio, nisi bene iam cõfirmatis intestinis, reuertitur. B C

Adijcitur periculo uomitus biliosus.) Vitium hoc imputandum est, uel cruditatibus & retentis & putrefactis, è quibus mox obstructio nascitur, uel uenenato potui, uel intestinis in scrotum collapsis, uel tenuioris intestini inflammationi. Porrò periculum æquè ac uomitus denunciant & singultus, & desipientia & conuulsio, Hipp. 7. Aph. 10.

De morbo inteſtini plenioris. Cap. XIIII.

A IS autẽ morbus, qui in inteſtino pleniore eſt, in ea maximè parte eſt, quam cęcã eſſe propoſui. Vehemens inflatio, uehementes dolores dextra magis parte, inteſtinũ quod uerti uidetur, propè ſpiritum elidit. In pleriſq; poſt frigora, cruditateſq; oritur, deinde quieſcit, & per ætatem ſæpe repetens, ſic cruciat, ut uitæ ſpacio nihil demat. Vbi is dolor cœpit, admouere ſicca & calida fomenta oportet, ſed primò lenta, deinde ualidiora, ſimulq; frictiones, ad extremas partes, id eſt, crura brachiaq; materiã reuocare. Si diſcuſſum non eſt, qua dolet, cucurbitulas ſine ferro defigere. Eſt etiam medicamentum eius rei cauſa comparatũ, quod κωλικὸν nominatur. Id ſe reperiſſe Caſſius gloriabatur. Magis prodeſt potui datũ: ſed impoſitum quoq; extrinſecus, digerendo ſpiritũ, dolorem leuat. Niſi finito uerò tormento, rectè neq; cibus neq; potio aſſumitur. Quo uictu ſit utendum, qui hoc genere tentantur, iam mihi dictum eſt. Confectio medicamenti, quod κωλικὸν nominatur, ex his cõſtat: coſti, aneſi, caſtorei, ſingulorum denariorum P. iij. *. petroſelini P. denariorum. iij. piperis longi, & rotundi, ſing. P. *. ij. papaueris lacry
B mę, iunci rotundi, myrrhæ, nardi, ſingulorum P. i. *. Quę melle excipiuntur: id autem & deuorari poteſt, & ex aqua calida ſumi.

De torminibus, id eſt, δυσεντερίας. Cap. XV.

PRoxima his inter inteſtinorum mala, tormina eſſe conſueuerunt. δυσεντερία Grecè uocatur: intus inteſtina exulcerantur: ex his cruor manat. Iſq; modò cum ſtercore aliquo ſemper liquido, modò cum quibuſdam quaſi mucoſis excernitur, interdum ſimul quædam carnoſa deſcendunt. Frequens deijciendi cupiditas, dolorq; in ano eſt. Cùm eodem dolore exiguum aliquid emittitur, atque eo quoq; tormentum intenditur. Idq; poſt tempus aliquod leuatur, exiguaq; requies eſt, ſomnus interpellatur, febricula oritur, longoq; tempore id malum cum inueterauerit, aut tollit hominẽ, aut etiam (ſi finitur) excruciat. Oportet in primis cõquieſcere. Siquidem omnis agitatio exulcerat, deinde ieiunum ſorbere uini cya
C thum, cui cõtrita radix quinquefolij ſit adiecta: imponere cataplaſmata ſuper uentrem, quæ reprimũt, quod in ſuperioribus uentris morbis nõ expedit: quotieſq; deſidit, ſubluere aqua calida, in qua decoctæ uerbenæ ſint: portulacam uel coctam, uel ex dura muria ediſſe, cibos potioneſq; eas quæ aſtringũt aluũ. Si uetuſtior morbus eſt, ex inferioribus partibus tepidũ infundere: uel ptiſanæ cremorem, uel lac, uel adipem liquatam, uel medullam ceruinam, uel oleum, uel cum roſa butyrum, uel cum eadem album crudum ex ouis: uel aquam, in qua lini ſemen decoctum ſit: uel ſi ſomnus non accedit, uitellos cum aqua, in qua roſæ floris folia cocta ſint. Leuant enim dolorem hæc, & mitiora ulcera efficiunt: maximeq; utilia ſunt, ſi cibi quoq; ſecutum faſtidium eſt. Themiſon muria dura quàm aſperrima ſic utendum, memoriæ prodidit. Cibi uerò eſſe

debent, qui leniter uentrem distringant, & ea quæ urinam moue- A
ant. Si ea cõsecuta sunt, in aliam partem humorem auertendo, pro-
sunt: si non sunt consecuta, noxã augent. Itaq; nisi in quibus prom
ptè id facere consueuerunt, non sunt adhibenda. Potui si febricula
est, aqua pura calida, uel ea quæ ipsa quoq; astringat, dari debet: si
non est, uinum lene, austerum. Si pluribus diebus nihil remedia a-
lia iuuerunt, uetusq; iam uitium est, aquæ bene frigidæ potio as-
sumpta, ulcera astringit, & initium secundæ ualetudinis facit. Sed
ubi uenter suppressus est, protinus ad calidam potionem reuerten
dum est. Solet autem interdum etiam putris sanies pessimiq; odo-
ris descendere, solet purus sanguis profluere. Si superius uitiũ est,
aluus aqua mulsa duci debet, tũc deinde eõdẽ infundi, quæ suprà
comprehensa sunt. Valensq; est etiam aduersus ulcera intestino-
rum minij gleba, cum salis hemina contrita: si minus, mista his a-
qua in aluum datur. At si sanguis profluit, cibi potionesq; esse de-
bent, quæ astringant.

Tormina esse consueuerunt, δυσεντερία Græcè uocatur.) Intestinorum dolores
Græci στρόφους nominant, quos uertere Theodorus & Leonicenus tormina B
solent, quum Plinius & Celsus tormina dysenteriam uocent.

Valensq; est etiam aduersus ulcera intestinorum minij gleba.) Hermolaus hoc loco
intelligit lemniam terram: quam sunt qui uulgò bolum armenium dictum
esse credunt. Vide Musam in Simplicium examine, et nostras annotationes
in lib. 6. cap. 6. in collyrio Euelpidis.

De læuitate intestinorum. Cap. XVI.

EX torminibus interdum intestinorum læuitas oritur, quę con
tinere nihil possunt, & quicquid assumptum est, imperfectum
protinus reddunt. Id interdum ægros trahit, interdum præcipi-
tat. In hoc utiq; adhibere oportet cõprimentia, quo facilius tenen-
di aliquid intestinis uis sit. Ergo et super pectus ponetur sinapi, ex-
ulcerataq; cute, malagma, quod humorem euocet, & ex uerbenis
decoctis aqua desidat, & cibos potionesq; assumat, quæ aluum a-
stringunt, & frigidis utetur perfusionibus. Oportet tamen prospi
cere, ne simul his omnibus admotis, uitium contrarium per immo
dicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebũt,
aliquibus quotidie adiectis. Et cùm in omni fluore uentris, tum in
hoc præcipuè necessarium est, non quoties libet desidere, sed quo-
ties necesse est, ut hæc ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris
intestina deducat. Alterum quoque, quod æquè ad omnes simi-
les affectus pertinet, in hoc maximè seruandum est, ut cum plera-
que utilia insuauia sint, qualis est plantago, & rubi, & quicquid ma
licorio mistum est, ea potissimum ex his dentur, quæ maximè æ-
ger uolet. Deinde si omnia ista fastidiet, ad excitandam cibi cupidi-
tatem interponatur aliquid minus utile, sed magis gratum. Exerci
tationes, frictiones huic quoq; morbo necessariæ sunt, & cum his
sol, ignis, balneum, uomitus (ut Hippocrati uisum est) etiam albo
ueratro (si cætera parum proficient) euocatus.

Non-

A De lumbricis aluum occupantibus. Cap. XVII.

Nonnunquam autem lumbrici quoque occupant aluum, hiq; modò ex inferioribus partibus, modò fœdius ore redduntur. Atque interdum latos eos, qui peiores sunt, interdum teretes uidemus. Si lati sunt, aqua potui dare debet, in qua lupinum aut cortex mori decoctus sit: aut cui adiectum sit, contritum uel hyssopum, uel piperis acetabulũ, uel scamoneæ paulùm. Vel etiam pridie cum multum allium ederit, uomat. Posteroq; die mali punici tenues radiculas colligat, quantum manu comprehendet, easque contusas in aquæ tribus sextarijs decoquat, donec tertia pars superfit. Huc adijciat nitri paulum, & ieiunus bibat. Interpositis deinde tribus horis, duas potiones sumat, aut aquæ, uel muriæ duræ sic adiectæ, tum desidat subiecta calida aqua in pelue. Si uerò teretes sunt, qui pueros maximè exercent, & eadem dari possunt, & quædam leuiora, aut contritum semen urticæ, aut brassicæ, aut cumini cum aqua, uel menta cum eadem, uel absynthium decoctum,
B uel hyssopum ex aqua mulsa, uel nasturtij semen cum aceto contritum. Edisse etiam & lupinum, & allium prodest, uel maluæ oleum subter dedisse.

Nonnunquam autem lumbrici.) ἕλμινθας στρογγύλας Hippocrates 3. Aphoris. 26. uocat. ἀσκαρίδων nulla fit hic mentio, quę in extremo nascuntur intestino ac ano: ubi pruritum quendam creare consueuerunt. Ne cucurbitonorũ quidem meminit, quos Oribasius describit. Vide Hippocratem libro quarto de Morbis, sub finem.

Interdum latos eos qui peiores.) ἕλμινθας πλατείας, modò etiam ταινίας, modò λινείας Græci, quod institarum ac limborum & longitudine & latitudine spectentur.

De τεινεσμῷ, intestinorum morbo. Cap. XVIII.

Est autem aliud leuius omnibus proximis, de quibus suprà dictum est, quod τεινεσμὸν Græci uocant: id neq; acutis, neq; longis morbis annumerari debet, cum & facilè tollatur, neq; unquam per se iugulet: in hoc æquè atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est, æquè dolor, ubi aliquid excernitur. Descendunt
C autem pituitæ mucisq; similia, interdum etiam leuiter subcruenta: sed his interponuntur nonnunquam ex cibo quoq; rectè coacta: desidere oportet in aqua calida, sæpiusq; ipsum manu nutrire, cui plura medicamenta idonea sunt, butyrum cum rosa, acacia ex aceto liquata, emplastrum id quod τετραφάρμακον Græci uocant, rosa liquatum, alumen lana circundatum, & ita appositum, eademq; ex inferiore parte indita, quę torminum auxilia sunt, eadem uerbenæ decoctæ, ut inferiores partes foueantur: alternis uerò diebus aqua, alternis leue & austerum uinum bibendum est. Potio esse debet egelida & frigida: proprior ratio uictus talis, qualẽ in tormina suprà præcepimus.

Est autem aliud leuius omnibus proximis.) Sumpsit hæc Celsus uel Erasistrati ex opinione, de qua Gal. meminit lib. 7. Aph. 6. uel ex initio libri Hippocratis

de morbis externis, cum sit τεινεσμὸς alioqui crebra & inanis egerendi cupiditas. Plin. lib. 32. cap. 6. & 28. lib. cap. 14. & Paulus Aegin. lib. 3. cap. 41. & Aetius lib. 9. cap. 43. & author libri Definitionum & Isagoges. A

De uentris fluxu, & curatione. Cap. XIX.

Leuior etiã dum recens deiectio est, ubi & liquida aluus, & sæpius quàm ex cõsuetudine ferĩ: atq; interdũ tolerabilis dolor est, interdum grauissimus, idq; peius est: sed uno die fluere aluũ sæpe pro ualetudine est, atq; etiam pluribus, dum febris absit, & intra septimum diem id cõquiescat. Purgatur enim corpus, & quod intus læsurũ erat, utiliter effunditur, uerùm spacium periculosum est. Interdum enim tormina ac febriculas excitat, uiresq; cõsumit: primo die quiescere satis est, neq; impetũ uentris prohibere, si per se desiit, balneo uti, paulùm cibi capere: si mansit, abstinere non solum à cibo, sed etiam à potione. Postero die, si nihilominus liquida aluus est, æquè conquiescere, paulùm astringentis cibi sumere, tertio die in balneum ire, uehementer omnia præter uentrem perfricare, ad ignem lumbos, scapulasq; admouere: cibis uti, sed uentrẽ contrahentibus, uino non multum meraco. Si postero quoq; die fluet, plus edisse, sed uomere etiam ex toto, donec cõquiescat. Contra sitim, fame, uomitu niti. Vix enim fieri potest, ut post hanc animaduersionem aluus non cõtrahatur. Alia uia est, ubi uelis supprimere, cœnare, deinde uomere, postero die in lecto cõquiescere, uesperi ungi, sed leniter: deinde panis circa selibram, ex uino aminæo mero sumere, tum assum aliquid, maximeq; auem, & postea uinũ idem bibere aqua pluuiali mistum, idq; usq; ad quintum diem facere, iterumq; uomere. Frigidam autem assiduè potionem esse debere, cõtra priores authores, Asclepiades affirmauit, & quidẽ quàm frigidißimam. Ego experimentis quemq; in se credere debere existimo, calida potius an frigida utatur. Interdum autem euenit, ut id pluribus diebus neglectum, curari difficilius possit. A' uomitu oportet incipere, deinde postero die uesperi, tepido loco ungi, cibum modicum assumere, uinum meracum quàm asperrimum, impositam super uentrem habere cum cerato rutam. In hoc aũt affectu corporis neque ambulatione, neq; frictione opus est: uehiculo sedisse, uel magis etiã equo, prodest. Neq; enim ulla res magis intestina confirmat. Si uerò etiam medicamentis utendum est, aptissimum est id quod ex pomis fit. Vindemiæ tempore in grande uas conijcienda sunt pira, atque mala syluestria: si ea non sunt, pira Tarentina uiridia, uel signina, mala scandiana uel amœrina, myrrhapia: hisq; adijcienda sunt cotonea, & cum ipsis corticibus suis punica, sorba, & quibus magis utimur, etiam torminalia, sic ut hæc tertiam ollæ partem teneant, tum deinde ea musto implenda est, coquendumq; id, donec omnia quæ indita sunt, liquata in unitatem quandam coeant. Id gustui non insuaue est, & quandocunq; opus est, assumptũ leuiter, sine ulla stomachi noxa uentrẽ tenet, duo aut

tria

A tria cochlearia uno die sumpsisse, satis est. Alterũ ualentius genus, myrti baccas legere, ex his uinum exprimere, id decoquere, ut decima pars remaneat, eiusq́ cyathum sorbere. Tertium, quod quandoq́ fieri potest, malum punicum excauare, exemptisq́ omnibus seminibus, membranas quæ inter ea fuerũt, iterum conijcere, tum infundere cruda oua, rudiculaq́ miscere: deinde malum ipsum super prunam imponere, quod dum humor intus est, non aduritur. Vbi siccum esse cœpit, remouere oportet, extractum'q́ cochleari, quod intus est, edisse. Aliquibus adiectis maius momentũ habet. Itaq́ etiam in piperatum conijcitur, miscetur'q́ cum sale, & pipere: est quid ex his edẽdum, est pulticula etiam, cum qua paulum ex fauo uetere coctum sit, & lenticula cum malicorio cocta, rubiq́ cacumina in aqua decocta, & ex oleo atq́ aceto assumpta, efficacia sunt: atq́ ea aqua, in qua uel palmulæ, uel malum cotoneũ, uel arida sorba, uel rubi decocti sunt, potata. Quod genus significo, quoties potionem dandam esse dico, quæ astringat. Tritici quoq́ hemina in uino aminæo austero decoquitur, idq́ triticum ieiuno ac

B sitienti datur: superq́ id uinũ id sorbetur, quod iure ualentissimis medicamentis annumerari potest, atq́ etiam potui datur uinũ signinum, uel resinatum austerũ, uel quodlibet austerum. Cõtunditurq́ cum corticibus, seminibusq́ suis punicum malum, uino'que tali miscetur, idq́ uel merum sorbet aliquis, uel bibit mistum. Sed medicamentis uti, nisi in uehementibus malis, superuacuum est.

De uuluæ morbo, & curationibus. Cap. XX.

EX uulua quoq́ fœminis uehemẽs malum nascitur, proximeq́ ab stomacho uel afficitur hæc, uel corpus afficit. Interdum etiam sic exanimat, ut tanq́ comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic casus, eo quòd neq́ oculi uertunt, nec spumæ profluunt, nec nerui distendunt: sopor tantũ est, idq́ quibusdam fœminis crebrò reuertens, perpetuũ est. Vbi incidit, si satis uirium est, sanguis missus adiuuat. Si parũ est, cucurbitulæ tamen defigendæ sunt in

C inguinibus. Si diutius aut iacet, aut alioqui iacere cõsueuit, admouere oportet naribus extinctũ ex lucerna linamentũ, uel aliud ex his quę fœdioris esse odoris retuli, q̃d mulierem excitet. Idem'q́ aquæ frigidæ perfusio efficit, adiuuatq́ ruta contrita cum melle, uel ex cyprino ceratum, uel quodlibet calidum & humidum cataplasma, naturalibus pubetenus impositum. Intra hæc etiam perfricare coxas: & poplites oportet deinde ubi ad se redit, circũcidendum uinum est in totum annum, etiam si casus idem non reuertitur. Frictione quotidie utendum totius quidem corporis, præcipuè uerò uentris & poplitũ. Cibus ex media materia dandus. Sinapi super imum uentrem, tertio quoq́, aut quarto die imponendum, donec corpus rubeat. Si durities manet, mollire cõmodè uidet̃ solanũ in lac demissũ, deinde contritũ, & cæra alba, atq́ medulla ceruina cũ irino,

irino, aut seuum taurinum, uel caprinum cum rosa mistum. Dandum potui etiam uel castoreum est, uel git, uel anethum. Si parum pura est, purgatur iunco quadrato: si uero uulua exulcerata est, ceratum ex rosa fiet, & recens suilla adeps, & ex ouis album misceat, idq; apponatur: uel album ex ouo cum rosa mistũ, adiecto quo facilius cõsistat, contritæ rosę puluere. Dolens uero ea, sulphure suffumigari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet, remedio sunt cucurbitulæ cute incisa inguinibus, uel etiam sub mammis admotæ: si maligna purgatio est, subijcienda sunt coercentia. Id faciunt etiam albę oliuæ, & nigrũ papauer cum melle assumptum, & gummi cum trito semine apij liquatum, & cum cyatho passi datũ. Præter hæc in omnibus uesicæ doloribus idoneæ potiones sunt, quæ ex odoribus fiũt: id est, spica nardi, croco, cinnamomo, casia, similibusq;. Idemq; etiã decocta lentiscus præstat. si tamen intolerabilis dolor est, & sanguis ꝓfluit, etiã sanguinis detractio apta est, aut certè coxis admotę cucurbitulæ cute incisa. At cum urina super potionum modũ etiam sine dolore profluens, maciem & periculum facit, si tenuis est, opus est exercitatione & frictione, maximeq; in sole, uel ad ignem. Balneum rarũ esse debet, neq; longa in eo mora, cibus comprimens. Vinum austerum meracum, per æstatem frigidum, per hyemem egelidum, sed tantum, quantũ minimum fit. Infima, aluus quoq; uel ducenda, uel lacte purganda est. Si crassa urina est, uehementior esse debet & exercitatio, & frictio: longior in balneo mora, cibis opus est teneris, uinum idem. In utroq; morbo uitanda omnia sunt, quæ urinam mouere consueuerunt. A B

Nec nerui distenduntur, sopor tantum est.) Non hoc quidem omnino uerum est. Nam & distenduntur pleræq;: nec omnes sopor, quin audiant, quin intelligant, quin recordentur postea factorum dictorumq;, occupat.

De nimia profusione seminis ex naturalibus. Cap. XXI.

EST etiam circa naturalia uitium, nimia profusio seminis, q̃d sine uenere, sine nocturnis imaginibus sic fertur, ut interposito spacio tabe hominem cõsumat. In hoc affectu salutares sunt uehementes frictiones, perfusiones, natationesq; quàm frigidissimæ, neq; cibi, nec potio, nisi frigida assumpta. Vitare autem oportet cruditates, omnia inflantia, nihil ex his assumere quæ contrahere semen uidentur: qualia sunt, siligo, simila, oua, alica, amylũ, omnis caro glutinosa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinei. Neq; alienum est fouere inferiores partes, aqua decocta ex uerbenis comprimentibus, ex ijsdem aliqua cataplasmata imo uentri inguinibusq; circũdare, præcipueq; ex aceto rutam uitare, etiam ne supinus obdormiat. C

De coxarum morbis, & curationibus. Cap. XXII.

SVperest ut ad extremas partes corporis ueniam, quæ articulis inter se conferuntur, initium à coxis faciam. Harum ingens dolor esse consueuit. Isq; hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.

A dimittit. Eócp id genus difficillimè curatur, quòd ferè post lõgos morbos uis pestifera huc se inclinat: quæ ut illas partes liberat, sic hãc ipsam quocp affectã prehendit. Fouendũ primùm aqua calida est, deinde utendũ calidis cataplasmatis. Maximè prodesse uidet aut cũ hordeacea farina, aut cũ ficu ex aqua decocta mistus capparis cortex concisus, uel lolij farina ex uino diluto cocta, & mista cũ acida fecc, quę quia refrigescunt, imponere noctu malagmata cõmodius est. Inulæ quocp radix contusa, & ex uino austero postea cocta, & lacte super coxã imposita, inter ualentissima auxilia est. Si ista non soluerũt, sale calido et humido utendũ est. Si ne sic quidem finitus dolor est, aut tumor ei accedit, incisa cute admouendæ sunt cucurbitulæ, mouenda urina. Aluus si compressa est, ducẽda. Vltimũ est, & in ueterib. quocp morbis efficacissimũ, tribus aut quatuor locis super coxã, cutẽ candentibus ferramentis exulcerare. Sed frictione quocp utendũ est, maximè in sole, & eodẽ die sæpius, quo facilius ea quæ coeundo nocuerũt, digerantur. Eácp si nulla exulceratio est, etiam ipsis coxis, sicut & cæteris partibus adhibenda est. Cum uerò sæpe aliquid exulcerãdum candenti ferramẽto sit, ut materia inutilis euocetur, illud perpetuũ est, non ut B primũ fieri potest, huius generis ulcera sanare: sed ea trahere, donec id uitium, cui per hæc opitulantur, conquiescat.

Tribus aut quatuor locis super coxã, cutem candentibus ferramentis exulcerare.) Hippocrates lib. 6. Aph. ultimo, & libro de Morbis externis.

De genuum doloribus, & cura. Cap. XXIII.

COxis proxima genua sunt, in quibus ipsis nõnunquam dolor esse consueuit. In eisdem autem cataplasmatis, cucurbitulisq; presidium est, sicut etiam cum in humeris, alijs' ue commissuris dolor aliquis exortus est. Equitare ei cui genua dolent, inimicissimũ omnium est: omnes autem eiusmodi dolores, ubi inueterauerũt, uix citra ustionem finiuntur.

De articulorum doloribus, in manibus pedibusq;. Cap. XXIIII.

IN manibus pedibúsq; articulorum uitia frequentiora, longio-C ráq; sunt, quæ in podagris, chiragris' ue esse consueuerũt. Ea rarò uel castratos, uel pueros ante fœminæ coitum, uel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant. Vbi sentiri cœperunt, sanguis mittendus est. Id enim inter initia statim factum, sæpe annuam, nonnunquã perpetuã ualetudinem totã præstat. Quidam etiam cùm asinino lacte epoto se eluissent, in perpetuum hoc malum euaserunt. Quidam cùm toto anno à uino, mulso, uenere sibi temperassent, securitatẽ totius uitæ consecuti sunt. Idq; utiq; post primum dolorem seruandum est, etiamsi quieuit. Quod si iam cõsuetudo eius facta est, potest quidem aliquis esse securior his temporibus, quibus dolor se remisit. Maiorem uerò curam adhibere debent hi, quibus id reuertitur. Quod ferè, uere autumnó ue fieri

solet. Cum uerò dolor non urget, manu gestari debet, deinde ferri, inambulatione leui se dimouere: & si podagra est, interpositis temporibus exiguis inuicem modò sedere, modò ingredi, tum antequam cibum capiat, sine balneo loco calido leuiter perfricari, sudare, perfundi aqua egelida, deinde cibum sumere ex media materia interpositis rebus urinam mouētibus: quotiesq; plenior est, euomere. Vbi dolor uehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor iam etiam obcaluerit. Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est. Aquam marinā, uel muriam duram feruefacere oportet, deinde in peluim conijcere, & cum iam homo pati potest, pedes demittere, super' que pallam dare, & uestimento tegere: paulatim deinde iuxta labrum ipsum ex eadem aqua leuiter infundere, ne calor intus destituat, ac deinde noctu cataplasmata calefaciētia imponere, maximeq; hibisci radicem ex uino coctam. Sin uerò tumor calorq; est, utiliora sunt refrigerātia, recteq; in aqua q; frigidissima articuli cōtinētur: sed neque quotidie, neq; diu sit, ne nerui indurescāt. Imponēdū uerò est cataplasma quod refrigeret. Neq; tamē in hoc ipso permanendū, sed ad ea transeundū, quæ sic reprimūt, ut emolliant. Si maior est dolor, papaueris cortices in uino coquēdi, miscendiq; cum cerato sunt, quod ex rosa factū sit. Vel cæræ & adipis suillæ tantundē unà liquandū, deinde his uinū miscendū: atq; ubi quod ex eo impositū est, incaluit, detrahendū, & subindè imponendū aliud est. Si uerò tumores etiā obcaluerunt, & dolēt, leuat spongia, quę imposita subindè ex oleo, uel aceto, uel aqua frigida exprimitur: aut pari portione inter se mista, pix, cæra, alumen. Sunt etiam plura idonea manibus pedibusq; malagmata. Quòd si nihil superimponi patitur, id quod sine tumore est, fouere oportet spongia, quę in aquam calidā demittatur, in qua uel papaueris cortex, uel cucumeris syluestris radix decocta sit, tum inducere articulis crocum cum succo papaueris, & ouillo lacte. At si tumor est, foueri quidem debet aqua calida, in qua lentiscus, aliá ue uerbena ex reprimentibus decocta sint: induci uerò medicamentū ex nucib. amaris cum aceto tritis, aut ex cerussa, cui contritæ herbæ muralis succus sit adiectus. Lapis etiam qui carnem exedit, quem σαρκοφαγὸν Græci uocant, excisus, sic ut pedes capiat, demissos eos cum dolent, retentosq; ibi leuare consueuit. Ex quo in Asia lapidi * Asio gratia est. Vbi dolor, & inflammatio se remiserunt, quod intra dies quadraginta fit, nisi uitiū hominis accesserit, modicis exercitationibus, abstinentia, unctionibus lenibus utendum est: sic, ut etiā acopo, uel liquido cerato cyprino articuli perfricentur. Equitare podagricis quoq; alienum est. Quibus uerò articulorum dolor certis temporibus reuertitur, hos antè & curioso uictu cauere oportet, ne inutilis materia corpori supersit, et crebriore uomitu, etsi quis ex cor

pore

A pore metus est, uel aliis ductione uti, uel lacte purgari. Quod Erasistratus in podagricis expulit, ne in inferiores partes factus cursus pedes repleret, cum euidēs sit, omni purgatione nō superiora tantummodo, sed etiam inferiora exinaniri. Ex quocunq; autem morbo quis inualescit, si tardè confirmatur, uigilare prima luce debet, nihilominus in lecto conquiescere, circa tertiam horam leuiter unctis manibus corpus permulcere. Deinde delectationis caussa (quantum iuuat) ambulare, circumcisa omni negotiosa cogitatione, uel actione: tum gestari diu, multa fricatione uti, loca, cœlū, cibos sæpe mutare. Vbi triduò, quatriduò ue uinum bibit, uno, aut etiam altero die interponere aquam. Per hęc enim fiet, ne in uitia tabem infere nti aincidat, & ut maturè uires suas recipiat. Cum ex toto uerò conualuerit, periculosæ uitæ genus subitò mutabit, & inordinatè aget. Paulatim ergo debebit, omissis his legibus, eò transire, ut arbitrio suo uiuat.

Ea rarò uel castratos, uel pueros.) Hippocrates lib. 6. Aph. 28. & Aph. 30. libri 6. & libri eiusdem, Aph. 29. Eunuchi non laborant podagra, neq; calui fiunt. Mulier non laborat podagra, nisi menses ipsi defecerint. Puer podagra non corripitur, ante ueneris usum. Est autem eunuchi uocabulum generis, cui B tres formæ ac species subiecti sunt: spadones, thlibiæ, & castrati, uti libro primo de Adoptionib. græcæ Institutiones testātur. Castratis totus colis cū testibus ante pubertatem exectus est. Aut sunt ipsi sine testibus nati. hi nonnūquam generis uocabulo eunuchi, quemadmodum hoc loco, & apud Lucianum in Pamphilo, appellantur. Thlibiæ, seu thlasiæ sunt, quibus à primo ortu testes, ne quid unquam progenerare possint, attriti & confracti sunt: de quibus Paulus Aegineta, quomodo fieret, libro 6. cap. 66. Spadones sunt, quibus uel penis, uel eius meatus à uinculo suo sic est cōtortus, obliquatusq;, ut per eum semē, nisi, prius uinculo præsecto, excuti nequeat: qui arrigūt idcirco propè perpetuò, non tamen generare, nisi impedimento, quod diximus, sublato, possunt. Quamobrem ut castrati, & thlibiæ apti erant uirginū, ne quid uitij acciperent, & ministri & custodes: ita spadones earum reginarum libidinis serui, quæ iniri, non parere cupiebāt. Galenus libro 15. de Vsu partiū corporis humani, et Celius Rodoginus lib. Lection. antiquar. 18. cap. 10. Non est itaq; quemadmodū putauit iurisconf. ff. de Verbor. signif. L. Spadonum, spadonis uocabulum generale existimandum, sed certa eunuchorum species.

Quod ferè uere, autumno'ue fieri solet.) Hippocrates 6. Aph. 55. Podagricæ affe- C ctiones uere & autumno magna ex parte excitantur.

Rectéq; in aqua quam frigidissima articuli continentur.) Hippoc. 5. Aph. 25. Tumores articulorum & dolores absque ulcere, & podagricas affectiones conuulsionesq; aqua frigida multa affusa leuat, ac minuit, & soluit dolorem. Torporū quidem mediocris dolorem exoluit.

Ex quo in Asia lapidi asio.) Eadē Dioscordes lapidi Asio ascribit: quem ut noster ab Asia asiū uocat, ita Galenus lib. 9. Simpl. assium ab Asso oppido Asiæ nominauit.

Vbi dolor & inflammatio se remiserunt, quod intra dies quadraginta fit.) Hippoc. 6. Aph. 49. Quicunq; podagrici morbi fiunt, hi sedata inflammatione, intra dies quadraginta restituuntur.

AVRELII CORNELII CELSI

Liber Quintus.

PRAEFATIO.

Dixi de his malis corporis, quibus uictus ratio maximè A subuenit. Nunc transeundum est ad eam medicinę partem, quę magis medicamentis purgat. His multum antiqui authores tribuerunt, & Erasistratus, & hi qui se empiricos nominauerunt: pręcipuè tamen Herophilus, deductiq; ab illo uiri, adeò ut nullum morbi genus, sine his curarēt. Multaq; etiam de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt, qualia sunt uel Zenonis, uel Andræ, uel Apollonij, qui Mys cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit: & cum omnia ferè medicamenta stomachū lædant, maliq; succi sint, ad ipsius uictus rationē potius omnem curam suā transtulit. Verùm ut illud in plerisq; morbis utilius est, sic multa admodum corporibus nostris incidere consueuerunt, quæ sine medicamentis ad sanitatem peruenire non possunt. Illud antè omnia scire conuenit, q̄d omnes medicinæ partes ita innexæ sunt, B ut ex toto separari non possint, sed ab eo nomen trahant, à quo plurimum petūt. Ergo ut illa quæ uictu curat, aliquando medicamentum adhibet: & illa quæ præcipuè medicamentis purgat, adhibere etiam rationem uictus debet, quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed cum omnia medicamēta proprias facultates habeant, ac sæpe simplicia opitulentur, sæpe mista, non alienum uidetur antè proponere & nomina, & uires, & misturas eorum, quo minor ipsius curationis ex sequentibus mora sit.

De simplicibus facultatibus quarumcunq; rerum, ex quibus medicamenta fiunt, & primò de his quæ sanguinem supprimunt. Cap. I.

SAnguinem supprimunt, atramentum sutorium, quod Græci χάλκανθον appellant, chalcitis, acacia, et ex aqua licium, thus, aloe, gummi, plumbum combustum, porrum, herba sanguinalis, creta uel cimolia, uel figularis, misy, frigida aqua, uinum, acetum, alumē, C melinum, squama & ferri & æris: atq; huius quoque duæ species sunt, alia tantum æris, alia rubri æris.

Sanguinem supprimunt.) Exilit aut emanat sanguis è uasis apertis, ruptis, exesis. Apertis astringentia, ruptis glutinantia, exesis sarcotica, & quæ boni alimenti uirtute in carnem facilè cōmutantur, conueniunt. Aperta ruptaq; iuuant, hypocisthis, malicorium, balaustia, plantago, rhus, emphacium, symphyti radix, lanugo mali cotonei, & salicis masculæ, peruinca, cynosbatus, uinum astringens, acetum, oxycratum. Ruptis competunt, aloe, thus, mamna, mastiche, gypsum, farina pistrinalis, cochlea cum sua testa contusa, amylum, tragacantha, pix sicca, larigna, terebinthina, colophonia, &c. Exesa ubi uniuerso corpori consultum erit, si aliter non succedit, pastillis Andronis, Pasionis, Polyidæ, reparantur. Atramentum uerò sutorium, & chalcitis

A chalcitis inducta crusta opitulantur: quemadmodũ & misy, & auripigmentum, & sandaracha, & calx uiua, & ferrum, æs, aurum, argentum'ue candẽs.

Quæ uulnus glutinent. Cap. II.

Glutinant uulnus, myrrha, thus, gummi, precipueq; acanthinũ psillium, tragacantha, cardamomum, bulbi, lini semen, nasturtium, oui album, gluten, ichthyocolla, uitis alba, contusæ cum testis suis cochleæ, mel coctum, spongia, uel ex aqua frigida, uel ex uino, uel ex aceto expressa ex ijsdẽ lana succida: si leuis plaga est, etiã aranea. reprimunt, alumen & scissile (quod σχιστὸν uocatur) & liquidum, melinũ, auripigmentũ, ærugo, chalcitis, atramentũ sutorium.

Glutinant uulnus, myrrha.) Græci κολλητικὰ & συμφυλικὰ uocant: siccant hæc omnia ad secundum ferè gradum, media ratione inter ea quę cicatricem trahunt, & quæ carnẽ regenerant, astringunt, non detergent: cuiusmodi sunt ebulus, sambucus, symphytum, syderites, plantago, fraga, equisetũ, anagallis, salix, androsemon, astragulus, aranea tela, caseus recens, aqua, uinũ, atq; alius quiuis astringens liquor, myrrha ulceribus capitis apta, pix sicca, gummi & resinarum genera, quæ non mordicent, atractylis, ulmi cortex & fo-
B lium, mespilus, sorbus, quercus, bolus armenus, terra sigillata. Quare lini semen ad hãc rem, quamuis Celsus annumeret, parũ quadrare putandum est.

Quæ concoquant, & moueant pus. Cap. III.

Concoquunt & mouent pus, nardum, myrrha, costus, balsamum, galbanum, propolis, styrax, thuris & fuligo & cortex: bitumen, pix, sulphur, resina, seuum, adeps, oleum.

Concoquunt & mouent pus.) Græci πεπτικὰ, & διαπυητικὰ & ἐκπυητικὰ appellãt. Calent humentq; modicè, ijsdemq; circumscribuntur limitibus, quibus humana temperies definitur: & sunt emplastica. Vitanda sunt itaq; in his quæ detergent, & ualde calefaciunt: ne malactica quidem, atq; emollientia esse debent, quæ sunt quàm peptica calidiora, & leniter siccant, pauloq; insitum humorem minuunt. huc igitur pertinent, aqua temperatè calida, hydrelæũ, oleum pingue ac dulce, butyrum, dum modicè calent: triticũ ore præmansum duris corporibus conuenit, mollioribus farina tritici, & inde panis reiecto furfure congruit: qui fortior euadit, si est uetustior, & plusculo oleo imbutus, præcipueq; sale conditus: farina hordei non tosti, furfure castrata. Adeps cõfert, maximè suillus, deinde uitulinus: aptus item gallinaceus, et hoc
C paulo acrior anserinus. Taurinus & caprinus in duris frigidisq; tumoribus conuenit: huc adde crocum, & melliginem ex uuis passis. Inueteratis & callosis tumoribus competunt, uiscum aucupum, styrax pinguis, ladanum, galbanum, thus, stercus suillum, columbinum, caprillum, pueri, nitrum, cepa cineribus cocta. Quare diligenter, qua ui quæq; res sit prædita, & quali in corpore sit ea utendum, animaduertere oportet: de quibus diligentissimè præcepit in libro de Materia chirurgica Iacobus Hollerius: unde nihil sum ueritus, quando is eam materiam optimè doctissimé que explicauit, mea producere.

Quæ aperiant uulnera. Cap. IIII.

Vlnera aperiunt tanq; ora in corporibus, quod στόμα Grecè dicitur, cynnamomum, balsamum, panaces, iuncus quadratus, pulegium, flos albæ uiolæ, bdellium, galbanũ, resina terebinthina,

& pinea, própolis, oleum uetus, piper, pyretrum, chamæpitys, uua taminia, sulphur, alumen, rutæ semen. A

Vlcera aperiunt.) Frigida cōmiscet calidis, humentia siccis. Friget alumen, uehementerq́; astringit. Calet summè piper, pyretrum, uua taminia, pulegiū paulo minus: minus quoque propolis, terebinthina, pinea. Eam ob rem, quod antè monui, nō est temerè in his Celso credendū: sed è uirtute cuiusq; simplicis perspecta, de rebus istis iudicandum est.

Quæ purgant. Cap. V.

PVrgant, ærugo, auripigmentum, quod ἀρσενικὸν à Græcis nominatur. Huic autē & sandaracæ in omnia eadem uis: sed ualidior est squama æris, pumex, iris, balsamum, styrax, thus, thuris cortex, resina & pinea & terebinthina liquida, œnanthe, lacerti stercus, sanguis colūbę & palūbi & hirundinis, ammoniacū, bdellium, quod in omnia idem quod ammoniacum potest: sed ualentius est, abrotanum, ficus arida, coccum gnidium, scobis eboris, omphacium, radicula, coagulum, sed maximè leporinum: cui eadem, quæ cæteris coagulis, facultas, sed ubiq; ualidior est: fel, uitellus crudus, cornu ceruinum, glutē taurinū, mel crudum, *misy*, chalcitis, crocum, uua taminia, spuma argenti, galla, squama æris, lapis B hæmatites, minium, costum, sulphur, pix cruda, seuum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, eruum.

Purgant ærugo, auripigmentum.) καθαρτικὰ dicuntur: quæ ut detergeāt modicè, necesse est, & siccent: sanies, humidaq́; recrementa exiccari debent, sordes crassiusculę detergeri, fugienda quæ astringāt, quæ laxent, quæ acria sint, ac uellicent: præterquam si serpat ulcus, atq; putredine sua uicina depascatur, aut callus subsit. Molli corpori, recenti malo, & neq; sordido nimiū, neq; humido, & parti sensu reneriore præditæ leuiora auxilia conueniunt. In contraria cōditione cōtrarijs auxilijs locus est. de qua re, itemq́; alijs quæ hic tractātur H, ollerium cōsulito. Nam Celsus, quæcunq; ad composita conferuntur, sine uirium ipsorū animaduersione coaceruasse pleraq; uidetur.

Quæ rodant. Cap. VI.

ROdunt, alumen liquidum, sed magis rotundum, ærugo, chalcitis, misy, squama æris, sed magis rubri, æs combustum, san- C daraca, minium synopicum, galla, balsamum, myrrha, thuris cortex, galbanum, resina terebinthina humida, piper utrunq;, sed rotundum magis: cardamonum, auripigmentum, calx, nitrum, & spuma eius, apij semen, narcissi radix, omphacium, alcyonium, oleum ex amaris nucibus, allium, mel crudum, uinū, lentiscus, squama ferri, fel taurinum, scammonea, uua taminia, cinnamomum, styrax, cicutę semen, resina, narcissi semen, fel, nuces amarę, oleūq; earum, atramentum sutorium, chrysocolla, ueratrum, cinis.

Rodūt, alumē liquidū, sed magis rotundū.) Rodere dicūt, quęcūq; morsionē aliquā prę se ferūt. Vt sunt nō modo acria amaraq́; omnia, sed etiā salsa & acerba uniuersa. Astringēdo mordēt, alumē, galla, omphaciū, dū ualdè acerbū est, lentiscus.

A lentiscus. Salsugine quadam tum nitrum, tum eius spuma, itemq; salis genera, & fex uini usta. Acredine piper, calx, sandaraca, misy, chalcitis, ærugo, allium, scammonea: amarore, nux amara, eiusq; oleum. quod nescio quam ob causam bis hoc loco repetatur. Alia sunt quæ idipsum faciunt, sed clemētius: ut uinum, mel, resinæ, cinamomum. Cicutæ semen cur adnumerauerit Celsus, nisi frigoris ingentis nomine, haud satis intelligo: aut certè uehemētioribus contemperandis. Id quod de mitioribus additis credi etiam potest.

Quæ exedant corpus. Cap. VII.

Exedunt corpus, acaciæ succus, hebenus, erugo, squama æris, chrysocolla, cinis cyprius, nitrum, cadmia, spuma argenti, hypocistis, diphryges, sal, auripigmētum, sulphur, cicuta, sandaraca, salamandra, alcyonium, æris flos, chalcitis, atramētum sutorium, ochra, calx, acetum, galla, alumen, lac caprifici, uel lactuçe marinę, quæ tithymallos à Græcis nominatur, alcyonium, fel, thuris fuligo, spodium, lenticula, mel, oleæ folia, marrubium, lapis hæmatites, & phrygius, & asius, & scissilis misy, uinum, acetum.

Exedunt corpus, acaciæ succus.) Si non quæ uehementer exiccando corpus ab
B sumunt, intelligit Celsus, non uideo quo pacto hæc omnia exedere corpus dicantur. Nam hoc solo puto nomine acaciæ succus, cicuta, lenticula, hypocistis, oleæ folia congruere possunt: si modò sic etiam congruant omnia satis. Et non lenticulam palustrem frigidam rem, humidamq;, sed eam quam lentem nominamus, intelligendam arbitror. Cęterùm acetum bis poni eodem hoc capite tam miror, quàm superiore oleum ex amaris nucibus bis item esse nulla de causa repetitū. Fortassis cathęretica censuit, additis etiā illis quæ in compositis uel temperandi, uel formandi gratia sæpe adijciuntur, etiam si per se basi non respondent.

Quæ adurant. Cap. VIII.

Adurunt, auripigmentum, atramentum sutorium, chalcitis, misy, ærugo, calx, charta combusta, sal, squama æris, fex combusta, myrrha, stercus & lacerti & columbæ & palumbi & hirundinis, piper, coccum Cnidium, alliū, diphryges, lac utrūq; (quod proximo capite suprà comprehensum est) ueratrum & album & nigrū, cantharides, corallium, pyretrum, thus, salamandra, eruca, sandaraca, uua taminia, chrysocolla, ochra, alumē scissile, ouillum stercus, œnanthe.

C

Adurunt, auripigmentum.) πυρωτικὰ multorum sunt generū, ut dropaces, sinapismi, phœnigmi, καθαιρετικὰ, σηπτικὰ, ἐσχαρωτικὰ, de quib. postremis proximo capite agetur. Variè usurpantur & fiunt. Verùm materia adurente omnia plus minus constāt: pipere, pyretro, euphorbio, capparis radice, sinapi, nasturtio, brioniæ, helenij, lepidij radicibus, scylla trita, nucleis allij & tunicis, lacte tithymalli, ficulneo, caprifici, pulegio, urtica, ranūculis, thapsia, fece usta, colūborū pręcipuè syluestriū fimo, caprillo stercore, uel ex aceto, uel è lana alijsq; reb. applicādis. Cathęretica sunt, æs ustū, non lotū, ęrugo, squama æris, testa & terra furnaria, testarum, concharum, ranarum cinis, quæq; alia crescentē carnē complanant, & leniter eradunt. Nam septica, quæ hoc loco cēseri puto, altius subeūt, tenellam carnem tabefaciūt calore multo, nec admodū crasso corpore: ut arsenicū, sandaracha, dryopteris, chrysocolla, pityocāpe, aconitū, sanguis equi admissarij. Quare alumē scissile, et corallium

ab hoc

ab hoc loco aliena esse sciendum est: quanquam corallio uim quandam taci A
tam atque elementarem, qua digerat, inesse non ignoro, sed à ui ustoria longè
remotam. Vt taceam sal, myrrham, similiaque idem nimisquàm languidè
per se efficere, nisi si illud torrefiat: aut legitimis uerisque alio de consilio ista
misceantur.

Quæ crustas ulceribus inducant. Cap. IX.

EAdem ferè crustas ulceribus tanquã igne adustis inducũt, sed
præcipuè chalcitis, utique si cocta est, flos æris, ærugo, auripi-
gmentum, misy: & id, quo magis coctum.

Eadem ferè crustas.) Escharotica uocant, quæ tametsi nihilo plus caleant,
quàm septica, rodunt tamen acrius crassiore sui materia, quæ duris & callo-
sis corporibus, ut septica in mollioribus, conuenit. Eiusmodi est calx uiua, ui
ni aut acetisex cremata, dum hæc secundum mensem non excedat, post quẽ
mox exolescit: ignis item & cauteria, & septica, dum acribus metallicis mi-
scentur, ut cadmiæ, calchãto, chalciti, crudis tritisque. Idcirco in Celso coctam
chalcitim pro cruda perperã legi putassem, si non statim subtexuisset, misy,
& id quo magis coctum.

Quæ crustas ulceribus resoluant. Cap. X.

CRustas uerò has, resoluit farina triticea cum ruta, uel porro,
aut lenticula, cui mellis aliquid adiectum est.

Crustas uerò has resoluit.) Crusta non statim est, inquit Hollerius, ex quo libẽ B
ter hæc omnia depromo, detrahenda: sed nutare eam prius oportet, ac uelu-
ti maturitate sua excidere: alioqui uis adferri solet, & profundum ulcus relin
qui: dolor, fluxio, phlegmone iritari. Tempestiua deduci potest butyrò ex
rhodostagmate loto, farina tritici in porri uel rutæ succo: lenticula cocta &
cum mella mixta, folijs oleastri cum melle litis: sulphure trito ex oleo: contu
sis nucum interaneis: porri folijs saliua tinctis, & in mollioribus lacte cum
melle cocto: albo stercore canino: cinere ustarum hirũdinum & minoris cen
taurij, humano stercore siccato. In summa, abstergente materia et incidente,
quæ paregorico & molliente remedio temperari potest.

Quæ discutiant ea, quæ in aliqua parte corporis coierunt. Cap. XI.

AD discutienda uerò ea, quæ in corporis parte aliqua coierũt,
maximè possũt, abrotanũ, heleniũ, amaracus, alba uiola, mel,
lilium, sansucus, cyperus, lac, sertula cãpana, serpillum, cupressus,
cedrus, iris, uiola purpurea, narcissus, rosa, crocum, passum, iũcus
quadratus, nardum, cinnamomum, casia, ammoniacum, cera, resi C
na, uua taminia, spuma argenti, styrax, ficus arida, tragoriganus, li
ni & narcissi semen, bitumẽ, sordes ex gymnasio, pyrites lapis, aut
molaris, crudus uitellus, amaræ nuces, sulphur.

Ad discutienda uerò ea, quæ in corporis parte.) Duorum ista generum sunt: Altera
leuiora, quæ aræotica uocãt, mediæ naturæ calore suo miti uicina, quem hu
miditas contemperet. Ex quo minimè siccant, dolorem leniunt, relaxãt cu
tem, spiramenta corporis rarefaciunt, tenuitate partiũ intrò penetrãt, quod-
que inhærescit parti liquefaciunt. Hinc mox ex humore uapor fit, qui subin
dè expirat, dum omnino locus detumeat. Eaque satisfaciunt, ubi tumor in su-
perficie est, ubi materia calida, humida ac tenuis est: ubi locus mollis ac ra-
rus est. Altera fortiora sunt, quæ diaphoretica nominare licebit, quib. est utẽ
dum; nec uerò ab acribus omnino abstinendum, in alto corpore si uitium sit
abditum,

A abditum, si frigidum, crassum, glutinosum sit: si dura densaq; cutis, si longitudo quædam flexus & anfractuum ad locum est. Aræotica sunt chamæmelum, lini semẽ, althæa, malua, aqua calida, lana sordida inebriata uino, butyrum, oleum dulce, calens, & in quo iam dicta efferbuerint: sicyonium, caryinon, uetus, ricininum, canabinum, anethinum, e rosmarino, maiorana, leucoio, hyssopo, item raphaninum, sinapinum, melanthinum, terebinthinum, hypericinon, quæ efficaciter digerũt. Potentiusq; etiam e radice bryoniæ, e cnico, grano gnidio, e galbano, hammoniaco, e dauco, caro, cumino, ruta, sambuco, ebulo: quæ modo uino, modo aceto, modo oxymelite, pro loci & materiæ natura contemperantur. Sed omnia enumerare nimis esset longum. Oui uitellus dolori mitigando maturandoq;, quàm ad digerendum, aptior est. Aromata in uentriculo, liene, iecore, alijsq; partibus quæ à digerentibus puris noxam perciperent, aptè commiscentur. Rosa, crocus, sapa, dissipant exiliter, magis autem & leniunt & coquunt.

Quæ euocent, & educant. Cap. XII.

EVocat & educit, ladanum, alumen rotundum, hebenus, lini semen, omphacium, fel, chalcitis, bdellium, resina terebinthina & pinea, propolis, ficus arida decocta, stercus columbæ,
B pumex, farina lolij grossi in aqua cocti, elaterium, lauri baccæ, nitrum, sal.

Euocat & educit, ladanum.) ἑλκτικὰ καὶ ἀναστατικὰ Græci uocant, ea quæ ui quadam res in alto imoq; corpore positas rapiunt atque eliciunt. Id quod fit calida tenuiq; ipsorum substantia, quę humores, uenenaq; foràs euocat, abscessus accelerat, uitam sideratis perfrigeratisq; membris restituit: paxillos, clauos, spinas, sagittas reuocat. Vis autem ea alijs e manifestis qualitatibus ac elementis emanat: alijs occulta quadam ex proprietate & diuinitus insita accidit. Alijs e putredine ingenita est. Iis omnibus, ne quid uiolentius agant, & ut emplasticam formam accipiant, resinam, ceram, argenti spumã, picem, oleum, nonnunquam & alumen, & lini semen, & omphacium, quæ inter epispastica Celsus haud iure bono numerat, & si qua sunt eiusdem generis alia, commiscent. Nam & astringentibus uis elicientium, & temperatis retunditur, quomodo alijs emplastica ratio comparatur. Primi generis sunt, propolis, dictamnus, thapsia, uiscum, arundinis radix cum melle, sagapenum, galbanum, ammoniacum, opopanax, calx uiua, cinis e feceui
C ni, (quæ nitri, quo caremus uero, uice est) struthion, aristolochia longa, lepidium, sinapi, nasturtium, tithymallus, dracuntium, pyrethrum, ranunculus: sales non modò qui edi consueuere, uerumetiam ammoniaci, calamintha, narcissi radix, cyclaminus, sparthi fructus, & e folijs succus, medullæ & adipes uel natura uel ętate acres: oleum item uetus, sulphur, cantharides, euphorbium, & quæcunque sunt similia. Alterius formæ sunt, cancer fluuiatilis telis euocandis, lacertæ caput, rana summis partibus resectis, cochlearum & limacum carnes: ostrea uiua pestiferos bubones loco transferunt, & ad se trahunt: scorpio tritus & impositus, quod infixit uirus, retrahit: sic magnes ferrum trahit, & paleas succinum. Postremo in genere censentur, fermentum, stercus anserinum, gallinaceum, columbinum, arietinum, equinum, humanum, & quæcunque sunt talia: denique coagulum, id que eo efficacius, quo fuerit uetustius. Ex quibus ita explicatis, facilè intelligi poterit, quid sit sentiendum de ijs omnibus quæ Celsus euocantium titulo complexus est.

Quæ exaſperata leuent. Cap. XIII.

LEuant id quod exaſperatum eſt, ſpodium, hebenus, gummi, oui album, lac, tragacanthum. A

Leuant, id quod exaſperatum eſt.) Ego, læuigant potius: & in titulo, quę exaſperata læuigent, pro leuent, legendum çenſeo. Sunt autem eiuſmodi, quæ temperie moderata, & cōſiſtentia ac ui quadam emplaſtica ſunt prædita: ut partes exaſperatas implere atque infarcire, & complanare poſsint: uti ſunt in cibi genere, quæ è lacte, amylo, alica, ouis, & dulciarijs libis conficiuntur. quæ ſi non ſufficiant internis partibus exaſperatis, tum uinum Theræum ac molle, aut Creticum, aut ſapa acceſitur, & gummi, & tragacantha, & glycyrrhiza. Affinia porrò his ſunt, quæ citra acrimoniam extergunt: qualis eſt faba freſa, elixa, & ptiſana, & lini ſemē torrefactum: nux pinea, butyrū, ex amygdalis ſorbitio, braſsica aut porrum probè coctum: hebenum, niſi ad ea quæ leui morſu & exterſione opus habent, ut ad oculos læuigandos, referat Celſus, non admodum huic catalogo congruere exiſtimo. hoc autem nomine & pompholygem lotam, & ſpodium, & fœnigræci ſuccum, & ouorum candidum liquorem, pari iure ac meritò huc accommodare liceat.

Quæ carnem nutriant, & ulcus impleant. Cap. XIIII.

CArnem alunt, & ulcus implent, reſina pinea, ochra, actice, mel, aſteriace, cæra, butyrum.

Carnem alunt, & ulcus implent.) Vlcera ἀπαθέα, puraq; & quæ neq; rheumate, neque dolore, neque phlegmone, neque callo, neque intemperie impedita ſunt, implere decet. Id quod cibo uictuq; idoneo, auibus, uenatione, ſuilla, & ijs omnibus quæ bono ſunt ſucco prædita, perficitur. Vinum nec uetus admodum, nec immoderatum, præterquam in dolore magno & phlegmone, alienum non eſt: ac reliquum ſi quid eſt, id ſarcoticis medicamentis ſufficitur. ſunt autem eiuſmodi, quæcunq; modicè detergent, ſiccantq; gradu primo. In his uitanda ſunt quæ aſtringunt, quæ nimis exiccant, quæ acredine mordicant, quæ nimiū calefaciunt, quæ parti aut corpori curando temperatione nō reſpondent. Non enim omnibus uel membris, uel particulis, uel hominibus eadem pariaq; ſarcotica congruunt. Thus, exempli gratia, omnino ſarcoticum, alibi ſordes, alibi carnem generat: itemq; ariſtolochia, ſiccioribus aridiora, humidioribus minus exiccantia carnem comparant. Quare & ulcerum, & partium, hominumq;, & earum rerum omnium quibus unumquodq; idoneam carnem concipiat, magna ubique habenda eſt ratio. Alibi ſiquidem anetho uſto, cucurbita ſicca, pompholige, lapide hæmatite, pini cortice, mannæ puluiſculo: alibi aloe ſicca, pumice, carie lignorum, cryſtallo, iride, lupinorum farina, terebinthina, larigna pice, æris ſquama, chalcitide, atramento ſutorio, & ſexcentis alijs alibi utendum eſt. Quare & prudentem & doctum peritumq; medicum cùm omnis medicina, tum eius hæc pars maximopere requirit.

B (beside the first line of this commentary)

C (beside the line "matite, pini cortice, mannæ puluiſculo…")

Quæ molliant. Cap. XV.

MOlliunt, æs combuſtum, terra Eretria, nitrum, papaueris lachryma, ammoniacum, bdellium, cęra, ſeuum, adeps, oleum, ficus arida, ſeſamum, ſertula campana, narciſſi & radix & ſemen, roſæ folia, coagulum, uitellus crudus, amaræ nuces, medulla omnis, ſtipi, pix, cochlea cocta, cicutæ ſemen, plumbi retrimentum, ſcoriam μολύβδου Gręci uocant, panaces, cardamomum, galbanum,

resina,

A resina, uua taminia, styrax, iris, balsamum, sordes ex gymnasio, sulphur, butyrum, ruta.

Molliunt, æs combustum.) μαλακτικὰ sunt, quæ modicè calida, nulla ui siccandi uel humectandi manifesta, indurata corpora emolliunt: quanquã recipiunt interdum quæ primo ordine calefaciunt, secundoq; siccant, ac tertio. Plurimum ijs utimur in tumoribus duris, quos σκιῤῥώδεις Græci uocãt. Est autem cumprimis affectæ partis & corporis contemperatio natiua animaduertenda, quo quãtum uitium increuerit intelligatur, nunquid detergentium, incidentium aut discutientium, & quale, & quo pacto, & quantũ malacticis mi sceri debeat. Desperatus is scirrhus est, nisi uel ferro rescindere, uel septicis corrodere, ubi tutum id est, libeat, cuius locus iam glabrescit, nec quicquam contactu sentit. Leniter itaq; molliũt, butyrum, œsypus, & lana succida, quę est oleo insuccanda amygdalino, chamæmelino, in quo semen lini, altheæ, fœnigræci, in quo maluę, cucumeris agrestis, & liliorũ radix, tenella maluæ agrestis & liliorũ folia, aut anethi cacumina præbullierint, in quo liquarum sit aliquid galbani, ammomaci, bdellij. Lentiscinũ, terebinthinũ, mastichinum, molliunt, digerũt, & leniter repellunt: hyoscyaminum in calida & iam indurescente inflammatione ualet. Huc refer oui uitellum, crocum, cerã pinguem, caricas pingues: adeps quàm sebum humidior est, utrunq; coquit, laxat, emollit. Lenissimus suillus adeps est, quam axungiam appellant: hinc

B uitulinus, hœdinus, caprillus, bubulus, uulpinus, leporinus: etsi hi leniunt magis & concoquunt. fortissimus est leoninus, deinde hyeninus, pardalinus, ursinus. In medio sunt, taurinus, hircinus, ceruinus. in uolatilium gene re efficax est anserinus, anatinus, olorinus: siccior è gruibus, suauis gallinaceus, calidior columbinus. Ex anguillis & piscibus fluuiatilibus, langue: thu manus, mediocris ad omnia. Domesticorum animantium humidior quàm syluestrium, ut suum quàm aprorum: è maribus siccior & calidior. Castrati mares fœminis respondent. E iunioribus humidior, è senioribus aridior. Medulla sui animantis uel sebo, uel adipi par est. Ossium humidior, spinæ siccior est. Prima laus ceruinæ, mox uitulinæ, tum ouillæ & caprillæ. Atque hactenus quæ leuiora sunt. Durioribus & uitijs & mẽbris & corporibus ammoniacũ, bdellium, opopanax,, styrax, galbanũ, ladanum, propolis, pix pinguis, idonea sunt. E quibus quæ Celsus enumerat, quid ualeãt propè singula, facilè perspici potest: etiam & peptica, & alia quoq; quædam admiscet.

Quæ cutem purgent. Cap. XVI.

Cutem purgat mel: sed magis, si est cum galla, uel eruo, uel lenticula, uel marrubio, uel iride, uel ruta, uel nitro, uel ærugine.

C *Cutem purgat mel.*) Rhyptica Græci ferè nominãt, quæ sordem à cute & ulceribus tergent, non autem obstructa liberant, quæ salsa sunt & dulcia, atq; amaris imbecilliora: ut sal, mel, hordeũ, faba, amygdala dulcia. Nam quod poros ipsos expurgat, quodq; eccatharticum Græcè nominatur, id acre est, & partium per adustionem tenuium, minimeq; glutinosum. Vt est nitrum, abrotanum, orobus, lupinus amarus, amaræ amygdalæ: licet paululum etiã astringant, quemadmodum absinthium. Verùm talia nõ perinde cutis, atq; uiscerum uenarumq; poros expurgant, cùm purgentur utraq; à superioribus: quæ idcirco rhyptica quoq; nonnunq;, sed generatim dicunt. Tergent aũt ambo modicè, fabarum farina, hordei, ciceris, semẽ lini torrefactum: magis autem terebinthina, thus, mel despumatum, amygdalæ amaræ, etiam ualentius erui farina, semen hormini, radix ireos, & item panacis, adeò ut etiã digerere possint. At nitrum ustum, nitri spuma, testæ fictiles, pumex, buccinorum & purpurarũ omniumq; ostreorum testæ ustæ, tritæ, tenuiq; cribro cretæ: item sepiæ ossa etiã nõ adusta, alcyonium, strutij, bryoniæ, dracontij,

aristolochiæ radix, ueratrum utrunq;, furfur, beta, lixiuium, usq; adeò foris tergent, ut pilos etiam attenuent. Ex his itaq; tam uariè ac multifariã tergentibus, ea quæ primo loco, propriéq; rhyptica appellauimus, cuti detergendæ solum, non poris euerrendis sunt accõmodata: cui muneri neque galla, neq; lenticula satis est apposita. Vt ne sit temerè Celso in omnibus auscultandum, neu contemptim improbéq; ab eodem passim deficiendum.

De misturis simplicium rerum, & de ratione ponderum, & quid malagma & emplastrum & pastillus inter se differant. Cap. XVII.

EXpositis simplicibus facultatibus, dicendum est quemadmodum misceantur, quæ ex his fiant. Miscentur autem uariè, neque huius ullus modus est, cum ex simplicibus alia demantur, alia adijciantur, ijsdemq; seruatis, ponderum ratio mutetur. Ita cum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia misturarũ genera sunt, quæ comprehendi si possent, tamen esset superuacuũ. Nam & ijdem effectus inter paucas cõpositiones sunt, & mutare eas cuilibet (cognitis facultatibus) facile est. Itaq; cõtentus his ero, quas accepi uelut nobilissimas. In hoc autẽ uolumine eas explicabo, quę uel desiderari in prioribus potuerũt: uel ad eas curationes pertinent, quas protinus hic comprehendam, sic, ut tamen quæ magis cõmunia sunt, simul iungam. Si qua singulis, uel etiam paruis commodata sunt, in ipsorũ locum differã: sed & antea sciri uolo, in uncia pondus denariorũ septem esse. Vnius deinde denarij pondus diuidi à me in sex partes, id est, sexuncias, ut idem in uncia denarij habeam, quod Græci habent in eo quem ὀβολὸν appellant. Id ad nostra põdera relatũ, paulo plus dimidio scrupulo facit. Malagmata uerò, atq; emplastra, pastilliq;(quos τροχίσκους Græci uocãt) cum plurima eadem habeãt: differunt eo, quòd malagmata maximè ex floribus, eorumq; etiam surculis, emplastra pastilliq; magis ex quibusdam metallicis fiunt. deinde malagmata cõtusa abundè mollescunt: nam super integrã cutem inijciuntur. Laboriosè uerò conteruntur ea, ex quibus emplastra pastilliq; fiunt, ne lædant uulnera, cum imposita sunt. Inter emplastra autem, & pastillum, hoc interest: quòd emplastrum utiq; liquari aliquid accipit, in pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplastrum hoc modo fit: arida medicamenta per se teruntur, deinde mistis his instillatur aut acetũ, aut si quis alius non pinguis humor accessurus est, & ea rursus ex eo teruntur. Ea uerò quę liquari possunt, ad ignem simul liquãtur: & si quid olei misceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta sunt, quę separatim fieri debuerunt, in unum omnia miscentur. At pastilli hæc ratio est: Arida medicamenta contrita humore non pingui, aut uino, uel aceto coquuntur, & rursus cocta inarescũt. Atq; ubi utendum est, eiusdem generis humore diluuntur, tum emplastrum imponitur, pastillus illinitur, aut alicui molliori aut cerato miscetur.

Si qua singulis, uel etiam paruis cõmodata sunt.) Legito, paucis commodata sunt. His co-

DE MALAGMATIS CAP. XVIII.

Malagma aduersus calidas podagras.

HIs cognitis, primùm malagmata subijciã, quæ ferè nõ sunt refrigerãdi, sed calfaciẽdi causa reperta. Est tamẽ quod refrigerare poßit, ad calidas podagras aptũ. Habet gallę & immaturę & alterius, coriãdri seminis, cicutę lachrymę aridæ, gũmi, singulorũ plenum acetabulum, cerati acetabulũ, cęrati eloti, quod πεπλυμένον Græci uocant, selibram. reliqua ferè calefaciunt. Sed quædam digerunt materiã, quædam extrahunt, quæ ἐπισπαστικὰ uocãtur: pleraqꝫ certis magis partibus membrorum accommodata sunt.

Malagma ad materiam extrahendam.

Si materia extrahenda est, ut in hydropico, in lateris dolore, in incipiẽte absceßu, in suppuratione quoqꝫ mediocri, aptum est id quod habet, resinę aridę, nitri, ammoniaci, galbani, singulorũ põdo *. cæræ pondo *. Aut in quo hæc sunt: æruginis rasę, thuris, singulorum P. ij. *. ammoniaci salis P. vi. *. squamæ æris, cæræ, singu-

B lorum P. viij. *. resi æ aridæ P. xij. *. aceti cyathus. Idem pręstat cumini farina cum struthio, & melle P. ij. *.

Malagma ad iecur dolens.

Si iecur dolet, id in quo est balsami lachrymæ P. xij. *. costi, cinamomi, casiæ, corticis myrrhæ, croci, unci rotundi, balsami seminis, iridis illyricæ, cardamomi, amomi, nardi, singulorum P. xvi. *. Quibus adijcitur nardinum unguentum, donec cerati craßitudo sit. & huius quidem recentis usus est: si uerò seruandũ est, resinæ terebinthinæ P. xvi. *. cæræ P. x. *. ex uino leni contunduntur, tum eo miscentur.

Malagma ad lienem.

At si lienis torquet, glandis (quam βάλανον Græci uocãt) cortex, & nitrum, paribus portionibus contunduntur, resperguntur'qꝫ aceto quàm acerrimo. Vbi cerati craßitudinẽ habet, linteo antea in aqua frigida madefacto illinitur, et sic imponitur, supra'qꝫ farina ordeacea inijcitur: sed manere ibi non amplius sex horis debet, ne

C lienẽ consumat. Satius'qꝫ est id bis, aut ter fieri. Communẽ autẽ & iocineri, & lieni, & absceßibus, & strumæ, parotidibus, articulis, calcibus quoqꝫ suppurantibus, aut aliter dolentibus, etiam concoctioni uentris. Lysias composuit ex hyßopi, panacis, styracis, galbani, resinæ singulorũ P. ij. *. ammoniaci, bdellij, cærę, seui taurini, iridis. aridæ P. iiij. *. cachryos acetabulo, piperis granis quadraginta. Quæ contrita, irino unguento temperantur.

Malagma ad laterum dolores.

Ad laterũ aũt dolores cõpositio est Apollophanis, in qua sunt resinæ terebinthinæ, thuris fuliginis, singulorũ P. iiij. *. bdellij, ammoniaci, iridis, seui uitulini, aut caprini, à renibus sicci, singulorũ P. iiij. *. Hæc autem eadem omnẽ dolorem leuant, dura emolliũt, mediocriter calefaciunt. Ad idem latus Andreæ quoque malagma est, quod etiam resoluit, educit humorem, pus maturat: ubi

id maturũ eſt, cutem rumpit, ad cicatricem perducit: prodeſt im- A
poſitum minutis maioribus que abſceſsibus, item articulis, ideo-
que & coxis, & pedibus dolentibus: item ſi quid in corpore col-
liſum eſt, reficit, præcordia quoq; dura & inflata emollit, oſſa ex-
trahit, ad omnia deniq; ualet, quæ adiuuare calor poteſt. Id habet
ceræ P.xi.*.uiſci ſycamini, quam aliàs ſycomorum uocant, lachry
mę, ſingulorũ P.i.*.piperis & rotũdi & longi, ammoniaci thymia
matis, bdellij, iridis illyricę, cardamomi, amomi, xylobalſami, thu-
ris maſculi, myrrhę, reſinę aridę, ſingulorũ P.x.*.pyretri, cocci gni
dij, ſpumę nitri, ſalis ammoniaci, ariſtolochiæ creticæ, radicis ex
cucumere agreſti, reſinę terebinthinæ liquidę, ſingulorũ P.xxv.*.
Quibus adijcitur unguenti irini quantum ſatis eſt, ad ea mollien-
da, atq; cogenda.

Malagmata ad reſoluenda quæ aſtricta ſunt, & mollienda quæ dura ſunt, & digerenda quæ coeunt.

Præcipuũ uerò eſt ad reſoluenda quæ aſtricta ſunt, mollienda
quæ dura ſunt, digerenda quę coeunt, id quod ad Polyarchum au
torẽ refertur. Habet iunci quadrati, cardamomi, thuris fuliginis, B
amomi, cęræ, reſinę liquidę, pares portiones.

Aliud malagma ad eadem.

Aliud ad eadẽ Nilei: crocomagmatis (quod quaſi recrementũ
eius eſt) P.iiij.*ammoniaci thymiamatis, cęræ, ſingulorum P.xx.
*.ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum roſa liquatur,
& tum omnia iunguntur.

Malagma Moſchi, ad molliendum.

Propriè etiam dura mollit, id quod Moſchi eſſe dicitur. Habet
galbani unciam, thuris fuliginis P.*.iij.cæræ, ammoniaci thymia-
matis trientes, picis aridæ P.ij.*.aceti heminas tres.

Malagma Medi, ad digerenda quæ coeunt.

Fertur etiam ad digerẽda quę coeunt, ſub autore Medo, quod
habet cæræ P.*.iij.panacis P.*.ſemis, ſquamæ æris, aluminis rotũ
di, itẽ ſciſsilis, ſingulorum P.i.*.plumbi combuſti P.i.*.& ſemis.

Malagma Panthemi ad eadem.

Ad eadem Panthemus utebatur, calcis P.*.ſemis ſinapis contri C
ti, item fœnigræci, aluminis, ſingulorum P.i.*.ſeui bubuli P.ij.*.
& ſemis.

Malagma ad ſtrumas.

Ad ſtrumã multa malagmata inuenio. Credo aũt, quo peius id
malum eſt, minusq; facilè diſcutitur, eo plura eſſe tentata, quæ in
perſonis uariè reſponderũt. Andreas autor eſt, ut hæc miſceantur
urticæ ſeminis P.i.*.piperis rotundi, bdellij, galbani, ammoniaci
thymiamatis, reſinę aridę, ſingulorũ P.iiij.*.reſinę liquidę, cęrę, py
retri, piperis longi, lactucæ marinę ſeminis, ſulphuris ignem non
experti (quod ἄπυρον uocatur) fecis aridæ, aceti, ſpumæ nitri, ſalis
ammoniaci, ſinapis, cardamomi, radicis cucumeris ſylueſtri, reſi
næ, ſingulorum P.viij.*.quæ ex leni uino contunduntur.

Expedi-

Aliud malagma, ad idem ualens.

A Expeditius ad idē fit, quod habet uisci, felini stercoris, resinę, sulphuris ignem nō experti pares portiones. Et in quo est sulphuris P. i. *. lapidis quem pyriten uocant P. iiij. *. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdem pars una, sulphuris duæ partes, resinæ terebinthinę partes tres.

Malagma ad strumam, & phymata.

Arabis autē cuiusdam est ad strumā, & orientia tubercula, quę φύματα uocantur, quod hæc digerit. Habet myrrhę, salis ammoniaci, thuris, resinæ & liquidæ & aridę, crocomagmatis, cæræ, singulorum P. i. *. lapidis eius quem πυρίτην uocant P. iiij. *. quibus quidam adijciunt sulphuris P. ij. *.

Malagma ad strumam, & tubera, & carcinodas.

Est etiā proficiēs in struma, & in his tuberib. quæ difficiliter cō coquuntur, & in his quę carcinode uocantur, quod ex his constat: Sulphuris P. ij. *. nitri P. iiij. *. myrrhę P. vi. *. fuliginis thuris P. *. semis, salis ammoniaci P. *. iij. cæræ P. i. *.

Malagma Protarchi ad parotidas, & fauum, & mala ulcera.

Protarchus autē ad parotidas, eaq; tubercula quæ melicerię, id est, faui, uel phymata nominatur, itē mala ulcera: punicis, resinę pi

B neæ liquidæ, thuris fuliginis, spumæ nitri, iridis, singulorū P. viij. *. cū cęrę P. ix. *. miscebat, hisq; olei cyathū & dimidiū adijciebat.

Malagmata aduersus panum, & phymata.

At aduersus panum, tum primùm orientē (quod φύγεθλον Greci uocant) & omne tuberculū quod phyma nominatur, miscetur ochra, quę Attice nominatur, cū duabus partibus similæ, hisq; contūditur, subindè mel instillatur, donec malagmatis crassitudo fit.

Malagma aduersus phymata.

Discutit etiam omne tuberculū quod phyma uocatur id quod habet calcis, nitri spumę, piperis rotūdi, singulorum P. i. *. galbani P. ij. *. salis P. iiij. *. quæ excipiuntur cerato ex rosa facto.

Malagma ad supprimendum omne quod abscedit.

Supprimitq; omne quod abscedit id, in quo est galbani, fabæ fresæ, singulorū P. i. *. myrrhæ, thuris ex radice capparis corticis, singulorum P. iiij. *. Satisq; omnia abscedentia digerit murex com

C bustus, & bene contritus, aceto subinde adiecto.

Malagma ad sanguinem supprimendum, & phymata.

At si satis sanguis subit, rectè imponit q̄d aduersus phymata q̄q; potest. Cōstat ex his: bdellij, styracis, ammoniaci, galbani, resinę et aridę & liquidę pineę: itē ex lentisci, thuris, iridis, singulorū P. ij. *.

Malagma ad carcinodas, & phymata lenienda.

Carcinodę uerò, & phymata commodè his leniuntur: Galbani, uisci, ammoniaci, resinæ terebinthinę, in singulis P. i. *. seui taurini P. *. semis, fecis combustę quàm maxima portione, dum id siccius non faciat quàm esse malagma oportet.

Malagma

Malagma ad liuorem faciei contusæ.

Quòd si facie contusa liuor subcruentus est, hæc compositio nocte te die imposita tollit. Aristolochię, thapsię, singulorũ P.ij.*. A bdellij, styracis, ammoniaci, thymiamatis, galbani, resinæ aridæ, & ex lẽtisco liquidæ, thuris masculi, iridis illyricæ, cæræ, singulorum P.iiij.*. Itẽ faba quoq; imposita proficit.

Malagmata stomachica ad aperiendum.

Sunt etiam quædam malagmata, quæ ϛομωτικὰ Græci uocant, quoniam aperiendi uim habent. Quale est quod ex his constat, piperis longi, spumæ nitri, singulorum P.ij.*. erisimi P.*.iiij. quæ cũ melle miscentur, idoneaq; etiam strumæ aperiendæ sunt eius generis. Vehementiusq; ex his est id quod habet calcis P.iiij.*. piperis grana sex, nitri, cęrę, singulorũ P.x.*. mellis P.*.iij. olei heminã.

Miconis malagma, ad resoluendum aperiendumq́; ac purgandum.

Miconis quoq; est quod resoluit, aperit, purgat. Habet alcyonium, sulphur, nitrũ, pumicem, paribus portionibus: quibus tantum picis, & ceræ adijcitur, ut fiat cerati crassitudo. B

Malagma ad ossa, & neruos.

Ad ossa autem Aristogenis, fit ex his: sulphuris P.i.*. resinę terebinthinæ, nitri spumæ, & ex scilla partis interioris, plũbi eloti, singulorũ P.ij.*. thuris fuliginis P.viij.*. ficus aridę quàm pinguissimæ, seui taurini, singulorum P.viij.*. cærę P.xi.*. iridis Macedonicę, P.vi.*. sesami fricti acetabulum. maximeq; neruis & articulis malagma conuenit.

Malagma Euticlei ad articulos, & ad omnem dolorem.

Igit Euticlei est, & ad articulos, & ad omnẽ dolorẽ, & ad uesicę & ad recẽti cicatrice ct ractos articulos, quas ἀγκύλας Gręci nominãt quod habet fulginis thuris acetabulũ, resinæ tantundẽ, galbani sine surculis sescunciã, ammoniaci, bdellij, singulorũ P.*.iij. cærę, P.*.semis. Aliud item fit, quod habet iridis, ammonici, galbani, nitri, singulorum P.xiiij.*. resinæ liquidæ P.vi.*. cæræ P.xvi.*. C

Galbani sine surculis sescunciam.) Dioscorides ἄξυλον id est, nõ lignosum, & Asclepiades apud Galenum libro Compos. pharm. part. uocant.

Malagma Sosagoræ ad dolores articulorum.

Ad dolores articulorum Sosagoræ: plumbi combusti, papaueris lachrymæ, corticis hyoscyami, styracis, peucedani, seui, resinæ, cęræ, pares portiones.

Chrysippi malagma, ad idem ualens.

Chrysippi: resinæ liquidæ, sandaracæ, piperis, singulorũ P.xij.*. quibus cæræ paulùm adijcitur.

Ctesiphontis malagma, ad idem ualens, & ad parotidas, & phymata, & strumam.

Ctesiphontis: ceræ Creticæ, resinæ terebinthinę, nitri quàm ruberrimi, singulorum P.*.semis, olei cyathi tres. Sed id nitrum antè

A per triduum instillata aqua teritur, & cum sextario eius incoquitur, donec omnis humor consumatur. Potest uerò ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam, omnemque coitum humoris emolliendum.

Malagma ad articulos.

Ad articulos fici quoque aridi partem nepetæ mistam, uel uuam taminiam sine seminibus cum pulegio rectè aliquis imponit.

Malagma Aristonis, aduersus podagras, & recentia phymata, & omnes dolores.

Eadem podagræ præsidio sunt. Sed ad eam fit Aristonis quoque, quod habet nardi, cinnammoni, casiæ, chamæleontis, iunci rotundi, singulorum P. viij. *. seui caprini ex irino liquati P. xx. *. iridis P. i. *. quæ in aceto quàm acerrimo iacere per xx. dies debet. Idem autem etiam recentia phymata, doloresque omnes discutit.

Theoseni malagma, ad pedum dolores.

At Theosenus ad pedum dolores, seui à renibus partem tertiam, salis partes duas miscebat, hisque membranulam illitam imponebat, tum superinijciebat ammoniacum thymiana in aceto liquatum.

Numenij malagma ad podagram, cæterosque articulos induratos.

B At Numenius podagram, cæterosque articulos induratos hoc molliebat: abrotani, rosæ aridæ, papaueris lachrymæ, singulorũ P. iij. *. resinæ terebinthinæ P. iiij. *. thuris, spumæ nitri, singulorũ P. viij. *. iridis, aristolochiæ, singulorũ P. xij. *. ceræ. P. iij. *. quib. adijcit cedri cyathus unus, olei laurini cyathi tres, olei acerbi sextarius.

Dexij malagma, si quando callus in articulis increuit.

Si quando autem in articulis callus increuit, Dexius docuit imponere, calcis P. iiij. *. cerusæ P. viij. *. resinæ pineæ P. xx. *. piperis grana P. xx. ceræ P. ij. *. Quibus dum contunduntur, hemina uini lenis instillatur.

De emplastris. Cap. XIX.

Ex emplastris autem nulla maiorem usum præstant, quàm quæ cruentis protinus uulneribus inijciuntur, ἔναιμα Græci uocãt. Hæc enim reprimunt inflammationẽ (nisi magna uis eam cogit) C atque illius quoque impetum minuunt, tum glutinant uulnera quæ id patiuntur, cicatricem ijsdem inducunt. Constant autẽ ex medicamentis non pinguibus, ideóque alipenæ nominantur.

Ideóque alipenæ nominantur.) ἀλίπαντα legẽdum. Sic enim Græci medici ea uocant, quæ non habent pinguedinem, oleum'ue admixtum, uel certè habent parum omnino.

Barbarum emplastrum nigrum, quod cruentis protinus uulneribus inijcitur.

Optimum ex his est, quod Barbarum uocatur. Habet æruginis rasæ P. xij. *. spumæ argenti P. xx. *. aluminis, picis aridæ, resinæ pineæ aridæ, singulorum P. *. quibus adijciuntur olei & aceti singulæ heminæ.

Coacon emplastrum nigrum, ad idem ualens.

Alterum ad idem, quod Choacon uocant, habet spumæ ar-

genti P.c.*.resinæ aridæ tantũdem. Sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris color niger est, qui ferè talis fit ex pice atq; resina. At ex bitumine nigerrimus, ex ærugine, aut æris squama uiridis, ex minio ruber, ex cerussa albus.

Basilicon emplastrum nigrum ad idem.

Paucæ admodum compositiones sunt, in quibus aliquid mistura uarietas nouat. Ergo id quoq; nigrum est, quod Basilicon nominatur. Habet panacis P.i.*.galbani P.ij.*.picis, & resinæ, singulorum P.x.*.olei dimidium cyathum.

Smaragdinum emplastrum nigrum ad idem.

At quod peruiride est, smaragdinum appellatur, in quo sunt resinæ pineæ P.iij.*.ceræ P.i.*.æruginis P.*.semis, thuris fuliginis P.ij.*.olei tantundem, & aceti, quo fuligo & ærugo in unum cogantur.

Emplastrum rufum ad idem.

Est etiam coloris ferè rufi, quod celeriter ad cicatricem uulnera perducere uidetur. Habet thuris P.i.*.resinæ P.ij.*.squamæ æris P.iij.*.spumæ argenti P.xx.*.ceræ P.c.*.olei heminam.

παρακολλητικὸν emplastrum ad idem.

Præterea est, quod παρακολλητικὸν à glutinando uocant. Constat ex his: bituminis, aluminis scissilis P.iiij.*.spumæ argenti P.iiij.*. & olei ueteris hemina. B

Cephalicum emplastrum Philotæ, capiti conueniens.

Præterea sunt quędam generis eiusdem, quę quia capitibus fractis maximè conueniunt, cephalica à Græcis nominantur. Philotæ compositio habet: terræ Eretriæ, chalcitidis, singulorũ P.iiij.*.myrrhę, æris combusti P.x.*.ichthyocollæ P.vi.*.ęruginis rasę, aluminis rotundi, misyos crudi, aristolochię, singulorum P.viii.*.squamæ æris P.xx.*.thuris masculi P.ii.*.ceræ P.i.*.rosæ, & olei acerbi, ternos cyathos: aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur.

Emplastrum uiride ad idem ualens.

Aliud ad idem uiride, æris combusti, squamæ æris, myrrhę, ichthyocollę, singulorum P.vi.*.misyos crudi, æruginis rasę, aristolochię, aluminis rotũdi, singulorum P.viij.*.cerę P.vij.*.olei hemina, aceti quod satis sit. C

Tetrapharmacum emplastrum, ad pus mouendum.

Puri autem mouendo non aliud melius, quàm quod expeditissimũ est, tetrapharmacon à Græcis nominatur. Habet pares portiones cerę, picis, resinę, seui taurini: si id non est, uitulini.

Tetrapharmacum emplastrum.) Ad maturandum & pus mouendum res est ue tustissima: à quatuor rebus simplicibus, quibus absoluitur, appellatũ. Idem dicitur & Basilicum. Et pro sebo in hoc oleum alij substituunt. Thus si adijcias, Macedonicum effeceris, ui quadam peculiari pepticum.

Enneapharmacum emplastrum ad pus mouendum, & ad purgandum ualens.

Alterum ad idem Enneapharmacum nominatur, quod magis purgat. Constat ex nouem rebus, cera, melle, seuo, resina, myrrha,

rosa,

A rosa,medulla uel ceruina,uel uitulina, uel bubula,hyssopo, butyro. Quorum ipsorum quoq; pondera paria miscentur. Sunt autē quædam emplastra, quibus utriusq; rei facultas est,quę,si singula habēda sunt,meliora sunt. Sed in cōpia reijcienda sunt:his potius adhibitis, quæ propriè id quod eo tēpore opus est, cōsequuntur. Exempli causa duo proponam.

Vel bubula,hyssopo,butyro.) Legito œsypo. Vocarunt autem enneapharmacum emplastrum à simplicibus rebus nouem, quibus omne cōstitutum est.

Attalum emplastrum ad uulnera.

Est igitur ad uulnera Attalū,quod habet squamæ æris P.xvi.*. fuliginis P.xv.*. ammoniaci tātundē,resinę terebinthinæ liquidæ P.xxv.*. seui taurini tantūdem,aceti heminas tres,olei sextarium.

Iudæi emplastrum,fracto capiti accommodatum.

At inter ea quæ fracto capiti accommodantur, habent quidam id quod ad autorem Iudęum refertur. Constat ex his,salis P.*.iiij. squamæ æris rubri,æris combusti,singulorum P.xij.*.ammoniaci thymiamatis, thuris fuliginis, resinę aridę, singulorū P. vi.*.resinæ Colophoniacæ, cæræ, seui uitulini curati,singulorum P.xx.*.aceti sesquicyathū, olei minus cyathum. τεθεραπευμένα Græci appellant,quæ curata uocant,cum ex seuo puta omnes membranu-

B læ diligenter exemptę sunt,aut ex alio medicamento.

Diadaphnidon emplastrum ad extrahendum.

Sunt etiam quędam emplastra nobilia ad extrahendum. Quæ ipsa quoq; ἐπισπαστικὰ nominant. Quale est,quod quia lauri baccas habet,diadaphnidon appellatur. In eo est,resinæ terebinthinę P.x.*.nitri,cęrę,picis aridę, baccarum lauri,singulorum P.xx.*.olei paulum. Quoties aut baccam,aut nucem,aut simile aliquid posuero,scire oportebit,antequam expendatur,ei summam pelliculam esse demendam.

Dia daphnidon emplastrum.) διὰ δαφνίδων,id est,ex lauri baccis, quas accipit.

Aliud diadaphnidon,ad extrahendum,& pus mouendum.

Aliud eo nomine,quod puri quoq; mouendo est: Seui uitulini, ammoniaci thymiamatis, picis,cæræ,nitri,baccarum lauri,resinæ aridæ,aristolochiæ,pyretri, pares portiones.

C *Philocrates emplastrum ad extrahendum,& pus mouendum.*

Pręter has,est Philocratis, quod habet salis ammoniaci P.vij.*. aristolochię P.viij.*.cęrę,resinę terebinthinæ, fuliginis thuris,singulorum P.xv.*.spumæ argenti P.lij.*. Quibus ut pus quoq; moueant,iridis P.iiij.*.& galbani P.vi.*.adijciuntur.

Rhypodis emplastrum,ad extrahendum.

Optimum tamen ad extrahendū est id,quod à similitudine sordium ῥυπώδης Græci appellant. Habet myrrhę,croci,iridis,propolis,bdellij,capitulorū punici mali,aluminis & scissilis et rotūdi,misyos, chalcitis,atramēti sutorij cocti, panacis, salis ammoniaci,uisci,singulorū P.iiij.*.aristolochię P.viij.*.squamę ęris P.xvi.*.resinę terebinthinę P.lxxv.*.cęrę,& seui uel taurini,uel hircini P.c.*.

Bdellij, capitulorum punici mali.) Cytinos intelligit: qui quid sint, scribit Galenus libro 6. cap. 1. Comp. phar. part. Quanquam pro floribus mali punicae alibi capi solent. A

Emplastrum Hecataei, ad extrahendum.

Hecataeo quoq; authore emplastrum generis eiusdē fit ex his: galbani P. ij. *. fuliginis thuris P. iiij. *. picis P. v i. *. caerae, & resinae terebinthinae, singulorum P. viij. *. quibus paulum irini unguenti miscetur.

Alexandrinum emplastrum uiride, ad extrahendum.

Valensq; ad idem emplastrum uiride Alexandrinum est. Habet aluminis scissilis P. viij. *. salis ammoniaci P. *. viij. 3. squamae aeris P. xvi. *. myrrhae, thuris, singulorū P. xviij. *. caerae P. cl. * resinae Colophoniacae, aut pineae P. cxc. *. olei heminam, aceti sextarium.

De emplastris exedentibus.

Quaedam autem sunt emplastra exedentia, quae σηπτικὰ Graeci uocant, quale est id quod habet resinae terebinthinae, fuliginis thuris, singulorum P. *. 3. squamę aeris P. i. *. ladani P. ij. *. aluminis tantundem, spumae argenti P. iiij. *.

Emplastrum quod exest corpus, & ossa resoluit, & supercrescentem carnem coercet.

Exest etiam uehementer corpus, atq; ossa quoq; resoluit, & supercrescentem carnem coercet, id quod habet spumae argenti, squamae aeris, uncias singulas: nitri ignem nō experti, lapidis Asij, aristolochiae P. sextātes: caerae, resinae terebinthinae, thuris, olei ueteris, atramenti sutorij, salis ammoniaci P. semis, aeruginis rasae P. bessem, aceti stillitici heminam, uini aminei tantundem. B

Emplastra aduersus morsus, & alia recentiora uulnera.

Sunt etiam aduersus morsus quaedam accommodata: quale est Diogenis nigrum, quod habet bituminis, caerae, resinae pineae aridae, singulorum P. xx. *. spumae argenti P. c. *. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aeris P. iiij. *. cerussae, & aeruginis rasę, singulorum P. viij. *. ammoniaci P. xij. *. caerae, resinae pineę, singulorū P. xxv. *. spumae argenti P. c. *. olei sextariū. Aut in quo sunt squamę aeris P. xiiij. *. galbani P. vi. *. cerussae, & aeruginis rasae, singulorum P. viij. *. ammoniaci P. xij. cęrae, resinae pineę, singulorum P. lv. *. ex quibus spuma argenti concoquitur. C

Ephesium emplastrum rubrum, ad idem ualens.

Rubrum quoq; emplastrum quod Ephesium uocatur, huc aptum est. Habet resinę terebinthinae P. ij. *. galbani P. iiij. minij sinopici P. vi. *. thuris fuliginis P. vi. *. caerae P. viij. *. spumae argenti P. lvi. *. olei ueteris heminam.

Aliud emplastrum ad idem ualens.

Item id quod ex his constat: squamę aeris, thuris fuliginis, singulorum P. iiij. *. galbani P. vi. *. salis ammoniaci P. *. xij. 3. cęrae P. xxv. *. olei tribus heminis. Haec autem alijs quoq; recentioribus uulneribus rectè imponuntur.

Λεῦκα emplastra, non grauibus uulneribus accommodata, & maximè senilibus.

A Sunt enim alba lenia, λευκὰ Greci uocant, ferè non grauibus uulneribus accommodata, præcipueq; senilibus. Quale est quod habet cerussæ P. lij. *. seui uitulini curati, & cęrę, singulorum P. lviij. *. olei heminas tres, ex quibus ea cerussa coquitur.

Elephantinum emplastrum.

Aliud quod habet cerussæ P. xx. *. ceræ P. lv. *. olei heminam, aquę sextarium. Quę quoties adijciuntur cerussę uel spumę argēti, scire licet illa ex his coquenda esse. Est autē eà percandida compositio, quæ suprà posita est, ideoq; elephantina nominatur.

Lenia emplastra.

Lenia quoq; quędam emplastra sunt, quas λιπαρὰς ferè Gręci nominant: ut id quod habet minij P. iiij. *. spumæ argenti P. xxv. *. ceræ, & adipis suillæ, singulorum P. xxvij. uitellos quatuor.

Quas λιπαρὰς ferè Græci nominant.) Græcam hanc uocem Plinius lib. 23. cap. 9. & lib. 33. cap. 6. retinuit. Significat autem pinguia, nempe è commixtione uel adipis alicuius, uel olei, uel butyri, uel alterius similis rei pinguis.

Emplastrum lene.

Alia compositio generis eiusdem, ceræ, resinæ terebinthinæ, singulorum P. vi. *. cerussę. P. vi. *. spumę argēti, plumbi recremēnti, scoriam molybdi Gręci uocant, singulorum P. xx. cicini olei, & myrti, singulorum heminæ.

Archagathi emplastrum lene.

Tertia quæ ad autorem Archagathum refertur, misyos cocti, æris cōbusti, singulorum P. iiij. *. cerussæ coctæ P. viij. *. resinæ terebinthinæ P. x. *. spumę argenti P. vi. *.

Emplastra eiusdem generis ad leniendum apta.

Etiamnum generis eiusdem, spumæ argenti, ceræ, adipis suillę, singulorum P. xxvij. *. uitelli cocti, rosę hemina. Aut cerati ex oleo myrteo facti partes tres, adipis suillę pars quarta, paulum ex plūbi recremento. Aut spumę argenti selibra, ex olei hemina, & aquę marinę altera cocta, donec bullire desierit: cui paulum cęræ sit adiectū, aut pares portiones cæræ, seui, stibi, spumę argenti, cerussę.

De pastillis, & primò de his qui ad recentia uulnera glutinanda, sanandaq; apti sunt. Cap. XX.

C Pastilli quoque facultates diuersas habent. Sunt enim ad recentia uulnera glutinanda, sanandaq; apti. Qualis est qui habet chalcitis, misyos, spumę nitri, floris ęris, gallę, aluminis scissilis modicè cocti, singulorum P. i. *. ęris cōbusti, capitulorum mali punici, singulorum P. iij. *. Hunc oportet diluere aceto, sic ubi uulnus glutinandū est, illinere. At si neruosus aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere, sic ut illius octo partes, nona huius sit.

Alius pastillus ad glutinanda uulnera.

Alius ad idem constat ex his: bituminis, aluminis scissilis, singulorum P. i. *. ęris cōbusti P. iiij. *. spumę argēti P. xi. *. olei sextario.

De Sphragide pastillo, quem Polybus confecit, ad glutinandum uulnus.

Sed lõgè Polybi celeberrimus est, Sphragis aũt nominaт̃, qui habet aluminis scissilis P. *. i. 3. atramenti sutorij P. ij. *. myrrhæ P. v. *. aloes tantundem. capitulorum punici mali, fellis taurini, singulorum P. vi. *. Quæ contrita uino austero excipiuntur. A

Sed longè Polybi celeberrimus est.) Galenus & Paulus Aegineta, id quod etiam lib. 6. cap. 7. annotauimus, Polyidę acceptũ referũt, nõ Polybio, nec Polybo: Vt ne ad eum confugias, qui autor aliquot librorum inter Hippocratis scripta attextorum, aut eius quem Aristoteles libro tertio de Natura animalium, de uenarum ratione ex eodem Hippocrate citat, existimatur.

Pastillus ad ulcera sordida, & nigritiem in auribus, naribus, & in obscœnis partibus, inflammationesq; eorum.

Ad ulcera sordida, & nigritię in auribus, naribus, obscœnis partibus, inflammationesq; eorum: Chrysocollæ P. i. *. atramẽti sutorij, aluminis scissilis, singulorum P. ij. *. halicacabi corticis P. iiij. *. minij P. vi. *. spumę argenti P. xij. *. cerussæ P. xvi. *. quæ ex aceto & coguntur, & ubi utendum est, diluuntur.

Pastillus Andronis ad uuam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia. B

Andronis uero est ad uuam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia: Gallæ, atramenti sutorij, myrrhæ, singulorum P. i. *. aristolochiæ, aluminis scissilis, singulorũ P. ij. *. capitulorum punici mali P. xxv. *. ex passo coactorum, & (cum usus exigit) aceto uel uino dilutorum, prout ualentius aut lenius uitium est, cui medendum est.

Pastillus Andronis.) Galenus lib. 3. cap. 3. Composit. pharm. local. & Paulus Aegineta libro 7.

Pastillus ad fissa ani, uel ora uenarum fundentia sanguinem, uel cancrum.

Propriè autem ad ani fissa, uel ora uenarum fundẽtia sanguinẽ, uel cancrũ: Aeruginis P. ij. *. myrrhę P. xij. *. stibis, lachrymæ papaueris, acaciæ, singulorum P. xvi. *. Quæ ex uino & teruntur, & in ipso usu deliquantur. C

Pastillus ad expellendum calculum cum urina.

Expellere autem ex uesica cum urina calculum, uidetur hæc cõpositio: Casiæ, croci, myrrhæ, costi, nardi, cinnamoni, dulcis radicis, balsami, hyperici pares portiones conteruntur, deinde uinum lene instillatur, & pastilli fiunt, qui singuli habeant P. *. iij. hiq; singuli quotidie mane ieiuno dantur.

De pessis. Cap XXI.

Hæc tria compositionum genera, id est, quę in malagmatis, pastillis, emplastrisq; sunt, maximum, præcipueq; uarium usum pręstãt. Sed alia quoq; utilia sunt, ut ea quæ fœminis subijciũt, (πεσσοὺς Græci

A Græci uocant.) Eorum hęc proprietas est: Medicamēta composita molli lana excipiuntur, eaq; lana naturalibus conditur.

Ad sanguinem euocandum.

Ad sanguinem autem euocandum, cauneis duabus adijcitur nitri P. i. *. aut allij semen conteritur, adijcitur myrrhæ paululum, & unguento susino miscetur: aut cucumeris syluestris pars interior ex lacte muliebri diluitur.

Ad uuluam molliendam.

Ad uuluam molliendam, oui uitellus, & fœnum grecum, & rosa, & crocū temperantur. aut elaterij P. *. iij. salis tantundem, uuę taminiæ P. vi. *. melle excipiuntur.

Alia pessi compositio ad idem ualens.

Aut Boeto autore: croci, resinę terebinthinæ, singulorum P. *. iiij. myrrhę P. *. ij. rosę P. i. *. seui uitulini P. *. iij. cerę P. ij. *. miscet.

Ad inflammationes uuluæ, Numenij pessus.

Optima autem aduersus inflammationes uuluę, Numenij compositio est, quę habet: croci P. *. iij. cerę P. i. *. butyri P. viij. *. adipis anserini P. xij. *. uitellos coctos duos, rosæ minus cyatho.

Ad eijciendum è uulua infantem mortuum.

Si uerò infans intus decesit, quo facilius eijciatur, malicorium
B ex aqua terendum, eoq; utendum est.

Si mulier uitio locorum concidit, qua curatione utendum sit.

Si concidere uitio locorum mulier solet, cochleę cum testis suis comburendæ, conterendæq;, deinde his mel adijciendum est. Si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est.

DE MEDICAMENTIS QVIBVS ARIDIS utimur. Cap. XXII.

Ad carnem supercrescentem exedendam.

Quędam aūt mistura medicamentorum sunt, quib. aridis neq; coactis utimur, sicut inspergamus, aut cum aliquo liquido mista illinamus: quale est ad carnem supercrescentem exedēdam, quod habet squamę, fuliginis thuris, singulorum P. i. *. æruginis P. ij. *. Hęc autem eadem cum melle purgant ulcera, cum cera implent. Misy quoq; & galla, si paribus portionibus misceatur, corpus cōsumit, eaq; uel arida inspergere licet, uel excepta cadmia illinire.

C *Ad putrem carnem continendam, ne ultra serpat, eamq; leniter exedendam, plures compositiones.*

Putrem uerò carnem continet, neque ultrà serpere patitur, & leniter exest, mel, uel cum lenticula, uel cum marrubio, uel cum oleę folijs, antè ex uino decoctis. Item sertula campana in mulso cocta, deinde contrita, aut calx cum cerato, aut amarę nuces cū allio, sicut huius pars tertia sit, paulumq; his croci adijciat. Aut quod habet spumę argēti P. vi. *. cornu bubuli cōbusti P. xij. *. olei myrtei, et uini cyathos ternos. Aut quod ex his cōstat: floris punici mali, atramēti sutorij, aloes, singulorū P. ij. *. aluminis scissilis, thuris, singulorū P. iiij. *. gallę P. viij. *. aristolochię P. x. *. Vehementius idem

idem facit etiam adurendo auripigmentum cum chalcitide, & aut nitro, aut chalce, aut charta combusta. Item sal cum aceto: uel ea compositio quæ habet chalcitidis, capitulorum punici mali, aloes, singulorum P.ij.*. aluminis scissilis, thuris, singulorum P.iiij.* gallæ P.viij.*. aristolochiæ P.x.*. mellis quantum satis sit ad ea cogenda. Vel cantharides P.i.*. sulphuris P.i.*. lolij P.iij.*. Quibus adijcitur picis liquidæ quantum satis est, adiungendum mel, chalcitis quoque cum resina & ruta mista, aut cum eadem resina diphryges, aut uua taminia, cum pice liquida. Idem uero possunt feces uini combustæ, & calcis, & nitri pares portiones, uel aluminis scissilis. P.*.xxxiij. thuris, sandaracæ, nitri, singulorum P.*.i. gallæ P.viij.*. aristolochiæ P.x.*. mellis quantum satis est.

Hieræ compositio.

Est etiam Hieræ compositio, quæ habet myrrhæ, chalcitidis, singulorum, P.ij.*. aloes, thuris, aluminis scissilis, singulorum P.iiij.*. aristolochiæ, gallæ immaturæ, singulorum P.viij.*. malicorij contriti P.xx.*.

Iudæi compositio.

Est & Iudæi, in qua sunt calcis partes duæ, nitri quàm ruberrimi pars tertia, quæ urina impuberis pueri coguntur, donec strigmenti crassitudo fit. Sed subinde is locus, cui id illinitur, madefaciendus est.

Iollæ compositio.

At Iollas, chartæ combustæ, sandaracæ, singulorum P.i.*. calcis P.ij.*. auripigmenti tantundem miscebat.

Ad sanguinis profluuia, uel ex membrana cerebri, uel alijs locis, & ad cancrum, & ad inducendā cicatricem, & ad coercendam carnem crescentem.

Si uerò ex membrana, quæ super cerebrū est, profluit sanguis, uitellus combustus & contritus inspergi debet. Si alio loco sanguinis profluuium est, auripigmenti, squamæ æris, singulorum P.i.*. sandaracæ P.ij.*. marmoris cocti P.iiij.*. inspergi debent. Eadem cancro quoque obsistunt. Ad inducendam cicatricem, squamæ æris, thuris fuliginis, singulorum P.ij.*. calcis P. iiij.*. Eadem increscentem quoque carnem coercent.

Timæi compositio ad ignem sacrum, uel cancrum.

Timæus autem ad ignem sacrum, uel ad cancrum his utebatur: myrrhæ P.ij.*. thuris, atramenti sutorij, singulorum P.iij.*. sandaracæ, auripigmēti, squamæ æris, singulorum P.iiij.*. gallæ P.vi.*. cerussæ combustæ P.viij.*. Eadem uel arida inspersa, uel melle excepta, idem præstant.

Ad sternutamenta excitanda.

Sternutamēta uerò, uel albo ueratro, uel struthio cōiecto in nares excitantur, uel his mistis, piperis, ueratri albi, singulorum P.*. iij. castorei, pondo i.*. spumæ nitri P.ij.*. struthij P.iij.*.

Gargarizationes quibus fieri debeant.

A Gargarizationes autẽ aut leuandi causa fiũt, aut reprimẽdi, aut euocandi. Leuant lac, cremor uel ptisanæ, uel furfurum. Reprimit aqua, in qua uel lenticula, uel rosa, uel rubus, uel cotoneum malũ, uel palmulæ decoctæ sunt: euocant, sinapi, piper. et pyrethrum

De antidotis, & quibus malis opitulentur. Cap. XXIII.

ANtidota rarò, sed præcipuè interdũ necessaria sunt, quia grauissimis casibus opitulantur. Ea rectè quidem dantur collisis corporibus uel per ictus, uel ubi ex alto deciderunt, uel in uiscerũ, laterum, faucium, interiorum que partiũ doloribus. Maximè aũt desideranda sunt aduersus uenena, uel per morsus, uel per cibos, aut potiones nostris corporibus inserta.

Compositio antidoti.

Vnum est, quod habet lachrymæ papaueris P. *.3. acori, malobatri P. v. *. iridis illyricæ, gummi, singulorum P. ij. *. anisi P. iij. *. nardi gallici, foliorum rosæ aridorum, cardamomi, singulorũ P.

B iiij. *. petroselini P. *. iiij. 3. trifolij P. v. *. casiæ nigræ, silis, bdellij, balsami, seminis piperis albi, singulorum P. *. 3. styracis P. *. v. 3. myrrhæ, opoponacis, nardi syri, thuris masculi, hypocistidis succi, singulorum P. vi. *. castorei P. vi. *. costi, piperis albi, galbani, resinæ terebinthinæ, croci, floris iunci rotundi, singulorum P. *. vi. 3. dulcis radicis P. viij. *. 3. Quæ melle uel passo excipiuntur.

Aliud antidotum Ambrosia nominatum, quod Zopyrus Ptolemæo regi composuit.

Alterum, quod Zopyrus regi Ptolemæo dicitur composuisse, atq; Ambrosiã nominasse, ex his constat: Costi, thuris masculi, singulorũ P. v. *. piperis albi P. *. 3. floris iunci rotundi P. ij. *. cinamomi P. iij. *. casiæ nigræ P. iiij. *. croci Cilicij P. *. iiij. 3. myrrhę, quam stacten nominat P. v. *. nardi indici P. *. v. 3. Quæ singula contrita melle cocto excipiuntur. Deinde, ubi utendum est, id quod Aegyptię fabæ magnitudinem impleat, in potione uini diluitur.

Antidotum Mithridatis.

Nobilissimum autem est Mithridatis, quod quotidie sumendo

C rex ille dicitur aduersus uenenorum pericula tutum corpus suum reddidisse. In quo hæc sunt: costi P. *. S. 3. acori P. v. *. hyperici, cumini, sagapeni, acaciæ succi, iridis Illyricæ, cardamomi, singulorũ P. ij. *. anisi P. iij. *. nardi gallici, gentianæ radicis, aridorũ rosæ foliorum, singulorum P. iiij. *. papaueris lachrymæ, petroselini, singulorum P. *. iiij. 3. casiæ, silis, lolij, piperis longi, singulorũ P. vi. *. styracis P. *. v. 3. castorei, thuris, hypocistidis succi, myrrhæ, opopanacis, singulorum P. vi. *. malobathri folij P. vi. *. floris iunci rotundi, resinæ terebinthinæ, galbani, dauci cretici seminis, singulorũ P. *. v. 3. nardi, opobalsami, singulorum P. *. vi. 3. thlaspis P. *. v. 33. radicis ponticæ P. vij. *. croci, zingiberis, cinnamomi, singulorum P. *. viij. 3. Hæc contrita melle excipiuntur, & aduersus uenenũ, qđ

HH magni-

magnitudinem nucis Græcę impleat, ex uino datur. In cæteris autem affectibus corporis pro modo eorum, uel quod Aegyptiæ fabæ, uel quod erui magnitudinem impleat, satis est. A

DE ACOPIS Cap. XXIIII.

Acopum neruis utile.

Acopa quoque utilia neruis sunt. Quale est, quod habet floris iunci rotundi P. *. ij. 33. costi, iunci quadrati, lauri baccarũ, ammoniaci, cardamomi, singulorum P. *. iiij. 3. myrrhæ, æris combusti, singulorum P. *. vij. iridis illyricæ, cæræ, singulorũ P. iiij. *. Alexandrini calami, iunci rotundi, aspalathi, xylobalsami, singulorum P. xviij. *. seui P. i. *. unguenti irini cyathum.

Acopum Elæodes neruis utile.

Alterum quod ἐλαιώδες uocant, hoc modo fit: cæræ P. *. 3. olei tantũdem, resinæ terebinthinæ ad nucis iuglandis magnitudinem, simul incoquuntur, deinde infusa in mortario terũtur, instillatúrque subinde quàm optimi mellis acetabulũ, tum irini unguenti & rosæ terni cyathi. B

Enchrista ad ulcera purganda & implenda.

ἔγχριστα autem Græci uocant, liquida quæ illinuntur. quale est quod fit ad ulcera purganda, & implenda maximè inter neruos, paribus portionibus inter se mistis, butyri, medullæ uitulinæ, seui uitulini, adipis anserinæ, cęræ, mellis, resinæ terebinthinæ, rosæ; olei cicini. Quæ separatim omnia liquantur, deinde liquida miscentur, & tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat, magis uerò emollit, si pro rosa cyprus infunditur.

Ad sacrum ignem.

Ad sacrum ignem spumæ argenti P. vi. *. cornu bubuli combusti P. ij. *. conteruntur, adijciturque inuicem uinum, & id quod specialiter sil uocatur, & myrteũ, donec utriusque terni cyathi cõficiãt.

DE CATAPOTIIS Cap. XXV.

Catapotium ad somnum accersendum, & leuationem doloris, & simul ad coquendum.

Catapotia quoque multa sunt, uarijsque de causis fiũt. Anodyna uocant, quæ somno dolorẽ leuant. Quibus uti, nisi nimia necessitas urget, alienũ est. Sunt enim ex uehemẽtibus medicamẽtis, & stomacho alienis. Potest tamen etiam ad cõcoquendum, quod habet papaueris lachrymæ, galbani, singulorum P. i. *. myrrhæ, castorei, piperis, singulorum P. ij. *. Ex quibus quod erui magnitudinem habet, satis est deuorasse. C

Catapotium ualentius ad somnum.

Alterum stomacho peius, ad somnum ualentius, ex his fit: mandragoræ P. *. 3. apij seminis, item hyoscyami seminis, singulorũ P. iiij. *. quæ ex uino teruntur. Vnum autem eiusdem magnitudinis, quæ suprà posita est, abundè est sumpsisse.

Catapotium

Catapotium ad plurimos dolores per somnum leniendos.

A Siue autem capitis dolores, siue ulcera, siue lippitudo, siue den-
tes, siue spiritus difficultas, siue intestinorum tormenta, siue inflā-
matio uuluæ est, siue coxa, siue iecur, aut lienis, aut latus torquet,
siue uitio locorum aliqua prolabitur, & obmutescit, occurrit do-
lori per quietem eiusmodi catapotium. Silis, acori, rutæ syluestris
seminis, singulorum P.i.*. castorei, cinamomi, singulorum P.ĳ.*.
papaueris lachrymæ, panacis, radicis mandragoræ, malorum ari-
dorum, iunci rotundi floris, singulorum P.ĳ.*. piperis grana lvi.
Hæc per se contrita, rursus instillato subinde passo, simul omnia
teruntur, donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulùm aut deuo-
ratur, aut aqua diluitur, & potui datur.

Catapotium aliud, ad multa ualens.

Quinetiam syluestris papaueris, cum iam ad excipiendam la-
chrymam maturū est, manipulus, qui manu comprehendi potest,
in uas demittitur, & superinfunditur aqua, quæ id contegat, atq;
B ita coquitur. Vbi iam bene manipulus is coctus est, ibidem expres-
sus proĳcitur, & cum eo humore, passi pari mensura miscetur, in-
feruetq; donec crassitudinem sordium habeat. Cum infrixit, cata-
potia ex eo fiunt, ad nostræ fabæ magnitudinem: habentq; usum
multiplicem. nam & somnum faciunt, uel per se assumpta, uel ex
aqua data: & aurium dolores leuant, adiectis exiguo modo rutæ
succo, ac passi. Et tormina supprimunt ex uino liquata, & inflam-
mationem uuluæ coercent, mista cerato ex rosa facto, cum paulū
his croci quoq; accessit, & ex aqua fronti inducta pituitam in ocu-
los decurrentem tenent.

Catapotium ad inducendum somnum, quod uulua dolens prohibuit.

Item si uulua dolens somnum prohibuit, croci P.ĳ.*. anisi, myr-
rhæ, singulorum P.i.*. papaueris lachrymæ P.iiĳ.*. cicutæ seminis
P.viĳ.*. miscentur, excipiunturq; uino uetere, & quod lupini ma-
gnitudinem habet in tribus cyathis aquæ diluitur. Id tamen in fe-
C bre periculose datur.

Ad iecur sanandum.

Ad sanandum iecur nitri P.*.3. croci, myrrhæ, nardi Gallici, sin-
gulorum P.i.*. melle excipiuntur, daturq; quod Aegyptiæ fabæ
magnitudinem habeat.

Ad finiendos dolores lateris.

Ad lateris dolores finiendos, piperis, aristolochiæ, nardi, myr-
rhæ pares portiones.

Ad thoracis dolores finiendos.

Ad thoracis, nardi P.i.*. thuris, casiæ, singulorum P.iĳ.*. myr-
rhæ, cinamomi, singulorū P.vi.*. croci P.viĳ.*. resinæ terebinthi-
næ quadrans, mellis heminæ tres.

Catapotium Athenionis ad tussim.

Ad tussim Athenionis: myrrhæ, piperis, singulorum P.i.*. castorei, papaueris lachrymæ, singulorũ P.i.*. Quæ separatim contusa, postea iunguntur, & ad magnitudinem fabæ nostræ, bina catapotia mane, bina noctu dormituro dantur. A

Catapotium Heraclidis Tarentini, ad tussim, & somnum.

Si tussis somnum prohibet, ad utrunque Heraclidis Tarentini: croci P.i.*. cinamomi, castorei, papaueris lachrymæ, singulorum P.i.*. myrrhæ, piperis longi, costi, galbani, singulorum P.*.3.

Catapotium ad purganda ulcera in faucibus tussientibus.

Quod si purganda sunt ulcera in faucibus tussientibus, panacis, myrrhæ, resinæ terebinthinæ, singulorum P.v.*. galbani P.*.3. hyssopi P.*.3. conterenda sunt, his que hemina mellis adijcienda, & quod digito excipi potest, deuorandum est.

Colicæ, Cassij medici.

Colicæ uerò Cassij ex his constat: croci, anisi, castorei, singulorũ P.iij.*. petrosilini P.iiij.*. piperis & longi, & rotundi, singulorum P.v.*. papaueris lachrymæ, iunci rotundi, myrrhæ, nardi, singulorum P.vi.*. Quæ melle excipiuntur. Id autem & deuorari potest, & ex aqua calida sumi. B

Ad infantem mortuum, aut secundas expellendas.

Infantem uerò mortuum, aut secundas expellit aquæ potio, cui salis ammoniaci P.i.*. aut cui dictami Cretici P.i.*. adiectũ est.

Laborantibus ex partu quid dari debeat.

Ex partu laborãtibus erisimũ, ex uino tepido ieiunæ dari debet.

Ad adiuuandum uocem.

Vocem adiuuat thuris P.i.*. in duobus cyathis uini datũ.

Aduersus difficultatem urinæ.

Aduersus urinæ difficultatẽ, piperis lõgi, castorei, myrrhæ, galbani, papaueris lachrymæ, croci, costi, ũciæ singulæ: styracis, resinæ terebinthinæ põdo sextãtes: mel, absinthij cyathus. Ex quibus ad magnitudinẽ fabæ Aegyptiæ, & mane, & cœnato dari debet.

Arteriaces compositio quomodo fiat.

Arteriace uerò hoc modo fit: casiæ, iridis, cinamomi, nardi, myrrhæ, thuris, singulorũ P.i.*. croci P.i.*. piperis grana xxx. ex passi tribus sextarijs decoquuntur, donec mellis crassitudo his fiat. Aut croci, myrrhæ, thuris, singulorum P.i.*. conijciuntur in passi eundem modum, eodem que modo decoquuntur. Aut eiusdem passi heminæ tres usque eò coquuntur, donec extracta inde gutta indurescat, & adijcitur tritæ casiæ P.i.*. C

De quinque generibus noxarum corporis, & primo de uulneribus, quæ maximè per tela inferuntur. Cap. XXVI.

CVm facultates medicamẽtorum proposuerim, genera in quibus noxa corpori est, proponam. Ea quinque sunt. Cum quid extrinsecus læsit, ut in uulneribus. Cum quid intra seipsum corruptum est, ut in cancro. Cum quid innatũ est, ut in uesica calculus.

cum

A Cum quid increuit, ut uena quæ intumescens, in uaricē conuertitur. Cum quid deest, ut cum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt in quibus plus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his quæ præcipuè scalpellum & manū postulant, nūc de his dicam quæ maximè medicamentis egent. Diuidā aūt hanc quoque curandi partem, sicut priorem. Et antē dicam de his quæ in quamlibet partem corporis incidunt, tum de his quæ certas partes infestant. Incipiam à uulneribus. In his aūt ante omnia scire medicus debet, quæ insanabilia sint, quæ difficilē curationē habeant, quæ promptiorē. Est enim prudentis hominis, primùm eum qui seruari nō potest, non attingere, nec subire * speciē eius, ut occisi, quē fors ipsius peremit. Deinde ubi grauis metus, sine certa tamē desperatione est, indicare necessarijs periclitātis, in difficili spē esse: ne si uicta ars malo fuerit, uel ignorasse, uel fefellisse uideatur. Sed ut hæc prudenti uiro conueniunt: sic rursus histrionis est, par uā rē attollere, quo plus præstitisse uideatur. Obligari'q; æquū est spem
B cōfessione promptæ rei, quo curiosius etiam circūspiciat, ne quod per se exiguum est malum, maius curantis negligentia fiat.

Quæ uulnera insanabilia sint.

Seruari nō potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui iocineris portæ, cui in spina medulla percussa est, cui'q; aut pulmo medius, aut ieiunū, aut tenuius intestinū, aut uētriculus, aut renes uulnerati sunt, cui'ue circa fauces grādes uenæ uel arteriæ præcisæ sunt.

Seruari non potest cui basis cerebri.) Vide Hippoc. lib. 6. Aphor. 18. & libro de Vulneribus.

Quæ uulnera difficilem curationem habeant.

Vix autem ad sanitatem perueniunt, quibus ulla parte pulmo, aut iocineris crassum, aut membrana quæ continet cerebrum, aut lienis, aut uulua, aut uesica, aut ullum intestinū, aut septū transuersum uulneratū est. Hi quoq; in præcipiti sunt, in quibus usque ad grandes, intusq; conditas uenas, in alis uel poplitibus mucro descedit. Periculosa etiā uulnera sunt, ubicūq; uenæ maiores sunt, quoniā exhaurire hominē profusione sanguinis possunt. Idq; euenit
C non in alis tantū, atq; poplitibus, sed etiam in his uenis quæ ad anum testiculosq; perueniunt. Præter hæc malū uulnus est, quodcunq; in alis, uel fœminibus, uel inanibus locis, uel in articulis, uel inter digitos est. Item quodcunq; musculū, aut neruum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut chartilaginem læsit.

Vix autem ad sanitatem perueniunt.) Attingit horum quædam Hippocrates 6. Apho. 18.

Quæ uulnera tutiorem curationem habeant.

Tutissimū omnium, quod in carne est, & hæc quidem loco uel peiora, uel meliora sunt. Modò uerò periculum facit, quodcunq; magnum est.

Obseruationes quædam & ætatis, & corporis, & uitæ, & temporis, in uulneribus.

Aliquid etiam in uulneris genere, figuráq; est. Nam peius est, A quod etiam collisum, quàm quod tantum discissum est: adeò ut acuto quoq;, quàm retuso telo uulnerari, commodius sit. Peius etiã uulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quó ue caro alia parte ab scissa, alia dependet. Pessimáq; plaga in orbẽ est, tutissima quæ lineæ modo recta est. Quo deinde propius huic illi' ue figuræ uulnus est, eo uel deterius, uel tolerabilius est. Quinetiam confert aliquid & ætas, & corpus, & uitæ propositum, & anni tempus: quia facilius sanescit puer uel adolescens quàm senior, ualens quàm infirmus, neque nimis tenuis, neq; nimis plenus, quàm si alterum ex his est: integri habitus quàm corrupti, exercitatus quàm iners, sobrius & temperans quàm uino ueneri'q; deditus. Opportunissimum'q; curationi tempus uernum est, aut certè neq; feruens, neq; frigidum. Siquidem uulnera & nimius calor, & nimium frigus infestant, maximè tamen horũ uarietas: ideóq; perniciosissimus autũnus est. Sed pleraq; ex uulneribus oculis subiecta sunt, quorũ dã ipsę sedes indices sunt quas aliò loco demõstrauimus, cum posi tus interiorũ partium ostẽdimus. Veruntamen quia quædã uicina sunt, interest quoq; uulnus in summa parte sit, an penitus pene trauerit: necessariũ est notas subjcere, per quas, quid intus actum sit, scire possimus, & ex quibus uel spes uel desperatio oritur. B

Signa percussi cordis.

Igitur corde percusso, sanguis multus effertur, uenæ languescũt, color pallidissimus, sudores frigidi, mali'q; odoris, tanquam in ro tato corpore oriuntur: extremísq; partibus frigidis, matura mors sequitur.

Igitur corde percusso.) Paulus lib. 6. cap. 88. Corde uulnerato iuxta sinistriorem mammam, &c.

Signa pulmonis icti.

Pulmone uerò icto, spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumãs, ex plaga rubẽs, simulq; etiã spiritus cũ sono fertur, in uulnus C inclinari iuuat, quidam sine ratione consurgunt. Multi, si in ipsum uulnus inclinati sunt, loquũtur: si in aliam partẽ, obmutescunt.

Signa iocinoris uulnerati.

Iocinoris autem uulnerati notæ sunt, multus sub dextra parte præcordiorum profusus sanguis, ad spinam reducta præcordia, in uentrem cubandi dulcedo, punctiones, doloresq; usque adiugulum, iunctum'q; ei latus scapularum, os intentum: quibus nonnunquam etiam biliosus uomitus accedit.

Signa percussorum renum.

Renibus uerò percussis, dolor ad inguina, testiculósq; descendit,

A dit, difficulter urina redditur, eaq; aut est crueta, aut cruor fertur.

Signa uulnerati lienis.

At liene icto, sanguis niger à sinistra parte prorumpit, præcordia cum uentriculo ab eadem parte indurescunt, sitis ingens oritur, dolor ad iugulum, sicut iocinore uulnerato, uenit.

Signa percussæ uuluæ.

At cum uulua percussa est, dolor inguinibus, & coxis, et femoribus est. Sanguinis pars per uulnus, pars per naturale descēdit, uomitus bilis insequitur. Quædam obtumescunt, quædam mente labuntur, quædam sui compotes, neruorum, oculorumq; dolore urgeri se confitentur: morientesq; tandem, eadem quæ corde uulnerato patiuntur.

Signa percussi cerebri, uel membranæ eius.

Sin cerebrum, membranáue eius uulnus accepit, sanguis per nares, quibusdã etiam per aures exit, fereq; bilis uomitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur, appellatiq; ignorant. Quo

B rundam trux uultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atq; illuc mouentur. Fere que tertio uel quinto die delyrium accedit. Multorum etiam nerui distenduntur. Ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudũ uulnus frigori obijciunt.

Sin cerebrum membranáue eius uulnus accepit.) Hippocratis quædam hic sunt ex libro de Morbis primo.

Signa percussi stomachi.

Vbi stomachus autē percussus est, singultus, & bilis uomitu insequitur. Si quid cibi uel potionis assumptum est, id redditur citò. Venarum motus elanguescunt, sudores tenues oriuntur, per quos extremæ partes frigescunt.

Vbi stomachus autem percussus est.) Paulus libro sexto cap. 88. Ex uentriculo succus, ex intestinis stercus egreditur.

Fereq; bilis uomitus insequitur.) Paulus lib. 6. cap. 88. Vulneratis cerebri mẽbranis, dolor capitis ualidus, oculorum incensio, cum linguæ rubore, & mentis

C alienatione, &c. Hyppocrates lib. 6. Apho. 50. etiam febris meminit.

Signa ieiuni intestini, & uentriculi uulnerati, & aliorum intestinorum.

Communes uerò ieiuni intestini, & uentriculi uulnerati notæ sunt. Nã cibus & potio per uulnus exeunt, præcordia indurescũt, nonnunquam bilis per os redditur. Intestino tantum sedes inferior est. Cetera intestina icta, uel stercus, uel odorem eius exhibent.

Signa percussæ medullæ quæ in spina est.

Medulla uerò quæ in spina est discussa, nerui resoluũtur, aut distenduntur, sensus intercidit, interposito tempore aliquo sine uoluntate inferiores partes uel semen, uel urinam, uel etiam stercus excernunt.

Signa

Signa septi transuersi percussi.

At si septũ transuersum percussum est, præcordia sursum contrahuntur, spina dolet, spiritus rarus est, sanguis spumans fertur. A

At si septum transuersum.) Paulus loco iam modò citato: Inspiratio magna, & cum dolore, & cum gemitu fit. Porrò inter signa potest & delyriũ censeri. Ex eo enim φρένες dictæ sunt hæ partes, quòd uitio uulnere ue aliquo percussæ, protinus & mentem feriant: nam plurimas neruorum propagines habent cum cerebro communes. Aristoteles libro tertio de partibus animaliũ, nullam septo transuerso tribuit carnẽ, sed neruosam quandam exilitatem: præcipuamq; in eo statuit hilaritatis sedem: atq; eidẽ mentis subtilitatem refert acceptam. Et Plinius in prælijs, gladiatorumq; spectaculis perfossa precordia (sic enim ille has partes appellat) mortẽ cum risu attulisse scribit. Id quod septi agitatione ac feruore, τῇ τοῦ διαφράγματος κινήσει fierri quidam existimant. Certè etiam Homerus eodem pacto suæ Iliados ό, ubi de Iunone uerba facit, procorum fatalem risum exponit.

Signa uesicæ uulneratæ.

Vesica uerò uulnerata, dolent inguina. Quod super pubẽ est, intenditur: pro urina sanguis, aut ex ipso uulnere urina descendit, stomachus afficitur. Itaque aut bilem uomunt, aut singultiunt: frigus, & ex eo mors sequitur. B

Vesica uerò uulnerata.) Aegineta lib. 3. cap. 45. Vehemens admodum dolor pectinem, hypogastriumq; impetit: urina magna cum anxietate redditur, & post emictionem pus in matulæ fundo subsidit, &c.

De sanguine, & sanie, & pure, & eorum speciebus, quando meliora, deteriorá ue sint.

His cognitis, etiam nunc quædam alia noscenda sunt, ad omnia uulnera ulcerá que, de quibus dicturi sumus, pertinentia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, uariè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albissimum que, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autẽ sanguis ex uulnere recẽti, aut iam sanescente. Sanies est inter utrũque tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & sanies & pus quasdam species græcis nominib. distinctas habent. Est enim quædã sanies, quæ uel ἰχὼρ, uel meliceria nominatur. Est C pus, quod ἐλαιῶδες appellat. ἰχὼρ tenuis, subalbidus, ex malo ulcere exit, maximéq; ubi neruo læso inflãmatio secuta est. Meliceria crassior, & glutinosior, subalbida, melliq; albo subsimilis fertur. Hæc quoq; ex malis ulceribus, ubi nerui circa articulos læsi sunt, & inter hæc loca maximè ex genibus. ἐλαιῶδες tenue, subalbidũ, quasi unctũ colore atq; pinguitudine, oleo albo non dissimile, adparet in magnis ulceribus sanescentibus. Malus autẽ est sanguis nimium aut tenuis, aut crassus, colore uel liuidus, uel niger, aut pituita mistus, aut uarius. Optimus, calidus, rubẽs, modicè crassus, nõ glutinosus. Itaq; protinus eius uulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit. Itemq; postea spes in his maior est, ex

quibus

A quibus melioris generis quæq; proueniũt. Sanies igitur mala est, multa, nimis tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris, aut quæ & ipsum ulcus, & iunctã ei cutẽ erodit. Melior non multa, modicè crassa, subrubicũda, aut subalbida. ἰχὼρ autem peior est multus, crassus, subliuidus, aut subpallidus, glutinosus, ater, calidus, mali odoris. Tolerabilior est subalbidus, qui cætera omnia contraria prioribus habet. Meliceria autem mala est, multa, & percrassa. melior, quæ & tenuior, & minus copiosa est. Pus inter hæc optimum est. Sed id quoque peius est, multum, tenue, dilutum, magisq; si ab initio tale est. Itemq; si colore sero simile, si pallidum, si liuidum, si fœculentũ. Præter hæc, si malè olet, nisi tamen locus hũc odorẽ excitat. Melius est, quo minus est, quo crassius, quo albidius. Itemq; si leue est, si nihil olet, si æquale est: modò tamen conuenire & magnitudini uulneris & tẽpori debet. Nam plus ex maiore, plus nondũ solutis inflãmationibus naturaliter fertur. Elæodes quoq; peius est multũ, & parũ pingue: quo
B minus etiam, quoque idipsum pinguius, eo melius est.

Sanies est inter utrunq; tempus.) ἰχὼρ & sanguine posterior est, & plerunq; pure prior, & utroq; tenuior. Sunt qui aquosam saniem, sunt qui uirus ac uirulentiam interpretentur. Ea sanguinis prima est mutatio tenuis & immatura. Nam πύον, id est pus, saniem ferè sequitur, & è sanguine fit semicocta: seu, quod scribit Hippocrates libro de Vlceribus, sanguine alterato, & donec putrefiat calefacto, quanquã & ἰχῶρας hic complecti uideri potest. Vulneris itaq; sanguine represso nascitur principiò sanies quædã cruda, liquidaq;: quæ mox crassescit: postremoq; albescit: actum πύον, ac pus appellatur. Quod autem ad meliceriam pertinet, ea sanies est quædam, mellis instar crassa. Vt sit pus quàm meliceria tenuius, & quàm sanies crassius, & utroq; concoctius, & mitius, ac ualetudini bonæ propinquius.

Curatio aduersus profusionem sanguinis in uulneribus.

Quibus exploratis, ubi aliquis ictus est, qui seruari potest, protinus prospicienda duo sunt, ne sanguinis sit profusio, néue inflãmatio interimat. Si profusionẽ timemus, quod ex sede uulneris, & magnitudine eius, & ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest: siccis linamentis uulnus implendum est, supraq; imponenda
C spongia, ex aqua frigida expressa, ac manu super comprimenda. Si parum sic sanguis conquiescit, sæpius linamenta mutanda sunt. Et si sicca parum ualent, aceto madefacienda sunt. Id uehemens ad sanguinem supprimendum est. Ideoq; quidam id uulneri infundunt. Sed alius rursus metus subest, ne nimis ualenter ibi retenta materia, magnã inflammationem postea moueat. Quæ res efficit, ut neq; rodentibus medicamentis, neque adurentibus, & ob ipsum inducentibus crustam, sit utendum, quamuis pleraque ex his sanguinem supprimũt. Sed si semel ad ea decurritur, potius quæ mitius idem efficiunt. Quòd si illa quoque profluuio uincuntur, uenæ quæ sanguinem fundunt apprehendendæ, circaq; id

quod ictum est, duobus locis deligandæ, intercidendæq; sunt, ut A
& in seipsæ coeant, & nihilominus ora præclusa habeant. Vbi ne
id quidem res patitur, possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco, quo neque neruus, neque musculus est, utputa in fronte, uel superiore capitis parte, commodissimum tamen est, cucurbitulam admouere à diuersa parte, ut illuc sanguinis cursus reuocetur.

Curationes aduersus uulnerum inflammationem.

Et aduersus profusionem quidem in his auxilium est. Aduersus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu, ea timeri possunt, ubi læsum est uel os, uel neruus, uel cartilago, uel musculus, aut ubi parum sanguinis pro modo uulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinem maturè supprimere non oportebit, sed pati fluere, dum tutum erit, adeò ut si parum fluxisse uidebitur, mitti quoque ex brachio debeat, utiq; si corpus iuuenile, & robustum, & exercitatum est: multóq; magis, si id uulnus ebrietas præcessit. Quòd si musculus læsus uidebitur, præcidendus erit. Nam B
percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit.

De glutinatione uulnerum.

Sanguine autem uel suppresso (si nimius erumpit) uel exhausto (si per se parum fluxit) longè optimum est, uulnus glutinari. Potest autem id uel quod in cute, uel etiam in carne est, si nihil ei præterea mali accedit. Potest caro alia parte dependens, alia inhærens, si tamen etiamnum integra est, & coniunctione corporis fouetur. In his uerò quæ glutinantur, duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte, sui debet: maximéq; si discissa auris ima est, uel imus nasus, uel frons, uel bucca, uel palpebra, uel labrum, uel circa guttur cutis, uel uenter. Si uerò in carne uulnus est, hiatúq;, neq; in unum oræ facile attrahuntur, sutura quidem aliena est. Imponendæ uerò fibulæ sunt (ἀγκτῆρας Græci nominant) quæ oras, paulùm tamen, contrahunt, quo minus lata postea cicatrix fit. Ex his autem colligi potest, utrum id quoque quod alia parte dependens, alia inhærebit (si alienatum adhuc non est) suturam, an fibulam postulet. Ex quibus neutra antè debet imponi, quàm intus C
uulnus purgatum est, ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim & in pus uertitur, & inflammationem mouet, & glutinari uulnus prohibet. Ne linamentum quidem, quod supprimendi sanguinis causa inditū est, inibi relinquendum est. Nam id quoq; inflammat. Comprehendi uerò sutura uel fibula non cutem tantum, sed aliquid etiam ex carne, ubi suberit hæc, oportebit, quo ualentius hæreat, neque cutem abrumpat. Vtraq; optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insidat. Vtraq; neque nimis rara, neq; nimis crebra iniicienda est. Si nimis rara est, non continet; si nimis crebra est, uehementer afficit, quia quo sæpius

A acus corpus transiuit, quo'q plura loca iniectum uinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur, magisq́ æstate. Neutra etiam uim illam desiderat, sed eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur. Ferè tamen fibulæ latius uulnus esse patiuntur. Sutura oras iungit, quæ neq́ ipsæ quidem inter se contingere ex toto debent, ut si quid intus humoris concreuerit, sit qua emanet: si quod uulnus neutrum horum recipit, id tamen purgari debet, deinde omni uulneri primò imponenda est spongia ex aceto expressa: si sustinere aliquis aceti uim nō potest, uino utendum est. Leuis plaga iuuatur etiam, si ex aqua frigida expressa spongia imponitur. Sed ea quocunque modo imposita est, dum manet, prodest. Itaque ut inarescat, nō est cōmittendum. Licetq́ sine peregrinis, & conquisitis, & compositis medicamentis uulnus curare. Sed si quis huic parum confidit, imponere medicamentū debet, quod sine seuo compositū sit ex his, quæ cruentis uulneribus apta esse proposui. Maximéq́ si caro est, barbarū:
B si nerui, uel cartilago, uel aliquid ex eminētibus, quales aures uel labra sunt, Polybi sphragidem. Alexandrinum quoq́ uiride neruis idoneum est, eminentibusq́ partibus ea quam Græci ῥάπτουσαν uocant. Solet etiā colliso corpore exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienū est scapello latius aperire, nisi musculi, neruiq́ iuxta sint, quos incidi nō expedit. Vbi satis deductū est, medicamentum imponendum est. At si id quod collisum est, quamuis parum deductū est, latius tamen aperiri propter neruos aut musculos non licet: adhibenda sunt ea, quæ humorem leniter extrahant, præcipueq́ ex his id quod rhypodes uocari proposui. Non alienum est, etiā ubicunq́ uulnus graue est, impositum, quo id iuuetur, insuper circūdare lanā succidam ex aceto, & oleo: uel cataplasma, si mollis is locus est, quod leniter reprimat: si neruosus aut musculosus, quod emolliat.

Vtraq; optima est ex acatia molli.) Fortasse acu legendum. Paulo pôst, *Neutra etiam uim illam.*) Legito, ullam.

Quomodo uulnus ligari conueniat.

C Fascia uerò ad uulnus deligādum, lintea aptissima est, eaq́ lata esse debet, ut semel iniecta non uulnus tantum, sed paulùm utrinque etiam oras eius comprehendat: si ab altera parte caro magis recessit, ab ea melius attrahitur. Si æquè ab utraque, transuerse cōprehendere oras debet: aut si id uulneris ratio non patitur, media primùm inijcienda est, ut tum in utranq́ partem ducatur. Sic aūt deliganda est, ut & cōtineat, neq́ astringat. Quod non cōtinetur, elabitur: quod nimis astrictum est, cancro periclitatur. Hyeme sæpius fascia circuire debet: æstate quoties necesse est, tum extrema pars eius inferioribus acu assuenda est. Nam nodus ulcus lædit, nisi tamen longè est. Illo neminem decipi decet, ut propriā uiscerum curationem requirat, de quibus suprà posui. Nam plaga

ipsa curanda extrinsecus, uel sutura, uel alio medicinæ genere est. A
In uisceribus nihil mouendum est, nisi aut si quid ex iocinore, aut liene, aut pulmone duntaxat extremo dependeat, prædicat. Alioquin uulnus interius, ea uictus ratio, eaq; medicamenta sanabũt, quæ cuiq; uisceri conuenire superiore libro proposui.

Vt & contineat, ne astringat.) Legito, nec astringat.

De ratione uictus, & notis uulnerum, curationibusq; eorum.

His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus est, isq; si graue uulnus est, abstinere, quantũ uires patiuntur, ante inflammationem à cibo debet: bibere, donec sitim finiat, aquã calidam, uel si æstas est, neq; febris, neq; dolor est, etiam frigidam. Adeò tamen nihil perpetuũ est: sed semper pro uiribus corporis æstimandum, ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessariũ possit, tenuem scilicet & exiguum, qui tantũ sustineat. Multiq; etiam ex profluuio sanguinis intermorientes, ante ullam curationem ui no reficiendi sunt, quod alioqui inimicissimum uulneri est. Nimis B
uerò intumescere uulnus, periculosum: nihil intumescere, periculosissimum est. Illud indicium est magnæ inflãmationis, hoc emortui corporis. Protinusq;, si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet, maturè uulnus sanũ fore. At ne febris quidem terrere debet, si in magno uulnere, dum inflatio est, permanet. Illa perniciosa est, quæ uel leui uulneri superuenit, uel ultra tempus inflammationis durat, uel delyrium mouet, uel si neruorum rigor, aut distentio, quæ ex uulnere orta est, eam non finit. Vomitus quoque biliosus non uoluntarius, uel protinus ut percussus est aliquis, uel dum inflammatio manet, malum signum est, in his duntaxat, quorum uel nerui, uel etiã neruosi loci uulnerati sunt. Sponte tamen uomere non alienũ est, præcipuè his, quibus in consuctudine fuit: sed neq; protinus post cibũ, neq; iam inflãmatione orta, neq; cũ in superioribus partibus plaga est. Biduo sic uulnere habito, tertio die aperiendũ, detergendaq; sanies ex aqua frigida est, eademq; rursus iniiciẽda sunt. Quinto iam die, quãta inflãmatio futura est, se ostendit: quo die, rursus detecto uulnere cõsiderandus color est. Quòd si liuidus, aut pallidus, aut uarius, aut niger est, scire licet malum uulnus esse. Idq; quandocunq; animaduersum est, terrere nos potest: album, aut rubicũdum esse ulcus, commodissimum est. Item cutis dura, crassa, dolens, periculum ostendit. Bona signa sunt, ubi hæc sine dolore tenuis & mollis est. Sed si glutinatur uulnus, aut leuiter intumuit, eadem sunt imponenda, quæ primò fuerunt. Si grauis inflammatio est, neque glutinãdi spes est, eaq; pus moueat, aquæ quoq; calidæ necessarius usus est, ut materiam digerat, & duritiam emolliat, & pus citet. Ea sic temperanda est, ut & manu contingenti iocunda sit, usque eò adhibenda,

A hibenda, donec aliquid ex tumore minuisse, coloremq́ue ulceri magis naturalem reddidisse uideat, maximeq́ue si grande uulnus est, tetrapharmacum: si in articulis, digitis, locis cartilaginosis, rhypodes. Post id fomentum, si lata plaga nō patet, imponi protinus emplastrum debet: & si latius hiat, illud emplastrum liquari ex irino unguento oportet: eoq́ue illita linamenta disponi per plagam, deinde emplastrum suprà dari, & super id succidam lanam: minusq́ue etiam, quàm primò, fasciæ astringendæ sunt.

Si in magno uulnere, dum inflatio est permanet.) Legitô, inflammatio.

Curationes propriæ articulorum.

Propriè quædam in articulis uisenda sunt, in quibus si præcisi nerui sunt, qui continebant, debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est, & ex acuto telo plaga est, ea transuersa commodior est: si retuso & graui est, nullum in figura discrimen est. At uisendum est, pus supra articulū, an infrà nascatur. Si sub eo nascit, albumq́ue

B & crassum diu fertur, neruum præcisum esse credibile est. Magis quoq́ue, maiores dolores inflammationesq́ue, quo maturius excitatæ sunt. Quamuis autem non abscissus neruus est, tamen si circà tumor durus diu permanet, necesse est & diuturnum ulcus esse, & sano quoque eo tumorem permanere: futurumq́ue est, ut tardè membrū id extendat, uel contrahat. Maior tamen in extendendo mora est, ubi recuruato articulo curatio adhibita est, quàm in recuruando eo, quod rectū continuerimus. Collocari quoq́ue membrū, quod ictum est, ratione certa debet. Si glutinandum est, ut superius sit: si in inflammatione est, ut in neutram partem inclinatum sit. Si iam pus profluit, ut deuexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est, moueri & ambulare, nisi sanis alienum est. Minus tamen his est periculosum, qui in capite uel brachijs, quàm qui in inferioribus partibus uulnerati sunt. Minimeq́ue ambulatio conuenit fœmine, aut crure, aut pede laborante. Locus in quo cubabit, tepidus esse debebit. Balneum quoq́ue, dum parum uulnus purum est, inter res infestissimas est. Nam id & humidum, & sor-

C didum reddit, ex quibus ad cancrum transitus esse consueuit. Leuis frictio rectè adhibetur, sed his partibus, quæ longius absunt à uulnere.

Vulnus quomodo purgandum est.

Inflammatione finita, uulnus purgandum est. Id optimè faciūt tincta in melle linamenta: supraq́ue id, emplastrum, uel enneapharmacum dandum est. Tum demum uerò purum ulcus est, cum rubet, ac nimium neque siccum, neque humidum est. Ac quodcunque sensu caret, quod non naturaliter sentit, quod nimium aut aridum aut humidum est: quod aut pallidum, aut albidum, aut liuidum, aut nigrum est, id purum non est.

At quodcunq; sensu caret, quod non naturaliter sentit.) Expungito ẽ non. A

Quomodo uulnus implendum est.

Purgato, sequitur ut impleatur: iamq; calida aqua eatenus necessaria est, ut sanies remoueatur. Lanæ succidę superuacuus usus est: lota melius circundatur. Ad implendum autem uulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua. Itaq; ea adhiberi non alienum est, ut butyrum cum rosa, exigua mellis parte, aut cum eadem parte, aut cum eadem rosa tetrapharmacum, aut ex rosa linamenta. Plus tamen proficit balneum rarum. Cibi boni succi, uitatis omnibus acribus, sed iam plenioribus. Nam & auis, & uenatio, & suilla elixa dari potest. Vinum omnibus dum febris, dum inflammatio est, alienum est. Itemq; usque ad cicatricem, si nerui, musculi'ue uulnerati sunt, etiam si altè caro, aut si plaga in summa cute generis tutioris est, non peruetus, modicè tamen datum, ad implendum quoq; proficere. Si quid molliendũ est, quod in neruosis locis, musculosisq; necessariũ est, cerato quoq; super uulnus utendum est. At si caro supercreuit, modicè reprimit siccũ linamentũ, uehementius squama æris. Si plus est, quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnũ uehementiora, quę corpus exedant. Cicatricem post omnia hæc cõmodè inducit lycium ex passo aut lacte dilutum, uel etiam per se impositum siccum linamentum. B

De ulceribus, quæ extrinsecus per uulnera incidunt, curationibusq; eorum.

Hic ordo felicis curationis est. Sed quædam tamen periculosa incidere consuerunt. Interdum enim uetustas ulcus occupat, induciturq; ei callus, & circũ oræ crassæ liuent: post quæ, quicquid medicamentorũ ingeritur, parũ proficit, quod ferè neglīgẽter curato ulceri superuenit. Interdum uel ex nimia inflammatione, uel ob æstus immodicos, uel ob nimia frigora, uel quia nimis uulnus astrictũ est, uel quia corpus aut senile, aut mali habitus est, cancer occupat. Id genus à Græcis diductũ in species est, nostris uocabulis non est. Omnis aũt cancer non solum id corrumpit quod occupauit, sed etiam serpit, deinde aliis aliisq; signis decernitur. Nam modò super inflammationem rubor ulcus ambit, isq; cum dolore procedit, ἐρυσίπελας Græci nominant: modò ulcus nigrũ est, quia caro eius corrupta est: idq; uehementius etiã putrescendo intenditur. Vbi uulnus humidũ est, & ex nigro ulcere humor pallidus fertur, maliq; odoris est, carunculæ corruptę. Interdum etiã nerui ac membranæ resoluuntur, specillumq; demissum descendit aut in latus, aut deorsum, eoq; uitio nonnunq; os quoque afficitur: modò oritur ea quam Græci γάγγραιναν appellant. Priores in qualibet parte corporis fiunt. Hæc in prominentibus membris, id est inter ungues, & alas uel inguina, ferèq; in senibus, uel his quorum corpus mali habitus est. Caro in ulcere uel nigra, uel liuida est, sed sicca & arida, proximaque cutis, plerunque subnigris C

pustulis

A pustulis impletur, deinde ei proxima uel pallida, uel liuida, ferè* rugosa sine sensu est. Vlterior in inflammatione est, omniaq; ea simul serpunt. Vlcus, in locum pustulosum: pustulæ, in eum qui pallet aut liuet: pallor aut liuor, in id quod inflammatū est: inflammatio, in id quod integrum est, transit. Inter hæc deinde febris acuta oritur, ingensq; sitis, quibusdam etiam delyrium accedit: alij quamuis mentis suæ compotes sunt, balbutiendo tamen uix sensus suos ore explicant. Incipit affici stomachus, fit fœdi spiritus ipse odoris. Atque initium eius quidem mali recipit curationem. Vbi uerò penitus insedit, insanabile est, plurimiq; sub frigido sudore moriuntur.

Omnis autem cancer non solum id.) Tres cancri Celsus facit species, erysipelam, gangrænam, & ulcus nigrum. Vitium autem istud cancer dici cœptum est, uel quia uenæ quæ in eius ambitu circumiacent, sic tument & implentur, ut cancrorum pedes sua forma imitari atq; exprimere uideantur: uel quòd tenacissimè hoc malum, ubi semel apprehenderit, inhæreat: quomodo & cancri difficilimè ab eo, quod suis chelis amplectuntur, auelli possunt.

B

Curatio ulceris.

Ac pericula quidem uulnerum hæc sunt. Vetus autem ulcus scalpello incidendum est, excidendæ'que eius oræ, & quicquid super eas liuet, æquè incidendum. Si uaricula intus est, quæ his sanari prohibet, ea quoq; excidenda. Deinde, ubi sanguis emissus, nouatum'que uulnus est, eadem curatio adhibenda, quæ in recentibus uulneribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non uult, potest sanare id emplastrum, quod ex ladano fit: & cum ulcus sub eo exesum est, id quo cicatrix inducitur.

Ac pericula quidem uulnerum.) 6. Aphor. 45. Vlcera, inquit Hippocrates, quæcunq; annua fiunt, aut diutiore tempore durant, necesse est os abscedere, & in ijs cicatrices cauas fieri.

Curatio Erysipelatum.

Id autem quod erysipelas uocari dixi, nō solum uulneri superuenire, sed sine hoc quoq; oriri consueuit: atq; interdum periculum maius affert, utiq; si circa ceruices aut caput constitit. Oportet, si uires patiuntur, sanguinem mittere, deinde imponere simul

C reprimentia & refrigerantia, maximeq; cerussam solani succo, aut cimoliam cretā aqua pluuiali exceptam, aut ex eadem aqua subactam farinā cupresso adiecta: aut si tenerius corpus est, lenticulā. Quicquid impositū est, betæ folio contegendum est, & super linteolum frigida aqua madens imponendū. Si per se refrigerantia parū proderūt, miscenda erūt hoc modo: sulphuris P. i. * cerussę & croci, singulorum P. xx. * eaq; cum uino conterenda sunt, & id his illinendum: aut si durior locus est, solani folia contrita, suillæ adipi miscēda sunt, & illita linteolo superinijcienda. At si nigrities est, neq;dū serpit, imponenda sunt quę carnē putrē lenius exedāt, repurga-

repurgatumq́ ulcus sic ut cætera nutriendum est. Si magis putre A est, iamq́ procedit ac serpit; opus est uehementius erodentibus. Si ne hæc quidem euincunt, aduri locus debet, donec ex eo nullus humor feratur: nam quod sanũ est, siccum est cum aduritur, post ustionem putris ulceris superponenda sunt quæ crustas à uiuo resoluant, eas ἐσχάρας Græci uocant. Vbi exciderũt, purgandũ ulcus maximè melle & resina est: sed alijs quoq; purgari potest, quibus purulenta curantur, eodemq́ modo ad sanitatẽ perducendũ est.

Si magis putre est, iamq́; procedit ac serpit.) Malum istud esse, testis est Hippocrates libro septimo, Aphoris. 20.

Eas ἐσχάρας Græci uocant.) Suidas, ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι λυχνοῦχον καὶ ἀμμώνιον, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱδρυμένην, ἢ κοίλην. παρ' ὃ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν σώματι κοῖλα ἕλκη ἐσχάρας καλεῖν.

Curatio Gangrænæ.

Gangrænam uerò, si nondum planè tenet, sed adhuc incipit, curare non difficilimũ est, utiq; in corpore iuuenili, & magis etiam B si musculi integri sunt, si nerui uel læsi non sunt, uel leuiter affecti sunt, neq; ullus magnus articulus nudatus est, aut carnis in eo loco paulum est: ideoq; non multum, quod putresceret, fuit: consistitq́ eo loco uitium, quod maximè fieri in digito potest. In eiusmodi casu primùm est, si uires patiuntur, sanguinem mittere. Deinde quicquid aridum est, & intentione quadam proximũ quoq; locum malè habet, usq; ad sanũ corpus concidere. Medicamenta uerò, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quæ pus mouere consueuerunt, ideóque ne aqua quidem calida. Grauia quoque, quamuis reprimẽtia, aliena sunt: sed his quàm leuissimis opus est: superq́ ea quæ inflammata sunt, utendum est refrigerantibus. Si nihilo magis malum constitit, uri id, quod est inter integrum ac uitiatum locum, debet. Præcipueq́ in hoc casu petendum, non à medicamentis solum, sed etiam à uictus ratione præsidiũ est. Neque enim id malum, nisi corrupti uitiosiq́ corporis est. Ergo primo, nisi imbecillitas prohibet, abstinentia utendum. Deinde danda quæ per cibum potionemq́ aluũ, ideóque etiam corpus astrin C gant, sed ea leuia. Postea si uitium constitit, imponi super uulnus eadem debent, quę in putri ulcere præscripta sunt. Ac tum quoq; plenioribus cibis uti licebit ex media materia, sic tamen non nisi aluum, corpusq́ siccantibus: aqua uerò pluuiali frigida. balneum, nisi iam certa fiducia redditæ sanitatis est, alienum est: siquidem emollitum in eo uulnus, citò rursus eodem malo afficitur. Solent uerò nonnunquam nihil omnia auxilia proficere, ac nihilominus serpere his cancer. Inter quæ miserum, sed unicum auxilium est, ut cætera pars corporis tuta sit, membrum quod paulatim emoritur, abscindere. Hæc grauissimorũ uulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidẽ negligenda, ubi integra cute interior pars collisa est,

A aut ubi derasum, attritum'ue aliquid est, aut ubi surculus corpori infixus est, aut ubi tenue, sed altũ uulnus insedit. In primo casu cõmodissimũ est malicoriũ ex uino coquere, interioréq; eius partẽ conterere, & cerato miscere ex rosa facto, idq; supponere: deinde ubi cutis ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, quale λιπαρὰ est. Deraso uerò, detritóq; imponendũ est emplastrũ tetrapharmacũ, minuẽdusq; cibus, & uinũ subtrahendũ. Neq; id, quia non habebit altiores ictus, cõtemnendum erit. siquidem ex eiusmodi casibus sæpè cancri fiunt. Quòd si leuius id erit, & in parte exigua, cõtenti esse poterimus eodem leni medicamento. Surculum uerò (si fieri potest) oportet uel manu, uel etiam ferramento eijcere. Si uel præfractus est, uel altius descendit, quàm ut ita fieri possit, medicamento euocandus est. Optimè autem educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita: si iam durior, antè in mulso decocta. Cui semper mel adijciendum est, aut aristolochia cum eodẽ melle. Pessima ex surculis arundo est, quia
B aspera est. Eadem'q; offensa, etiam in filice est. Sed usu cognitum est, utrancp aduersus alteram medicamentum esse, si contrita superimposita est. Facit autem idem in omnibus surculis, quodcunque medicamentum extrahendi uim habet. Idem altis tenuibusq; uulneribus aptissimum est. Priori rei Philocratis, huic Hecatæi emplastrum maximè conuenit.

Quomodo cicatrix uulneri inducenda, purgandaq; sit.

Vbi uerò in quolibet uulnere uentum ad inducendum cicatricem est, quod per purgatis iam repletisq; ulceribus necessarium est, primùm ex aqua frigida linamentum, dum caro alitur: deinde cum iam continenda est, siccum imponendum est, donec cicatrix inducatur. Tum deligari super album plumbum oportet, quo & reprimitur cicatrix, & colorem maximè sano corpori similem accipit. Idem radix syluestris cucumeris præstat. Idem compositio, quæ habet elaterij P.i.*. spumæ argenti P.ij.*. unguenti pondo iiij.*. Quæ excipiuntur resina terebinthina, donec emplastri crassitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoq; cicatrices leniter purgãt
C paribus portionibus mista, ærugo, plumbum elotum, eademq; rosa cocta, siue ungitur cicatrix, quod in facie fieri potest: siue id ut emplastrum imponitur, quod in alijs partibus cõmodius est. At si uel excreuit cicatrix, uel concaua est, stultũ est decoris causa rursus & dolorem, & medicinã sustinere. Alioqui res utriq; succurri patitur. siquidem utraque cicatrix exulcerari scalpello potest. Si medicamentum aliquis mauult, idem efficiunt compositiones hæ quæ corpus exedunt. Cute exulcerata, super eminentem carnem exedentia medicamenta conijcienda sunt, super cõcauam implentia, donec utrunque ulcus sanæ cuti æquetur, & tum cicatrix inducatur.

De uulneribus quæ per morsus inferuntur, eorumq́; curationibus. Caput XXVII. A

DIxi de his uulneribus, quæ maximè per tela inferũtur. Sequitur, ut de his dicam, quæ morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiæ, sæpè canis, nonnunquam ferorum animalium, aut serpentium. Omnis autem feræ morsus habet quoddam uirus. Itaque si uehemens uulnus est, cucurbitula admouenda est: si leuius, protinus emplastrum inijciendum, præcipuéq; Diogesi. Si id non est, quodlibet ex his, quæ aduersus morsus proposui. Si ea non sunt, uiride Alexandrinum: si ne id quidem est, quodlibet non pingue ex his quæ recentibus uulneribus accommodantur. Sal quoq; his, præcipuéq; ei quod canis fecit, medicamentũ est, si manus uulneri imponitur, superq́; id duobus digitis uerberatur. Exaniat enim, ac salsamentũ quoq; rectè super id uulnus deligaẽ.

Curatio aduersus rabiosi canis morsum.

Vtique autem si rabiosus canis fuit, cucurbitula uirus eius extrahendum est. Deinde si locus neq; neruosus, neque musculosus est, uulnus id adurendum est. Si uri non potest, sanguinem homi- B nimitti non alienum est. Tum usto quidem uulneri superimponenda, quæ cæteris ustis sunt. Ei uerò quod expertum ignẽ non est, ea medicamenta, quæ uehementer exedunt. Post quæ nullo nouo magisterio, sed iam suprapositio, ulcus erit implendum, & ad sanitatem perducendũ. Quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittũt, ibiq; patiuntur desudare, dum uires corporis sinunt, ulcere adaperto, quo magis ex eo quoq; uirus distillet. deinde multo, meracoq; uino excipiunt: quod omnibus uenenis contrarium est. Idq; cum ita per triduum factum est, tutus esse homo à periculo uidetur. Solet autem ex eo uulnere, ubi parum occursum est, aquæ timor nasci, ὑδροφοβίαν Græci appellant. Miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciatur. Quo oppressis in angusto spes est. Sed unicũ tamen remediũ est, nec opinantem in piscinã nõ antè ei prouisam proijcere. Et si natandi scientiam non habet, modò mersum bibere pati, modò attollere: si habet, interdum deprimere, ut inuitus quoque aqua satietur. Sic enim simul & sitis, & aquæ metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida uexatum, neruorum distentio absumat. Id ne incidat, à piscina protinus in oleum calidum demittendus est. Antidotum autem, præcipue id quod primo loco posui: ubi id non est, aliud, si nondum æger aquam horret, potui ex aqua dandum est: & si amaritudine offenditur, mel adijciendũ est. Etsi iam is morbus occupauit, per catapotia consumi potest. C

Curationes communes, aduersus omnes morsus serpentium.

Serpentium quoq; morsus non nimiũ distantem curationem deside-

A desiderant, quamuis in ea multum antiqui uariarunt, ut in singula genera anguium singula medendi genera præciperent, atq; alijs alia. Sed in omnibus eadem maximè proficiunt. Igitur in primis super uulnus id membrum deligandum est, non tamen nimium uehementer, ne torpeat. Dein uenenum extrahendum est. Id cucurbitula optimè facit. Neq; alienū est, antè scalpello circa uulnus incidere, quo plus uitiati iam sanguinis extrahatur. Si cucurbitula nō est, quod tamen uix incidere potest: tum quodlibet simile uas, quod idem possit: si ne id quidem est, homo adhibendus est, qui uulnus exugat. Neq; hercules scientiam præcipuā habent hi qui Psylli nominantur, sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam uenenum serpentis, ut quædam etiā uenatoria uenena, quibus Galli præcipuè utuntur, non gustu, sed in uulnere nocent. Ideoq; colubra ipsa tutò estur, ictus eius occidit, etsi stupente ea (q̄d per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitū quis indidit, neq; percussus est, nulla in ea saliua noxa est. Ergo quisquis exemplū Psylli secutus, id uulnus exuxerit, & ipse tutus erit, & tutū hominem præstabit. B Illud ne intereat, antè debebit attendere, ne q̄d in gingiuis, palatóue, aliáue parte oris ulcus habeat. Post hæc is homo loco calido collocandus est, sic ut id quod percussum erit, in inferiorem partem inclinetur. Si neq; qui exugat, neque cucurbitula est, sorbere oportet ius anserinum, uel ouillum, uel uitulinum, & uomere. Viuum autem gallinaceū pullum per medium diuidere, & protinus calidum super uulnus imponere, sic ut pars interior corpori iungantur. Facit id etiā hœdus, agnus'ue discissus, & calida eius caro statim super uulnus imposita. Emplastra quoq;, quæ suprà comprehensa sunt. Aptissimum'q; est, uel Ephesium, uel id quod ei subiectum est. Præsens'q; in aliquo antidoto præsidium est: si id non est, necessarium est exorbere portionem meri uini cum pipere, uel quidlibet aliud, quo calor mouēdus est, ne humorem intus coire patiatur. Nam maxima pars uenenorū C frigore interimit. Omnia etiam urinam mouentia, quia materiam extenuant, utilia sunt.

Speciales curationes aduersus ictus serpentium, & primò aduersus ictum aspidis.

Hæc aduersus omnes ictus cōmunia sunt. Vsus tamen ipse docuit, eum quem aspis percussit, acetū potius bibere debere. Quod demonstrasse dicitur casus cuiusdam pueri, qui cum ab hac ictus esset, & partim ob ipsum uulnus, partim ob immodicos æstus siti premeretur, ac locis siccis alium humorem non reperiret, acetum quod fortè secum habebat, ebibit, & liberatus est. Credo quoniā id, quamuis refrigerandi uim habet, tamen habet etiam dissipandi. Quo fit, ut terra respersa eo, spumet. Eadem ergo ui uerisimile est, spissescentem quoq; intus humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem.

Aduersus ictum scorpionis.

In quibusdam etiam alijs serpentibus, certa quædam auxilia sa- A
tis nota sunt. Nam scorpio sibi ipse pulcherrimum medicamentũ est. Quidam contritum cum uino bibunt, quidam eodem modo contritum super uulnus imponũt: quidam super prunam co imposito, uulnus suffumigant, undiq; ueste circundata, ne is fumus dilabatur, tum carbonem eius super uulnus deligant. Bibere autem oportet herbæ solaris, quam ἡλιοτρόπιον Græci uocant, semen, uel certè folia ex uino. Super uulnus uerò etiam furfures ex aceto, uel ruta syluatica rectè imponitur, uel cum melle sal tostus. Cognoui tamen medicos, qui ab scorpione ictis, nihil aliud quàm ex brachio sanguinem miserunt.

Aduersus aranei & scorpionis ictum.

Et ad scorpionis autem, & ad aranei ictum, alliũ cum ruta rectè miscetur, ex oleoq; contritum superimponitur.

Aduersus cerastis, & dipsadis, & hæmorrhoidis ictum.

At si cerastes, aut dipsas, aut hæmorrhois percussit, asphodeli, B
quod Aegyptiæ fabæ magnitudinem æquet, arefactum, in duas potiones diuidendum est, sic ut ei rutæ paulum adijciatur. Trifolium quoque, & mentastrum, & cum aceto panaces æquè proficiunt. Costumq; & casia, & cinamomum rectè per potionem assumuntur.

Aduersus chersydri ictum, & cerastis.

Aduersus chersydri uerò ictum, panaces, aut laser, quod sit scrupulorum P. ij.*. uel porri succus cum hemina uini sumendus est, & edenda multa satureia. Imponendum autem super uulnus stercus caprinum ex aceto coctum, aut ex eodem ordeacea farina, aut ruta, uel nepeta, cum sale cõtrita, melle adiecto. Quod in eo quoque uulnere, quod cerastes fecit, æquè ualet.

Aduersus phalangij ictum.

Vbi uerò phalangium nocuit, præter eam curationem quę ma C
nu redditur, sæpè homo demittendus in solium est, dandusq; ei myrrhæ & uuę taminiæ par modus, ex passi hemina, uel radiculæ semen, aut lolij radix ex uino, & super uulnus furfures ex aceto cocta, imperandumq; ut is conquiescat.

Aduersus ictus Italorum anguium, qui minus terribiles peregrinis sunt.

Verùm hæc genera serpentium & peregrina, & aliquanto magis pestifera sunt, maximéq; æstuosis locis gignuntur. Italia, frigidioresq; regiones hac quoq; parte salubritatem habent, q; minus terribiles angues edũt. Aduersus quos satis proficit herba betonica, uel cãtabrica, uel centaurion, uel agrimonia, uel trixago, uel personatia, uel marinæ pastinacæ, singulæ binæ ue tritę, & cũ uino po

tui

A tui datæ, & super uulnus impositæ. Illud ignorari non oportet, omnis serpentis ictũ & ieiuni, & ieiuno magis nocere. Ideoq; perniciosissimi sunt, cum incubant. Vtilissimũq; est, ubi ex anguibus metus est, non antè progredi, quàm quis aliquid assumpsit.

Vel personatia, uel marinæ pastinacæ.) Hoc est, agriæ, seu syluestris atq; erraticæ. Vti & lactucã marinam, lib. 2. cap. 12. dixit: non in mari aut locis maritimis ortam, sed agrestem, & sine cultura genitam. Piscis siquidem pastinaca, res est cum primis uenenata. At pastinaca stirps syluestris in potione contra uenenatorũ animalium ictum apprimè ualet: id quod etiã Dioscorides lib. 3. ubi de Staphylino syluestri agit, docet.

Remedium generale aduersus omnia uenena, uel in cibo, uel in potione assumpta.

Non tam facile his opitulari est, qui uenenum uel in cibo, uel in potione sumpserunt. Primùm, quia non protinus sentiunt, ut ab angue icti, ita ne succurrere quidem statim sibi possunt. Deinde, quia noxa non à cute, sed ab interioribus partibus incipit. Cõmodissimum est tamen, ubi primùm sensit aliquis, protinus oleo

B multo epoto uomere. Deinde, ubi præcordia exhausit, bibere antidotum: si id non est, uel merum uinum.

Specialia remedia aduersus quædam uenena, & primò aduersus cantharidas.

Sunt tamen quædã remedia propria aduersus quædã uenena, maximéq; leuiora. Nam si cantharidas aliquis ebibit, panaces cum lacte contusa, uel galbano, uino adiecto dari, uel lac per se debet.

Aduersus cicutam.

Si cicutam, uinum merum calidum cum ruta quàm plurimum ingerendum est, deinde is uomere cogendus. Posteáq; laser ex uino dandum. Isq; si febre uacat, in calidum balneum mittendus. Si non uacat, ungendus ex calefacientibus est. Postq; quies ei necessaria est.

Aduersus hyoscyamum.

Si hyoscyamum, feruens mulsum bibendum est, aut quodlibet lac, maximè tamen asininum.

Aduersus cerussam.

C Si cerussam, ius maluæ, uel ius glandis ex uino contritæ, maximè prosunt.

Aduersus sanguisugam si epota est, & lac quod intus coijt.

Si sanguisuga epota est, acetum cum sale bibendum est. Si lac intus coijt, aut passum, aut coagulum, aut cum aceto laser.

Aduersus fungos inutiles.

Si fungos inutiles quis assumpserit, radicula aut epota, aut cum sale & aceto edenda est. Ipsi uerò hi & specie quidẽ discerni possunt ab utilibus, & copturæ genere idonei fieri. Nam siue ex oleo inferbuerũt, siue piri surculus cũ his inferbuit, omni noxa uacant.

De adustis corporis locis, & quomodo curari debeant.

Adustis quoq; locis extrinsecus uis infertur. itaq; sequi uidetur, ut de his dicam. Hæc autem optimè curãtur folijs aut lilij, aut lin-

guæ caninæ, aut betæ in uetere uino oleóq; decoctis. Quorum A
quodlibet protinus impositũ, ad sanitatẽ perducit: sed diuidi quo
que curatio potest in ea quę mediocriter exedentia, reprimẽtiáq;,
primò & pustulas prohibeant, & summã pelliculam exasperent.
Deinde ea, quę lenia ad sanitatem perducãt. Ex prioribus est lenticulæ cum melle farina, uel myrha, uel uino, creta cimolia cũ thuris cortice contrita, & aqua cocta, atque ubi usus necessitas incidit, aceto diluta. Ex insequentibus quælibet lipara: sed idonea maximè est, quę uel plumbi recrementum, uel uitellos habet. Est etiã illa adustorum curatio, dum inflãmatio est, impositã habere cum melle lenticulam. Vbi ea declinauit, farina cum ruta, uel porro, uel marrubio, donec crustæ cadant. Tum eruũ cum melle, aut irim, aut resinam terebinthinã, donec ulcus purum fit. Nouissimè siccum linamentum.

DE INTERIORIBVS VLCERIBVS, QVAE ALIqua corporum parte corrupta, nascuntur. Cap. XXVIII. B

De carbunculo, & eius curatione.

AB his quæ extrinsecus incidunt, ad ea ueniendum est, quæ interius corrupta aliqua corporũ parte nascuntur. Ex quibus non aliud carbũculo peius. Eius hæ notæ sunt: Rubor est, superq; eum non nimium pustulæ eminẽt, maximè nigræ, interdum sublividę, aut pallidæ. In his sanies esse uidetur, infrà color niger est: Ipsum corpus aridum, & durius quàm naturaliter oportet. Circa quem quasi crusta est, eáq; inflãmatione cingitur, neq; in eo loco leuari cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est. Somnus urget, nonnunq; horror aut febris oritur, aut utrunq;. Idq; uitium subtractis quasi quibusdam radicibus serpit, interdum celerius, interdum tardius, suprà quoq; procedẽs inalbescit, dein liuidum fit, circumq; exiguæ pustulę oriuntur. Et si circa stomachum fauces'ue incidit, subito spiritum sæpè elidit. Nihil melius est, quàm protinus adurere. Neque id graue est. Nam non sentit, quoniam C
ea caro mortua est. Finisq; adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est. Tum deinde uulnus, sicut cętera adusta, curãdum est. Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crusta undiq; à uiua carne diducta, quę trahit secum quicquid corruptum erat, purusq; iam sinus curari potest implentibus. At si in summa cute uitium est, possunt succurrere quædam uel exedentia tantum, uel etiam adurentia. Vis pro magnitudine adhibenda est. Quodcunque uerò medicamentum positum est, si satis proficiet, protinus à uiua corruptam partem resoluit. Certa'que esse fiducia potest, ferè ut undique uitiosa caro excedat, qua huiusce rei medicamen exest. Si id non fit, medicamentumq; malo uincitur, utiq; ad ustionem properandum est: sed in eiusmodi casu abstinendum à cibo,

A cibo, à uino eſt. Aquam liberaliter bibere expedit. Magisq; ea ſeruanda ſunt, ſi febricula quoque acceſsit.

De carcinomate, & eius curatione.

Non idem periculum καρκίνωμα affert, niſi imprudentia curantis agitatum eſt. id uitiũ fit maximè in ſuperiorbus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum. Et in iecore, aut ſplene hoc naſcitur. Circa locum aliqua quaſi puncta ſentiuntur, isq; immobilis, inæqualis tumet, interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ uenæ quaſi recuruãtur, hæq; pallent, aut liuent, nonnunquam etiam in quibuſdam deliteſcunt. Tactusq; is locus, alijs dolorem affert, in alijs eum non habet. Et nonnunquam ſine ulcere durior aut mollior eſt, quàm eſſe naturaliter debet, nonnunquam ijſdem omnibus ulcus accedit. Interdum que nullam habet proprietatem, interdum ſimile his eſt quæ uocant Græci κονδυλώματα, aſpredine quadam & magnitudine ſua. Color que eius ruber eſt, aut lenticulæ ſimilis, neque tutò fertur. Nam pro-
B tinus aut reſolutio neruorum, aut diſtentio inſequitur. Sæpè homo ictus obmuteſcit, atque eius anima deficit. Quibuſdam etiam ſi idipſum preſſum eſt, quæ circà ſunt, intenduntur & intumeſcunt. Nanque peſsimum id genus eſt: ferèq; primum id fit, quod κακοῆθες à Græcis nominatur. Deinde ex eo id καρκίνωμα, quod ſine ulcere eſt, deinde ulcus ex eo thymium. Tolli nihil niſi κακοῆθες poteſt, reliqua curationibus irritantur. Et quo maior uis adhibita eſt, eo magis quidam uſi ſunt medicamentis adurentibus. quidam ferro aduſſerunt, quidam ſcalpello exciderunt. Neque ulli unquam medicina proficit. Sed aduſta protinus concitata ſunt, & increuerunt, donec occiderent. Exciſa etiam poſt inductã cicatricem, tamen reuerterunt, & cauſam mortis attulerunt. Cum interim plerique nullam uim adhibendo, qua tollere id malum tentent, ſed imponendo tantum lenia medicamenta, quæ quaſi blandiantur, quo minus ad ultimam ſenectutem perueniant, nõ prohibentur. Diſcernere autem cacoethes, quod curationem recipit, à carcinomate, quod non recipit,
C nemo ſcire poteſt, niſi tempore & experimento. Ergo ubi primùm id uitium notatum eſt, imponi debent medicamenta adurentia. Si leuatur malum, minuunturq; eius indicia, procedere cũ ratio poteſt, & ad ſcalpellum, & ad uſtionem. Si protinus irritatum eſt, ſcire licet iam carcinoma eſſe: remouendáque ſunt omnia acria, omnia uehementia. Sed ſi ſine ulcere is locus durus eſt, imponi ficum quàm pinguiſsimam, aut rhypodes emplaſtrum, ſatis eſt. Si ulcus æquale eſt, cæratum ex roſa inijciendum eſt, adijciendus que ei puluis ex contrita teſta, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum ſolitus eſt. Sed ſi id nimium ſupercreuit, tentanda ſquama æris eſt, quæ leniſsima ex adurentibus

eſt, ea-

est, eatenus ne quid eminere patiatur, sed ita, si nihil exacerbauit. A
Si minus, eodem cærato contenti esse debebimus.

Non idem periculum carcinoma adfert.) Separat, ut apparet, ac distinguit Celsus *καρκίνον*, hoc est cancrum, à carcinomate, eo nomine, ut exsistat hoc corrupta intus aliqua particula: cancer autem ab ijs oriatur atque serpat, quæ foris & exterius accidunt. Verùm Græci plerique nullum in his discrimen agnoscunt.

De Theriomate, & eius curatione.

Est etiã ulcus, quod θηρίωμα Græci uocãt. Id & per se nascit, & interdum ulceri ex alia causa facto superuenit. Color est uel liuidus, uel niger: odor fœdus, multus, & mucco similis humor. Idipsum ulcus neque tactũ, neque medicamentũ sentit, prurigine tantum mouetur. At circa dolor est, & inflammatio. Interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex ulcere sanguis erumpit. Ad id quoque malum serpit. Quæ omnia sæpè intenduntur: fitque ex his ulcus, B
quod herpeta ἐσθιόμενον Græci uocant, quia celeriter serpendo, penetrandoque usque ossa corpus uorat. Id ulcus inæquale est, cœno simile, inestque multus humor glutinosus, odor intolerabilis, maiorque quàm pro modo ulceris inflammatio. Vtrunque, sicut omnis cancer, fit maximè in senibus, uel his quorum corpora mali habitus sunt. Curatio utriusque eadem est, sed in maiore malo magis necessaria. Ac primùm à uictus ratione ordinandus est, ut quiescat in lectulo, ut primis diebus à cibo abstineat, aquam quamplurimam assumat. Aluus quoque ei ducatur. Dein post inflammationem cibum boni succi capiat, uitatis omnibus acribus, potionis quantum uolet, sic, ut interdiu quidem aqua contentus sit. In cœna etiam uini austeri aliquid bibat. Non æquè tamen fame in his quos herpes urgebit, atque in his qui therioma adhuc habebũt, utendum erit. Et uictus quidem talis necessarius est. Super ulcus uerò inspergenda est arida aloe, œnanthe, etsi parum proficiet, chalcitis. Ac si quis neruus exesa carne nudatus est, contegendus antè linteolo est, ne sub eo medicamento aduratur. Si ualidioribus etiamnum remedijs opus est, ad eas compositiones ueniendum est, quæ uehementius adurunt. Quicquid autem inspergitur, auerso specillo infundi debet. Superdãda cum melle sunt uel linamenta, uel oleæ folia ex uino decocta, uel marrubium: eáque linteolo contegenda in aqua frigida madefacto, dein bene expresso. Circáque, qua tumor ex inflammatione est, imponenda, quæ reprimant cataplasmata. Si sub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet, diligenter neruis, si qui adparent, antè contectis. Adustũ uel medicamentis, uel ferro corpus primùm purgandum, deinde implendum esse, apparere cuilibet ex prioribus potest. C

Quicquid autem inspergitur, auerso specillo infundi debet.) Specillum auersum *ἀντισπαθίσκον μήλης* Græci appellant sunt qui Latinè specilli concauum uertant.

De sacro

De sacro igne, & eius curatione.

A Sacer quoq; ignis, malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt: Alterum est subrubicundũ, aut mistum rubore atque pallore, exasperatũq; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est, sed plurimæ perexiguæ. In his semper ferè pus, & sæpe rubor cum calore est, serpitq; id nonnunquam sanescẽte eo, quod primùm uitiatum est: nonnunquam etiam exulcerato, ubi ruptis pustulis ulcus continuatur, humorq; exit, qui esse inter saniem & pus uideri potest. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminẽtibus partibus, præcipueq; in plantis. Alterum autem est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine latum, subliuidum, inæqualiter tamen, mediumq; sanescit, extremis procedentibus: ac sæpe id quod iam sanum uidebatur, iterum exulceratur. At circa proxima cutis quæ uitium receptura est, tumidior et durior est, coloremq; habet ex rubro subnigrum. Atq; hoc quoq; malo ferè corpora seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in cruribus
B maximè. Omnis autem sacer ignis, ut minimum periculum habet ex his quæ serpunt, sic propè difficilimè tollitur. Medicamentum eius fortuitum est, uno die febris, quæ humorem noxiũ absumat. Cuius quo crassius & albidius est, eo periculi minus est. Prodest etiã infra os ulcerũ lædi, quo plus puris exeat, & id quod ibi corruptum corpus est, extrahat: sed tamẽ si febricula accessit, abstinentia, lectulo, alui ductione opus est. In omni uerò sacro igni neq; lenibus & glutinosis cibis, neq; salsis & acribus utendum est, sed his quæ inter utrunq; sunt: qualis est panis sine fermento, piscis, hœdus, aues, exceptoq; apro omnis ferè uenatio. Si non est febricula, & gestatio utilis est, & ambulatio, & uinum austerum, & balneũ. Atq; in hoc quoq; genere potio magis liberalis esse, quàm cibus debet. Ipsa autem ulcera si mediocriter serpunt, aqua calida: si uehementius, uino calido fouenda sunt. Deinde acu pustulæ, quæcũque sunt, aperiendæ. Tum imponenda ea, quæ putrem carnẽ exedant. Vbi inflammatio sublata, ulcusq; purgatũ est, imponi lene medicamentũ debet. In altero autem genere possunt proficere ma
C la cotonea in uino cocta, atq; contrita. Potest emplastrum uel hieræ, uel tetrapharmacum, cui quinta pars thuris adiecta sit. Potest nigra hedera ex uino austero cocta. Ac si celeriter malũ serpit, non aliud magis proficit. Purgato ulcere, quod in summa cute esse pro posui, satis ad sanitatem eadem lenia medicamenta proficient.

Sacer quoq; ignis, malis ulceribus.) Biliosas inflammationes eas quas Græci herpetas nominant, Celsus sub ignis sacri nomine complexus uidetur. Fecit tamen ἐσθιομένης superiore capite mentionem explicatam. Vtcunq; itaq; sit, prior illa forma herpeti miliari, siue cenchriæ, hæc posterior exedenti seu depascenti non ineptè congruit.

Alterum autem est in summæ cutis exulceratione.) Hoc sacri ignis secundum genus, quod nos herpetem exedentem esse suspicamur, hoc tantummodo differt ab erysipelate ulceroso, quòd sit tenuior bilis quæ herpetem, quàm quæ ulceratum erysipelas generat: tum etiam quod herpes solum cutem apprehendit, exulceratq;. Erysipelas cùm cute aliquid subiectæ carnis afficit.

De chironio ulcere, & eius curatione.

Chironiũ autẽ ulcus adpellatur, quod & magnũ est, & habet oras duas, callosas, tumẽtes. Exit sanies nõ multa, sed tenuis. Odor malus neq; in ulcere, neq; in eius tumore est. Nulla inflãmatio, dolor modicus est, nihil serpit, ideoq; nullũ periculũ adfert, sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusq; renouatur. Fit maximè in pedibus & cruribus. Super id imponi debet, quod & lene aliquid, & uehemens, & reprimens habeat, quale eius rei causa fit ex his: squamæ æris, plumbi eloti combusti, singulorum P. iiij. *. Cadmiæ, ceræ, singulorũ P. viij. *. rosæ quantum satis est, ad ceram simul cum eis molliendam.

De ulceribus quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur, & eorum curationibus.

Fiũt etiam ex frigore hyberno ulcera, maximè in pueris, & præcipuè pedibus, digitisq; eorum, nonnunquam etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri est. Interdum pustulæ oriũtur, deinde exulceratio. Dolor autẽ modicus. Prurigo maior est, nonnunquam humor exit, sed non multus, qui referre uel pus, uel saniem uidetur. In primis multa calida aqua fouendum est, in qua rapa decocta: aut si ea non sunt, aliquæ uerbenæ ex reprimẽtibus. Si nondum adapertum ulcus, æs quàm maximè calidum quis pati potest, admouendum est. Si iam exulceratio est, imponi debet alumen, æqua portione cum thure contritum, cum uino adiecto: aut malicorium in aqua coctum, deinde contritum. Si summa detracta pellicula est, hic quoq; melius lenia medicamenta proficiunt.

Fiunt autem ex frigore hyberno ulcera.) Hoc genus ulceris Græcè χίμετλον dicitur: id quod est, Hesychio teste, τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἕλκος ὑπὸ ψύχους. Latini pernionẽ uocant.

De struma, & eius curatione.

Struma quoq; est tumor, in quo subter concreta quædã ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur. Quę uel præcipuè fatigare medicos solent, quoniam & febres mouent, nec unquam facile maturescunt, et siue ferro, siue medicamentis curantur. Plerunq; iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt, multoq; post medicamento est opus. Quibus id quoq; accedit, quod longo spacio detinent. Nascuntur maximè in ceruice, sed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus. In mammis quoq; fœminarum se reperisse, chirurgicus Meges author est. Propter hæc & album ueratrum rectè datur, atq; etiam sæpius, donec ea digerantur. Et medicamenta imponuntur

A nuntur, quæ humorem uel educant, uel dissipent, quorum suprà mentio facta est. Adurentibus quoque quidam utuntur, quæ exedunt, crustáque eum locum astringunt: tūc uerò, ut ulcus cōterant. Quæcunque autem ratio curandi est, corpus puro ulcere exercendum, atque alendum est, donec ad cicatricem perueniat. Quæ cum medici doceant, quorundam rusticorum experimento cognitum: quem struma malè habet, eum, si anguem edit, liberari.

De furunculo, & eius curatione.

Furunculus uerò est tuberculum acutum, cum inflammatione, & dolore, maximéque ubi iam pus uertitur. Qui ubi adapertus est, & exit, super adparet pars carnis in pus uersa, pars corrupta subalbida, subrubra, quem uentriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiam si nulla curatio adhibeat. Maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quæ maturius liberet. Proprium eius medicamentū galbanum est. Sed alia quoque suprà comprehensa sunt. Si cætera desunt, imponi debet primùm non pingue emplastrum, ut id re-

B primat: deinde si non represit, quodlibet puri mouendo accōmodatum. Si ne id quidem est, uel resina, uel fermentum. Expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est.

Furunculus uerò est tuberculum.) Græcorum dothienes, Celsus furunculos appellat.

De Phymate, & eius curatione.

Phyma uerò nominatur tuberculum furunculo simile, sed rotundius & planius, sæpe etiam maius. Nam furunculus oui dimidij magnitudinem rarò explet, nunquam excedit. Phyma etiam latius patêre consueuit, sed inflāmatio dolórque sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodem modo adparet uentriculus, quod in furunculo non inuenitur: uerùm omnis corrupta caro in pus uertitur. Id aūt in pueris & sæpius nascitur, & facilius tollit: in iuuenibus rarius oritur, & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit, ne nascit quidē. quib. uerò medicamētis discuterēt, suprà positū est.

De Phygethlo, & eius curatione.

Phygethlō autem est tumor, non altus, sed latus, in quo quiddā

C pustulæ simile est. Dolor distentióque uehemēs est, & maior quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula, idque tardè maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in uertice, aut in alis, aut in inguinibus. Panem, ad similitudinem figuræ nostri uocant. Atque idipsum quo medicamento tolleretur, suprà demōstraui. Sed cum omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint, generale nomen trahit latius uitium, ad suppurationem spectans. Idque ferè fit aut post febres, aut post dolores partis alicuius, maximéque eos qui uentrē infestarūt. Sæpiúsque oculis expositū est, siquidē latius aliquid intumescit ad similitudinē eius quod phyma uocari proposui, rubétque cū calore, & paulo pòst etiā cūduritia, ma-

gisq́ in no cęter indolescit, et sitim uigiliásq; exprimit. Interdũ tamẽ A
nihil horũ in cute deprehendi potest, maximeq́; ubi altius pus mo
uetur. Sed cum siti uigiliáq; sentiuntur intus aliquæ punctiones,
& quod de subito durius nõ est, melius est. et quamuis non rubet,
coloris tamen aliter mutati est. Quæ signa iam pure oriente nascũ
tur. Tumor ruborq́; multo antè incipiunt. Sed si locus mollis est,
auertendus, is materiæ aditus est per cataplasmata, quæ simul &
reprimunt, & refrigerant: qualia & aliàs & paulo ante in Erysipe
late proposui. Si iam durior est, ad ea ueniendum est, quæ dige-
rant, & resoluant: qualis est ficus arida, contusa: aut fex mista
cum cærato, quod ex adipe suilla coactum sit: aut cucumeris ra-
dix, cui ex farina duæ partes adiectæ sint, antè ex mulso decoctę.
Licet etiam miscere ęquis portionibus ammoniacum, galbanum,
propolim, uiscum, pondus'que adijcere myrrhæ dimidio minus,
quàm in prioribus singulis erit. Atq; emplastra quoque & mala-
gmata idem efficiunt, quæ suprà explicui. Quod per hæc discus-
sum nõ est, necesse est maturescat. Idq; quo celerius fiat, imponen
da est farina ordeacea, ex qua cocta rectè miscetur. Eadem au-
tem hæc in minoribus quoq; abscessibus, quorum nomina pro-
prietates'que supra reddidi, rectè fiunt. Eademq́; omnium cura- B
tio tantummodo distat. Crudum est autem, in quo magis quasi
uenarum motus est, & grauitas, & ardor, & distentio, & dolor,
& rubor, & durities. Etsi maior abscessus est, horror aut etiam fe-
bricula permanet, penitúsq; condita suppuratio. Si pro his quæ
alibi cutis ostendit, punctiones sunt, ubi ista se remiserunt, iáq; cu
tis prurit, & aut subliuidus aut subalbidus est, matura suppuratio
est, eáq; ubi uel per ipsa medicamẽta, uel etiã ferro aperta est, pus
debet emitti. Tũ si qua in alis, uel inguinib. sunt, sine linamento nu
trienda sunt. In cæteris quoq; partibus, si una plaga exigua est, si
mediocris suppuratio fuit, si non altè penetrauit, si febris non est,
si ualet corpus, æquè linamenta superuacua sunt. In reliquis, par
cè tamen, nec nisi plaga est, imponi debent. Commodè uerò mel
super linamenta, uel sine his imponitur lenticula ex melle, aut ma
licorium ex uino coctum. Quæ & per se, & mista, idonea sunt. Si
qua circa duriora sunt, ad ea mollienda, uel malua contrita, uel C
fœnigræci, lini'ue semen ex passo coctum, superdandum est.
Quicquid deinde impositum est, non astringi, sed modicè deli-
gari debet. Illo neminem decipi decet, ut in hoc genere cærato
utatur. Cætera quæ pertinent ad purgandum ulcus, ad implen-
dum, ad cicatricem inducendam, conueniuntq́; in uulneribus,
exposita sunt.

Fit maximè aut in uertice.) Adenum tumores omnes, siue in alis, siue in ingui-
nibus, siue collo subortos, Græci βουβῶνας uocant. quemadmodum ea uox
accipi potest lib. 4. Aph. 55. apud Hippocratẽ. Galenus uerò à Phygetlo
bubo-

A bubonem distinguit. Recentiores in inguinibus solis bubonē constituunt. Prisci etiam, bubones uniuersi corporis omnis generis tumores præter naturam, nominare non dubitauerunt. Id quod in Hippocrate multis locis animaduerti potest.

De fistulis, & earum generibus, & curationibus.

Nonnunquam autem ex eiusmodi abscessibus, & ex alijs ulcerum generibus fistulæ oriūtur. Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni ferè parte corporis, habetq; quædam in singulis locis propria. Prius de communibus dicam. Genera igitur fistularum plura sunt. Siquidem aliæ breues sunt, aliæ altius penetrant, aliæ rectè intus feruntur, aliæ multoq; plures transuersæ: aliæ simplices sunt, aliæ duplices, triplicesúe, ab uno ore intus orsæ, quæ tres fiunt. aut etiam in plures sinus diuiduntur: aliæ rectę, aliæ flexæ, & tortuosæ sunt. Aliæ intra carnem desinunt: aliæ ad ossa aut carthilaginem penetrant: aut ubi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt. Aliæ deinde facilè, aliæ cum difficultate curantur. Atq; etiam quędā insanabiles reperiunt. Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem: adiuuatq; ipsum corpus, si iuuenile, si firmum est. Inimica contraria his sunt. Itemq; si fistula, os, uel carthilaginem, uel neruum, uel musculos læsit, si articulum occupauit, si uel ad uesicam, uel ad pulmonem, uel ad uul

B uam, uel ad grandes uenas arteriasúe, uel ad inania, ut guttur, stomachum, thoracem penetrauit. Ad intestina quoq; eam tendere semper periculosum, sæpe pestiferum est. Quibus multū mali accedit, si corpus uel ęgrū, uel senile, uel mali habitus est. Ante omnia autem demitti specillum in fistulam cōuenit: ut quò tendat, & quàm altè perueniat, scire possimus. Simul etiam protinus humida, an siccior sit: quod extracto specillo patet. Si uerò os in uicino est, id quod disci potest, si iam necne, eò fistula penetrauit, quatenus nocuerit. Nam si molle est, quod ultimo specillo contingitur, intra carnē adhuc uitium est. Si magis id renititur, ad os uentum est. Ibi deinde si elabitur specillum, nondum caries est: si non labitur, sed æquali innititur, caries quidē, uerùm adhuc leuis est. Si inęquale est quoq;, & asperum subest, uehementius os exesum est. At carthilago ubi subhæsit, ipsa sedes docet, peruentumq; es

C se ad eam ex renixu potest. Sed ex his quidem colliguntur fistularum sedes, spacia, noxæ. Simplices uerò hæ sint, an in plures partes diducantur, cognosci potest ex modo puris: cuius si plus fertur, quàm quod simplici spacio conuenit, plures sinus esse manifestum est. Cumq; ferè iuxta sint caro & neruus, & aliqua neruosa, quales ferè tunicæ, membranæq; sunt: genus quoque puris docebit, num plures sinus intus diuersa corporis genera perrosérint. Siquidem ex carne pus leue, album copiosius fertur. At ex neruoso loco coloris quidē eiusdē, sed tenuius & minus. Ex neruo pingue, & oleo non dissimile. Deniq; etiā corporis inlcinatio

docet, num in plures partes fistulæ penetrarint, quia sæpe cũ quis A
aliter decubuit, aliterq; mẽbrũ collocauit, pus ferri, quod iam desi erat, incipit: testaturq; non solum alium sinũ esse ex quo descẽdat, sed etiam in aliã corporis partẽ eum tẽdere. Sed si & in carne & recens & simplex est, ac neq; rugosa, neq; caua sede, neq; in articulo, sed in eo mẽbro q; per se immobile, non nisi cum toto corpore mouetur: satis proficiet emplastrum, quod recentibus uulneribus imponitur, dum habeat uel salem, uel alumen, uel squamam æris, uel æruginem, uel ex metallicis aliquid. Exq; eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. Idq; ea parte qua tenuius est, altera antecedente demitti oportet in fistulã, donec sanguis purus se ostendat. quæ in omnibus fistularum collyrijs perpetua sunt. Idem deinde emplastrũ in linteolo superimponẽdũ, supraq; inijcienda spongia, in acetũ antè demissa, solui quinto die satis est. Genusq; uictus adhibendũ est, quo carnem ali docui. Ac si longius à præcordijs fistula est, ex interuallo ieiunũ radiculas edisse, deinde uomere necessariũ est. Vetustate callosa fit fistula. Callus aũt neminẽ fallit, quia durus est, & aut albus, aut pallidus. Sed tum ua B
lidioribus medicamentis opus est: quale est quod habet, papaueris lachrymæ P. i. *. gummi P. iij. *. cadmiæ P. iiij. *. atramenti sutorij P. viij. *. Ex quibus aqua coactis collyrium fit. Aut in quo sunt gallæ P. *. æruginis, sandaracæ, aluminis Aegyptij, singulorum P. i. *. atramenti sutorij combusti P. ij. *. Aut quod constat ex chalcitide, & saxo calcis, quibus auripigmenti dimidio minus, quàm in singulis prioribus est, adijcitur, eaq; melle cocto excipiuntur. Expeditissimum autem est ex præcepto Megetis, æruginis rasæ P. ij. *. conterere, deinde ammoniaci thymiamatis P. ij. *. aceto liquare, eoq; infuso, ex ærugine colligere. Idq; ex primis medicamentis est. Sed ut hæc maximi effectus sunt, si cui ista non adsunt. facile tamen est callum quibuslibet adurentibus medicamentis prodere, aut quibus hæc maximè in effectu sunt erodere. Satiusq; est uel papyrum intortum, uel aliquid ex penicillo in modum collyrij astrictum eo illinere. Scilla quoq; cocta & mista cum calce, callum exest. Si quando uerò longior & transuersa fistula est, demisso specillo contra principium huius incidi, commodissimum est, & collyri C
um utrinq; demitti. At si duplicem esse fistulam, aut multiplicem existimamus, sic tamen ut breuis, intraq; carnem sit, collyrio uti nõ debemus, quod unam partem curet, reliquas omittat: sed eadem medicamenta arida in calamum scriptorium conijcienda sunt: isq; ori fistulæ aptandus, inspirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur. aut eadem ex uino liquanda. Vel si sordidior fistula est, ex mulso: si callosior, ex aceto sunt: atque intus infundendum, quicquid inditum est. Superponenda sunt, quæ refrigerent & reprimãt. Nam ferè quæ circa fistulã sunt, habent aliquid inflãmationis.

A mationis. Neq; alienum est, ubi quis resoluerit, antequam rursus alia medicamenta coniiciat, per oricularium clysterem fistulam eluere. Si plus puris fertur, uino: si callus durior est, aceto. Si iam purgatur, mulso, uel aqua, in qua eruum coctũ sit, sic ut huic quoque mellis paulùm adiiciatur. Ferè uerò fit, ut ea tunica quæ inter ferramentũ & integram carnẽ est, uicta medicamentis tota exeat, infraq; ulcus purum sit. Quod ubi contigit, imponenda glutinantia sunt, præcipuéq; spongia melle cocto illita. Neq; ignoro multis placuisse, linamentum in modum collyrij compositum, tinctũ melle demitti. Sed celerius id glutinatur, quàm impletur. Neq; uerendum est, ne purum corpus puro corpori iunctum, non coeat, adiectis quoq; medicamentis ad id efficacibus: cum sæpe exulceratio digitorum, nisi magna cura prospeximus, sanescendo in unum eos iungat.

*Megetis, eruginis rasæ, P. ij. * conterere.*) Ioannes Tagaultius duodecim drachmas hoc loco legit.

De meliceria.

B Est etiam ulceris genus, quod & à faui similitudine *μελικηρία* à Græcis nominatur, id' quę duas species habet. Alterum subalbidum furunculo simile, sed maius, & cum dolore maiore. Quod ubi maturescit, habet foramina per quæ fertur humor glutinosus & purulentus, néc tamen ad iustam maturitatem peruenit. Si diuisum est, multo plus intus corrupti quàm in furunculo apparet, altiúsq; descendit. Rarò fit, nisi in scapulis. Alterũ est minus, super corpus eminens, durum, latũ, subuiride, subpallidum, magis exulceratum. Siquidem ad singulorũ pilorum radices foramina sunt, per quæ fertur humor glutinosus, subpallidus, crassitudinem mellis aut uisci referens, interdum olei. Si inciditur, uiridis intrà caro apparet. Dolor autem & inflammatio ingens est, adeò ut acutam quoq; febrẽ mouere consueuerit. Super id quod minus crebris foraminibus exasperatum est, rectè imponitur & ficus arida, & lini semen in mulso coctum, & emplastra ac malagmata materiam educentia, aut quæ propriè huc pertinentia suprà posui. Super alterũ & ea medicamenta, & farina ex mulso cocta, sic ut ei dimidium re-
C sinæ terebinthinæ misceatur, & ficus in mulso decocta, cui paulùm hyssopi contriti sit adiectũ, & uuæ taminiæ pars quarta fico adiecta. Quod si parum in utrolibet genere medicamenta proficiunt, totũ ulcus usq; ad sanam carnẽ excidi oportet: & ulcere ablato, super plagam medicamẽta danda sunt, primùm quæ pus citẽt, deinde quæ purgent, tum quæ impleant.

Est etiam ulceris genus, quod.) Ianus Cornarius in ijs Commentãrijs quæ in primum librũ Galeni de Compos. pharm. local. cap. 8. cõscripsit, de meliceride et *μελικηρὶς* pro *μελικηρία* legendũ censet. Consentit autem cum Galeno Celsus: pręterquam quòd hic duas melicerìdis formas statuit: Galenus unicam lib. 1. Comp. phar. part. cap. 8.

Raro fit nisi in scapulis.) In capillis,||legendum. Pilosis namq; locis meliceri- A
das præcipuè oriri, Aetius lib. 8. cap. 15. tradit.

De Acrocbordone, & Thymio, & Myrmecijs, & clauo, curationibusq; eorum.

Sũt quædã uerò uerrucis similia, quorũ diuersa nomina, ut uitia sunt. Acrochordona Græci uocant, ubi sub cute coit aliquid durius, & interdũ paulo asperius, coloris eiusdẽ, infrà tenue, ad cutẽ latius: id'q; modicũ est, quia rarò fabæ magnitudinẽ excedit. Vix unũ || tãtũ eo dẽ tẽpore nascit, sed ferè plura, maximeq; in pueris, eaq; nonnunq; subitò desinunt, nõnunquàm mediocrem inflammationem excitant. Sunt quæ etiam in pus conuertũtur. At thymion nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenue, suprà latius, subdurum, & in summo perasperum. Id'q; summum colorem floris thymi repræsentat, unde ei nomen est: ibi'q; facile finditur, & cruentatur, nonnunquam aliquantum sanguinis fundit: fereq; circa magnitudinem fabæ Aegyptiæ est, rarò maius, interdum perexiguum, modò unum, modò autem plura na- B scuntur, uel in talis, uel palmis, uel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt, maximeq; ibi sanguinẽ fundũt. Myrmecia autem || uocantur, humiliora thymio, duriora'q;, quæ radices altius exigunt, maioremq; dolorem mouẽt, infrà lata, super autem tenuia, minùs sanguinis mittunt, magnitudine uix unquã || lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferiobus partibus pedum. Clauus autem nonnunquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maximè nascitur, præcipuè tamen ex contuso, quamuis interdum aliter: doloremq; etiam, si non aliàs, tamen ingredienti mouet. Ex his Acrochordõ, siue thymium sæpe etiam per se finiuntur: & quo minora sunt, eo magis. Myrmecia & claui sine curatione uix unquam desinũt. Acrochordon si excisa est, nullam radiculam relinquit, ideo'q; ne renascitur, quidem. Thymio clauo'q; excisis subter rotunda radicula nascitur quæ penitus descendit ad carnem: eaq; || relicta, idem rursus exigit. Myrmecia latissimis radicibus inhærent, ideo'q; ne excidi quidem sine exulceratione magna possunt. Clauum subinde deradere, cõ modissimũ est. Nam sine ulla ui sic emollescit: ac si sanguinis quoque aliquid emissum est, sæpe emoritur. Tollitur etiam, si quis e- C um circumpurgat, deinde imponit resinam, cui miscuit pulueris paulùm, quem ex lapide molari contrito fecit. Cætera uerò genera medicamẽtis adurẽda sunt. Alijs'q; id quod ex fece uini, myrmecijs id quod ex alumine & sandaraca fit, aptissimum. Sed ea quæ circà sunt, folijs contegi debent, ne ipsa quoq; exulcerentur. Deinde postea lenticula imponi solet. Tollit thymium etiam ficus, in aqua cocta.

De pustu-

De pustularum generibus, & earum curationibus.

A At pustulæ maximè uernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. nam modò circa totũ corpus partem'ue asperedo quędam fit, similis his pustulis quæ ex urtica, uel ex sudore nascuntur, ἐξανθήματα Græci uocant: eaq; modò rubent, modò colorẽ cutis nõ excedunt. Nonnunq; plures similes uaris oriuntur: nonnunq; maiores pustulæ liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato, subestq; his humor. Vbi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro adparet, ἑλκῶδες Græcè nominatur. Fiũt uel ex frigore, uel ex igni, uel ex medicamentis. Psydracion autem paulo durior pustula est, subalbida, acuta: ex qua ipsa quod exprimitur, humidum est. Ex pustulis uerò nonnunquã etiam ulcuscula sunt aut aridiora, aut humidiora: & modò tantum cum prurigine, modò etiam cum inflãmatione, aut dolore. Exitq; aut pus, aut sanies, aut utrũq;. Maximeq; id euenit in ætate puerili, rarò in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus. Pessima pustula est, quæ ἐπινυκτὶς
B uocatur. Ea colore uel subliuida, uel subnigra, uel alba esse consueuit. Circa hanc autem uehemens inflammatio est: & cum adaperta est, reperitur intus exulceratio muccosa. Color est humori suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem eius est, neq; enim ea faba maior est. Atq; hæc quoq; oritur in eminentibus partibus, & ferè noctu. Vnde nomen quoq; à Græcis ei epinyctis impositum est. In omni uerò pustularum curatione primum est, multum ambulare, atq; exerceri. Si quid ista prohibet, gestari. Secundum est, cibũ minuere, abstinere ab omnib. acribus, & extenuantibus: eademq; nutrices facere oportet, si lactens puer ita affectus est. Præter hæc is qui tam robustus est, si pustulæ minutæ sunt, desudare in balneo debet, simulq; super eas nitrum inspergere, oleoq; uinum miscere, & sic ungi: tum descendere in solium. Si nihil sic proficitur, aut si maius pustularum genus occupauit, imponenda lenticula est, detractaq; summa pellicula ad medicamenta lenia transeundum. Epinyctis post lenticulam rectè herba quoq; sanguinali, uel uiridi co-
C riandro curatur. Vlcera ex pustulis facta tollit spuma argenti, cum semine fœnigræci mista: sic, ut his inuicem rosa atq; intubi succus adijciatur, donec mellis crassitudo fiat. Propriè ad eas pustulas, quæ infantes malè habent, lapidis, quem pyriten uocant, P. viij. ✱. cum l. amaris nucibus miscetur, adijciunturq; olei cyathi tres. Sed prius ungi ex cerussa pustulæ debent, tum hoc illini.

Quasi exulcerata caro adparet, ἑλκῶδες Græcè nominatur.) ἑλκύδρια legendum uidetur, ex Paulo lib. 3. cap. 3. & Galeno cap. 9. lib. 6. de Comp. phar. part.

Psydracion autem paulo durior.) Phlyzacion legi debere quidam existimant, Hippocratis authoritate inducti, uocabulo ἀπὸ τοῦ φλύειν, quod feruere significat, deriuato. Sunt tamen & pustulæ, quæ tanquam exiguæ bullæ supra cutem emicant, quas ψυδράκας & ψυδράκια, ἀπὸ τοῦ ψύχους, quòd à frigore natis similes oriantur, appellauerunt, quas φλυκτίδας & φλυκταίνας, & Hippocrates

φλυκτίς nominauit. Eas Paulus libro tertio cap. 3. quales sint describit. A
Vnde nomen quoq; à Græcis ei epynictis impositum est.) Plinius pustulas liuentes, noctibus inquietantes, appellat. Arabes fere, & essere, & saire nominant.

De scabie, & eius curatione.

Scabies uerò est, durior cutis, rubicũdior, ex qua pustulæ oriuntur quædam humidiores, quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, fitq; ex his continuata exulceratio pruriens, serpitq; in quibusdam citò. Atq; in alijs quidem ex toto desinit, in alijs uerò certo tempore anni reuertitur. Quo asperior est, quoq; prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaq; eam, quæ talis est, ἀγρίαν, id est ferã, Græci adpellant. In hac quoq; uictus ratio eadem quæ suprà, necessaria est. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneũ est, quod fit ex spodij, croci, æruginis, singulorum P. i. ✱. piperis albi, omphacij, singulorum P. i. ✱. cadmiæ P. viij. ✱. Aut ubi iam exulceratio est, id quod fit ex sulphuris P. i. ✱. ceræ P. iiij. ✱. picis liquidę hemina, olei sextarijs duobus. Quæ simul incoquuntur, dum crassitudo mellis fiat. Est etiam quod ad Protarchum authorem refertur. Habet hoc farinæ lupinorum sextarium, nitri cyathos quatuor, picis liquidæ heminam, resinæ humidę selibram, aceti cyathos tres. Crocum B quoq;, lycium, ærugo, myrrha, cinis, æquis portionibus rectè miscentur, & ex passo coquuntur. Idq; omnem pituitam ubiq; sustinet. At si nihil aliud est, amurca ad tertiam partem decocta, uel sulphur pice liquida mistum, sicut in pecoribus proposui, hominibus quoq; scabie laborantibus opitulantur.

Scabies uerò est.) Psoran Græci uocant, hocq; tantum nomine à lepra Græci discernunt, ut si manifestas squamas lichene, id est, impetigo excitet, pauloq; altius cutem depascatur, lepra tum dicitur. Sin uerò per extimã solum superficiem diffundatur, & corpuscula furfuracea deterat, iam scabies nobis propriè, & Græcis psora nominetur.

De impetiginis speciebus, & curationibus.

Impetiginis uerò species sunt quatuor. Minimè mala est, quę similitudine scabiem repræsentat. Nam & rubet, & durior est, & exulcerata est, & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & uaris similes pustulas habet: uidenturq; esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resoluuntur, certioribusq; hoc temporib. reuertitur. Alterum genus peius C est, simile papulæ ferè, sed asperius, rubicũdiusq;, figuras uarias habens. Squamulæ ex summa cute descendunt, rosio maior est, celerius & latius procedit, certioribusq; etiam nonnunquã prior temporibus & fit, & desinit, Rubrica cognominatur. Tertia etiamnũ deterior est, nam & crassior est, & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & uehementius rodit. Ipsa quoq; squamosa, sed nigra procedit, & latè, & tardè eminus serpit. In temporibus aut orit, aut desinit, neq; ex toto tollitur, Nigræ cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore:

A lore: nam ſubalbidum eſt, & recenti cicatrici ſimile, ſquamulasq; habet pallidas: quaſdã ſubalbidas, quaſdam lenticulæ ſimiles: quibus demptis, nonnunquam profluit ſanguis. Alioqui uerò humor eius albidus eſt, cutis dura atq; fiſſa eſt, proceditq; latius. Hæc uerò omnia maximè genera oriuntur in pedibus, et manibus, atq; ungues quoq; infeſtant. Medicamentũ non aliud ualentius eſt, quàm quod ad ſcabiem quoque pertinere, ſub authore Protarcho retuli. Serapion autem nitri P.ij.*. ſulphuris P.iiij.*. excipiebat reſina copioſa, eoq; utebatur.

Impetiginis uerò ſpecies ſunt.) Leuis cutis quædam infectio, cum aſpredine & pruritu, lichene Græcè, Latinè impetigo, & uulgo quibuſdam (ut Manardus refert) uolatica nominatur: quæ frequenter ac facilè in lepram & ſcabiem degenerat. Etſi ſunt, qui Græcorum lepram à Celſo impetiginem uocari cõtendant. Verùm quum is quatuor impetiginis ſpecies faciat, euidenti argumento eſt, eum aliam rem per impetiginẽ intellexiſſe, quàm Grecorũ lichenas: quorũ nemo eſt, qui tot lichenõ genera cõſtituerit, aut agnouerit.
Tertia etiamnum deterior eſt.) Meminit Galen. lib. 5. Phar. partl. onthoſæ cuiuſdam affectionis, ſub qua & tertium & quartum impetiginis genus Celſi comprehendiſſe uideatur. Sunt autem ionthi parui ac duri in facie & ſub cu
B te tumores, à craſſo humore, uti Galenus & Paulus docent, progeniti, qui tandem uel per ſe aut arte reſoluuntur, uel exiguo ingenito pure maturantur: Latinè uari nominantur.

De papulis, & earum curatione.

Papularũ uerò duo genera ſunt. Altera eſt, in qua per minimas puſtulas cutis exaſperatur, & rubet, leuiterq; roditur: medium habet pauxillo leuius, tardè ſerpit, idq; uitium maximè rotundũ incipit, eademq; ratione in orbem procedit. Altera autem eſt, quam ἀγρίαν, id eſt, feram Græci adpellãt. In qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſperatur, exulceraturq;, ac uehementius & roditur, & rubet, interdum etiam pilos remittit. Quæ minus rotunda eſt, difficilius ſaneſcit: niſi ſublata eſt, in impetiginẽ uertitur: ſed leuis papula, etiam ſi ieiuna ſaliua quotidie defricatur, ſaneſcit. Maior com modiſſimè murali herba tollit, ſi ſub ea detrita eſt. Vt uerò ad compoſita medicamenta ueniamus, idem illud Protarchi tanto ualen-
C tius in his eſt, quãto minus in his uitij eſt. alterũ ad idem Myronis: nitri rubri, thuris, ſingulorũ P.i.*. cantharidum purgatarũ P.ij.*. ſulphuris ignẽ non experti tantundem, reſinæ terebinthinæ liquidæ P.xx.*. farinæ lolij ſemis, gith cyathos tres, picis crudæ unum.

Papularum uerò duo genera ſunt.) Galli utrunq; genus: ſed, quod putat Tagaultius, maximè prius, dartas appellant. Nec deſunt qui has Celſi papulas nihil à Græcorum lichenis differre, conſtanter aſſeuerent. Eumq; ſolum authorem inter Latinos, lichenas papulas uertiſſe offendimus.

De uitiliginis ſpeciebus: id eſt, de Alpho, & Melane, & Leuce, & earum curatione.

Vitiligo quoq;, quamuis per ſe nullũ periculum adfert, tamen fœda eſt, et ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt. ἀλφὸς uocatur, ubi color albus eſt, ferè ſubaſper, & nõ cõtinuus, ut quæ-

dam quasi guttæ dispersæ esse uideantur. Interdum etiam latius, & A cum quibusdã intermissionibus serpit. μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis. Cætera eadem sunt. λευκὴ habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, & altius descendit, in eaq; albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in alijs celerius, in alijs tardius. Alphos & melas in quibusdam uarijs temporibus & oriuntur, & desinunt. Leuce quem occupauit, non facilè dimittit. Priora curationem non difficillimam recipiunt, ultimum uix unquam sanescit: ac si quid ei uitio demptũ est, tamen nõ ex toto sanus color redditur. Vtrum autem aliquod horũ sanabile sit, an nõ sit, experimento facili colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi. Si sanguis exit, quod ferè fit in duobus prioribus, remedio locus est: si humor albidus, sanari non potest: itaq; ab hoc quidem abstinendũ est. Super id uerò quod curationem recipit, imponenda lenticula mista cum sulphure & thure, sic ut ea contrita ex aceto sit. Aliud ad idem, quod ad Hirenæum authorẽ refertur: Alcyonium, nitrum, cuminum, fici folia arida, paribus portionibus cõtunduntur, adiecto aceto. His in sole uitiligo perungitur: B deinde nõ ita multo pòst, ne nimis erodatur, eluitur. Propriè quidem, Myrone authore, eos quos Alphos uocari dixi, hoc medicamento perungunt, sulphuris P. ij. *. nitri P. iiij. *. myrrhæ aridæ, cõtritæ acetabulum miscent, deinde in balneo super uitiliginem inspergunt farinam ex faba, tum hæc inducunt. Hi uerò quos melanas uocari dixi, curantur, cum simul cõtrita sunt, alcyonium, thus, hordeũ, faba sine oleo, in balneo ante sudorem insperguntur, tum genus id uitiliginis defricatur.

Vitiligo quoq;, quamuis per se.) Maximè hoc uitium facultatis altetatricis erro re contingit. Cuius duas species alij constituunt, unam quidem, quæ solam cutem inficit: alteram, quę altius descendit, adeò ut carnem pariter ipsam apprehendat, & pilos coloret. Vtraque autem uel albo, uel nigro præcipuè colore commaculat. Prior species seu alba, seu atra sit, Græcis alphos nominatur, Arabibus morphea. Altera uerò, profundiórq; illa forma, Celso & Græcis leuce, Auicennæ albaras, Halyabb. lepra appellatur.

AVRELII CORNELII CELSI
Liber Sextus.

DE VITIIS SINGVLARVM CORPORIS partium. Cap. I.
De capillis fluentibus.

Ixi de his uitijs, quæ per totũ corpus orientia, medicamentorum auxilia desiderant. Nunc ad ea ueniam, quę nõ nisi in singulis partibus incidere consueuerũt, orsus à capite. In hoc igitur capillis fluentib. maximè quidem sępe radendo succurritur. Adijcit enim uim quandam ad cõtinendum, ladanum cum oleo mistum. Nunc de his capillis loquor, qui C

A post morbum ferè fluunt. Nam quo minus caput quibusdam æta-te nudetur, succurri nullo modo potest.

De porrigine, & eius curatione. Cap. II.

Porrigo aũt est, ubi inter pilos quædã quasi squamulæ surgunt, eæq; a cutæ resoluunt, & interdum madẽt, multo sæpius siccæ sunt. Idq; euenit modò sine ulcere, modò exulcerato loco : huic q̃q; modò malo odore, modò nullo accidẽte, ferèq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquãdo etiã in supercilio. Ac neq; sine aliquo cor-poris uitio nascit̃, neq; ex toto inutile est. Nã bene integro capite, nõ exit. Vbi aliquod in eo uitiũ est, nõ incõmodũ est summã cutẽ potius subindè corrũpi, q̃ id q̃d nocet, in aliã partẽ magis necessa-riam uerti. Cõmodius est ergo subindè pectendo repurgare, q̃ id ex toto prohibere. Si tamẽ ea res nimium offendit, q̃d humore se-quente fieri potest, magisq; si id etiã mali odoris est, caput sæpe ra-dendum est: dein id super adiuuandũ aliquibus ex leuiter reprimẽ-tibus, quale est nitrũ cum aceto, uel ladanũ cum myrteo uino, uel myrobalanũ cum uino. Si parum per hæc proficitur, uehementio-

B ribus uti licet, cum eo, ut sciamus utiq; in recẽti uitio id inutile esse.

De Sycosi, & eius curatione. Cap. III.

Est etiã ulcus, q̃d à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excrescit, & id quidem generale est. Sub eo uerò duæ spe-cies sunt. Alterũ ulcus durũ & rotundum est, alterũ humidum & inæquale. Ex duro exiguũ quiddam & glutinosum exit: ex humi-do plus, & mali odoris. Fit uerò utrunq; in his partibus, quæ pilis cõteguntur. Sed id quidem quod callosum & rotundum est, maxi-mè in barba: id uerò q̃d humidũ, præcipuè est in capillo. Super u-trunq; oportet imponere elateriũ, aut lini semen contritũ, & aqua coactũ, aut ficum in aqua decoctam, aut emplastrũ tetrapharmacũ ex aceto subactũ. terra quoq; Eretria ex aceto liquata rectè illinit̃.

De areis, & earum curationibus. Cap. IIII.

Arearum quoq; duo genera sunt. Cõmune utriq; est, q̃d emor-tua summa pellicula pili primùm extenuant̃, deinde excidũt:

C ac si ictus is locus est, sanguis exit liquidus, & mali odoris: incre-scitq; utrũq; in aliis celeriter, in aliis tardè. Peius est, q̃d densam cu-tem, & subpinguẽ, & ex toto glabrã fecit: sed ea quæ ἀλωπεκία nomi-natur, sub qualibet figura dilatatur. fit & in capillo, & in barba. Id uerò quod à serpentis similitudine ὀφίασις adpellatur, incipit ab oc-cipitio, duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duo-bus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud uitium in qualibet æ-tate est, hoc ferè infantibus : illud uix unquam sine curatione, hoc per se sæpe finitur. Quidam hæc genera arearum scalpello exaspe-rant. quidam illinunt adurentia ex oleo, maximeq; chartam com-bustam. quidam resinam terebinthinam cum thapsia inducunt.

Sed nihil melius est, quàm nouacula quotidie radere, quã cum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculæ. Necq; antè oportet desistere, quàm frequentẽ pilum nasci adparuerit. Id aũt quod subindè radit̃, illini atramento scriptorio satis est. A

Quidam hæc genera arearũ scalpello exasperant.) Cœlum istud, quod & scalprũ, & scalpellum dicitur, Asclepiades lib. 1. de Comp. phar. part. apud Galen. σμίλιον appellat.

De uaris, & lenticulis, & ephelide, & eorum curationibus. Cap. V.

PEnè ineptiæ sunt, curare uaros, & lenticulas, & ephelidas. Sed eripi tamen fœminis cura cultus sui non potest. Ex his autem quas suprà posui, uari, lenticulæq; uulgò notæ sunt: quàmuis rarior ea species est, quã * φακὸν Græci uocant, cum sit ea lenticula rubicundior, & inæqualior. ἐφηλὶς uerò à plerisq; ignorat̃, quæ nihil est, nisi asperitas quædam, & durities mali coloris. Cætera nõ nisi in facie, lenticulę etiam in alia parte nonnunq; nasci solent. De qua per se scribere alio loco, uisum operæprecium nõ est. Sed uari cõmodissimè tolluntur imposita resina: cui nõ minus q̃ ipsa est, aluminis scissilis, & paulum mellis adiectũ est. Lenticulam tollunt galbanum & nitrum, cum pares portiones habent, contritaq; ex aceto sunt, donec ad mellis crassitudinem uenerint. His corpus illinendum, & interpositis pluribus horis manè eluendum est, oleoq; leuiter ungendum. Ephelidem tollit resina, cui tertia pars salis fossilis, & paulum mellis adiectum est. Ad omnia uerò ista, atq; etiã ad colorandas cicatrices potest ea cõpositio, quæ ad Tryphonem patrem authorem refertur. In ea pares portiones sunt myrobalani magmatis, cretæ cimoliæ subcęrulæ, nucum amararũ farinæ, hordei atq; erui, struthij albi, sertulæ campanæ seminis. Quæ omnia contrita, melle quàm amarissimo coquuntur, illitumq; à uespere usq; manè eluitur.

* φακὸν. / B

In ea pares portiones sunt myrobalani magmatis.) Myrobalani magma uocat, retrimenta ab expressa myrobalano reliqua. Dioscorides ἐκπίεσμα nominat. Est autem myrobalanus, siue balanus myrepsica, ea quam Arabes Ben appellatione describunt, res ab eorum myrobalano penitus diuersa, quæ nunc ferè nux moschata, & alicubi à Galeno chrysobalanus nuncupatur. Etsi quę my robalanis adscribit Dioscorides, nonnihil repugnare uidentur. C

De oculorum morbis, curationibusq; eorum, & primò de his morbis qui lenibus medicamentis curantur. Cap. VI.

SEd hæc quidem mediocria sunt. Ingentibus uerò & uarijs casibus oculi nostri patent. Qui cum magnã partem ad uitæ simul & usum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt. Protinus aũt orta lippitudine, quædam notæ sunt, ex quibus quid euenturum sit, colligere possimus. Nam simul & lachryma, & tumor, et crassa pituita cœperint, si ea pituita lachrymæ mista est, & ea lachryma calida est, pituita uerò alba, & mollis, tumor non durus, longæ ualetudinis metus non est. At si lachryma multa, & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idq; in uno oculo est, longum id, sed

A id, sed sine periculo futurū est. Idq; lippitudinis genus minimè cū dolore est, sed uix ante uigesimum diem tollitur: nonnunquā per duos menses durat, sed quandoq; finitur. Si pituita alba & mollis esse incipit, lachrymæq; miscentur, aut si simul hæ utrunq; oculum inuaserunt, potest esse breuior, sed periculum ulcerum est. Pituita autem sicca et arida dolorem quidem mouet, sed maturius desinit, nisi quid exulcerauit. Tumor magnus si sine dolore est, & siccus, sine ullo periculo est: si siccus quidem, sed cū dolore est, ferè exulcerat, & nonnunquam ex eo casu fit, ut palpebra cum oculo glutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in palpebris pupillis'ue est, ubi super magnum dolorem lachrymæ salsæ, calidæq; eunt, aut etiam si tumore infinito diu lachryma cum pituita profluit. Peius etiamnum est, ubi pituita calida aut liuida est, lachryma calida aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit, nocturna uigilia urget. Siquidem sub his oculus plerunq; rumpitur, uotumq; est, ut tantum exulceretur. Intus ruptum oculum B febricula iuuat. Si forás iam ruptus procedit, sine auxilio est. Si de nigro aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum crassum est, etiam post curationem uestigium aliquod relinquit. Curari uerò oculos sanguinis detractione, medicamento, balneo, uino, uetustissimus author Hippocrates memorię prodidit. Sed eorum tempora & causas parum explicuit, in quibus medicinæ summa est. Neq; minus in abstinentia, et alui ductione sæpe auxilij est. Hos igitur interdū inflammatio occupat, ubi cū tumore in his dolor est, sequiturq; pituitæ cursus nonnunquā copiosior uel acrior, nonnunquā utraq; parte moderatior. In eiusmodi casu prima omnium sunt, quies & abstinētia. Ergo primo die, loco obscuro cubare debet, sic ut à sermone quoq; abstineat. Nullum cibū assumere, si fieri potest, ne aquā quidem: sin minus, certè quàm minimū eius. Quòd si graues dolores sunt, cōmodius secundo die: si tamen res urget, etiā primo sanguis mittendus est, utiq; si in fronte uenæ tumēt, si firmo corpori materia superest. Si uerò minor impetus, minus acrem curationē requirit, aluum, sed nō nisi secundo, tertio'ue C die, duci oportet. At modica inflammatio neutrū ex his auxilium desiderat. Satisq; est, uti quiete, & abstinentia. Neque tamen in lippientibus longū ieiunium necessariū est, ne pituita tenuior atq; acrior fiat. Sed secundo die dari debet id quod leuissimū uideri potest, ex his quæ pituitā faciunt crassiorē, qualia sunt oua sorbilia. Si minor uis urget, pulticula quoq;, aut panis ex lacte. Insequētibusq; diebus, quantum inflammationi detrahetur, tantū adijci cibis poterit. Sed generis eiusdē, utiq; ut nihil salsum, nihil acre, nihil ex his quæ extenuant, sumatur, nihil potui præter aquam. Et uictus quidē ratio talis maximè necessaria est. Protinus aūt primo die croci P.i.*, & farinæ candidæ quàm tenuissimæ P.ij.*, excipere oportet oui al-

oui albo, donec mellis crassitudinem habeat, idq́ in linteolum illi nere, & fronti agglutinare, ut compressis uenis pituitæ impetum cohibeat. Si crocum non est, thus idem facit. Linteolo an lana excipiatur, nihil interest. Super inungi uerò oculi debent, sic ut croci quantum tribus digitis comprehendi potest, sumatur: myrrhæ ad fabæ, papaueris lachrymæ ad lenticulæ magnitudinem, eaq́ cum passo cōterantur, & specillo super oculū inducantur. Aliud idem: Myrrhæ P. i. ✱. mandragoræ succi P. ij. ✱. papaueris lacrymæ P. ij. ✱. foliorū rosæ, cicutæ seminis, singulorū P. iiij. ✱. acatiæ P. iiij. ✱. gummi P. viij. ✱ Et hęc quidem interdiu. Noctu uerò, quo commodior quies ueniat, non alienū est superimponere candidi panis interiorem partem ex uino subactam. Nam & pituitā reprimit, & si quid lacrymæ processit, absorbet, & oculū glutinari non patitur. Si graue id, & durum propter magnum oculorum dolorem uidetur, oui & album, & uitellus in uas defundendum est, adijciendumque eò mulsi paulum, idq́ digito permiscendum. Vbi facta unitas est, demitti debet lana mollis bene carpta, quæ id excipiat, supérq́ oculos imponi. Ea res & leuis est, & refrigerando pituitam coercet, & non exarescit, & glutinari oculum non patitur. Farina quoq́ ordeacea cocta, & cum malo cotoneo cocto mista, commodè imponitur. Neq́ ab ratione abhorret etiam penicillo potissimum uti expresso: si leuior impetus est, ex aqua: si maior, ex posca. Priora fascia deliganda sunt, ne per somnū cadant. & hoc superimponi satis est, quia & reponi ab ipso cōmodè potest: & cum inaruit, iterum madefaciendum est. Si tantum mali est, ut somnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum est, quæ *ἀνώδυνα* Græci uocāt. Satisq́ est puero quod erui, uiro quod fabæ magnitudinem impleat. In ipsum uerò oculum primo die, nisi immodica inflammatio est, nihil rectè conijcitur. Sæpe enim potius concitatur eò pituita, quàm minuitur. A' secundo die graui quoq́ lippitudini per indita medicamenta rectè succurritur, ubi uel iam sanguis missus, uel aluus ducta est: aut ubi neutrum necessarium esse, manifestum est.

Peius etiam non est, ubi pituita calida.) Legendum apparet cōtrario sensu, Peius etiam non paulo est, &c. Curari uerò oculos sanguinis detractione, medicamento, &c. Hippocr. lib. 6. Aph. 31. etiam fomenta siue suffitus addit.

De diuersis oculorum collyrijs.

Multa autem, multorumq́ authorū collyria ad id apta sunt: nouisq́ etiam nunc mistturis temperari possunt, cum lenia medicamenta, & modicè reprimentia, facilè & uariè misceantur. Ergo nobilissima exequar.

Philonis collyrium.

Est igitur Philonis, quod habet cerussæ elotæ, spodij, gummi, singulorum P. i. ✱. papaueris lacrymæ combustę P. i. ✱. Illud scire oportet, hic quoq́ omnia medicamenta, singula primùm per se teri, deinde

A deinde mista, iterũ adiecta paulatim uel aqua uel alio humore: gũmi, cum quasdam alias facultates habeat, hoc maximè præstare, ut ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint, neq; frientur.

Dionysij collyrium.

Dionysij uerò collyrium est, papaueris lachrymę combustę, donec tenerescat, P. i. ✱. thuris combusti, gummi, singulorum P. ij. ✱. spodij P. iiij. ✱.

Cleonis collyrium.

Cleonis nobile admodum: papaueris lachrymæ frictæ P. i. ✱. croci P. i. ✱. gummi P. i. ✱. quibus, cum teruntur, adijcitur rosæ succus. Aliud eiusdẽ ualentius: Squamæ æris quod στόμωμα appellant, P. i. ✱. croci P. ij. ✱. spodij P. i iij. ✱. plumbi & eloti & combusti P. vi. ✱. gummi tantundẽ. Eius aliud quoq; ad idem est, maximè ubi multa pituita profluit. Caostrei P. ✱. 3. aloes P. I. ✱. croci P. I. ✱. myrrhæ P. ij. ✱. lycij P. iij. ✱. cadmię curatę P. viij. ✱. stibis tantundẽ, acacię succi P. xij. ✱. quod cũ gũmi miscuit, liquidũ in pixidicula seruatur. Theodotus uerò huic compositioni adiecit papaueris lachrymæ combustæ P. ✱. æris comhusti & eloti P. ij. ✱. nucleorum palmarum combustorum P. x. ✱. gummi P. xij. ✱.

B *Squamæ æris, quod στόμωμα appellant.*) Ianus Cornarius in Cõmẽtarijs in primum lib. Galeni de Comp. phar. localium, squamę ferri, legendum omnino autumat. Est enim stomoma, ferrum perpurgatum, & ad acies cõfirmatum. Est item scintilla, quæ leniter tusis metallis excutitur, ut squama ui maiore, & flos sponte excidit.

Theodoti collyrium, Acharistum appellatum.

At ipsius Theodoti, quod à quibusdam ἀχάριστον nominatur, eiusmodi est: Castorei, nardi indici, singulorũ P. i. ✱. lycij P. ij. ✱. papaueris lachrymæ tantundẽ, myrrhæ P. ij. ✱. croci, cerussæ elotæ, aloes, singulorum P. iij. ✱. cadmiæ botryodis elotæ, æris combusti, singulorum P. viij. ✱. gummi P. xviij. ✱. acaciæ succi P. xx. ✱. stibis tantundem: quibus aqua pluuialis adijcitur.

Quod à quibusdam ἀχάριστον nominatur.) Fortasis quòd par illi gratia referri nequeat. Habet Galenus lib. 3. cap. 6. Comp. pharm. part. aliud, sed eiusdem usus acharistum. Habet Aetius lib. 13. cap. 109. antidoton ἀχάριστον.

Cythion, uel Tephrion collyrium.

C Prẹter hæc ex frequentissimis collyrijs est id, quod quidam Cythion, quidam à cinereo colore Tephrion appellant: amyli, tragacanthæ, acaciæ succi, gummi, singulorum P. i. ✱. papaueris lachrymæ P. ij. ✱. cerussæ elotę P. iiij. ✱. spumæ elotæ P. viij. Quæ æquè ex aqua pluuiali conteruntur.

Euelpidis collyrium, Trygoges nominatum.

Euelpides autem, qui ætate nostra maximus fuit ocularius medicus, utebatur eo, quod ipse cõposuerat, Trygodes nominabat: Castorei P. ij. ✱. lycij, nardi, papaueris lachrymę, singulorum P. i. ✱. croci, myrrhæ, aloes, singulorum P. iiij. ✱. æris combusti P. viij. ✱. cadmiæ, & stibis, singulorum P. xij. ✱. acaciæ succi P. xxvi. ✱. gum-

mi tantundem. Quo grauior uerò quæq; inflãmatio est, eo magis A leniri medicamentum debet, adiecto uel albo oui, uel muliebri la ‑cte. At si neq; medicus, neq; medicamẽtum presto est, sepius utrũ libet horum in oculis penicillo ad idipsum facto infusum, id malũ lenit. Vbi uerò aliquis releuatus est, iamq; cursus pituitæ cõstitit, reliquias fortasse leniores futuras discutiunt balneũ & uinum. Igi tur lauari debet leuiter, antè ex oleo perfricatus, diutiusq; in cruri bus & fœminibus, multaq; calida aqua fouere oculos, deinde per caput prius calida, tum egelida perfundi, à balneo cauere, ne quo frigore afflatu ue lędatur: posthæc cibo paulo pleniore, quàm ex eorum dierum cõsuetudine uti, uitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus. Vinum bibere lene, subausterum, modicè uetus, neq; effuse, neq; timidè, ut neq; cruditas ex eo, & tamen somnus fi at, leniaturq; intus latẽtia acria. Sed si quis in balneo sensit maiorẽ oculorũ perturbationem quàm attulerat, quod incidere his solet qui manente adhuc pituitæ cursu festinarunt, quamprimum di‑ B scedere debet, nihil eo die uini assumere, cibi minus etiã quàm pri die. Deinde cum primùm satis pituia substitit, iterum ad usum bal nei redire. Solet tamen euenire nonnunquam siue tempestatũ ui‑tio, siue corporis, ut pluribus diebus neque dolor neq; inflamma tio, & minimè pituitæ cursus finiatur. Quod ubi incidit, iam que ipsa uetustate res matura est, ab his eisdem auxiliũ petendũ est, id est balneo ac uino. Hęc enim ut in recẽtibus malis aliena sunt, quia concitare ea possunt, & accendere: sic in ueteribus, quę nullis alijs auxilijs cesserũt, admodũ efficacia esse consueuerũt. Videlicet hic quoq;, ut alibi, cum secunda uana fuerint, contrarijs adiuuãtibus. Sed antè tonderi ad cutem conuenit. Deinde in balneo aqua cali‑da quamplurima caput atq; oculos fouere, tum utrunq; penicillo detergere, & ungere caput irino unguento: continereq; in lectulo se, donec omnis calor qui conceptus est, finiatur, desinatq; sudor, C qui necessariò in capite collectus est. Tum ad idem cibi uiniq; ge‑nus ueniendum est, sic uti potiones meracæ sint: obtegendumq; caput, & quiescendum. Sæpe enim posthæc grauis somnus, sæpe sudor, sæpe alui deiectio pituitę cursum finit. Si leuatum malũ est, quod aliquanto sæpius fit, per plures dies idem fieri oportet, do‑nec ex toto sanitas restituatur. Si diebus eisdem aluus nihil reddit, ducenda est, quo magis superiores partes leuentur. Nonnunquã autem ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat. προπτωσιν id (quoniam oculi procidunt) Græci ap‑pellant. His utiq;, si uires patiũtur, sanguinem mitti: si id fieri non potest, aluum duci, longioremq; inediam indici necessarium est. opus autem lenissimis medicamentis est. Ideoq; Cleonis collyrio quidam, quod ex duobus antè positũ est, utuntur. Sed optimum Nilei, neque de ullo magis inter omnes autores conuenit.

Id habet

A *Trygodes nominabat.*) Hoc est feculentũ, nempe ab acacia, quam recipit. Idipsum Galenus lib.3. de Comp. pharm. part. cap.2. & Aegineta lib.7. cap.17. describunt.

Nilei collyrium omnium optimum.

Id habet nardi Indici, papaueris lachrymæ, singulorum P.i.*. gummi P.i.*. croci P.ij.*. foliorum rosæ recentium P.iiij.*. Quæ uel aqua pluuiali, uel uino leni subaustero coguntur. Neque alienum est malicorium, uel sertulam campanã ex uino coquere, deinde conterere, aut myrrhã nigram cum rosæ folijs miscere: aut hyoscyami folia cum oui cocti uitello, aut farinã cum acaciæ succo, uel passo, aut mulso. Quibus si folia quoq; papaueris adijciuntur, aliquanto ualentiora sunt. Horum aliquo præparato, penicillo fouere oculos oportet, ex aqua calida expresso: in qua antè uel myrti uel rosæ folia decocta sint, deinde ex illis aliquid imponi. Præter hæc ab occipitio incisa cute, cucurbitula admouenda est. Quòd si per hæc restitutus oculus in sedem suam non est, eodemq; modo prolapsus permanet, scire oportet, lumen esse amissum: deinde futurũ ut inarescat is, aut in pus uertatur. Si suppuratio se ostendit, ab eo angulo qui propior tempori est, incidi oculus debet, ut effuso pure & inflammatio ac dolor finiatur, & intus tunicę residãt, B quo minus fœda postea facies sit. Vtendum deinde uel ijsdem collyrijs est ex lacte, aut ouo, uel croco, cui album oui misceatur. Ac si induruit, & sic emortuus est, ne in pus uerteretur, quatenus fœdè prominebit, excidẽdum erit, sic ut hamo summa tunica apprehendatur: infrà id deinde scalpellus incidat, tantundem medicamenta erunt conijcienda, donec omnis dolor finiatur. Iisdem medicamẽtis in eo quoq; oculo utendũ est, qui primùm procidit, deinde per plura loca fixus est.

De carbunculis oculorum, & eorum curatione.

Solent etiã carbunculi ex inflãmatione nasci, nõnunquã in ipsis oculis, nõnunquã in palpebris: & in his ipsis oculis, modò ab interiore, modò ab exteriore. In hoc casu aluus ducẽda est, cib. minuẽdus, lac potui dandũ, ut acria quæ læserũt, lenianť. Quod ad cataplasmata & medicamẽta pertinet, his utendũ, quæ aduersus inflãC mationes poposita sunt. Atq; hic quoque Nilei collyriũ optimũ est: si tamen carbunculus in exteriore palpebræ parte est, ad cataplasmata aptissimum est lini semen, ex mulso coctum: aut si id nõ est, tritici farina eodem modo cocta.

De pustulis oculorum, & curatione earum.

Pustulæ quoq; ex inflammationibus interdum oriũtur. Quod si inter initia protinus incidit, magis etiam seruanda sunt, quæ de sanguine & quiete suprà posui. Sin serius quàm ut sanguis mitti possit, aluus tamen ducenda est. Si id quoque aliqua res inhibet,

utiq; uictus ratio seruanda est. Medicamentis autem hic quoq; le- A
nibus opus est, quale Nilei, quale Cleonis est.

Philetis collyrium, ad pustulas oculorum.

Id quoq;, quod Philetis uocatur, huic aptum est: Myrrhæ, papaueris lachrymæ, singulorũ P. i. *. plumbi eloti, terræ samiæ (quæ ἀστὴρ uocatur) tragacanthæ, singulorũ P. iiij. *. stibis cocti, amyli, singulorum P. xvi. *. spodij eloti, cerussæ elotæ, singulorum P. viij. *. Quæ aqua pluuiali excipiuntur. Vsus collyrij, uel ex ouo, uel ex lacte est.

De ulceribus oculorum, & eorum curatione, & de τῷ διαβαλανου collyrio.

Ex pustulis ulcera interdum fiũt, ea'que recentia æquè lenibus medicamentis nutrienda sunt, & ijsdem ferè quæ suprà posui. Fit quoq; propriè ad hæc, quod diabalanu uocatur. Habet æris cõbusti & eloti, papaueris lachrymæ frictæ, singulorũ P. i. *. spodij eloti, thuris, stibis cõbusti & eloti, myrrhæ, gummi, singulorum P. ij. *. B

Curatio oculorum aliquo casu imminutorum.

Euenit etiam, ut oculi uel ambo, uel singuli minores fiãt, quàm esse naturaliter debeant. Id'q; & acer pituitæ cursus in lippitudine efficit, & cõtinuati fletus, & ictus parum bene curati. In his quoq; ijsdẽ lenibus medicamentis ex muliebri lacte utendum est. Cibis uerò his qui maximè corpus alere & implere cõsueuerunt. Vitanda'q; omni modo causa, quæ lachrymas excitet: cura'q; domesticorum, quorum etiã, si quid tale incidit, eius notitiæ subtrahendum: atq; acria quoq; medicamenta, & acres cibi non alio magis nominè his nocent, quàm quod lachrymas mouent.

De pediculis palpebrarum.

Genus quoq; uitij est, qui inter pilos palpebrarum pediculi nascunt. Id φθειρίασιν Græci nominant. Quod cũ ex malo corporis habitu fiat, rarò non ultrà procedit. Sed ferè tempore interposito, pituitæ cursus acerrimus sequitur, exulceratis'q; uehemẽter oculis, C aciem quoq; ipsam corrumpit. His aluus ducẽda, caput ad cutem tondẽdum, diu'q; quotidie ieiunis perfricandum. His, ambulationibus, alijs'q; exercitationibus diligenter utendum, gargarizandum'q; ex mulso, in quo nepeta & pinguis ficus decocta sit: sæpe in balneo multa calida aqua fouendum caput. Vitandi acres cibi, lacte uino'que pingui utendum: bibendum'que liberalius, quàm edendum est. Medicamenta uerò intus quidem lenia danda sunt, ne acriorem pituitam concitent. Super ipsos uerò pediculos alia, quæ necare eos, & prohibere ne similes nascantur, posšint. Ad idipsum spumæ nitri P. i. *. sandaracæ P. i. *. uuæ taminiæ P. *. i. simul teruntur, adijcitur'q; uetus oleum pari portione, atq; acetum, donec ei mellis crasšitudo sit.

De oculo-

A De oculorum grauioribus morbis, qui ex inflammationibus oriuntur, & ualidioribus medicamentis curantur, & de Andreæ collyrio, & de diacerato.

Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia sunt, quæ diuersam curationem desiderant, ferèque ex inflammationibus nata sunt, sed finitis quoque his manentia. Atque in primis in quibusdam perseuerat tenuis pituitę cursus, quibus aluus ab inferiore parte euocanda est, demendum aliquid ex cibo. Neque alienum est illini frontem compositione Andreæ. Quę habet gummi P.i.*. cerussæ, stibis, singulorum P.ij.*. spumæ argenti & coctæ, & elotæ, P.iij.*. Sed ea spuma ex aqua pluuiali coquitur, & arida hæc medicamenta ex succo myrti conteruntur. His illita fronte, cataplasma quoque superinijciendum ex farina, quæ frigida aqua coacta sit, cuique aut acacię succus, aut cupressus adiecta sit. Cucurbitula quoque, inciso uertice, rectè accõmodatur, aut ex temporibus sanguis emittitur. Inungi uerò eo debet quod habet squamæ æris, papaueris lachrymæ, singulorum P.*. ceruini cornu combusti & eloti, plumbi eloti, gummi, singulorũ P.iiij.*. thuris P.xij.*.
B Hoc collyrium quia cornu habet, διακέρατος nominatur. Quotiescunque nõ adijcio, quod genus humoris adijciendum sit, aquam intelligi uolo.

Plumbi eloti, gummi, singulorum P.iiij.*. thuris P.xij.*.) In Galeno, libro 4. cap. 7. thuris tantum drachmæ quatuor adijciuntur.

Memigmenon, Euelpidis collyrium.

Ad idem Euelpidis, quod μεμιγμένον nominabat. In eo papaueris lachrymæ, & albi piperis, singulæ unicæ sunt, gummi libra, æris combusti P.i.*. Inter has autem curationes, post intermissionẽ aliquam prosunt balneum & uinũ. Cumque omnibus lippientibus ui tandi cibi sunt, qui extenuant, tũ præcipuè quib. tenuis humor diu fert. Quòd si iam fastidium est eorum quæ pituitã crassiorem reddunt, sicut in hoc genere materiæ maximè promptũ est, confugiendum est ad ea, quæ quia uentrem, corpus quoque astringunt.

C De oculorum ulceribus supercrescentibus, sordidis, cauis, ueteribus, & curationibus singulorum.

At ulcera, si cum inflammatione finita nõ sunt, aut supercrescentia, aut sordida, aut caua, aut certè uetera esse consuerũt. Ex his supercrescentia collyrio, quod memigmenon uocatur, optimè reprimunt. Sordida purgantur & eodẽ, & eo quòd Smiliõ nominatur.

Smilion collyrium.

Habet æruginis P.iij.*. gummi tantũdem, ammoniaci, minij sinopici, singulorum P.xvi.*. Quę quidam ex aqua, quidam, quo uehementiora sint, ex aceto terunt.

Phynon collyrium Euelpidis.

Id quoque Euelpidis, quod Phynona adpellabat, huic utile est:

Croci P.i.*. papaueris lacrymæ, gummi, singulorũ P.ij.*. æris com- A
busti & eloti, myrrhæ, singulorum P.iiij.*. piperis albi P.vi.*. Sed
ante linitum hoc ungendum est.

Sphærion collyrium Euelpidis.

Id quoq; eiusdem, quod Sphærion nominabat, eodem ualet: lapidis hæmatitis eloti P.ij.*. piperis grana sex, cadmiæ elotæ, myrrhæ, papaueris lachrymæ, singulorum P.iij.*. croci P.iiij.*. gummi P.viij.*. quæ cum uino amineo conteruntur.

Id quoq; eiusdem, quod Sphærion nominabat.) Extat collyrium sphæricum, â figura efformationis, Tryphone eius authore, nominatum, apud Galen. libro 4. cap.7. Comp. pharm. localium.

Liquidum Euelpidis collyrium.

Liquidum quoq; medicamentum ad idem componebat, in quo erant hæc: æruginis P.*. minij combusti, atramenti sutorij, cinamomi, singulorum P.iij.*. croci, nardi, papaueris lacrymæ, singulorũ P.i.*. myrrhæ P.ij.*. æris combusti P.iij.*. cineris ex odoribus P. iiij.*. piperis grana xv. Hæc ex uino austero teruntur: deinde cum B passi tribus heminis decoquuntur, donec corpus unũ sit. Idq; medicamentum uetustate efficacius fit.

Aeruginis P.. minij combusti.*) Minium intelligi potest de cinnabari, quæ catachresticῶs atq; abusiuè minium etiam interdum appellatur. Potest nihilominus & sinopicum minium intelligi, cuius in Smilio collyrio superius facta est mentio. Nam minium Hispanum nequaquam hic opportunum est, quippe uenenum: uti sunt & Plinius & Dioscorides abunde idonei testes. Quanquam Strabo Hispanum Sinopica terra non esse deterius existimat.

De cauis oculorum ulceribus, & curationibus.

Caua uerò ulcera commodissimè implent ex his quæ suprà posita sunt, Sphærion, & id quod Philetis uocatur. Idem Sphærion uetustis ulceribus, & uix ad cicatricẽ uenientibus, optimè succurrit.

Hermonis collyrium.

Est etiam collyrium quod cum ad plura ualeat, plurimũ tamen proficere in his ulceribus uidetur. Refertur ad Hermonem authorem, habet piperis longi P.i.3.*. albi P.*. cinamomi, costi, singulorum P.i.*. atramẽti sutorij, nardi, casiæ, castorei, singulorum P.ij.*. C
gallæ P.v.*. myrrhæ, croci, thuris, lycij, cerussæ, singulorũ P.viij.*. papaueris lachrymæ P.xij.*. aloes, æris combusti, cadmiæ, singulorum P.xvi.*. acaciæ, stibis, gummi, singulorum P.xxv.*.

De cicatricibus oculorum, quæ ex ulceribus factæ sunt, & quomodo curari debeant, & de Asclepia, & Canopite, & Pyxino, collyrijs.

Factæ uerò ex ulceribus cicatrices, duobus uitijs periclitantur, ne aut cauæ, aut crassæ sint. Si cauæ sunt, potest eas implere id quod sphærion uocari dixi, uel id quod Asclepias nominatur. Habet papaueris lachrymæ P.ij.*. sagapeni, opopanacis, singulorum P. iij.*. æruginis P. iiij.*. cumini P. viij.*. piperis P.xij.*. cadmiæ

A cadmiæ elotæ, ceruſſæ, ſingulorum P. xvi. *. At ſi craſſæ cicatrices ſunt, extenuat uel ſmilion, uel canopitę collyriū, quod habet cinamomi, acaciæ, ſingulorum P. i. *. cadmiæ elotæ, croci, myrrhæ, papaueris lachrymę, gummi, ſingulorum P. ij. *. piperis albi, thuris, ſingulorū P. iij. *. æris cōbuſti P. ix. *. cum aqua pluuitiali. Vel Euelpidis Pyxinū, quod ex his conſtat: Salis foſsilis P. iiij. *. ammoniaci thymiamatis P. viij. *. papaueris lachrymæ P. xij. *. ceruſſæ P. xv. *. piperis albi, croci Siculi, ſingulorum P. lij. *. gummi P. xiij. *. cadmiæ elotæ P. ix. *. Maximè tollere cicatricē uidetur, id quod habet gummi P. iij. *. æruginis P. i. *. crocomagmatis P. iiij. *.

De alio genere inflammationis oculorum.

Eſt etiam genus inflammationis, in qua ſi cui tument ac diſtenduntur cum dolore oculi, ſanguinem ex fronte emitti neceſſariū, multa' que aqua calida caput atque oculos fouere, gargarizari ex lenticula, uel ex fici cremore, inungi acribus medicamētis, quæ B ſuprà comprehenſa ſunt: maximéq; eo quòd ſphærion nominatur, quod lapidē hęmatitē habet. Atq; alia quoq; utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpritudinē fiunt, de qua protinus dicam. Hanc autem inflammatio oculorum ferè ſequitur, interdū maior, interdum leuior. nonnunquā etiā ex aſpritudine lippitudo fit, deinde aſpritudinē ipſam auget, fitq; ea in aliis breuis in aliis lōga, & quę uix unquā finiat. In hoc genere ualetudinis quidā craſſas duraſq; palpebras, & ficulneo folio, & aſperato ſpecillo, & interdū ſcalpello eradunt, uerſaſq; quotidie medicamētis ſuffricāt. Quę neq; niſi in magna uetuſtateq; aſpritudine, neq; ſæpe faciēda ſunt. Nam melius eodem ratione uictus & idoneis medicamētis peruenitur. Ergo exercitationibus utemur, & balneo frequentiore, multaq; oculorum palpebras aqua calida fouebimus. Cibos autem ſumemus C acres, & extenuantes.

Cæſarianum collyrium.

At medicamentum id quod Cæſarianum uocatur, habet atramenti ſutorij P. i. *. miſyos P. *. piperis albi P. v. *. papaueris lachrymæ, gummi, ſingulorū P. ij. *. cadmiæ lotæ P. iij. *. ſtibis P. vi. *. ſatiſq; conſtat, hoc collyriū aduerſus omne genus oculorum ualetudinis idoneum eſſe, exceptis his quæ lenibus nutriuntur.

Hieracis collyrium.

Id quoq; quod Hieracis nominatur, ad aſpritudinē poteſt. Habet myrrhæ P. i. *. ammoniaci thymiamatis P. ij. *. æruginis raſæ P. iiij. *. cum aqua pluuiali. Ad idē idoneum eſt etiā id quod canopite eſt, & id quod ſmilium uocatur, & id quod pyxinum, & id quod ſphęrion. Si compoſita medicamēta non adſunt, felle caprino, uel quàm optimo melle ſatis commodè aſpritudo curatur.

Id quoq; quod Hieracis nominatur.) Extat & apud Galenum lib. 4. cap. 7. Comp. pharm. ſocal. collyrium quoddam Hieracium.

De Xerophthalmia, genere aridæ lippitudinis.

Est etiã genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci adpellant: A neq; tument, neq; fluunt oculi, sed rubent tantum, & cum dolore quodam grauescunt, & noctu prægraui pituita inarescunt: quantoq; minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus est. In hoc uitio multũ ambulare, multũ exerceri, lauari sæpe, ibiq; desudare, multaq; frictione uti, necessarium est. Cibi neq; qui implent, neq; nimium acres apti sunt, sed inter hos medij. Mane ubi concoxisse manifestum est, non alienum est ex sinapi gargarizare, tum deinde caput atq; os diutius perfricare.

Rhinion collyrium.

Collyrium uerò aptissimum est, quod Rhinion uocatur: habet myrrhæ P. i. *. papaueris lachrymæ, acaciæ succi, piperis, gũmi, singulorum P. i. *. lapidis hæmatitis, lapidis phrygij, lycij, lapidis scissilis, singulorum P. ij. *. æris combusti P. iiij. *. Ac pyxinum quoq; eódem accommodatum est.

Collyrium uerò aptissimum est, quod Rhinion uocatur.) Rhinion dictum uidetur, uoce diminutiua: hoc est, à limula, quòd ad limę similitudinem oculorum et cicatrices & callos deterat. ῥίνη enim lima est. habet & Galenus lib. 4. cap. 7. B Comp. pharm. part. in eundem usum paratum eiusdem nominis aliud. Habet item Paulus lib. 7. quod rhinarion uocat.

Ad oculos scabros, collyria.

Si uerò scabri oculi sunt, quod maximè in angulis esse cõsueuit, potest prodesse Rhinion, id quod suprà positum est: potest similiter prodesse id quod habet æruginis rasæ, piperis longi, papaueris lachrymę, singulorũ P. *. ij. piperis albi, gummi, singulorum P. *. iiij. cadmiæ lotæ, cerussæ, singulorum P. vi. *. Nullum tamẽ melius est q̃ Euelpidis, quod Basilicõ nominabat. Habet papaueris lachrymæ, cerussæ, lapidis Asij, singulorum P. ij. *. gummi P. xiij. *. piperis albi P. iiij. *. croci P. vi. *. psorici P. xiij. *. Nulla autem per se materia est, quæ psoricum nominetur, sed chalcitidis aliquid, & cadmiæ dimidio plus, ex aceto simul conteruntur, idq; in uas fictile additum, & contectum ficulneis folijs, sub terra reponitur, sublatumq; post dies uiginti rursus teritur, & sic adpellatur. Verùm in Basilico quoq; collyrio conuenit, ad omnes affectus oculorum C id esse idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur. Vbi nõ sunt autem medicamenta composita, scabros angulos leuant & mel & uinum. Succurritq; & his, & aridæ lippitudini, si quis panem ex uino subactum super oculum imponit. Nam cum ferè sit humor aliquis, qui modò ipsum oculum, modò angulos, aut palpebras exasperat: sic, & si quid prodit humoris, extrahitur: & si quid iuxtà est, repellitur.

Nulla autem per se materia est, quæ Psoricum nominetur.) Psorici parem propè descriptionem habet Dioscorides lib. 5. cap. 65.

Ad ca-

Ad caligationem oculorum, quæ propter lippitudinem oritur, remedia & collyria.

A Caligare uerò oculi nonnunquam ex lippitudine, nõnunquam etiam sine hac propter senectutem, imbecillitatem' ue aliam cõsueuerunt. Si ex reliquijs lippitudinis id uitium est, adiuuat collyriũ, quod Asclepias nominat. Adiuuat id quod ex crocomagmate fit.

Διὰ κρόκου collyrium.

Propriè etiam ad id componitur, quod διὰ κρόκου uocãt: habet piperis P.i.✱. croci cilicij, papaueris lachrymæ, cerussæ, singulorum P.ij.✱. psorici, gummi, singulorum P.iiij.✱.

Ad caligationem oculorum, quæ propter senectutem, aut aliam imbecillitatem fit.

At si ex senectute, alia'ue imbecillitate, id est, rectè inungi potest, & melle quàm optimo, & cyprino, & oleo uetere. Cõmodissimum tamen est, balsami partẽ unam, & olei ueteris, aut cyprini partes duas, mellis q̃ acerrimi partes tres miscere. Vtilia quoq; huic medicamenta sunt, quæ ad caliginẽ proximè, quæq; ad extenuan-
B das cicatrices suprà comprehensa sunt. Cuicunq; uerò oculi caligabũt, huic opus erit multa ambulatione atq; exercitatione, frequenti balneo, ubi totũ quidem corpus perfricandum est, præcipuè tamẽ caput, & quidem irino, donec insudet: uelandumq; postea, nec detegendum antequam sudor & calor domi conquierint. Tum cibis utendum acribus, & extenuantibus: interpositisq; aliquibus diebus, ex sinapi gargarizandum.

De suffusione oculorum.

Suffusio quoq; (quam Græci ὑπόχυσιν nominant) interdũ oculi pituitæ, qua cernit, se opponit. Quòd si inueterauerit, manu curandum est. Inter initia nonnunq̃ etiam certis obseruationibus discutitur. Sanguinẽ ex fronte uel naribus mittere, in temporib. uenas adurere, gargarizando pituitam euocare, suffumigare oculos acribus medicamentis, inungere expedit. Victus optimus est, qui pi-
C tuitam extenuat.

De resolutione oculorum, quæ paralysis dicitur.

At ne resolutio quidem oculorum, quam παράλυσιν Græci nominant, alio uictus modo, uel alijs medicamentis curanda est. Exposuisse tantum genus uitij satis est. Igitur interdum euenit modò in altero oculo, modò in utroq;, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comitiali, aut ex distentione neruorum, qua uehementer oculus ipse concussus est, ut his neq; quoquã intendi possit, nec omnino consistat: sed huc illuc' ue sine ratione moueatur, ideoq; ne cõspectum quidem rerum præstet.

De mydriasi oculorum.

Non multũ ab hoc malo distat, id quod μυδρίασιν Græci uocant.

Pupilla effunditur & dilataẽ,acies\ eius hebeſcit:ac penè difficillimè genus id imbecillitatis eliditur.In utraq; uerò,id eſt, & paralyſi & mydriaſi,pugnandũ eſt per eadem omnia,quę in caligine oculorum præcepta ſunt,paucis tantũ mutatis: ſiquidem ad caput irino interdum acetũ, interdum nitrũ adijciendũ eſt, melle inungi ſatis eſt. Quidam in poſteriore uitio calidis aquis uſi, releuatiq;. quidã ſine ulla manifeſta cauſa ſubitò obcæcati ſunt. Ex quibus nonnulli cum aliquandiu nihil uidiſſent, repentina profuſione alui lumẽ receperunt. Quò minus alienum uidetur, ex recenti re et interpoſito tempore medicamentis quoq; moliri deiectiones, quę omnem noxiam materiam in inferiora depellant. A

De imbecillitate oculorum.

Præter hæc imbecillitas oculorũ eſt, ex qua quidem interdiu ſatis,noctu nihil cernũt:quod in fœminã, bene reſpõdentibus menſtruis, nõ cadit. Sed ſic laborantes inungi oportet ſanguine iocineris,maximè hircini: ſi minus, caprini: ubi id aſſum coquitur, excepto:atq; edi quoq; ipſum iecur debet. Licet tamen etiã ijſdem medicamentis non inutiliter uti, quæ uel cicatrices, uel aſpritudinem extenuant: quidam contrito ſemine portulacæ mel adijciunt,eatenus ne id ex ſpecillo diſtillet,eoq; inungunt. Exercitationibus,balneo,frictionibus,gargarizationibus ijſdem, his quoq; utendũ eſt. B

Præter hæc imbecillitas oculorũ eſt.) Hoc uitio qui laborant, νυκτάλωπες Græcè, Latinè luſcioſi uocanẽ: & Plinius malum ipſum, nocturnã cæcitudinem appellat. Celſi appellatio amplior, quàm pro re notata eſt. Hi interdiu quidẽ uident, ſed ſole occidente obſcurius, noctuq; omnino nihil. Sunt alij qui contrà, interdiu deterius, q̃ de nocte cernãt, quos Myopas uocãt. Hippocrates lib.2. Prædict. unde hæc Celſi petita ſunt, nyctalopas è contrario uocat, qui noctu uident. Quo nihilo melius ſaniusq;, ſua Celſus ſcripſit ac cõmutauit.

Sed ſic laborantes inungi oportet ſanguine iocineris, maximè hircini.) Vide Dioſcoridẽ lib.2. cap.39. ubi cõtra luſcioſos caprini iecoris aſſi ἰχὼρ commendatur. Vide & Plin. lib.28. cap.11. qui pro Dioſcoridis ichore, ſaniẽ uertit, Celſus minus bene, ſanguinem interpretatur.

Ad oculos, qui extrinſecus offenduntur, cum ſanguine ſuffuſi ſunt.

Et hæc quidem in ipſis corporibus oriunẽ. Extrinſecus uerò interdũ,ſi ictus oculũ lædit, ut ſanguis in eo ſuffundatur, nihil cõmodius eſt, q̃ ſanguine uel colũbæ, uel palumbi, uel hirundinis inungere. Neq; id ſine cauſa fit, cum horũ acies extrinſecus læſa, interpoſito tempore in antiquũ ſtatũ redeat, celeberrimeq; hirũdinis. Vnde etiã locus fabulæ factus eſt, aut per parẽtes, aut id herba celidonia reſtitui, q̃d per ſe ſaneſcit. Eorum ergo ſanguis noſtros quoq; oculos ab externo caſu commodiſſimè tuetur, hoc ordine, ut ſit hirundinis optimus, deinde palumbi, minimè efficax columbæ & illi ipſi, & nobis. Supra percuſſum uerò oculum ad inflammationẽ leniendam, nõ eſt alienũ imponere etiam cataplaſmata. Sed armeniacus, uel quilibet alius q̃ optimus teri debet, ſic ut ei paulatim oleum adijciaẽ, donec craſſitudo ſtrigmenti fiat. Id deinde miſcendũ C

eſt cum

A est cum hordeacea farina, quæ ex mulso decocta sit. Facile aũt recognitis omnib. quæ medici quoq; prodiderũt, apparere cuilibet potest, uix ullũ ex his quę suprà cõprehensa sunt, oculi uitium esse, q̃d non simplicibus quoque, & promptis remedijs submoueri possit.

De aurium morbis, & curationibus. *Cap.* VII.

HActenus in oculis ea reperiunt, in quibus medicamenta plurimum possint. Ideoq; ad aures transeundum est, quarũ usum proximũ à luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto maius periculum est: nam uitia oculorum intra ipsos nocẽt. Aurium inflammationes, doloresq;, interdum etiam ad dementiã mortẽq; præcipitant. Quo magis inter initia protinus succurrendũ est, ne maiori periculo locus sit. Ergo ubi primùm dolorẽ aliquis sensit, abstinere & cõtinere se debet. Postero die, si uehementius malum est, caput tondere, idq; irino unguento calido perungere, & operire. At magnus cum febre uigiliaq; dolor exigit, ut sanguis quoque mittat. Si id aliquæ causæ prohibent, aluus soluenda est. Cataplas-
B mata quoq; calida subindè mutata proficiunt, siue fœnigræci, siue lini, siue alia farina ex mulso decocta est. Rectè etiã subindè admouentur spõgiæ, ex aqua calida expressæ. Tum leuato dolore, ceratum circumdari debet ex irino aut cyprino factũ. In quibusdam tamen melius, q̃d ex rosa factũ est, proficit. Si uerò uehemens inflammatio somnũ ex toto prohibet, adijci cataplasmata debẽt, papaueris corticis fricti atq; contriti, sic ut ex his pars dimidia sit, eaq; tum simul ex passo misto decoquatur. In aurẽ uerò infundere aliquod medicamentũ oportet, q̃d semper antè tepefieri cõuenit, cõmodissimeq; per strigilem instillat. Vbi auris repleta est, super lana mollis addenda est, quæ humorẽ intus cõtineat. Et hæc quidem cõmunia sunt. Medicamentũ uerò est & rosæ, & radicum arundinũ succus, & oleum in quo lumbrici cocti sunt, & humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali persici expressus. Composita uerò ad inflãmationem doloremq; leniendum, hæc ferè sunt: Castorei, papaue
C ris lachrymę pares portiones cõteruntur, deinde adijcitur his passum. Vel papaueris lachrymæ, croci, myrrhæ par modus, sic terit, ut inuicẽ modò rosa, modò passum instilletur. Vel id quod amarũ in Ægyptia faba est, cõteritur, rosa adiecta. Quibus myrrhę quoq; paulùm à quibusdam miscetur, uel papaueris lachrymæ, aut thus cum muliebri lacte, uel amararũ nucum cum rosæ succo: uel castorei, myrrhæ, papaueris lacrymæ pares portiones cũ passo, uel croci P. i. *. myrrhæ, aluminis scissilis, singulorũ P. *. 3. quibus cum terũtur, paulatim miscent passi cyathi tres, mellis minus cyatho. Idq; ex primis medicamentis est: uel papaueris lacryma ex aceto. Licet etiam cõpositione uti Themisonis, quæ habet castorei, opopanacit, papaueris lacrymæ ex aceto, singulorũ P. ij. *. spumæ lycij P. iiij. *. Quæ cõtrita passo excipiuntur, donec cerati crassitudinẽ habeãt,

atq; ita reponuntur. Vbi usus requiritur, rursus idem medicamen A tum adiecto passo, specillo teritur. Illud perpetuum est, quoties cunq; crassius medicamentum est, quàm ut in aurem instillari possit, adijciendum eum esse humorem, ex quo id cōponi debet, donec satis liquidum sit. Si uerò pus quoque aures habent, rectè lycium per se infunditur, aut irinum unguentum, aut porri succus cum melle, aut centaureæ succus cum passo, aut dulcis punici mali succus in ipsius cortice tepefactus, adiecta myrrhæ exigua parte. Rectè etiam miscentur myrrhæ (quam στακτὴν cognominant) P.i. ✱. croci tantundem, nuces amaræ xv. mellis sesquicyathus. Quæ contrita, cum utendum est, in cortice punici mali tepefiant. Ea quoque medicamenta quę oris exulcerati causa componuntur, æquè ulcera aurium sanant. Quæ si uetustiora sunt, & multa sanies fluit, apta compositio est, quæ ad authorē Erasistratum refertur, piperis P.i.✱. croci P.i.3.✱. myrrhæ, misyos cocti, singulorū P.ij.✱. æris combusti P.ij.✱. Hęc ex uino teruntur. Deinde ubi inaruerūt, adijciuntur passi heminæ tres, & simul coquuntur. Cum utendum B est, adijcitur his mel & uinum. Est etiam Ptolemæi chirurgi medicamentū, quod habet lentisci P.i.✱. gallæ P.i.✱. omphacis P.i.✱. succum punici mali. Est Menophili ualidum admodum, quod ex his constat: piperis longi P.i.✱. castorei P.ij.✱. myrrhæ, croci, papaueris lacrymæ, nardi syriaci, thuris, malicorij, ex Aegyptia faba partis interioris, nucum amararū, mellis quàm optimi, singulorū P.iiij.✱. Quibus cum teruntur, adijcitur acetū q; acerrimū, donec crassitudo in his passi fiat. Est Cratonis: cinamomi, casiæ, singulorū P.i.✱. lycij, nardi, myrrhæ, singulorū P.i.✱. aloes P.ij.✱. mellis cyathi tres, uini sextarius. Ex quibus uinum cum lycio decoquitur, deinde his alia miscentur. At si multum puris, malusq; odor est, æruginis rasæ, thuris, singulorum P.ij.✱. mellis cyathi duo, aceti quatuor simul incoquūtur. Vbi utendum est, dulce uinū miscetur. Aut aluminis scissilis, papaueris lacrymę, acaciæ succi par pondus miscetur, hisq; adijcitur hyoscyami succi dimidio minor q; unius ex superioribus portio, eaq; trita, ex uino diluūtur. Per se quoq; hyoscyami succus C satis proficit. Commune uerò auxilium aduersus omnes auriū casus, iamq; usu comprobatū, Asclepiades cōposuit. In eo sunt cinamomi, casiæ, singulorū P.i.✱. flores iunci rotundi, castorei albi, piperis longi, amomi, myrobalani, singulorum scrupuli duo: thuris masculi, nardi syriaci, myrrhæ pinguis, croci, spumæ nitri, singulorum P.ij.✱. Quæ separatim contrita, rursus mista ex aceto cōterun tur, atq; ita condita, ubi utendum est, aceto diluuntur. Eodem modo cōmune auxilium auribus laborātibus est, Polybij sphragis ex dulci uino liquata, quæ cōpositio priore libello continetur. Quòd si & sanies profluit, & tumor est, non alienū est, misto uino per oricularium clysterē eluere, & tum infundere uinū austerū cum rosa mistum, cui spodij paulū sit adiectū, aut lyciū cū lacte, aut herbæ sanguinalis

A guinalis succum cum rosa, aut mali punici succum cum exigua parte myrrhæ. Si sordida quoque ulcera sunt, melius mulso eluuntur, & tū aliquod ex his quæ suprà scripta sunt, quod mel habeat, infundit. Si magis pus profluit, & caput utique tondendū est, & multa calida aqua perfundendum, & gargarizandū, & usque ad lassitudinē ambulandum, & cibo modico utendum est. Si cruor quoque ex ulcerib. apparuit, lyciū cū lacte debet infundi, uel aqua in qua rosa decocta sit, succo aut herbæ sanguinalis, aut acaciæ adiecto. Quòd si super ulcera caro increuit, eaque mali odoris sanguinē fundit, aqua tepida elui debet: tum infundi id quod ex thure, & ærugine, & aceto, & melle fit, aut mel cū ærugine incoctū. Squama quoque æris cum sandaraca contrita, per fistulam rectè instillatur.

Et oleum in quo lumbrici cocti sunt.) ἐλμινθας intelligit.

Et humor ex amaris nucibus.) Amygdalas amaras ita sæpè nominare solet.

Papaueris lachrymæ pares portiones.) Opium significat.

Vt in uicem modò rosa, modò.) Rosaceum intelligi rosæ uocabulo, suprà etiam annotauimus.

B *Papaueris lachrymæ pares portiones cum passo, uel croci, &c.*) id est, opij, quemadmodum paulo antè diximus. Omnino Galenus lib. 3. cap. 1. Comp. pharm. part. Celso consentit, nisi quòd is pro passo sapum, ad leniendum dolorem, quæ fit ex musto ad tertias decocto, habeat. Passum autem uinū est, ex uuis diu insolutis expressum.

Licet etiam compositione uti Themisonis.) Galenus loco iam modò citato, ad Andromachum refert: paululumque tantum in ponderibus uariat.

Adiecto passo, specillo teritur.) Ianus Cornarius specillū superuacaneū esse cēset.

Polybij sphragis ex dulci uino liquata.) Galenus lib. 3. Comp. pharm. part. cap. 3. Polyidæ legit, similiterque Paulus lib. 7.

Aduersus aurium uermes.

Vbi uerò uermes orti sunt, si iuxtà sunt, protrahēdi oriculario specillo sunt: si longius, medicamentis enecandi, cauendumque ne postea nascantur. Ad utrunque proficit album ueratrum, cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet uino, in quo marrubiū decoctum sit. Sic emortui uermes in primam auris partem prouocabuntur, unde facillimè educi possunt.

Ad compressa aurium foramina.

C Sin foramen auris compressum est, & intus crassa sanies subest, mel quàm optimū addendū est: si id parum proficit, mellis cyatho & dimidio, æruginis rasæ P. ij. ×. adijciendū est, incoquēdumque, & eo utendū. Iris quoque cum melle idē proficit. Item mellis & rosę scrupuli duo. Itē galbani P. ij. ×. myrrhæ cū melle, & fellis taurini, singulorum P. ij. ×. uini quantum satis est ad myrrham diluendam.

Ad grauem auditum.

Vbi uerò grauius aliquis audire cœpit, quod maximè post longos capitis dolores euenire consueuit, in primis aurē ipsam considerare oportet. Apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascit, aut sordiū coitus. Si crusta est, infundendū est aut oleū calidū, aut cū melle ærugo, uel porri succus, aut cū mulso nitri paulū. Atque ubi crusta à corpore iā recedit, eluenda auris aqua tepida est,

quo facilius ea per se diducta,oriculario specillo protrahatur. Si A
sordes æquè molles sunt,eodē specillo eximendæ sunt. At si duræ
sunt,acetū, & cum eo nitri paululum injiciēdum est. Cumq; emol
litæ sunt,eodem modo elui aurem, purgariq; oportet. Quòd si ca
pitis grauitas manet,attondendū idem,& leniter,sed diu perfricā
dum est: adiecto uel irino uel laureo oleo, sic ut utrilibet paulùm
aceti misceat:tū diu ambulandū, leniterq; post unctionē aqua ca
lida caput fouendum. Cibisq; utendū ex imbecillissima & media
materia,magisq; assumendæ dilutæ potiones,nonnunquam gar
garizandum est. Infundendū autem in aurē castoreū cum aceto,
& laureo oleo, & succo radiculæ corticis. Aut cucumeris agrestis
succus,adiectis contritis rosæ folijs. Immaturæ quoq; uuæ succus
cum rosa instillatus,aduersus surditatem satis proficit.

Ad sonitum aurium intra seipsas.

Aliud uitij genus est,ubi aures intra seipsas sonant. Atque hoc
quoq; fit,ne externum sonum accipiant.Leuissimum est,ubi id ex B
grauedine est. Peius, ubi ex morbis, capitis'ue longis doloribus
incidit:pessimū,ubi magnis morbis uenientibus,maximeq; comi
tiali,prouenit. Si ex grauedine est, purgare aurē oportet, & spiri-
tū cōtinere,donec inde humor aliquis expumet. Si ex morbo uel
capitis dolore,quod ad exercitationē,frictionē,perfusionē,garga
rizationemq; pertinet, eadē facienda sunt. Cibis non utendū,nisi
extenuantibus.In aurem dandus radiculæ succus cum rosa,uel cū
succo radicis ex cucumere agresti, uel castoreū ex aceto,& laureo
oleo. Veratrum quoq; cum aceto conteritur, deinde melle cocto
excipitur, & inde collyriū factum in aurem demittitur.Si sine his
cœpit, ideoq; nouo metu terret, in aurē dari debet castoreū cum
aceto,uel irino,uel laureo oleo,aut huic mistum castoreū cum suc
co nucum amararum, aut myrrha & nitrum cum rosa & aceto.
Plus tamen in hoc quoq; proficit uictus ratio. Eademq; facienda C
sunt, quæ suprà comprehendi, cum maiore quoq; diligentia: &
præterea donec his sonus finiatur, à uino abstinendum. Quod si
simul & sonus & inflammatio, laureum oleum coniecisse abundè
est,aut id quod ex amaris nucibus exprimitur: quibus quidā uel
castoreum,uel myrrham miscent.

Ad ea quæ in aurem inciderunt extrahenda.

Solet etiam interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus, a-
liquod'ue animal. Si pulex intus est, compellendum eò lanæ pau
lùm est,quo ipse is subit, & simul extrahitur. Si non est secutus,a-
liud'ue animal est, specillū lana inuolutū in resinam q̄ glutinosis-
simā,maximeq; terebinthinā demittendū,idq; in aurē injiciendū,
ibiq; uertendū est. utiq; enim cōprehendet et eximet. Sin aliquid
exanime est,specillo oriculario protrahendū est, aut hamulo retu
so paulū recuruato. Si ista nihil,proficiūt potest eodē modo resina
protrahi.

A protrahi. Sternutamenta quoque admota id commodè elidunt, aut oriculario clystere, aqua uehementer intus compulsa. Tabula quoq; collocatur, media inhærẽs capitibus utrinq; pendẽtibus, su perq; eam homo deligatur in id latus uersus, cuius auris eo modo laborat, sic ut extra tabulã emineat. Tũ malleo caput tabulæ, quod à pedibus est, feritur: atq; ita concussa aure, id quod inest, excidit.

Aut oriculario clystere aqua uehementer.) Sic ὠτεγχύτας nominat: quas alicubi etiam strigiles uocat. Pleriq; ex Græco aurifusoria uertunt: ut & ῥινεγχύτας, narifusoria. Gręci illa etiam ξύστρα, ἀπὸ τοῦ ξύειν, hoc est à stringendo, quemadmodum & Latini strigiles appellant. Scribonius auriscalpium uocat, quod Græci μύλλω ἐξωτιδία, id est auriculare specillum nominant.

Tabula quoq; collocatur.) Archigenes apud Galenũ lib. 3. Comp. phar. part. cap. 1. eandem formam ac rationẽ, sed paulo aliter ac commodius consulit.

De narium morbis, & curationibus. Cap. VIII.

B Nares uerò intus exulceratas fouere oportet uapore aquę calidæ, id est spongia expressa atq; admota. Fit & subiecto uase oris angusti, calida aqua repleto. Post idem fomentũ illinenda ul cera sunt, aut plũbi recremento, aut cerussa. Aut argenti spumam cum quolibet horũ aliquis cõterit, eiq; dũ teritur, inuicẽ uinum & oleum myrteũ adijcit, donec mellis crassitudinẽ fecerit. Sin aũt ea ulcera circa nares sunt, pluresq; crustas & odorẽ fœdũ habent, quod genus Græci ὀζαίναν appellant, sciri quidẽ debet, uix ei malo posse succurri. Nihilominus tamen hęc tentari possunt, ut caput ad cutẽ tondeatur, assidueq; uehementer perfricetur, multa calida aqua perfundatur, multa ei deambulatio sit, cibus modicus, neq; acer, neq; ualẽtissimus. Tum in narẽ ipsam mel cum exiguo modo resinę terebinthinæ conijciaẽ, quod specillo quoq; inuoluto lana fit, attrahaturq; spiritu is succus, donec in ore gustus eius sentiaẽ. Sub his enim crustæ resoluuntur, quæ tum per sternutamenta elidi debent. Puris ulceribus uapor aquæ calidæ subijciẽdus est. Deinde adhibẽdum aut lycium ex uino dilutum, aut amurca, aut omphacium, aut mentæ, aut marrubij succus, aut atramentum sutorium, quod candens factum, deinde contritum sit: aut interior scillæ

C pars contrita, sicut horum cuilibet mel adijciatur. Cuius in cæteris admodum exigua pars esse debet: in atramento sutorio tãta, ut ea mistura liquida fiat, cum scilla utiq; pars maior, in inuoluẽdumq; lana specillum est, & in eo medicamento intingendum, eoq; ulcera implenda sunt. Rursusq; linamentum inuolutum & oblongũ eodem medicamento illinendum, dimittendumq; in narem est, & ab inferiore parte leniter deligandum: idq; per hyemem & uer bis die: per æstatẽ & autumnũ, ter die fieri debet. Interdum uerò etiam in naribus carunculæ quædam, similes muliebribus mãmis nascuntur, hæq; imis partibus, quæ carnosissimæ sunt, inhærent. Has curare oportet medicamẽtis adurentibus, sub quibus ex toto cõsumuntur. πολύπους uerò est caruncula, modò alba, modò subrubra, quæ nariũ ossi inhęret: & modò ad labra pendẽs, narẽ implet: modò

modò retrò per id foramẽ, quò spiritus à naribus ad fauces descen- A
dit, adeò increscit uti post uuam cõspici possit, strangulatq; homi-
nẽ maximè austro, aut euro flãte. fereq; mollis est, rarò dura: eaq;
magis spiritũ impedit, & nares dilatat, quæ ferè καρκινῶδες est, itaq;
attingi non debet. Illud aliud genus ferè quidem ferro curatur, in-
terdum tamen inarescit, si addita in narem per linamentum aut pe
nicillum ea compositio est, quę habet minij sinopici, chalcitidis, cal
cis, sandaracæ, singulorum P.i.*. atramenti sutorij P.ij.*.

Sciri quidem debet uix ei malo posse succurri.) Gal.lib.3.Comp.Phar.part.cap.3.
ægrè curabilia censet non graue olentia hæc ulcera, sed ex acribus humori-
bus profecta.

De dentium dolore, & curationibus. Cap. IX.

IN dentium aũt dolore, qui ipse quoq; maximis tormentis annu-
merari potest, uinũ ex toto circumcidendũ est. Cibo quoq; pri-
mò abstinendum, deinde eo modico molliq; utendũ, ne manden-
tis dentes irritet: tum extrinsecus admouendus per spongiã uapor B
aquæ calidæ, imponendumq; ceratum ex cyprino aut irino factũ,
lanaq; id comprehendendum, caputq; uelandum est. Quòd si gra
uior is dolor est, utiliter & aluus ducitur, & calida cataplasmata su
per maxillas inijciuntur, & ore humor calidus cum medicamentis
aliquibus cõtinetur, sæpiusq; mutaẽ. Cuius rei causa & quinquefo
lij radix in uino misto concoquitur, & hyoscyami radix uel in po-
sca, uel in uino misto coquitur, sic ut paulum his salis adijciatur, &
papaueris non nimium: aridi cortices, & mandragoræ radix, eo-
dem modo. Sed in his tribus utiq; uitãdum est, ne quod haustum
erit, deuoretur. Ex populo quoq; alba, cortex radicis in hũc usum
in uino misto rectè coquitur, & in aceto cornu ceruinũ rasum, &
nepeta cum teda pingui: ac ficus item pinguis uel in mulso, uel in
aceto & melle, ex quibus cum ficus decocta est, is humor percola-
tur. Specillum quoq; lana inuolutum in calidum oleũ demittitur,
eoq; ipso dens fouetur. Quinetiam quædam quasi cataplasmata in
dentem ipsum illinunẽ. In quem usum ex malo punico, acido, atq; C
arido, malicorij pars interior cum pari portione, & gallæ, & pinei
corticis conteritur, misceturq; his minium, eaq; contrita aqua plu-
uiali coquunẽ. Aut panacis, papaueris lachrymæ, peucedani, uuæ
taminiæ sine seminibus, pares portiones conteruntur. Aut galba-
ni partes tres, papaueris lachrymæ pars quarta. Quicquid denti-
bus admotum est, nihilominus supra maxillam, ceratum (quale su
prà posui) esse debet lana obtectum. Quidam etiam myrrhæ, car-
damomi, singulorum P.i.*. croci, pyretri, ficorum partes, singulo-
rum P.iiij.*. sinapis P.viij.*. contrita linteolo illinũt, imponuntq;
in humero partis eius qua dens dolet. Si is superior est, à scapulis:
si inferior, à pectore. Idq; dolorem leuat: & cum leuauit, protinus
submouendum est. Si uerò exesus est dẽs, festinare ad eximendum
eum,

A eum, nisi res coegit, non est necesse. Sed cum omnibus fomentis, quæ suprà posita sunt, adijciendę quędā ualentiores cōpositiones sunt, quæ dolorem leuant, quales hę sunt. Habet autem papaueris lachrymæ P. i. *. piperis P. ij. *. psoreos P. x. *. quæ cōtrita galbano excipiuntur, id' que circundatur. Aut Menemachi, maximè ad maxillares dentes, in qua sunt croci P. i. *. cardamoni, thurisfuliginis, ficorum partes, pyretri, singulorum P. iiij. *. sinapis P. viij. *. Quidam autem immiscent pyretri, piperis, elaterij, singulorum P. i. *. aluminis scissilis, papaueris lachrymæ, uuæ taminiæ, sulphuris ignem non experti, bituminis, lauri baccarum, sinapis, singulorum P. ij. *. Quòd si dolor eximi eum cogit, & piperis semen cortice liberatū, & eodem modo bacca hederæ coniecta in id foramen, dentem findit, is'q; fortè stās excidet. Et plani piscis, quam pastinacam nostri, τρυγόνα Græci uocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaq; excipitur, quæ denti circundata, hunc soluit. Et alumen scissile in id foramen contectum demitti commodius est, quia sic dente seruato, dolorem leuat. Hæc à medicis accepta

B sunt. Sed agrestiū experimento cognitū, cum dēs dolet, herbā mētastrum cum suis radicibus uelli debere, & in peluē cōijci, supraq; aquā infundi, collocariq; iuxta sedentē hominē undiq; ueste contectum: tum in peluē candentes silices demitti, sic ut aqua tegātur, hominemq; eum hiante ore uaporem excipere, ut suprà dictum est, undiq; inclusum. Nam & sudor plurimus sequitur, & per os continens pituita defluit: idq; sæpe longiorem, sæpe annuam ualetudinem bonam præstat.

De tonsillis, & eorum cura. Cap. X.

SI uerò tonsillæ sine exulceratione per inflammationē intumuerunt, caput uelandum est extrinsecus, is locus uapore calido fouendus, multa ambulatione utendum: caput in lecto sublimè habendum, gargarizandumq; est ex reprimētibus. Radix quoq; ea (quam dulcem appellāt) cōtusa, & in passo, mulso' ue decocta, idē præstat. Leniterq; quibusdam mendicamentis eas illini non alienum est, quæ hoc modo fiunt: Ex malo punico dulci succus expri-

C mitur, & eius sextarius in leni igne coquitur, donec ei mellis crassitudo sit: tum croci, myrrhæ, aluminis scissilis, singulorū P. ij. *. per se conteruntur, paulatimq; his adijciuntur uini lenis cyathi duo, mellis unus, deinde priori succo ista miscētur, & rursus leniter incoquuntur. Aut eiusdem succi sextarius eodem modo coquitur, atq; eadē ratione trita ei adijciūtur hæc: nardi P. v. *. omphacij P. i. *. cinamomi, myrrhæ, casiæ, singulorum P. i. *. Eadem autem hęc & auribus & narib. purulentis accōmodata sunt. Cibus quoq; in hac ualetudine lenis esse debet, ne exasperet. Quòd si tanta inflammatio est, ut spiritum impediat, in lecto cōquiescendū, à cibo abstinendū, neq; absumendū quicquā præter aquā calidā est. Aluus

quoq; ducenda est. Gargarizandũ ex fico & mulsõ. Illinendũ mel, A
cum omphacio. Intrinsecus admouendus, sed aliquãto diutius uapor aquę calidę, donec ea suppurẽt, & per se aperiant. Si pure substãte non rũpuntur hi tumores, incidẽdi sunt, deinde ex mulso calido gargarizandum ex fico. At si modicus quidẽ tumor & exulceratio est, furfurũ cremori ad gargarizandũ paulùm mellis adijciẽdũ est, illinẽdaq; ulcera hoc medicamẽto. Passi quàm dulcissimi, tres heminę ad unã coquunt, tum adijcitur thuris P. i. *. croci, myrrhæ, singulorũ P. i. *. leniterq; omnia rursus feruescũt. Vbi plurima ulcera sunt, eodẽ furfurũ cremore, uel lacte gargarizandũ est. Atq; hic quoq; cibis lenib. opus est, quib. adijci dulce uinũ potest.

De oris ulceribus & curationibus: & quæ antheræ sint. Cap. XI.

VLcera autẽ oris, si cum inflammatione sunt, & parum dura ac rubicũda sunt, optimè his medicamẽtis curantur, quæ suprà posita ex malis punicis fiunt. Continẽdusq; sępe ore reprimẽs cremor est, cui paulum mellis sit adiectũ. Vtẽdum ambulationibus, & non acri cibo. Simulatq; uerò pura ulcera esse cœperunt, lenis B
humor, interdum etiam quàm optima aqua ore continenda est. Prodestq; assumptũ purum uinum, pleniorq; cibus, dum acribus uacet. Inspergiq; ulcera debẽt alumine scissili, cui dimidio plus gallę immaturæ sit adiectum. Si iam crustas habent, quales in adustis esse consueuerũt, adhibendę sunt hæ cõpositiones quas Greci ἀνθηρὰς nominant. Iunci quadrati, myrrhę, sandaracæ, singulorũ P. iiij. *. aluminis, pares portiones. Aut croci, myrrhę, singulorũ P. ij. *. iridis, aluminis scissilis, sandaracæ, singulorum P. iiij. *. iunci quadrati P. viij. *. Aut gallæ, myrrhæ, singulorum P. ij. *. aluminis scissilis P. ij. *. rosæ foliorũ P. iiij. *. Quidam autem croci P. *. aluminis scissilis, myrrhę, singulorũ P. i. *. sandaracæ P. ij. *. iũci quadrati P. iiij. *. miscent. Priora arida insperguntur. Hoc cum melle illinitur, neq; ulceribus tantum, sed etiã tonsillis. Verùm ea longe periculo- C
sissima ulcera sunt, quas ἄφθας Greci appellant, sed in pueris: hos enim sæpe consumunt. in uiris & mulieribus idem periculum non est. Hæc ulcera à gingiuis incipiũt, deinde palatum totumq; os occupant: tum ad uuã faucesq; descendũt. Quibus obsessis, non facile fit ut puer conualescat. Ac miserius etiam est, si lactens adhuc infans est, quo minus imperari remedium aliquod potest. Sed in primis nutrix cogẽda est exerceri ambulationibus, hisq; operib. quę superiores partes mouẽt. Mittenda in balneum, iubendaq; ibi calida aqua mammas perfundere, tum alẽda cibis lenibus, & his qui facilè non corrumpũtur. Potiones, si febricitat puer, aquæ, si sine febre est, uini diluti. Ac si aluus nutrici substitit, ducenda est. Si pituita eius in os coit, uomere debet. Tum ipsa ulcera perungenda sunt melle, cui rhus quẽ syriacũ uocant, aut amaræ nuces adiectæ sunt. Vel mistis inter se rosæ folijs aridis, pineis, nucleis, mentæ coliculo,

A coliculo, melle. Vel eo medicamento, quod ex moris fit, quorum succus eodẽ modo quo punici mali, ad mellis crassitudinẽ coquitur: eademq́ue ratione ei crocum, myrrha, alumen, uinũ, mel, miscetur. Neque quicquam dandũ, ad quod humor euocari possit. Si uerò iam firmior puer est, gargarizare debet his ferè quæ suprà cõprehensa sunt. At si lenia medicamẽta in eo parũ proficiunt, adhibẽda ea quæ adurẽdo crustas ulceribus inducãt. Quale est scissile alumẽ, uel chalcitis, uel atramentũ sutoriũ. Prodest etiã fames, & abstinentia, quanta maximè imperari potest. Cibus debet esse lenis. Ad purgãda tamẽ ulcera, interdum caseus ex melle rectè dat.

Cui rhus quem Syriacum uocant.) Idem est quod rhois obsoniorum.

De linguæ ulceribus. Cap. XII.

Linguæ quoque ulcera non aliis medicamẽtis egent, quàm quæ prima parte superioris capitis exposita sunt. Sed quę in latere eius nascuntur, diutissimè durant. Videndum'que est, num contrà dens aliquis acutior sit, qui sanescere sæpe ulcus eo loco non sinit, ideoque limandus est.

De parodontidibus gingiuarum tuberculis, deq; aliis ulceribus gingiuarum. Cap. XIII.

B Solent etiã interdũ iuxta dẽtes in gingiuis tubercula quędã ori dolentia, παρωδοντίδας Græci appellant. Hæc initio leniter sale cõtrito perfricare oportet, aut inter se mistis sale fossili, combusto cupresso, nepeta, deinde eluere os cremore lenticulę, & inter hæc hiare, donec pituitæ satis profluat. In maiore uerò inflammatione iisdẽ medicamẽtis utendũ est, quæ ad ulcera oris suprà posita sunt: & mollis linamẽti paulum inuoluendũ aliqua cõpositione ex his, quas antheras uocari dixi, demittẽdumq́ue id inter dentẽ & gingiuã: quòd si durior erit, & id prohibebit, extrinsecus admouẽdus erit spongiæ uapor calidus, imponendumq́ue ceratum. Si suppuratio se ostendet, diutius eo uapore utendũ erit, & continendũ ore calidum mulsum, in quo ficus decocta sit. Itemq́ue subcrudum incidendum, ne si diutius ibi pus permanserit, os lædat. Quòd si maior is tumor est, cõmodius totus exciditur, sic ut ex utraque par-
C te dens liberetur. Pure exempto, si leuis plaga est, satis est ore calidam aquã continere, & extrinsecus fouere eodem uapore. Si maior est, lenticulæ cremore: uti iisdem medicamentis, quibus cętera ulcera oris curantur. Alia quoque ulcera in gingiuis plerunque oriũtur, quibus eadem quæ in reliquo ore succurrunt. Maximè tamẽ mandere ligustrum oportet, succumq́ue eum ore continere. Fit etiã interdum, ut ex gingiuę ulcere, siue parodõtides sint, siue nõ sint, diutius pus feratur. Quod aut dente corrupto, aut fracto, uel aliter uitiato osse, maximeq́ue id per fistulam uenire consueuit, ubi incidit, locus aperiendus; dens eximendus: testa ossis, si qua excessit, reci-

sit, recidēda est: si quid uitiosi est, radendū. Post quę, quid fieri debeat, suprà in aliorum ulcerū curatione comprehensum est: si uerò à dentibus gingiuæ recedunt, eędē antherę succurrūt. Vtile est etiā pira, aut mala non permatura mandere, & ore eum humorem continere. Idem'que præstare, non acre acetum in ore retentum potest. A

Tubercula quædam oriri dolentia, παρονθίδας Græci.) Legito ex Aegineta, παρουλίδας. Nullum enim est uitium, quod Gręcè παροδοντὶς appelletur.

De uuæ morbo, & curatione. Cap. XIIII.

VVæ uehemens inflammatio terrere quoq; debet. Itaq; in hac abstinentia necessaria est, & sanguis rectè mittitur: & si id aliqua res prohibet, aluus utiliter ducitur, caput'q; super hæc uelandum, & sublimius habendum est: cum aqua gargarizandū, in qua simul rubus & lenticula decocta sit. Illinenda autē ipsa uua uel omphacio, uel galla, uel alumine scissili, sic ut cuilibet eorum mel adijciatur. Est etiam medicamentum huic aptum, quod Andronium appellatur. Constat ex his: alumine scissili, squama ęris rubri, atramento sutorio, galla, myrrha, misy. Quę per se cōtrita, mista'q;, rursus paulatim adiecto uino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit: ubi horum aliquo illità uua est, chelidoniæ quoq; succo per cochlear illita uua maximè prodest. Ferè multa pituita decurrit: cum'q; ea quieuit, ex uino calido gargarizandū. Quòd si minor in ea inflammatio, laser terere, ei'q; adijcere frigidam aquam satis est, eam'q; aquam cochleario exceptam, ipsi uuæ subijcere: ac mediocriter eam tumentem aqua quoq; frigida, eodem modo subiecta, reprimit. Ex eadem autem aqua gargarizandū quoq; est, uel cum lasere, uel sine eo, hac curatione uuę subiecta est. B

De cancro oris. Cap. XV.

SI quando autem ulcera oris cancer inuasit, primò considerandum est, num malus corporis habitus sit, ei'q; occurrēdum: deinde ipsa ulcera curanda. Quòd si in summa parte id uitium est, satis proficit anthera humido ulceri arida inspersa, sicciori cum exigua parte mellis illita. Si paulo altius, chartæ cōbustæ partes duę, auripigmēti pars una. Si penitus malū descendit, chartæ cōbustæ partes tres, auripigmēti pars quarta. Aut pares portiones salis fricti, et iridis frictę. Aut itē pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmēti. Necessariū autē est linamentū in rosa tingere, & super adurentia medicamēta imponere, ne uicinum & sanum locum lædat. Quidam etiam in acris aceti heminam frictū salem conijciunt, donec tabescere desinat: deinde id acetum coquūt, donec exiccetur, eum'q; salē contritū inspergūt. Quoties autem medicamentū inijcitur, & antè & pòst os diluendum est, uel cremore lenticulæ, uel aqua in qua aut eruum, aut oleæ, aut uerbenæ decoctæ sint, sic ut cuilibet C

A cuilibet eorũ paulum mellis misceatur. Acetum quoq; ex scilla retentum ore, satis aduersus hæc ulcera proficit. Ex aceto cocto sali, sicut suprà demonstratũ est, rursus mistum acetum. Sed & diu cõtinere utrumlibet, & id bis aut ter die facere, prout uehemens malum est, necessarium est. Quòd si puer est, cui id incidit, specillum lana inuolutum in medicamentũ demittendum est, & super ulcus tenendum, ne per imprudentiam adurentia deuoret. Et si dolor in gingiuis est, mouentur q; aliqui dentes, refici eos oportet: nam cũ rationes uehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, ulcera erunt adurenda. Quod tamen in labris ideo non est necessarium, quoniam excidere commodiùs est. Et id quidem æquè adustum atq; excisum, sine ea curatione, quæ corpori manu adhibeť, impleri non potest. Gingiuarũ uerò ossa, quæ hebetia sunt, in perpetuum ustione nudantur. Neq; enim postea caro increscit. Imponenda tamen adustis lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant.

De parotidibus, quæ sub auribus oriuntur. Cap. XVI.

B HÆc in capite ferè medicamentis egent. Sub ipsis uerò auribus oriri παρωτίδες solẽt, modò in secunda ualetudine ibi inflãmatione orta: modò post longas febres, illuc impetu morbi cõuerso. Id abscessus genus est, itaq; nullam nouã curationẽ desiderat. Animaduersionẽ tantũmodo hãc habet necessariã, q̃a si sine morbo id intumuit, primũ reprimẽtiũ experimẽtũ est. Si ex aduersa ualetudine, illud inimicũ est, maturari q;, et quãprimũ aperiri cõmodius est.

De umbilici prominentis curatione. Cap. XVII.

AD umbilicos uerò prominentes, ne manu ferro q; utendum sit, antè tentandum est, ut abstineat: aluus his ducatur, imponatur super umbilicum id quod ex his cõstat. Cicutæ & fuliginis, singulorum P. i. *. cerussæ elotæ P. iiij. *. plumbi eloti P. viij. *. ouis duobus, quibus etiam solani succus adijcitur. Hoc dilutius impositum esse oportet, & interim conquiescere hominem, cibo modico uti, sic ut uitentur omnia inflantia.

C *Ad umbilicos uerò prominentes.)* Plinius prociduum umbilicum uocat. Auicenna, umbilici augmentũ. Græci ἐξόμφαλον: nempe omentũ, siue ἐπίπλοον (id retè uulgò uocant) ut umbilicus intumescat, facit.

De obscœnarum partium uitijs, & curationibus. Cap. XVIII.

PRoxima sunt ea quæ ad partes obscœnas pertinẽt, quarum apud Græcos uocabula et tolerabilius se habent, & accepta iam usu sunt, cum omni ferè medicorũ uolumine atq; sermone iactentur: apud nos fœdiora uerba, ne cõsuetudine quidem aliqua uerecundius loquentium cõmendata sunt: ut difficilis hæc explanatio sit, simul & pudorẽ, & artis præcepta seruantibus. Neq; tamen ea res à scribẽdo deterrere me debuit: primũ, ut omnia quæ salutaria

accepi, cōprehenderem: dein, quia in uulgus eorum curatio etiam A præcipuè cognoſcenda eſt, quæ inuitiſſimus quiſq; alteri oſtendit.

De colis morbis, & curationibus.

Igitur ſi ex inflammatione coles intumuit, reducíq; ſumma cutis, aut rurſus induci non poteſt, multa calida aqua fouendus locus eſt. Vbi uerò glans contecta eſt, oriculario quoq; clyſtere inter eā, cutemq;, aqua calida inſerenda eſt. Si mollita ſic et extenuata cutis, ducenti paruit, expeditior reliqua curatio eſt. Si tumor uicit, impo nenda eſt uel lenticula, uel marrubiū, uel oleæ folia ex uino cocta, ſic ut cuilibet eorum, dum teritur, mellis paulum adijciatur. Surſumq; coles ad uentrem deligandus eſt. Quod in omni curatione eius neceſſarium eſt, Iſq; homo continere ſe debet, & abſtinere à cibo, & potione aquæ tantum à ſiti uindicari. Poſtero die rurſus adhibendum iiſdem rationibus aquę fomentum eſt, & cum ui quoq; experiundum, an cutis ſequatur. Eaq; ſi non parebit, leuiter ſummo ſcalpello cōcidenda erit. Nam cum ſanies profluxerit, extenuabitur is locus, & facilius cutis ducetur. Siue autem hoc modo uicta B erit, ſiue nunquā repugnauerit, ulcera uel in cutis ulteriore parte, uel in glande, ultrá ue eam in cole reperientur. Quæ neceſſe eſt aut pura ſicca ue ſint, aut humida, & purulenta. Si ſicca ſunt, primùm aqua calida fouenda ſunt: deinde imponendum lyciū ex uino eſt, aut amurca cocta cum eodem, aut cum roſa butyrum. Si leuis is humor ineſt, uino eluenda ſunt: tum butyri, & roſæ mollis paulum, & reſinæ terebinthinæ pars quarta adijcienda eſt, eoq; utendum. Aut ſi pus ex his profluit, ante omnia elui mulſo calido debent. Tum imponi piperis P.i.*. myrrhæ P.ij.*. croci, miſyos cocti, ſingulorum P.ij. *. Quæ ex uino auſtero coquuntur, donec mellis craſſitudinem habeant. Eadem autem cōpoſitio tonſillis, uuæ madentiori, nariumq; ulceribus accommodata eſt. Aliud ad eam: piperis P.i.*. myrrhæ P.i.*. croci P.ij.*. miſyos cocti P.i.*. æris combuſti P.ij.*. primùm ex uino auſtero conteruntur, deinde ubi inaruerunt, iterum teruntur ex paſſi tribus cyathis, & incoquuntur, donec uiſci craſſitudinem habeant. Aerugo quoque cum cocto C melle, & ea quæ ad oris ulcera ſuprà comprehenſa ſunt, curant. Aut Eraſiſtrati cōpoſitio, aut Cratonis, rectè ſuper purulēta naturalia imponitur. Folia quoq; oleæ ex nouem cyathis uini coquunt. His adijcitur aluminis ſciſſilis P.iiij.*. lycij P.viij.*. mellis ſeſquicyathus. Ac ſi plus puris eſt, id medicamentū ex melle: ſi minus, ex uino diluitur. Illud perpetuum eſt, poſt curationē dum inflammatio manet, quale ſuprà poſitum eſt, cataplaſma ſuprà dare, & quotidie ulcera eadem ratione curare. Quòd ſi pus & multū, & cum malo odore cœpit profluere, elui cremore lēticulæ debet, ſic, ut ei mellis paulū adijciatur: aut oleę, aut lēliſci folia, uel marrubiū decoquendum eſt, eoq; humore eodē modo cū melle utendū, imponendaq; eadem,

A eadem, aut etiã omphaciũ cum melle, aut id q̃d ex ærugine et melle ad aures fit, aut cõpositio Andronis, aut anthera: sic, ut ei paulum mellis adijciatur. Quidam ulcera omnia, de quib. adhuc dictũ est, lycio ex uino curant. Si uerò ulcus latius atq; altius serpit, eodẽ modo elui debet. Imponi uerò aut ærugo, aut omphaciũ cum melle, aut Andronis cõpositio, aut marrubij, myrrhę, aut croci, aluminis scissilis cocti, rosæ foliorũ aridorũ, gallæ, singulorũ P. i. ✱. minij sinopici P. ij. ✱. Quæ per se singula primum teruntur, deinde iuncta iterũ melle adiecto, donec liquidi cerati crassitudinẽ habeant, tum in æneo uase leniter coquuntur, ne superfluant. Cùm iam guttæ indurescunt, uas ab igne remouetur, idq; medicamentũ tum (prout opus est) aut ex melle, aut ex uino liquatur. Idem aũt per se etiam ad fistulas utile est. Solet etiam interdum ad neruos ulcus descendere, profluitq; pituita multa, sanies tenuis, maliq; odoris, nõ cocta, aut aquæ similis, in qua caro recens lota est. Doloresq; is locus & punctiones habet. Id genus quamuis inter purulenta est, tamen lenibus medicamentis curandum est: quale est emplastrũ τετραφάρμακον ex rosa liquatũ, sic ut thuris quoq; paulum ei misceatur. Aut id quod ex butyro, rosa, resina, melle fit, supra uerò à me positũ est. Præcipueq; id ulcus multa calida aqua fouẽdum est, uelandumq;, neq; frigori committendum. Interdum autem per ipsa ulcera, coles sub cute exesus, sic ut glans excidat. Sub quo casu cutis ipsa circumcidenda est. Perpetuũq; est, quoties glans, aut ex cole aliquid uel excidit, uel abscinditur, hanc non esse seruandam, ne considat, ulceriq; agglutinetur, ac neq; reduci possit postea, & fortasse fistulã quoq; urinæ includat. Tubercula etiam, quæ φύματα Græci uocant, circa glãdem oriuntur, quæ uel medicamentis, uel ferro aduruntur, & cum crustæ exciderũt, squama æris inspergitur, ne quid ibi rursus increscat.

B

De cancri, qui in cole nascitur, curatione.

Hæc citra cancrum sunt, qui cùm in reliquis partibus, tum in his quoq; uel præcipuè ulcera infestat. Incipit à nigritie, quæ si cutem C occupauit, protinus specillũ subijciendum, eaq; incidenda est, deinde oræ uulsella prehendendæ: tum quicquid corruptũ est, excidendum, sic ut ex integro quoq; paulum demat, idq; adurendum. Quoties quid ustum est, id quoq; sequitur, ut imponenda lenticula sit, deinde ubi crustæ exciderunt, ulcera sic, ut alia curentur. At si cancer ipsum colem occupauit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus: maximè que id quod ex calce, chalcitide, auripigmento componitur. Si medicamenta uincuntur, hic quoque scalpello, quicquid corruptum est, sic ut aliquid etiam integri trahat, præcidi debet. Illud quoq; æquè perpetuum est, exciso cancro uulnus esse adurendum. Sed siue ex medicamentis, siue ex ferro crustæ occalluerũt, magnum periculum est, ne his decidẽtibus ex cole profu-

profuſio ſanguinis inſequatur. Ergo longa quiete & immobili pe- A
nè corpore opus eſt, donec ex ipſo cruſtæ puræ leniter reſoluan-
tur. At ſi uel uolens aliquis, uel imprudens, dum ingreditur, imma-
turè cruſtas diduxit, & fluit ſanguis, frigida aqua adhibenda eſt. Si
hæc parum ualet, decurrendum eſt ad medicamenta, quæ ſangui-
nem ſupprimunt. Si ne hæc quidem ſuccurrũt, aduri diligenter &
timidè debet, neq; ullo poſtea motu dãdus eidẽ periculo locus eſt.

De phagedænæ in cole naſcentis curatione.

Nonnunquã etiam id genus ibi cancri, quod φαγέδαιναν à Græcis
nominatur, oriri ſolet, in quo minimè differendum, ſed protinus
iiſdem medicamentis occurrendum eſt: & ſi parum ualent, ferro
adurendum. Quædam etiam nigrities eſt, quæ non ſentitur & ſer-
pit: ac ſi ſuſtinuimus, uſq; ad ueſicã tendit, neq; ſuccurri poſtea po-
teſt. Si id in ſumma glãde circa fiſtulam urinæ eſt, prius in ea tenue
ſpecillum demittendum eſt, ne claudatur: deinde id ferro aduren-
dum. Si uerò altè penetrauit, quicquid occupatum eſt, præciden-
dum eſt. Cæterùm eadem quæ in aliis cancris, facienda ſunt. B

De carbunculo, qui in cole naſcitur.

Occalleſcit etiam in cole interdum aliquid, idq; omni penè ſenſu
caret, quod ipſum quoq; excidi debet. Carbunculus autem ibi na-
tus, ut primùm apparet, oriculario clyſtere eluendus eſt. Deinde
ipſe quoq; medicamentis urendus, maximeq; chalcitide cum mel-
le, aut ærugine cũ cocto melle. Vbi is excidit, liquidis medicamen-
tis utendum eſt, quæ ad ora ulceris componuntur.

De teſticulorum morbis, & eorum curatione.

In teſticulis uerò, ſi qua inflammatio ſine ictu orta eſt, ſanguis
ex talo mittendus eſt, à cibo abſtinendum, imponendum ex
faba farina ex mulſo cocta, cum cumino contrito ex melle co-
cto. Aut contritum cuminum cum cerato ex roſa facto, aut lini ſe-
men frictum, contritum, & in mulſo coctum, aut tritici farina ex
mulſo cocta cum cupreſſo, aut lilii radix contrita. Aut ſi iidem in-
duruerunt, imponi debet lini uel fœnigræci ſemen ex mulſo co- C
ctum, aut ex cyprino ceratum. Aut ſimilia ex uino contrita, cui pau
lum croci ſit adiectum. Si uetuſtior iam durities eſt, maximè profi-
cit cucumeris agreſtis radix ex mulſo cocta, deinde contrita. Si ex
ictu tument, ſanguinem mitti neceſſarium eſt, magiſq; ſi etiã liuẽt.
Imponendum uerò utrumlibet ex his, quæ cum cumino compo-
nuntur, ſupraq; propoſita ſunt. Aut ea compoſitio quæ habet ni-
tri cocti P.i.*. reſinæ pineæ, gummi, ſingulorum P.ii.*. uuæ tami-
niæ ſine ſeminibus P.iiii.*. mellis quantum ſatis ſit ad ea cogenda.
Quòd ſi ex ictu teſticulis aliquid deſit, ferè quoq; increſcit: neque
aliter ſuccurri poteſt, quàm ſi inciſo ſcroto, & pus emiſſum, & ipſe
teſticulus exciſus eſt.

Anus

De rhagadijs, & condylomate, & hæmorrhoidibus, alijsq; ani morbis, & curationibus eorum, & primò de rhagadijs.

A Anus quoq; multa, tędijq; plena mala recipit, nec in se multum abhorrentes curationes habet. At primum in eo sæpe, & quidem pluribus locis, cutis exciditur. ῥαγάδας Græci uocant. Id si recẽs est, quiescere homo debet, in aqua calida desidere. Columbina quoq; oua coquenda sunt, & ubi induruerunt, purganda: deinde alterũ iacere in aqua bene calida debet, altero calido foueri locus, sicut inuicem utroq; aliquis utatur. Tum tetrapharmacum, aut rhypodes rosa diluendum est, aut hyssopum recens miscendum cum cerato liquido ex rosa facto. Aut eidem cerato liquido plumbum elotum adijciendum. Aut resinæ terebinthinæ myrrha, aut spumæ argenti uetus oleũ. Et quolibet ex his id perungendum. Si quicquid læsum est, extrà est, neq; intus reconditum, eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est, & quicquid antè adhibuimus cerato contegendum. In hoc autem casu neq; acribus cibis utendum, neq; asperis, nec aluum comprimentibus, ne aridum qui-
B dem quicquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa, meliora sunt. Vino leni uti nihil prohibet.

De condylomate.

Condyloma autem est tuberculum, quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id ubi ortum est, quod ad quietem, cibos, potionesq; pertinet, eadem seruari debẽt, quæ proximè scripta sunt. Iisdem etiam ouis rectè tuberculum id fouetur. Sed desidere antè homo in aqua debet, in qua uerbenæ decoctę sunt ex reprimentibus. Tum rectè imponitur & lenticula cum exigua mellis parte, & sertula campana ex uino cocta, & rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto, & cum eodem cerato contritum uel cotoneũ malum, uel malicorij ex uino cocti pars interior, & chalcitis cocta atq; contrita, deinde hyssopo ac rosa excepta. Et ex ea compositione, quæ habet thuris P.i.*. aluminis scissilis P.ij.*. cerussæ P.3.*. spumæ argen-
C ti P.v.*. Quibus dum teruntur, inuicem rosa & uinum instillatur. Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, ab altera uerò parte totidẽ fascias habet: cumq; subiectus est, ansis ad uentrem datis à posteriore parte in eas adductæ fasciæ conijciuntur, atq; ubi artatæ sunt, dexteriori sinistra, sinisteriori dextra procedit, circumdatæq; circa aluum inter se nouissimè nodo deligantur. Sed si uetus condyloma iam induruit, neque sub his curationibus desidit, aduri medicamento potest, quod ex his constat: æruginis P.ij.*. myrrhæ P.iiij.*. gummi P.viij.*. thuris P.xij.*. stibis, papaueris lachrymæ, acaciæ, singulorum P.xvi.*. quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus proximè dixi, renouant. Si hoc parum in cõdylomate proficit, ad-

hiberi possunt etiam uehementius adurentia. Vbi consumptus est A tumor, ad medicamenta lenia transeundum est.

De hæmorrhoidibus.

Tertium autem uitium est, ora uenarum tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quæ sæpe sanguinem fundunt. αἱμοῤῥοΐδας Græci uocant. Idque etiam in ore uuluæ fœminarũ incidere consueuit. Atque in quibusdam parum tutò supprimitur, qui sanguinis profluuio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationem hanc, non morbum. Ideoque curati quidam cum sanguinis exitum non haberẽt, inclinata in præcordia ac uiscera materia, subitis & grauissimis morbis correpti sunt. Si cui uerò id nocet, is desidere in aqua ex uerbenis debet: imponere maximè malicorium cum aridis rosę folijs contritum, aut ex his aliqua quæ sanguinem supprimunt. Solet autem oriri inflammatio, maximè ubi dura aluus eum locum læsit. Tum in aqua dulci desidendũ est, & id fouendum ouis, imponendi uitelli cum rosæ folijs ex passo subactis: idque si intus est, digito illinendum: si extrà, super illitum panniculum imponendum est. Ea B quoque medicamenta, quæ recentibus scissuris posita sunt, hic idonea sunt. Cibis uerò in hoc casu ijsdem, quibus in prioribus, utendum est. Si ista parũ iuuant, solent imposita medicamenta adurentia, ea capitula absumere. Ac si iã uetustiora sunt, sub authore Dionysio inspergẽda sandaraca est, deinde imponendum, quod ex his constat: Squamæ æris, auripigmenti, singulòrum P.v.*. saxi calcis P.viij.*. postero die acu cõpungendum. Adustis capitulis fit cicatrix, quæ sanguinem fundi prohibet. Sed quoties is suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerẽda materia est. Pretereáque & uiris & fœminis, quibus menstrua non proueniunt, interdum ex brachio sanguis mittendus est.

Atq; in quibusdam parum tutò supprimitur.) Alludit ad Aph.12. lib.6. apud Hippocratem, & Galeni illic interpretationem.

Sed quoties is suppressus est, ne quid periculi adferat.) Ad Aetij opininem lib. 14. cap.5. nonnihil accedit.

Si anus, uel os uuluæ procidit, qua curatione utendum sit.

At si anus ipse, uel os uuluæ procidit (nam id quoque interdũ fit) C considerari debet purum ne id sit, quod prouolutũ est, an humore muccoso circumdatũ. Si purum est, in aqua desidere homo debet, aut salsa, aut cum uerbenis uel malicorio incocta. Si humidum, uino austero subluendum est, illinendumque fece uini combusta. Vbi utrolibet modò curatum est, intus reponẽdum est, imponendaque plantago contrita, uel folia salicis in aceto cocta, tum linteolum, & super lana æquè deliganda, cruribus inter se deuinctis.

De ulcere fungo simili, in ano.

Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci solet. Id si hyems est, egelida: si aliud tempus, frigida aqua fouendũ est: deinde spu-

A ma æris inspergenda, supraq́ ceratum ex myrteo factum, cui paulum squamæ fuliginis, calcis sit adiectum. Si id hac ratione non tollitur, uel medicamentis uehementioribus, uel ferro adurendū est.

De digitorum ulceribus. Cap. XIX.

Digitorum aūt uetera ulcera cōmodissimè curantur aut lycio, aut myrrha cocta, cum utrilibet uinū adiectū est. In ijsdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consueuit, πτερύγιον Græci adpellant. Oportet alumen melinū rotundū in aqua liquare, donec mellis crassitudinē habeat: tum quantū eius aridi fuit, tantundē mellis infundere, & radicula miscere, donec similis croco colore fiat, eoq́ illinere. Quidā ad eundē usum decoquere simul maluā solent, cū paria pondera aluminis aridi & mellis miscuerint. Si hac ratione ea nō exciderunt, excidenda sunt: deinde digiti fouendi aqua ex uerbenis, imponendumq́ super medicamentū ita factum: Chalcitis, malicoriū, squama æris, excipiunt̄ fico pingui, leniter cocto ex melle. Aut chartæ cōbustæ, auripigmenti, sulphuris ignem
B nō experti, par modus cerato miscet̄ ex myrteo facto. Aut æruginis rasæ P.i.*. squamæ P.ij.*. mellis cyatho cogunt̄, aut pares portiones miscent̄, saxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quicquid horū impositū est, tegendum linteolo aqua madefacto est, tertio die digitus resoluendus est. Si quid aridi est, iterū excidendum, similisq́ adhibenda curatio est. Si non uincitur, purgandus scalpello, tenuibusq́ ferramentis adurendus est, & sicut reliqua usta curādus est. At ubi scabri ungues sunt, circūaperiri debent, qua corpus contingūt: tunc super eos ex hac cōpositione æquè imponi, sandaracæ, sulphuris, singulorū P.ij.*. nitri, auripigmenti, singulorū P.ij.*. resinæ liquidæ P.viij.*. Tertioq́ id die resoluendū est. Sub quo medicamento uitiosi ungues cadūt, & in eorū locū meliores renascuntur.

AVRELII CORNELII CELSI Liber Septimus.

DE CHIRVRGICA, ET QVI IN EA CLARVERINT, & qualis esse chirurgus debeat, & quid in hoc libro describatur.

C Tertiam esse medicinæ partē, quæ manu curet, & uulgò notum, & à me propositū est. Ea non quidē medicamenta atq́ uictus rationē omittit, sed manu tamen plurimū præstat, estq́ eius effectus inter omnes medicinæ partes euidentissimus. Siquidem in morbis cum multū fortuna conferat, eademq́ sæpe salutaria, sæpe uana sint, potest dubitari secunda ualetudo medicinæ, an corporis beneficio contigerit. In his quoq́, in quibus medicamentis maximè nitimur, quāuis profectus euidentior est, tamen sanitatē & per hæc frustra queri, & sine his reddi sæpe manifestū est. Sicut in oculis quoq́ deprehēdi potest, qui à medicis diu uexati, sine his interdū sanescunt. At in ea parte quæ manu curat, euidens est, omnē profectū, ut aliquid ab alijs adiuuetur,

hinc tamen plurimũ trahere. Hęc aũt pars cum sit uetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, q̃ à prioribus exculta est. Deinde posteaquã diducta ab alijs habere professores suos cœpit, in Ægypto quoque increuit, Philoxeno maximè authore, qui pluribus uoluminibus hãc partem diligentissimè cõprehendit. Gorgias quoque & Sostratus & Hieron, & Apollonij duo, & Hammonius Alexandrinus, multiq; alij celebres uiri, singuli quædam repererunt. Ac Romæ quoq; nõ mediocres professores, maximeq; nuper Tryphon pater, & Euelpistus, & (ut ex scriptis eius intelligi potest) horũ eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantũ ei disciplinæ adiecerunt. Esse aũt chirurgus debet adolescens, aut certè adolescentiæ propior, manu strenua, stabili, nec unq̃ intremescente, eaq; non minus sinistra q̃ dextra promptus: acie oculorũ acri, claraq;, animo intrepidus, immisericors, sic ut sanari uelit eum quẽ accipit, nõ ut clamore eius motus, uel magis q̃ res desiderat, properet, uel minus q̃ necesse est, secet: sed perinde faciet omnia, ac si nullus ex uagitibus alterius affectus oriat. Potest aũt requiri, quid huic parti propriè uendicandum sit: quia uulnerũ quoq; ulcerumq; multorũ curationes, quas alibi executus sum, chirurgi sibi uendicant. Ego eundem quidẽ hominẽ posse omnia ista præstare cõcipio. Atq; ubi se diuiserũt, eum laudo, qui quàm plurimũ percipit. Ipse aũt huic parti ea reliqui, in quibus uulnus facit medicus, non accipit, & in quibus uulneribus ulceribus'ue plus perfici manu, quàm medicamento credo: tum quicquid ad ossa pertinet, quę deinceps exequi adgrediar, dilatisq; in aliud uolumẽ ossibus, in hoc cætera explicabo: præpositisq; his quæ in qualibet parte corporis fiunt, ad ea quæ proprias sedes habent, transibo. B

De luxatis. Cap. I.

Luxata igitur in quacunq; parte corporis sunt, quamprimũ sic curari debent, ut qua dolor est, ea scalpello cutis crebrò incidatur, detergaturq; eodem aduerso profluens sanguis. Quòd si paulo tardius subuertitur, iamq; etiam rubor est, qua rubet corpus, si tumor quoq; accessit, quacũq; is est, id optimũ auxiliũ est. Tum superdanda reprimẽtia sunt, maximeq; lana succida ex aceto & oleo. Quòd si leuior is casus est, possunt etiam sine scalpello imposita eadem mederi. Et si nihil aliud est, cinis quoq;, maximè ex sarmentis: si is non est, quilibet alius ex aceto, uel etiam ex aqua coactus. C

De his quæ per se intumescunt, quomodo excidenda & curanda sint. Cap. II.

Verùm hoc quidem promptũ est. In his aũt negotiũ maius est, quæ per se uitio intus orto intumescunt, & ad suppurationẽ spectant. Ea omnia genera abscessuum esse, aliàs proposui, medicamentaq; eis idonea executus sum. Nunc superest, ut dicam in ijsdem quę manu fieri debeant. Ergo priusquã indurescant, cutẽ incidere, & cucurbitulã accõmodare oportet, quæ quicqd illuc malæ corruptæq;

A corruptæq́ materiæ coijt, extrahat: idq́ iterũ tertióq́ rectè fit, & nec omne indiciũ inflammationis excidat. Neq́ tamen fas nõ est, nihil cucurbitula agere. Interdũ enim, sed rarò quicquid abscedit, uelamento suo includitur: id antiqui tunicam nominabant. Meges, quia tunica omnis neruosa est: dicit non nasci sub eo uitio neruum, quo caro cõsumeretur, sed subiecto iam uetustiore pure callum circũdari. Quod ad curationis rationem nullo loco pertinet: quia quicquid dixi, si tunica est, idem si callus est, fieri debet. Neq́ ulla res prohibet, etiam si callus est, tamen quia cingit, tunicam nominari. Tum pure quoq́ maturiore hæc interdum esse consueuit. Ideóq́ quod sub ea est, extrahi per cucurbitulam non potest. Sed facilè id intelligitur, ubi nihil admota illa mutauit. Ergo siue id incidit, siue iam durities est, in hac auxilij nihil est. Et ut aliàs scripsi, uel auertenda concurrens eò materia, uel digerenda, uel ad maturitatem perducenda est. Si priora contigerunt, nihil præter ea necessariũ est. Si pus maturuit in alis quidem & in inguinibus, rarò secandũ est. Item ubicũq́ mediocris abscessus est. Item quoties in B summa cute, uel etiam carne uitium est, nisi festinare curãtis imbecillitas cogit. Satisq́ est cataplasmata efficere, ut per se pus aperiatur. Nam ferè sine cicatrice potest esse is locus, qui expertus ferrũ non est. Si autẽ altius malum est, considerari debet, neruosus'ne is locus sit, an non sit. Nam si sine neruis est, candenti ferramẽto aperiri debet. Cuius hæc gratia est, quòd exigua plaga diutius ad pus euocandum patet, parua'que postea cicatrix fit. At si nerui iuxtà sunt, in his periculum est, ne uel distendantur hi, uel membrum debilitent. Necessaria uerò opera scalpelli est. Sed cætera etiã subcruda aperiri possunt. Inter neruos uerò ultima expectanda maturitas est, quæ cutem extenuet, eíq́ pus iungat, quo propius reperiatur. Itemq́ aliam rectam plagam desiderant in carne, quia ferè uehementer cutem extenuat, tota ea super pus excidenda est. Semper autem ubi scalpellus admouetur, id agendum est, ut & quàm minimæ, & quàm paucissimæ plagæ sint: cum eo tamen, ut neces- C sitati succurramus & in modo & in numero. Nam maiores sinus, latius, interdum etiam duabus aut pluribus lineis incidendi sunt. Dandaq́ opera, ut imus sinus exitũ habeat, ne quis humor intus subsidat, qui proxima & adhuc sana rodendo sinuet. Est etiam in rerum natura, ut cutis latius excidenda sit. Nam ubi post longos morbos totus corporis habitus uitiatus est, lateq́ se sinus diffundit, & in eo pars cutis pallet, scire licet eam iam emortuam esse, & inutilem futuram. Ideóq́ excidere cõmodius est, maximè si circa articulos maiores id euenit, cubantemq́ ægrum fluens aluus exercuit, neque per alimenta quicquam corpori accedit. Sed excidi ita debet, ut plaga ad similitudinẽ myrtei folij fiat, quò facilius sanescat. Idq́ perpetuũ est, Vbicunq́ medicus ex quacunq́ causa cutẽ

excidit, pure effuso in alis uel inguinibus, linamento opus non A
est. Spongia ex uino imponenda est. In cæteris partibus, si æquè ea linamenta superuacua sunt, purgationis causa paulum mellis infundendum, dein glutinantia superdāda. Si illa necessaria sunt, super ea quoq; similiter dari spongia eodē modo ex uino expressa debet. Quando autem linamētis opus sit, quando non sit, aliàs dictum est. Cætera eadem, incisa suppuratione, facienda sunt, quæ, ubi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui.

De bonis malis'ue signis exulceratorum. Cap. III.

PRotinus autem quantum curatio efficiat, quantumq; aut sperari aut timeri debeat, ex quibusdam signis intelligi potest, ferèq; ijsdē quæ in uulneribus exposita sunt. Nam bona signa sunt, somnum capere, facilè spirare, siti non confici, cibum non fastidire: si febricula fuit, ea uacare. Itemq; habere pus album, leue, non fœdi odoris. Mala sunt, uigilia spiritus, grauitas, sitis, cibi fastidiū, febris, pus nigrum, aut feculentum, & fœdi odoris. Item procedēte curatione, eruptio sanguinis: aut si antequam sinus carne impleatur, oræ carnosæ fiunt. Illa quoque ipsa carne hebete, nec firma, deficere tamen animam, uel ipsa curatione, uel postea, pessimum omnium est. Quinetiā morbus ipse siue subitò solutus est, dein suppuratio exorta est, siue effuso pure permanet, non iniustè terret. Estq; inter causas timoris, si sensus in uulnere rodentiū nō est. Sed ut hęc ipsa fortuna huc illuc'ue discernit, sic medici partiū est, eniti ad reperiendam sanitatem. Ergo quoties ulcus resiliuerit, eluere id si reprimendus humor uidebitur, uino ex aqua pluuiali misto, uel aqua in qua lenticula cocta sit, debebit. Si purgandum erit, mulso, rursusq; imponere eadem. Vbi iam repressus uidebitur humor, ulcusq; purum erit, produci carnem conueniet, et foueri uulnus pari portione uini ac mellis, superq; imponi spongia ex uino & rosa tincta. Per quæ cum caro producatur, plus tamen (ut aliàs quoq; dixi) uictus ratio eò confert: id est, solutis iam febribus, & cibi cupiditate reddita, balneū rarū, quotidiana sed lenis gestatio, cibi potionesq; corpori reficiēdo. Aptéq; omnia quę per medicamēta suppuratione quoq; rupta sequunī, sed quia magno malo uix sine ferro mederi licet, in hūc locum reseruata sunt.

B

C

De fistulis. Cap. IIII.

ADuersus fistulas quoq; si altius penetrāt, ut ad ultimas demitti collyriū non possit, si tortuosæ sunt, si multiplices, maius in manu q̄ in medicamētis præsidiū est: minusq; operæ est, si sub cute trāsuersę ferunī, q̄ si rectè intus tendūt. Igitur si sub cute trāsuersa fistula est, demitti specillū debet, supraq; id ea incidi: si flexus reperiunī, hi quoq; simul specillo & ferro persequēdi sunt. Idemq; faciendū, si plures se quasi ramuli ostendūt. Vbi ad fines fistulę uētum est, excidendus ex toto callus est, superq; fibulæ dandæ, & medicamentum quo glutinetur. At si rectà subter tendit, ubi quò maximè

A maximè ferat, specillo exploratum est, excidi is sinus debet, dein fibula oris cutis iniicienda est, & æquè glutinantia medicamēta superdanda sunt. Aut si corruptius ulcus, quod interdum osse uitiatō fit, ubi id quoque curatū est, pus mouētia. Solent aūt inter costas fistulæ subter exire: quod ubi incidit, eo loco costa ab utraque parte decidenda & eximenda est, ne quid intus corruptū relinquatur. Solēt, ubi costas transierunt, septum id quod transuersum à superioribus uisceribus intestina discernit, uiolare. Quod intelligi & ex loco, & ex magnitudine doloris potest, & quia nonnunquā spiritus eò, cum humore quasi bullante prorumpit, maximéque si hūc ore ille continuit. In eò medicamini locus nullus est. In cæteris uerò, quæ circa costas sanabilia sunt, pinguia medicamenta inimica sunt: cæteris quæ ad uulnera accommodantur, uti licet. Optimè tamen sicca linamenta, uel si purgandū aliquid uidetur, in melle tincta imponūtur. Ventri nullum os subest, sed ibi perniciosæ admodum fistulæ fiūt, adeò ut Sostratus insanabiles esse crediderit.

B Id non ex toto ita se habere, usus ostendit. Et quidem (quod maximè mirum uideri potest) tutior fistula est contra iecur & lienē, et uentriculum, quàm contra intestina: non quo perniciosior res ibi sit, sed quò alteri periculo locum faciat. Cuius experimento moti quidam autores, parùm modum rei cognouerunt. Nam uenter sæpe etiam telo perforatur, prolapsaque intestina conduntur, & oras uulneris suturæ comprehendunt: quod quemadmodum fiat, mox indicabo. Itaque etiam ubi tenuis fistula abdomē perrumpit, excidere eam licet, suturaque oras coniungere. Si uerò ea fistula intus patuit, excisa necesse est latius foramen relinquat: quod nisi magna ui utique ab interiore parte sui non potest, qua quasi mēbrana quædā finit abdomē, quā περιτόναιον Græci uocāt. Ergo ubi aliquis ingredi ac moueri cœpit, rumpit illa sutura, atque intestina soluunt. Quò fit, ut pereundū homini sit. Sed nō omni modo res eā desperationē habet. Ideóque tenuiorib. fistulis adhibēda curatio est.

De ani fistulis.

C Propriam etiamnum animaduersionem desiderant ea, quæ in ano sunt. In hac demisso specillo, ad ultimum eius caput incidi cutis debet: dein nouo foramine specillum educi lino sequēte, quòd in aliam eius partem ob idipsum perforatum coniectum sit. Ibi linū prehendendū, uinciendūque cum altero capite est, ut laxè cutē, quæ super fistulā est, teneat. Idque linū esse debet crudū, & duplex, triplex'ue, sic tortū ut unitas facta sit. Interim autem licet negotia agere, ambulare, lauari, cibum capere, perinde atque sanissimo. Tantūmodo id linū bis die saluo nodo ducendū est, sic ut subeat fistulam pars quæ superior fuerit. Neque committendum est, ut id linū putrescat. Sed tertio quoque die nodus resoluēdus est, & ad caput alterum recēs linum alligandum: eductóque uetere, id in fistula cum

cum ſimili nodo relinquendum. Sic enim id paulatim cutem, quæ ſupra fiſtulam eſt, incidit, ſimulq; & id ſaneſcit, quod à lino relictũ A eſt, & id quod ab eo mordetur, inciditur. Hæc ratio curationis lõga, ſed ſine dolore eſt. Qui feſtinat, aſtringere cutẽ lino debet, quo celerius ſecet, noctuq; penicillo tenuia quædam intus demittere, ut cutis hoc ipſo extenuetur, quo extenditur. Sed hęc dolorẽ mouent. Adijcit celeritati ſic, ut tormento quoq;, ſi & linũ & id quod ex penicillo eſt, aliquo medicamento illinitur, ex his quibus callũ exedi poſui. Poterit tamen fieri ut ſcalpelli curationem etiam illò loci ueniendum ſit, ſi intus fiſtula fert, ſi multiplex eſt. Igitur in hęc genera demiſſo ſpecillo, duabus lineis incidẽda cutis eſt, ut media inter eas habenula tenuis admodũ eijciať, ne protinus ora coeant: ſitq; locus aliquis linamentis, quæ quàm paucißima ſuperinijciẽda ſunt, omniaq; eodẽ modo facienda, qui in abſceſsibus poſitus eſt. Si uerò ab uno ore plures ſinus erũt, rectè fiſtula ſcalpello erit incidenda, ab eo cæterę quæ iam patebũt lino excipiendę: ſi intus aliqua procedet, quo ferrum tutò peruenire non poterit, collyriũ B demittendum erit. Cibus autem in omnibus eiuſmodi caſibus, ſiue manu ſiue medicamentis agetur, dari debet humidus, potio liberalis, diuq; aqua: ubi iam caro increſcit, tum demum & balneis raris utendum erit, & cibis corpus implentibus.

De telis è corpore extrahendis. Cap. V.

TEla quoque, quæ illata corporibus intus hæſerunt, magno negotio ſæpe eijciuntur. Sunt que quædam difficultates ex generibus eorum: quædam ex his ſedibus, in quas illa penetrarunt. Omne autem telum extrahitur, aut ab ea parte qua uenit, aut ab ea in quam tetendit. Illic uiam qua redeat, ipſum ſibi fecit: hic à ſcalpello accipit. Nam contra mucronem caro inciditur. Sed ſi non altè telum inſedit, & in ſumma carne eſt, aut certè magnas uenas & loca neruoſa non tranſijt, nihil melius eſt, quàm quà uenit, id euellere. Si plus eſt per quod telo reuertendũ, quàm quod perrumpendum eſt: iamq; uenas neruoſq; id tranſit, cõmodius eſt aperire quod ſupereſt, itaq; extrahere. Nam & propius C petitur, & tutius euellitur, & in maiore membro ſi mediũ mucro tranſijt, facilius ſaneſcit quod peruium eſt, quia utrinque medicamento fouetur. Sed ſi retrò telum recipiendum eſt, ampliãda ſcalpello plaga eſt, quod facilius id ſequatur: quoq; minor oriatur inflammatio, quæ maior fit, ſi ab illo ipſo telo dum redit, corpus laniatur. Itẽ ſi ex alia parte uulnus aperitur, laxius eſſe debet, quàm ut telo poſtea tranſeunte amplietur. Summa autem utraq; parte ita habenda cura eſt, ne neruus, ne uena maior, ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid detectum eſt, excipiendum hamo retuſo eſt, abducẽdumq; ſcalpello. Vbi autem ſatis inciſum eſt, telum eximendum eſt: tum quoq; eo modo & eadem cura habita, ne ſub eo quod

A eo quod eximetur, aliquid eorum lædatur, quæ tuenda esse proposui. Hæc communia sunt. Propria quædam in singulis telorum generibus subijcienda sunt, quæ protinus subijciam. Nihil tam facile in corpore quàm sagitta conditur, eademq; altissimè insidit. Hæc autem eueniunt, & quia magna ui fertur illa, & quia ipsa in angusto est. Sæpius itaq; ab altera parte, quàm ex qua uenit, recipienda est: præcipueq; quia ferè spiculis cingitur, quæ magis laniant, si retrò, quàm si contrà trahuntur. Sed inde aperta uia, caro diduci debet ferramẽto ad similitudinem facto Græcæ literæ Ψ. Deinde ubi apparuit, si mucro, si arũdo inhæret, propellenda est, donec ab altera parte apprehẽdi & extrahi possit. Si iam illa decidit, solumq; intus ferrum est, mucro uel digitis adprehẽdi, uel forfice, atq; ita educi debet. Neq; alia ratio extrahendi est, ubi ab ea parte qua uenit, euelli magis placuit. Nam ampliato uulnere, aut arũdo si inest, euellenda est: aut si ea non est, ferrum ipsum. Quòd si spicula apparuerunt, eaq; breuia & tenuia sunt, forfice ibi cõminui debet, uacuumq; ab his telum educi: si ea maiora ualentioraq; sunt,
B fissis scriptorijs calamis contegenda, ac ne quid lacerẽt, sic euellenda sunt. Et in sagittis quidẽ hæc obseruatio est. Latum uerò telũ si conditum est, ab altera parte educi non expedit, ne ingenti uulneri ipsi quoq; ingens uulnus adijciamus. Euellendũ est ergo genere quodã ferramẽti, quod Diocleũ Greci graphiscũ uocãt, quoniã autorem Dioclẽ habet, quẽ inter priscos maximosq; medicos fuisse iam posui. Lamina uel ferrea uel ænea etiam ab altero capitẽ duos utrinq; deorsum conuersos uncos habet: ab altero duplicata lateribus, leuiterque extrema in eam partem inclinata, quæ sinuata est, insuper ibi etiam parte inclinata, quæ perforata est. Hæc iuxta telum transuersa demittitur. Deinde ubi ad imum mucronem uentum est, paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat. Cum in cauo mucro est, ilico duo digiti subiecti partis alterius uncis, simul & ferramentum id extrahunt, & telum. Tertium genus telorum est, quod interdum euelli debet, plũ
C bea glãs, aut lapis, aut simile aliquid, quod perrupta cute, integrũ intus insedit. In omnibus his latius uulnus aperiẽdum, idq; quod inest, ea qua uenit forfice extrahendum est. Accedit uerò aliquid difficultatis sub omni ictu, si telum uel ossi inhæsit, uel in articulo se inter duo ossa demersit, in osse usq; eò mouendum est, donec is locus laxetur, qui mucronem momordit, & tum uel manu uel forfice telum extrahendum est: quæ ratio in dentibus quoq; eijciẽdis est. Et uix unquam ita telum non sequitur. Sed si morabitur, excuti quoq; ictũ aliquo ferramento poterit. Vltimum est, ubi non euellitur, terebra iuxtà forare, ab eo quoq; foramine ad speciem literæ Ψ contra telum os excidere, sic ut lineæ quæ deducuntur, ad telum spectẽt. eo facto, id necesse est labet, et facile auferatᷣ. Inter duo

uerò oſſa ſi per ipſum articulum perruperit, circa uulnus duo mẽbra faſcijs habenis'ue deliganda, & per has in diuerſas partes diducẽda ſunt, ut neruos diſtendãt. Quibus extentis, laxius inter oſſa ſpacium eſt, ut ſine difficultate telum recipiatur. Illud uidẽdum eſt, ſicut in alijs locis poſui, ne quis neruus, aut uena aut arteria à telo lædatur, dum id extrahitur, eadem ſcilicet ratione quę ſuprà poſita eſt. At ſi uenenato quoq; telo quis ictus eſt, ijſdem omnibus, ſi fieri poteſt, etiam feſtinantius actis adijcienda curatio eſt, quę uel epoto ueneno, uel à ſerpente ictis adhibetur. Vulneris autẽ ipſius extracto telo medicina non alia eſt, quàm quę eſſet, ſi corpore icto nihil inhæſiſſet. De qua ſatis alio loco dictum eſt.

De ganglijs, & meliceride, & atheromate, & ſteatomate, capitis tuberculis. Cap. VI.

HAec uenire in qualibet parte corporis poſſunt. Reliqua certas ſedes habent, de quibus dicam, orſus à capite. In hoc multa uariaq; tubercula oriuntur, γάγγλια, μελικηρίδας, & ἀθερώματα nominant, alijſq; etiamnum uocabulis quædam alij diſcernunt, quibus ego στεατώματα quoq; adijciam. Quæ quamuis & in ceruice & in alis & in lateribus oriri ſolent, per ſe tamen non poſui, cum iſta omnia mediocres differentias habeant, ac neq; periculo terreãt, neq; diuerſo genere curentur. Omnia autẽ iſta & ex paruulo incipiũt, & diu paulatimq; increſcunt, & tunica ſua includuntur. Quędam ex his dura ac renitentia, quędam mollia cedentiaq; ſunt: quędam ſpacio nudantur, quędam tecta capillo ſuo permanent, ferèq; ſine dolore ſunt. Quid intus habeant, ut coniectura præſagiri poteſt, ſic ex toto cognoſci, niſi cum eiecta ſunt, nõ poteſt. Maximè tamẽ in his quæ renituntur, aut lapillis quædã ſimilia, aut concreti conferti'q; pili reperiũtur. In his uerò quæ cedunt, aut melli ſimile aliquid, aut tenui pulticulæ, aut quaſi raſæ carthilagini, aut carni hebeti, & cruentæ, quibus aliqui colores eſſe cõſueuerunt, ferèq; gãglia renituntur. Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulticula. Meliceridi liquidior humor, ideoq; preſſus circunfluit. Steatomati pingue quiddam, idq; latiſsimè patere cõſueuit, reſoluitq; totam cutẽ ſuperpoſitã ſic, ut ea labet, cũ in cęteris ſit aſtrictior. Omnia deraſa antè, ſi capillis conteguñt, per mediũ oportet incidere: ſed ſteatomatis tunica quoq; ſecanda eſt, ut effundaĩ quicquid intus coit: quia non facilè à cute ſubiecta carne, ea ſeparetur, in cæteris ipſa tunica inuiolata ſeruanda eſt. Protinus autem alba & intenta ſe oſtendit. Tum ſcalpelli manubriolo diducẽda à cute & à carne eſt, eijciendaq; cum eo quod intus tenet. Si quando tamẽ ab inferiore parte tunicę muſculus inhęſit, ne is lędatur, ſuperior pars illius decidẽda, alia ibidẽ relinquẽda eſt. Vbi tota exẽpta eſt, cõmittendæ oræ, fibulaq; his inijcienda, & ſuper medicamentum glutinans dandum

A dandum est. Vbi uel tota tunica, uel aliquid ex ea relictum est, pus mouentia adhibenda sunt.

De oculorum uitijs, quæ scalpello & manu curantur. - Cap. VII.

SEd ut hæc neque genere uitij, neque ratione curationis inter se multum distant, sic in oculis, quæ manum postulant, & ipsa diuersa sunt, & aliter aliter'que curantur. Igitur in superioribus palpebris uesicæ nasci solent pingues grauesq;, quę uix attollere oculos sinunt, leuesq; pituitę cursus, sed assiduos in oculis mouēt. Ferè uerò in pueris nascuntur. Oportet compresso digitis duobus oculo, atq; ita cute intenta, scalpello transuersam lineā incidere, suspensa leuiter manu, ne uesica ipsa uulneretur: & ut locus ei patefactus est, ipsa prorumpat: tum digitis eam apprehendere oportet, & euellere. Facile autem sequitur. Dein superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinungūtur, paucissimisq; diebus cicatricula inducitur. Molestius est, ubi incisa uesica est. effundit enim humorē: neq; postea, quia tenuis admodum est, po-
B test colligi. Si forte id incidit, eorum aliquid imponēdum est, quæ puri mouendo sunt.

De crithe, tuberculo palpebrarum.

In eadem palpebra super pilorum locum, tuberculum paruulum nascitur, quod à similitudine ordei, à Græcis κριθὴ nominatur. Tunica quiddā quod difficulter maturescit, cōprehensum est. Id uel calido pane, uel cera subindè calefacta foueri oportet, sic ne nimius is calor sit, sed facilè ea parte sustineatur. Hac enim ratione sæpe discutitur, interdū concoquitur. Si pus se ostendit, scalpello diuidi debet, & quicquid intus humoris est, exprimi. Eodē deinde uapore postea quoque foueri, & superinungi, donec ad sanitatem perueniat.

De chalazio palpebrarum.

Alia quoq; quædā in palpebris huic non dissimilia nascuntur, sed neq; utiq; figuræ eiusdem, & mobilia, simulatq; digito huc uel illuc impelluntur. Ideóq; ea χαλάζια uocant. Hæc incidi debent, si sub cute sunt ab exteriore parte: si sub carthilagine, ab interiore.
C Dein scalpelli manubriolo diducēda ab integris partib. sunt. Ac si intus plaga est, inungendum primò lenibus, deinde acrioribus. Si extrà, superdandum emplastrum, quo id glutinetur.

De ungue oculorum, quod πτερύγιον à Græcis uocatur.

Vnguis uerò, quod pterygion Græci uocant, est membranula neruosa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoq; peruenit, eiq; officit. Sæpius à narium, interdum etiam à temporū parte nascitur. Hunc recentem non difficile est discutere medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur. Si inueterauit, iamq; ei crassitudo quoq; accessit, excidi debet. Post abstinentiā uerò unius diei, uel aduersus in sedili contra medicū is homo col-

locandus eſt, uel ſic auerſus, ut in gremium eius caput reſupinus A
effundat. Quidã, ſi in ſiniſtro oculo uitium eſt, aduerſum: ſi in dex
tro, reſupinum collocari uolunt. Alteram autem palpebram à mi-
niſtro diduci oportet, alteram à medico. Sed ab hoc, ſi ille aduer-
ſus eſt, inferiorem: ſi ſupinus, ſuperiorem. Tum idem medicus ha
mulum acutum paulum mucrone intus recuruato ſubijcere extre
mo ungui debet, eumq́ꝫ infigere, atqꝫ eam quoqꝫ palpebram trade
re alteri: ipſe hamulo apprehenſo leuare unguem, eumq́ꝫ acu traij
cere, linũ trahente. Deinde acũ ponere, lini duo capita apprehen
dere, & per ea erecto ungue, ſi qua parte oculo inhæret, manubri
olo ſcalpelli diducere, donec ad angulũ ueniat. Deinde, inuicẽ mo
dò remittere, modò attrahere, ut ſic et initiũ eius, & finis anguli re
periatur. Duplex enim periculũ eſt, ne uel ex ungue aliquid relin-
quatur, quod exulceratũ uix ullã recipiat curationem: uel ex angu
lo quoqꝫ caruncula abſcindatur, quæ ſi uehementius unguis duci
tur, ſequitur. Ideoq́ꝫ decipit: ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen, per
quod poſtea ſemper humor deſcendit, ῥυάδα Græci uocãt. Verus
ergo anguli finis utiqꝫ noſcendus eſt: qui ubi ſatis conſtitit, non
nimium adducto ungue ſcalpellus adhibendus eſt: deinde excidẽ B
da ea membranula, ne quid ex angulo lædatur. Eo deinde ex mel-
le linamentum ſuperdandum eſt, ſupraq́ꝫ linteolum & aut ſpon-
gia, aut lana ſuccida: proximisq́ꝫ diebus diducendus quotidie ocu
lus eſt, ne cicatrice inter ſe palpebræ glutinẽtur. Si quidem id quo
que tertiũ periculum accedit, eodemq́ꝫ modo linamentum impo
nendũ, ac nouiſsimè inungendum collyrio, quo ulcera ad cicatri-
cẽ perducuntur. Sed ea curatio uere eſſe debet, aut certè ante hye-
mẽ. De qua re ad plura loca pertinente, ſemel dixiſſe ſatis erit. Nã
duo genera curationum ſunt. Alia, in quibus eligere tempus nõ li
cet: ſed utendũ eſt eo quod incidit, ſicut in uulneribus, & in fiſtu-
lis. Alia, in quibus nullus dies urget, & expectare tutiſsimum & fa
cile eſt: ſicut euenit in ijs quæ & tardè increſcunt, & dolore non
cruciant, in his uer expectandum eſt. Aut ſi quid magis preſsit, me
lior tamen autumnus uel æſtas, quàm hyems eſt. Atque ipſe me- C
dius, iam fractis æſtatibus, nondum ortis frigoribus. Quo magis
autem neceſſaria pars erit quę tractabitur, hoc quoque maiori pe
riculo ſubiecta eſt: & ſępe quo maior plaga facienda, eo magis hęc
temporis ratio ſeruabitur.

Vnguis uerò quod πτερύγιον Græci uocant.) Eandem propè deſcriptionem habes in Paulo Aegineta lib. 3. cap. 22.

Per quod poſtea ſemper humor deſcendit, ῥυάδα Græci.) Ioannes Cæſarius ῥυάδα, nõ ῥυπάδα legendum, autoritate & Hermolai & Galeni lib. 14. Therapeut. & è uocis etymo, rectè colligit.

De encanthide tuberculo.

Ex curatione uerò unguis, ut dixi, uitia naſcũtur, quæ ipſa alijs
quoqꝫ

A quoq; de caussis oriri solent. Interdum enim fit in angulo, parũ ungue exciso, uel aliter, tuberculum, quod palpebras parũ diduci patitur, ἐγκανθὶς Græcè nominatur. Excidi hamulo & circumcidi debet, hic quoq; diligenter temperata manu, ne quid ex ipso abscindatur. Tum exiguum linamentum respergendum est, uel cadmia, uel atramento sutorio, inq; eum angulum diductis palpebris inserendum, supráq; eodem modo deligandum: proximisq; diebus similiter nutriendum, tantum ut primis aqua egelida, uel etiam frigida foueatur.

De ancyloblepharo, oculorum uitio.

Interdum inter se palpebræ coalescunt, apeririq; non potest oculus. Cui malo solet etiam illud accedere, ut palpebræ cum albo oculi cohærescant: scilicet cũ in utroq; fuit ulcus negligenter curatum. Sanescendo enim q̃d diduci potuit et debuit, glutinabit, ἀγκυλοβλέφαρον sub utroq; uitio Græci uocãt. Palpebræ tantũ inter se cohærentes, nõ difficulter diducuntur, sed interdũ frustra, nam rursus glutinant. Experiri tamen oportet, quia bene res sæpius cedit.

B Igitur aduersum specillum inserendum, diducendæ'que eò palpebræ sunt: deinde exigua penicilla interponenda, donec exulceratio eius loci finiatur. Aut ubi albo ipsius oculi palpebra inhæsit, Heraclides Tarentinus author est, aduerso scalpello subsecare magna cum moderatione, ut neq; ex oculo, neq; ex palpebra quicquã abscindatur: ac si necesse est, ex palpebra potius. Post hæc inungatur oculus medicamentis, quibus aspritudo curatur: quotidieq; palpebra uertatur, nõ solum ut ulceri medicamentum inducatur, sed etiam ne rursus inhęreat: ipsiq; etiam pręcipiatur, ut sæpe eam duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminem memini. Meges se quoq; multa tentasse, neque unquam profuisse (quia semper iterum oculo palpebra inhæserit) memoriæ prodit.

De ægilope, fistula oculorum.

Etiamnum in angulo, qui naribus propior est, ex aliquo uitio

C quasi parua fistula aperitur, per quam pituita adsiduè distillat, αἰγίλωπα Græci uocant: idq; adsiduè malè habet oculum. nonnunquã etiam exeso osse usque ad nares penetrat, idq; interdum naturam carcinomatis habet. Vbi intentæ uenæ & recuruatæ sunt, color pallet, cutis dura est, & leui tactu irritatur, inflammationem'que in eas partes quæ cõiunctæ sunt, euocat. Ex his eos qui quasi carcinoma habent, curare periculosum est. nam mortem quoq; ea res maturat. Ea uerò quibus ad nares tendit, superuacuum. neque enim sanescunt. At quibus id in angulo est, potest adhiberi curatio, cum eam nõ ignotũ sit esse difficile: quãtoq; angulo propius id foramẽ est, tãto difficilior est, quoniã peranguftũ est in quo uersari manus

 possit.

possit. Recenti tamen re mederi facilius est. Sed hamulo summum A eius foraminis excipiendum, deinde totum id cauum, sicut in fistulis dixi, usq; ad os excidendum, oculoq; & cæteris iunctis partibus bene obtectis, os ferramento adurendum est uehementius. Quod si iam carie uexatum est, quo crassior his squama accedat: quidam adurentia imponunt, ut atramentũ sutorium, uel chalcitidem, uel æruginem rasam. Quod & tardius, & nõ idem facit. Osse adusto, curatio sequitur eadem, quæ in cæteris ustis.

De pilis palpebrarum oculum irritantibus.

Pili uerò qui in palpebris sunt, duabus de causis oculũ irritare cõsuerunt. Nam modò palpebræ superioris summa cutis relaxat̃, & procidit: quo fit, ut eius pili ad ipsum oculũ conuertant̃, quia non simul cartilago quoque se remisit. modò sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculũ tendit. Curationes uerò hæ sunt. Si pili nati sunt, qui nõ debuerunt, tenuis acus ferrea ad similitudinem hastæ lata, in ignẽ conijcienda est. Deinde candens sublata palpebra sic, ut eius perniciosi pili in conspectum curantis ueniant, sub ipsis pilorũ radicibus ab angulo immittenda est, ut ea tertiam partem palpebræ transeat. Deinde iterum, tertioq; ad alterum angulum. Quo fit, ut omnes pilorum radices adustę emoriantur. Tum superimponendum medicamentum est, quod inflammationem prohibeat: atq; ubi crustæ exciderunt, ad cicatricem perducendum. Facillimè autem id genus sanescit: quidam aiunt acu transui iuxta pilos in exteriorem partem palpebræ oportere, eamq; transmitti duplicem, capillum muliebrem ducentem: atq; ubi acus transiit, in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum esse iniiciendum, & per eum in superiorem palpebræ partem attrahendum, ibiq; corpori adglutinandum, et imponendum medicamentum quo foramen quoq; glutinetur: sic enim fore, ut is pilus in exteriorem partem postea spectet. Id primùm fieri non potest, nisi in pilo longiore, cum ferè breues eo loco nascantur. Deinde si plures pili sunt, necesse est longum tormentum, cum toties acus transuet, magnam inflammationem moueat. Nouissimè cum humor aliquis ibi subsit, oculo & antè per pilos, & tum per palpe- C bræ foramina affecto, uix fieri potest, ut glutẽ, quo uinctus est pilus, non resoluatur. Eoq; fit, ut is eò, unde ui abductus est, redeat. Ea uerò curatio, quę palpebræ laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubij. Siquidem oportet contecto oculo mediam palpebræ cutem, siue ea superior, siue inferior est, apprehendere digitis, ac leuare: tum cõsiderare, quantulo detracto futurum sit, ut naturaliter se habeat. Siquidem hic quoq; duo pericula circumstant: si nimium fuerit excisum, ne contegi oculus non possit: si parum, ne nihil actum sit, & frustra sectus aliquis sit. Qua deinde incidendum uidebitur, per duas lineas atramento notandum est, sic ut de

interiore

A interiore quæ pilos continet, & propiore ei linea aliquid relinquatur, quod apprehendere acus postea possit. His constitutis scalpellus adhibendus est, & si superior palpebra est, antè: si inferior, postea propius ipsis pilis incidendum, initiumq́ faciẽdum in sinistro oculo, ab eo angulo qui tempori, in dextro, ab eo qui naribus propior est, idq́ quod inter duas lineas est, excidendum. Deinde oræ uulneris inter se simplici sutura committendæ, operiendusq́ oculus est: & si parum palpebra descendet, laxanda utiq́: si nimiũ, aut astringenda, aut etiam rursus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. Vbi secta est, aliæ suturæ adijciendæ, quæ supra tres esse non debent. Præter hæc in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea est, ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent. Idq́ si leuis inclinatio est, etiam solum satis tuetur. Inferior palpebra eo non eget. His factis, spongia ex aqua frigida expressa super deliganda est. Postero die glutinans emplastrum inijciendum. Quarto sutura tollenda est, & collyrio quod inflammationes reprimit, superinungendum.

B

De lagophthalmo oculorum.

Nonnunquam autẽ nimium sub hac curatione excisa cute euenit, ut oculus nõ contegatur. Idq́ interdum etiam alia de causa fit, λαγώφθαλμον Græci appellant. In quo si nimium palpebræ deest, nulla id restituere curatio potest. Si exiguũ, mederi licet. Paulum infrà supercilium cutis incidenda est lunata figura, cornibus eius deorsum spectantibus. Altitudo esse plagę usq́ ad carthilaginem debet, ipsa illa nihil læsa. Nam si ea incisa est, palpebra concidit, neq́ attolli postea potest. Cute igitur tantum diducta sit, ut paulum in ima oculi ora descendat, hiante scilicet super plaga, in quam linamentum cõijciendum est, quod & cõiungi diductam cutem prohibeat, & in medio carunculam citet. quæ ubi eum locum impleuit, postea rectè oculus operitur.

De ectropio.

C Vt superioris autem palpebræ uitium est, quod parum descendit, ideoq́ oculum nõ contegit: sic inferioris, quod parum sursum attollitur, sed pendet & hiat, neq́ potest cum superiore committi. Atq́ id quoq́ euenit interdum ex simili uitio curationis, interdũ etiam senectute, ἐκτρόπιον Græci uocãt. Si ex mala curatione est, eadem ratio medicinæ est, quæ suprà posita est, plagæ tantũ cornua ad maxillas, non ad oculum conuertenda sunt. Si ex senectute est, tenui ferramento id totũ extrinsecus adurendum est, deinde melle inungendum, & quarto die uapore aquæ calidæ fouendum, inungendumq́ medicamentis ad cicatricem perducentibus.

De staphylomate oculi.

Hæc ferè circa oculum in angulis palpebrisq́ incidere consuerunt.

runt. In ipso autem oculo nonnunquam summa attollitur tunica, A siue ruptis intus membranis aliquibus, siue laxatis, & similis figura acino fit. Vnde id σταφύλωμα Græci uocant. Curatio duplex est. Altera ad ipsas radices per medium transuere acu, duo lina ducente. Deinde alterius lini duo capita ex superiore parte, alterius ex inferiore astringere inter se, quæ paulatim secando id excidunt. Altera in summa parte eius ad lenticulæ magnitudinē excidere, deinde spodium aut cadmiam infricare. Vtrolibet autem facto, album oui lana excipiendum & imponendum, postea& uapore aquæ calidæ fouendus oculus, & lenibus medicamentis ungendus est.

De clauis oculorum.

Claui autem uocant callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ similitudine est. Hos ad imam radicem perforare acu cōmodissimum est, infraq; eam excidere, deinde lenibus medicamentis inungere.

De natura oculorum, & eorum suffusione.

Suffusionis iam aliàs feci mentionē, quia cum recens incidit, me- B dicamentis quoq; sæpe discutitur. Sed ubi uetustior facta est, manus curationē desiderat, quæ inter subtilissimas haberi potest. De qua antequam dico, paucis ipsius oculi natura indicāda est. Cuius cognitio, cùm ad plura loca pertineat, tum uel precipuè ad hūc pertinet. Is igitur summas habet duas tunicas, ex quib. superior à Græcis κεράτοειδὴς uocatur. Ea qua parte alba est, satis crassa pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est media parte, qua pupilla est, modico foramine concaua, circà tenuis, ulterioribus partibus ipsa quoq; plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ cum interiora oculi cingāt, rursus sub his coeūt, extenuatæq;, & in unum coactę, per foramen quod inter ossa est, ad membranā cerebri perueniunt, eiq; inhærescunt. Sub his aūt, qua parte pupilla est, locus uacuus est. Deinde infrà rursus tenuissima tunica, quā Herophilus ἀραχνοειδῆ nominauit. Ea media subsidit, eoq; cauo cōtinet quiddam quod à uitri similitudine ὑαλοειδὲς Græci uocant. Id C neq; liquidum neq; aridum est, sed quasi cōcretus humor, ex cuius colore pupillæ color uel niger est, uel cæsius, cum summa tota tunica alba sit. Id autem superueniens ab interiore parte membranula includit. sub his gutta humoris est, oui albo similis, à qua uidendi facultas proficiscitur, κρυσταλλοειδὴς à Græcis nominatur. Igitur uel ex morbo, uel ex ictu concrescit humor sub duabus tunicis, qua locum uacuum esse proposui: is'que paulatim indurescens, interiori potentiæ se opponit. Vitij que eius plures species sunt: quædam sanabiles, quædam quæ curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem uerò habet marinæ aquæ, uel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem

fulgoris

A fulgoris relinquit, ſpes ſupereſt. Si magna eſt, ſi nigra pars oculi amiſſa naturali figura in aliam uertit, ſi ſuffuſioni color ceruleus eſt, aut auro ſimilis, ſi labat, & hac atq; illac mouetur, uix unquam ſuccurritur. Ferè uerò peior eſt, quo ex grauiore morbo, maioribus'ue capitis doloribus, uel ictu uehemẽtiore orta eſt. Neq; idonea curatio, ſi ſenilis ætas eſt, quæ ſine nouo uitio tamen aciem hebetem habet. At ne puerilis quidem, ſed inter hæc media ætas. Oculus quoq; curationi neq; exiguus, neq; concauus, ſatis opportunus eſt, atq; ipſius ſuffuſionis quædam maturitas eſt. Expectandũ igitur eſt, donec iam non fluere, ſed durities quædam concreuiſſe uideatur. Ante curationẽ aũt modico cibo uti, bibere aquã triduo debet, pridie ab omnibus abſtinere. Poſthęc in aduerſo ſedili collocandus eſt loco lucido, lumine aduerſo, ſic ut contra medicus paulo altius ſedeat. A poſteriore aũt parte caput eius qui curabitur, miniſter contineat, & immobile id pręſtet. Nã leui motu eripi acies in perpetuũ poteſt. Quin etiam ipſe oculus qui curabitur, immobilior faciendus eſt, ſuper alterum lana impoſita & deligata. Curari uerò ſiniſter oculus dextra manu, dexter ſiniſtra debet. Tũ acus admouenda eſt, aut acuta; aut fortè non nimium tenuis, eaq; demittenda. Sed recta eſt per ſummas duas tunicas

B medio loco inter nigrũ oculi & angulũ tempori propiorem, è regione mediæ ſuffuſionis, ſic ne qua uena lędatur. Neq; tamen timidè demittenda eſt, quia inani loco excipitur. Ad quem cũ uentum eſt, ne mediocriter quidem peritus falli poteſt, quia premẽti nihil renititur. Vbi eò uentum eſt, inclinanda acus ad ipſam ſuffuſionem eſt. Leuiterq; ibi uerti, & paulatim eam deducere infra regionẽ pupillæ debet: ubi deinde eã tranſit, uehemẽtius imprimi, ut inferiori parti inſidat. Si hęſit, curatio expleta eſt. Si ſubinde redit, eadẽ acu magis concidẽda, & in plures partes diſſipanda eſt, quę ſingulę & facilius condũtur, & minus latè officiunt. Poſt hęc educenda acus recta eſt, imponendumq; eſt lana molli exceptum oui albũ, & ſuprà, quod inflammationẽ coerceat, atq; ita deuinciẽdum. Poſthęc opus eſt quiete, abſtinentia, lenium medicamentorũ inunctionibus, cibo, qui poſtero die ſatis maturè datur, primũ liquido, ne maxillæ laborẽt: deinde inflammatione finita, tali, qua

C lis in uulneribus propoſitus eſt. Quibus ut aqua quoq; diutius bibatur, neceſſariò accedit.

Sub his gutta humeris eſt, oui albo ſimilis) ᾠοειδὴς, ſiue ὑαλοειδὴς, omnino alius humor eſt, atq; χρυσταλλοειδὴς. Vt hunc locum ex Galeno lib. 10. de Vſu partium, & Aetio lib. ſeptimo, corruptum certò eſſe, exiſtimare liceat.

De pituita oculorum.

De pituitę quoq; tenuis curſu, qui oculos infeſtat, quatenus medicamentis agendum eſt, iam explicui. Nunc ad ea ueniam

quæ curationem ex manu postulant. Animaduertimus autẽ, quibusdam nunquã siccescere oculos, sed semper humore tenui madere, quæ res aspritudinẽ continuat, ex leuibus momẽtis inflãmationes & lippitudines excitat, totã deniq; uitã hominis infestat. Id'q; in quibusdã nulla ope adiuuari potest, in quibusdã sanabile est. Quod primũ discrimẽ est, nosse oportet, ut alteri succurrãt, alteri manus nõ iniiciatur. Ac primùm superuacua curatio est in his, qui ab infãtibus id uitiũ habẽt, quia necessariò mansurũ est usque mortis diẽ. Deinde nõ necessariò etiã in his, quib. nõ multa, sed acris pituita est. Siquidẽ manu nihil adiuuãtur: medicamẽtis, & uictus ratione, quę crassiorẽ pituitã reddit, ad sanitatẽ perueniunt. Lata etiã capita uix medicinę patẽt. Tũ interest, uenę pituitã emittant, quę inter caluariã & cutẽ sunt, an quę inter membranã cerebri & caluariã. Superiores ferè per tẽpora oculos rigãt, inferiores per eas mẽbranas, quæ ab oculis ad cerebrũ tẽdunt. Potest aũt adhiberi remediũ his quę supra os fluũt, non potest his quæ sub osse. Ac ne his quidẽ succurritur, quibus pituita utrinq; descẽdit: quia leuata altera parte, nihilominus altera infestat. Quid sit aũt, hac ratione cognoscitur. Raso capite, ea medicamẽta quibus in lippitudine pituita suspenditur, à superciliis usq; ad uerticem illini debent. Si sicci oculi esse cœperunt, adparet per eas uenas quæ sub cute sunt, irrigari. Si nihilominus madent, manifestum est sub osse descendere. Si est humor, sed leuior, duplex uitium est. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur, quos superiores uenæ exerceant, ideó que pluribus etiam opitulari licet. Id' que non in Græcia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est, adeò ut nulla medicinæ pars magis per nationes quoque exposita sit. Reperti in Græcia sunt, qui nouem lineis cutem capitis inciderẽt, duabus in occipitio rectis, una super eas transuersa: dein duabus super aures, una inter eas item transuersa, tribus inter uerticem & frontem rectis. Reperti sunt, qui à capite rectè eas lineas ad tempora diducerent, cognitis' que ex motu maxillarum musculorum initiis, leuiter super eos cutem inciderent, inductis' que per retusos hamos oris insererent linamenta, ut neq; inter se cutis antiqui fines cõmitterẽtur, & in medio caro increscere t, quæ uenas ex quibus humor ad oculos transiret, astringeret. Quidã enim atramẽto duas lineas duxerũt, à media aure ad mediã alteram aurẽ, deinde à naribus ad uerticẽ. Tum ubi lineæ committebantur, scalpello inciderunt: & pòst sanguine fuso, os ibidem adusserunt. Nihilominus autem & in temporibus, & inter frontem atque caluariam eminentibus uenis idem candens ferrum admouerunt. Frequens curatio est, uenas in temporibus adurere, quæ ferè quidem in eiusmodi malo tument: sed tamen ut inflentur, magis' que se ostendant, ceruix antè modicè deliganda

est:

A est: tenuibus'que ferramentis, & retusis, uenæ adurendæ, donec in oculis pituitæ cursus conquiescat. Id enim signum est quasi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur. Valentior tamen medicina est, ubi tenues condita'que uenæ, ideo'que legi non possunt. Eodem modo ceruice deligata, retentoq; ab ipso spiritu, quo magis uenæ prodeant, atramento notare eas contra tempora, & inter ceruicem ac frontem, deinde ceruice resoluta qua notæ sunt uenas incidere, & sanguinem mittere. Vbi satis fluxit, tenuibus ferramentis adurere. Contra tempora quidem, timidè, ne subiecti musculi, qui maxillas tenent, sentiant: inter frontem uerò & uerticem, uehementer, ut sic squama ab osse recedat. Efficacior tamen etiamnum est Afrorum curatio, qui uerticem usque ad os adurũt, sic ut squamam remittat. Sed nihil melius est, quàm quod in Gallia quoq; Comata fit, ubi uenas in temporibus & in superiore capitis parte legunt. Adusta quomodo curanda sint, iam explicui. Nunc illud adijcio, neque ut crustæ decidant, neq; ut ulcus impleatur, adustis uenis esse properandum, ne uel sanguis erumpat, uel citò pus supprimatur, cum

B per hoc siccescere eas partes opus sit, per illud exhauriri opus nõ sit. Si quando tamen sanguis eruperit, infricanda medicamenta esse, quæ sic sanguinem supprimant, ne adurant. Quemadmodum autem uenæ deligendæ sint, quid'que lectis his faciendum sit, cum uenero ad crurum uarices, dicam.

De aurium morbis, qui manu & scalpello curantur. Cap. VIII.

Verùm ut oculi multiplicem curationem etiam manus exigũt, sic in auribus admodũ pauca sunt, quæ in hac medicinæ parte tractentur. Solet tamen euenire uel à prima natali die protinus, uel postea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, ut foramen in ea nullum sit, ideo'que audiendi usu careat. Quod ubi incidit, specillo tentandum est, alte'ne id repletum, an in summo tantum glutinatum sit. Nam si altè est, prementi

C non cedit: si in summo, specillum protinus recipit. Illud attingi non oportet, ne sine effectus spe distentio oriatur neruorum, & ex ea mortis periculum sit. Hoc facilè curatur. Nam qua cauum esse debet, uel medicamentum aliquod imponendum est ex adurentibus, uel candente ferro aperiendum, uel etiam scalpello incidendum. Cum'que id patefactum, & iam ulcus purum est, inijcienda eò pinna est illita medicamento cicatricem inducente: circaq; idem medicamentum dandum, ut cutis circa pinnam sanescat: quo fit, ut ea remota, postea facultas audiendi sit. At ubi aures, in uiro puta, perforatæ sunt, & offendunt, traijcere id cauum celeriter candente acu satis, ut leniter eius ora exulcerentur: aut etiam adurente medicamento idem exulcerare, postea deinde imponere id quod purget, tum quod eum locum,

 repleat

repleat, & sic cicatricem inducat. Quòd si magnum id foramen est (sicut solet esse in his qui maiora pōdera auribus gesserunt) incidere quod superest ad extremū oportet: suprà deinde oras scalpello exulcerare, & postea suere, ac medicamentum quo id glutinetur, imponere. Tertium est, si quid ibi curti est, sarcire: quae res cum in labris quoq; & naribus fieri posit, eandemq; etiã rationem habeat, simul explicanda est. A

Curta in auribus, labrisq; ac naribus quomodo sarciri, & curari possint. Cap. IX.

CVrta igitur in his tribus, ac si qua parua paria sunt, curari possunt. Si qua maiora sunt, aut non recipiunt curationē, aut ita per hanc ipsam deformantur, ut minus indecora antè fuerint. Atq; in aure quidem, & naribus, deformitas sola timeri potest. In labris uerò, si nimium contracta sunt, usus quoq; necessarij iactura fit, quia minus facilè & cibus assumit, & sermo explicatur. Neque enim creatur ibi corpus, sed ex uicino adducitur: quod in leui mutatione & nihil eripere, & fallere oculum potest: in magna nō potest. B Neq; senile aūt corpus, neq; quod mali habitus est, neque in quo difficulter ulcera sanescunt, huic medicinę idoneū est, quia nusq; celerius cancer occupat, aut difficilius tollit. Ratio curationis eiusmodi est. Id quod curatū est, in quadratum redigere, ab interioribus eius angulis lineas transuersas incidere, quę citeriorem partem ab ulteriore ex toto diducant: deinde ea quae sic reposuimus, in unum adducere. Si non satis iunguntur, ultra lineas, quas antè fecimus, alias duas lunatas, & ad plagam conuersas immittere, quibus summa tantū cutis diducatur. Sic enim fit, ut facilius quod adducitur, sequi posit: quod non ui cogendum est, sed ita adducendum, ut ex facili subsequatur, & dimissum non multum recedat. Interdum autem ab altera parte cutis haud omnino adducta, deformem, quem reliquit, locū reddit. Huiusmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda est. Ergo neque ex imis auribus, neque ex medio naso imis uenarum partibus, neque ex angulis labrorū quicquam attrahere tentabimus. Vtrinque autem petemus, si quid summis auribus, si quid imis, si quid aut medio naso, aut medijs naribus, aut medijs labris deerit. C Quae tamen interdū etiam duobus locis curata esse consueuerunt. Sed eadem ratio curandi est: si carthilago in eo quod incisum est eminet, excidenda est. neque enim aut glutinatur, aut acu tutò traijcitur. Neque longe tamen excidi debet, ne inter duas oras liberae cutis, utrinque coitus puris fieri posit. Tum iunctae orae inter se suendae sunt, utrinque cute apprehensa: & qua priores lineae sunt, ea quoque suturae inijciendae sunt. Siccis locis, ut in naribus, illita spuma argenti satis proficit. In ulteriores uerò lunatasque plagas linamentum dandum est, ut caro increscens

A ſcens uulnus impleat: ſumma'que cura quod ita futum eſt, tuendum eſſe, apparere ex eo poteſt, quod de cancro ſupra' poſui. Ergo etiam tertio quoque die fouendum erit uapore aquæ calidæ, rurſus'que idem medicamentum inijciendum, fere'que ſeptimo die glutinatum eſt. Tum futuræ eximi, & hulcus ad ſanitatem perduci debet.

De polypi curatione per ferrum.
Caput X.

POlypum uero, qui in naribus naſcitur, præcipue' ferro curari, iam aliâs poſui. Ergo etiam hunc ferramento acuto in modum ſpathæ facto reſoluere ab oſſe oportet: adhibita diligentia, ne infra' carthilago lædatur, in qua difficilis curatio eſt. Vbi abſciſſus eſt, unco ferramento extrahendus eſt. Tum implicitum linamentum, uel aliquid ex penicillo reſpergendum eſt medicamento, quo ſanguis ſupprimitur, eo'que nares leniter implendæ. Sanguine ſuppreſſo, linamento uulnus purgandum eſt. Vbi purum eſt, eo' pinna eodem modo, quo in aure ſupra' po-
B ſitum eſt, medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus dimittenda, donec ex toto id ſaneſcat.

De ozæna. Cap. XI.

ID autem uitium, quod ὄζαινα a' Græcis uocatur, ſi medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum eſſet, apud magnos Chirurgos non reperi. Credo, quia res raro' ad ſanitatem ſatis proficit, cum aliquod in ipſa curatione tormentum habeat. Apud quoſdam tamen poſitum eſt uel ſutilem fiſtulam, uel enodem ſcriptorium calamum in narem eſſe conijciendum, donec ſurſum ad os perueniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum eſſe ad ipſum os, deinde aduſtum locum purgandum eſſe ærugine & melle. Vbi purus eſt, lycio ad ſanitatem perducendum. Vel narem incidendam eſſe ab ima parte ad os, ut & conſpici locus poſsit, & facilius candens ferramentum admoueri. Tum ſui narem debere, & aduſtum quidem ulcus eadem ratione curari. Suturam uero' illini uel ſpuma argenti, uel alio glutinante.

C DE ORIS VITIIS, QVAE MANV ET FERRO CVrantur. Caput XII.

De dentibus.

IN ore quoq; quædam manu curantur. Vbi in primis dentes nonnunquam mouentur, modo' propter radicum imbecillitatem, modo propter gingiuarum areſcentium uitium. Oportet in utrolibet candens ferramentum gingiuis admouere, ut leuiter attingat, non ut inſidat. Aduſtæ gingiuę melle illinēdæ, & mulſo eluendæ ſunt. Vt pura ulcera eſſe cœperunt, arida medicamenta infricanda ſunt, ex his quæ reprimunt. Si uero' dens

dolores mouet, eximi'que eum, quia medicamẽta nihil adiuuant, A
placuit, circumradi debet, ut gingiua ab eo resoluatur. tum is concutiendus est. Ea'que facienda, donec bene moueatur. Nam dens hærens cum summo periculo euellitur, ac nonnũquam maxilla loco mouetur. Id'que etiam maiore periculo in superioribus dentibus fit, quia potest tempora oculos'ue concutere. Tũ si fieri potest, manu: si minus, forfice, dens excipiendus est. Ac si exesus est antè, id foramen uel linamento, uel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta'uero forfex ducẽda est, ne inflexis radicibus os earum, cui dens inhæret, parte aliquà frangatur. Neque ideo nullum eius rei periculum est, utique in dentibus breuibus, qui ferè longiores radices habent. Sæpè enim forfex cum dentem comprehendere non posit, aut frustra comprehendat, os gingiuæ prehendit & frangit. Protinus autem ubi plus sanguinis profluit, scire licet, aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa, quæ recessit, & uolsella protrahenda est. Si non sequitur, incidi gingiua debet, donec labans ossis testa recipiatur. Quòd si fractum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut is hiare non possit. Sed im- B
ponendum calidum ex farina & fico cataplasma est, donec ibi pus moueatur. Tum incidi gingiua debet. Pus quoque multum profluens, ossis fracti nota est. Itaque etiam tum id extrahi conuenit. Nonnunquam etiam eo læso, fistula fit, quę eradi debet. Dens autem scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendus'que rosę flore contrito, cui gallæ quarta pars & altera myrrhæ sit adiecta. Continendum'que ore crebrò uinum meracum. Atque in eo casu uelandum caput, ambulatione multa, frictione capitis, cibo nõ acri utendum est. At si ex ictu uel alio casu aliqui labant dentes, auro cum his qui bene hęrent uinciendi sunt. Continenda'que ore reprimentia: ut uinum in quo malicorium decoctum, aut in quo galla candens coniecta sit. Si quando etiam in pueris alter dens nascitur quàm prior excidat, is qui cadere debuit, circumpurgandus & euellendus est: is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus, donec ad iustam magnitudinẽ perueniat. Quo- C
tiescunque dente exempto radix relicta est, protinus ea quoque ad id facta forfice, quã rhizan Gręci uocant, eximenda est. Tonsillas autem, quæ post inflammationes indurauerunt, ἀντιάδες autem à Græcis appellantur, cum sub leui tunica sint, oportet digito circumradere & euellere: si ne sic quidem resoluuntur, hamulo excipere, & scalpello excidere, tum ulcus aceto eluere, & illinere uulnus medicamẽto, quo sanguis supprimatur.

De Vua.

Vua si cum inflammatione descendit, dolori'que est & subrubicundi coloris, præcidi sine periculo non potest. Solet enim multum

A multum sanguinem effundere. Itaq; melius est his uti, quæ aliâs proposita sunt. Si uerò inflammatio quidem nulla est, nihilominus autem ea ultra iustum modum à pituita deducta est, & est tenuis, acuta, alba, præcidi debet. Itemq; si ima, liuida & crassa, summa, tenuis est. Neq; quicquam commodius est, quàm uolsella prehendere, sub eaq; quod uolumus, excidere. Neq; enim ullum periculum est, ne plus minusue præcidatur, cum liceat tantum infra uolsellam relinquere, quantum inutile esse manifestum est: idque præcidere, quo longior uua est, quàm esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt, quę in tonsillis proximè posui.

De lingua.

Lingua uerò quibusdam cum subiecta parte à primo natali die iuncta est, qui ob id ne loqui quidem possunt. Horum extrema lingua uolsella prehendenda est, sub eaq; membrana inciden da, magna cura habita, ne uenæ quæ iuxtà sunt, uiolentur, & profusione sanguinis noceant. Reliqua curatio uulneris, in prioribus

B posita est. Et pleriq; quidem ubi consanuerunt, loquuntur. Ego autem cognoui, qui succisa lingua cum abundè super dētes eam premeret, non tamen loquendi facultatem consecutus est. Adeò in medicina etiam, ubi perpetuum est quod fieri debet, nō tamen perpetuum est id quod sequi conuenit.

De abscessu sub lingua.

Sub lingua quoq; interdum aliquid abscedit, quod ferè consistit in tunica, doloresq; magnos mouet: quòd si exiguum est, incidi semel satis est: si maius, summa cutis usq; ad tunicam excidenda est, deinde utrinq; oræ hamulis excipiendæ, & tunica undiq; circundata liberanda est: magna diligentia per omnē curationem habita, ne qua maior uena incidatur.

De labris.

Labra autem sæpe finduntur, eaq; res habet cum dolore etiam hanc molestiam, quòd sermo prohibetur, qui subinde eas rimas cum dolore diducēdo sanguinem citat. Sed has, si in summo sunt, medicamentis curare commodius est, quæ ad ulcera oris fi-

C unt. Si uerò altius descenderunt, necessariū est tenui ferramento adurere, quod spathę simile quasi trāscurrere, nō imprimi debet. Postea faciēda eadē sunt, quę in auribus adustis exposita sunt.

De ceruicis uitijs, & curatione. Cap. XIII.

At in ceruice inter cutē et asperā arteriam tumor increscit, βρογχοκήλην Græci uocant, qua modò caro hebes, modò humor aliquis melli aquę'ue similis includit, interdū etiā minutis ossibus pili immisti. Ex quibus quicquid est quod tunica continet, potest adurētib. medicamētis curari, quibus summa cutis cū superiecta tunica exerit. Quo facto siue humor est, profluit: siue quid dēsius

digitis educitur, tum ulcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio breuior est, medio tumore una linea inciditur usq; ad tunicã. Deinde uitiosus sinus ab integro corpore digito separatur, totusq; cum uelamento suo eximitur. Tũ aceto, cui uel salem uel nitrum aliquis adiecit, eluitur, oraq; una sutura iunguntur, cetera que eadem quæ in alijs suturis superinijciuntur. Leniter deinde, ne fauces urgeat, deligatur: si quando autem tunica eximi non potuerit, intus inspergenda adurentia, linamentisq; id curandum est, cæteris pus mouentibus. A

De umbilici uitijs. Cap. XIIII.

Sunt etiam circa umbilicum plura uitia, de quibus propter raritatem inter autores parum constat. Verisimile est autem id à quoq; prætermissum, quod ipse non cognouerat: à nullo id quod non uiderat, fictum. Commune omnibus est, umbilicum indecorè prominere. Causæ requiruntur. Meges tres has posuit. Modò intestinum eò irrumpere, modò omentum, modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit. Duobus ijsdem adiecit, carnem ibi interdum increscere, eamq; modò integram esse, modò carcinomati similem. Gorgias ipse quoq; omenti mentionem omisit. Sed eadem tria causatus, spiritum quoq; interdum eò dixit irrũpere. B Hierõ omnibus his quatuor positis, & omenti mentionem habuit, & eius quod simul & omentum & intestinum habuerit. Quid autem horum sit, his indicijs cognoscitur. Vbi intestinum prolapsum est, tumor neq; durus neq; mollis est, omni frigore cõminuitur: non solum sub omni calore, sed etiam retento spiritu crescit. Sonat interdũ, atq; ubi resupinatus est aliquis, delapso intestino, ipse desidit. Vbi uerò omentũ est, cætera similia sunt, tumor mollior ab ima parte, latus extenuatum in uentrem est: si quis apprehẽdit, elabitur. Vbi utrunq; est, indicia quoq; mista sunt, & inter utrũq; mollities. At caro durior est, semperq; etiã resupinato corpore tumet, prementiq; non cedit, prioribus facilè cedẽtibus. Si uitiosa est, easdem notas habet, quas in carcinomate exposui. Humor autem si premitur, circumfluit. At spiritus pressus cedit, sed protinus redit: resupinato quoq; corpore, tumorem in eadẽ figura tenet. Ex his id quod ex spiritu uitium est, medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis, cum periculo tractatur, C itaque omittẽda est. Sana excidi debet, idq; uulnus linamẽtis curari. Humorẽ quidam uel inciso summo tumore effundũt, & uulnus ijsdem linamẽtis curant. In reliquis uariæ sententiæ sunt. Ac resupinandũ quidem corpus esse res ipsa testatur, ut in uterum, siue intestinum, siue omentum est, delabatur. Sinus uerò umbilici tũ uacuus, à quibusdã duabus regulis exceptus est, uehemẽterq; earum capitibus deligatis, ibi emoritur. A quibusdã ad imũ acu traiectatur, duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus

A tibus diuersæ partes astringuntur. Quod in uua quoq; oculi fit. Nam sic id quod supra uinculum est, moritur. Adiecerũt quidã, ut antequam uincirent, summũ una linea inciderent, exciderẽtq;, quo facilius digito demisso, quod illuc irrupisset, depellerẽt, tum deinde uinxerunt: sed abunde est, iubere spiritum continere, ut tumor quantus maximus esse potest, se ostendat, tum imam basim eius atramento notare, resupinato q; homine digitis tumorem eũ premere, ut si quid delapsum non est, manu cogatur. Post hęc umbilicum adtrahere, & qua nota atramenti est, lino uehementer astringere. Deinde partẽ superiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur. Atq; ut cætera usta, ulcus nutrire. Idq; non solũ ubi intestinũ, uel omentũ, uel utrunq; est, sed etiã ubi humor est, optime proficit: sed antè quædã uisenda sunt, ne quod ex uinculo periculum sit. Nam curationi neque infans, neq; autro-
B bustus annis, aut senex aptus est, sed à septimo ferè anno ad quartumdecimum. Deinde ei corpus idoneum est id, quod integrum est. At quod mali habitus est, quod'q; papulas, impetigines, similiáq; habet, idoneum non est. Leuibus quoque tumoribus facilè subuenitur. At in eorum qui nimis magni sunt, curatione periculum est. Tempus aũt anni & autumnale, & hybernum, uitandum est. Ver idoneũ maximè est. Ac prima æstas nõ aliena est. Præter hæc abstinere pridie debet. Neq; id satis est: sed aluus quoq; ei ducenda est, quo facilius omnia quę excesserũt, intra aluũ considant.

Quomodo aqua hydropicis emittatur. Cap. XV.

AQuam his qui hydropici sunt emitti oportere, aliàs dixi: nũc quemadmodum id fiat, dicendum. Quidam aũt sub umbilico ferè, quatuor interpositis digitis à sinistra parte: quidam ipso umbilico perforato, facere consueuerunt. Quidam cute primùm adusta, deinde interiore abdomine inciso: quia quod per ignem diuisum est, minus celeriter coit. Ferramentum autem demittitur, magna cura habita, ne qua uena incidatur. Id tale esse debet, ut fe-
C rè tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat. Demittendum'q; ita est, ut membranam quoque transeat, qua caro ab interiore parte finitur: eò tum plumbea aut ænea fistula injcienda est, uel recuruatis in exteriorem partem labris, uel in media circumsurgente quodam nodo, ne tota intus delabi posit: huius ea pars quæ intrà, paulo longior esse debet, quàm quę extrà, ut ultra ulteriorem membranam procedat. Per hanc effundendus humor est. Atq; ubi maior pars eius euocata est, cludenda demisso linteolo fistula est, & in uulnere, si id ustum nõ est, relinquenda. Deinde per insequentes dies circa singulas heminas emittendum, donec nullum aquę uestigium appareat. Quidam tamen etiã non usta cute, protinus fistulam recipiũt, & super uulnus spongiam expressam deligant. Deinde, postero die rursus fistulam demittunt, quod recens uulnus paulum diductum patitur, ut si quid humoris superest, emitatur. Idq; bis ita fecisse contenti sunt.

De intestinorum uulneratorum curationibus. Cap. XVI.

Nonnunquã autem uenter ictu aliquo perforatur, sequiturq; A ut intestina euoluant. Quod ubi incidit, protinus cõsiderandum est, an integra ea sint, deinde an his color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse, iam retuli. Latius intestinum sui potest, non quòd certa fiducia sit, sed quòd dubia spes certa desperatione sit potior. Interdum enim glutinatur. Tum si utrumlibet intestinum liuidum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoque necessariò accedit, ut sensu careat, medicina omnis inanis est. Si uerò adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est. Momento enim alienãtur, externo & insueto spiritu circundata. Resupinandus autem homo est coxis erectioribus. Et si angustius uulnus est, quàm ut intestina commodè refundantur, incidendum est, donec satis pateat. Ac si iam + ficciora intestina sunt, perluenda aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adiectum. Tum minister oras uulneris leuiter diducere manibus suis, uel etiam duobus hamis membranæ interiori iniectis debet: medicus priora semper intestina, quæ posteriora prolapsa sunt, condere, sic ut orbium singulorum locum seruet. B Repositis omnibus, leniter homo concutiendus est. Quo fit, ut per se singula intestina in suas sedes diducantur, & inibi considant. His conditis, omnentum quoq; cõsiderandum est, ex quo si quid iam nigri & emortui est, forfice excidi debet. Si quid integrum est, leuiter super intestina diduci: sutura autem neque summæ cutis, neq; interioris membranæ per se satis proficit, sed utriusque. Et quidem duobus linis uincienda est spissior, quàm alibi, quia & rumpi facilius motu uentris potest, & non æquè magnis inflãmationibus pars ea exposita est. Igitur in duabus acubus fila traijcienda, eaq; duabus manibus tenẽda, & prius interiori membranę sutura inijcienda est, sic ut sinistra manus in dexteriore ora, dextra in sinisteriore à principio uulneris orsa, ab interiori parte in exteriorem acum immittat. Quo fit, ut ab intestinis ea pars sem per acuum longa sit, quæ retusa est: semel utraq; parte traiecta, permutandæ acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, quæ fuit in sinistra: ea ueniat in sinistram, quam dextra cõtinuit. Iterumq; eodem modo per oras immittendę sunt. C Atque ita tertiò & quartò, deinceps que permutatis inter manus acubus includenda plaga. Posthæc eadẽ fila, eædemq; acus ad cutem transferendæ. Similiq; ratione ei quoque parti utraq; sutura inijcienda, semper ab interiore parte acubus uenientib. semper inter manus traiectis. Dein glutinãtia inijcienda. Quibus aut spongiam, aut succidam lanam ex aceto impressã accedere debere, manifestius est, quàm ut semper dicendum sit. Impositis his, leuiter deligari uenter debet.

De inte-

De interiore parte abdominis rupta, & qua ratione curanda sit. Cap. XVII.

A INterdum tamen uel ex ictu aliquo, uel retento diutius spiritu, uel sub graui fasce interior abdominis membrana superiore cute integra, rumpitur. Quod fœminis quoque ex utero sæpè euenire consueuit, fitq; præcipuè circa ilia: sequitur autem, cum superior caro mollis sit, ut non satis intestina contineat, hisq; intenta cutis indecora intumescat. Atq; id quoq; aliter ab alijs curat. Quidam enim per acū duobus linis ad imam basim immissis, sic utrinque deuinciunt, quemadmodum & in umbilico, & in uua positū est, ut quicquid super uinculum est, emoriatur: quidam medium tumorem excidunt, ad similitudinem myrtacei folij: quod semper eodem modo seruandum esse, iam posui, & tum oras sutura iungūt. Commodissimū est autem, resupinato corpore, experiri ma-
B nu, qua parte is tumor maximè cedat, quia necesse est ea parte rupta membrana sit: quaq; integra est, ea magis obnitatur: tum qua rupta uidebitur, immittendæ scalpello duæ tunicæ sunt, ut exciso medio interior membrana utrinq; recentem plagam habeat: quia quod uetus est, sutura non coit, loco patefacto. si qua parte membrana non nouā plagam, sed ueterem habet, tenuis excidenda habena est, quæ tantum ora eius exulceret. Cætera, quæ ad suturæ reliquam curationem pertinent, suprà comprehensa sunt.

De uaricibus uentris.

Præter hæc euenit, ut in quorundā uentribus uarices sint: quarum, quia nulla alia curatio est, quàm quę in cruribus esse consueuit, tum eam partem explanaturus, hanc quoq; eò differo.

De testiculorum natura, & morbis eorum. Cap. XVIII.

VEnio autem ad ea, quæ in naturalibus partibus circa testiculos oriri solent: quæ quo facilius explicem, prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Igitur testiculi simile quiddam me
C dullis habent. Nam sanguinem non emittunt, & omni sensu carent. Dolent autem in ictibus & inflāmationibus tunicæ, quibus hi continentur. Dependent uerò ab inguinibus per singulos neruos, quos κρεμαςῆρας Græci nominant, cum quorum utroq; bina descendunt, & uenæ & arteriæ. Hæ autem tunica conteguntur tenui, neruosa, sine sanguine, alba, quæ ἐρυθροειδὴς à Græcis nominatur: super eam ualentior tunica est, quæ interiori uehementer ima parte inhæret, Darton Græci uocant. Multæ deinde membranulæ uenas & arterias, eos'que neruos comprehendunt. Atque inter duas quoque tunicas superioribus partibus leues, paruulęq; sunt. Hactenus propria utriq; testiculo & uelamenta, & auxilia sunt. Communis deinde utrique, omnibusq; interioribus sinus est, qui iam conspicitur à nobis, ὄσχεον Gręci, scrotum nostri u ocant: isq; ab ima parte medijs tunicis leuiter innexus est, à supe

riore tantum circundatus eſt. Sub hoc igitur plura uitia eſſe con- A
ſuerunt. Quæ modò ruptis tunicis, quas ab inguinibus incipere
propoſui, modò his integris fiunt: ſiquidem interdum uel ex mor
bo primùm inflãmatur, deinde poſtea pondere abrumpitur: uel
ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quæ diducere ab inferio
ribus partibus inteſtina debuit: tum pondere eò deuoluitur aut
omentum, aut etiam inteſtinum. Atque ibi reperta uia, paulatim
ab inguinibus in inferiores quoque partes demiſſum, ſubindè
neruoſas tunicas, & ob id eius rei patientes diducit, ἐντεροκήλην, &
ἐπιπλοκήλην Græci uocãt. apud nos indecorũ, ſed cõmune his her-
niæ nomen eſt. Deinde, ſi deſcẽdit omentũ, nunq; in ſcroto tumor
tollitur, ſiue inedia fuit, ſiue corpus huc illuc ue cõuerſum, aut ali-
quo modo collocatũ. Itemq;, ſi retẽtus eſt ſpiritus, nõ magnopere
increſcit, tactu uerò inæqualis eſt, & mollis, & lubricus. At ſi inte-
ſtinum quoq; deſcendit, tumor is ſine inflammatione modò mi-
nuitur, modò increſcit. Eſtq; ferè ſine dolore: & cum conquieſcit
aliquis, aut iacet, interdum ex toto deſidit, interdum ſic diuiditur,
ut in ſcroto exiguæ reliquiæ maneant. At ſi clamore & ſatietate, & B
ſi ſub aliquo pondere is homo nixus eſt, creſcit, frigore omni con-
trahitur, calore diffunditur. Eſtq; tum ſcrotum & rotundum, &
tactu læue: idq; quod ſubeſt, lubricũ eſt: ſi preſſum eſt, ad inguen
reuertitur, dimiſſumq; iterum cum quodam quaſi murmure de-
uoluitur. Et id quidem in leuioribus malis euenit. Nonnunquam
autem ſtercore accepto uaſtius tumet, retróq; compelli non po-
teſt: adfert tum dolorem & ſcroto, & inguinibus, & abdomini:
nonnunquam ſtomachus quoq; affectus, primùm ruffam bilem
per os reddit, deinde uiridem, quibuſdam etiam nigram. Integris
uerò membranis, interdum eam partem humor diſtringit. Atq;
eius quoque ſpecies duæ ſunt. Nam uel inter tunicas is increſcit,
uel in membranis quæ ibi circa uenas & arterias ſunt, ubi hæ gra-
uatæ occalluerunt. Ac ne ei quidem humori, qui inter tunicas eſt,
una ſedes eſt. Nam modò inter ſummam & mediam, modò inter
mediam & imam conſiſtit. Græci communi nomine quicquid eſt, C
ὑδροκήλην appellant: noſtri, ut ſcilicet nullis diſcriminibus ſatis co-
gnitis, hoc quoque ſub eodem nomine, quo priora, habent. Signa
autem quædam cõmunia ſunt, quædam propria: communia, qui-
bus humor deprehenditur: propria, quibus locis humorem ſub-
eſſe dicimus: ſi tumor eſt, nunquam ex toto ſe remittens, ſed inter-
dum leuior, aut propter famem, aut propter febriculã, maximeq;
in pueris: iſq; mollis eſt, ſi non nimius humor ſubeſt. At ſi is uehe
menter increuit, renititur ſic, ut uter repletus, et arte aſtrictus. Ve
næ quoq; in ſcroto inflantur: & ſi digito preſſus cedit humor, cir-
cumfluenſq; id quod non premitur, attollit, & tanquam in uitro
cornú ue per ſcrotum apparet, iſq; (quantum in ipſo eſt) ſine do-
lore

A lore est. Sedes autem eius sic deprehenditur: Si inter summã mediam'q; tunicã est, cum digitis duobus pressus, paulatim humor inter eos reuertens subit, scrotum ipsius albidius est. Si ducitur, aut nihil, aut paruulum intenditur, testiculus ea parte neq; tactu sentitur. At si sub media tunica est, intentũ scrotũ magis sè attollit, adeò, ut superior coles sub tumore eo delitescat. Pręter hæc æquè integris tunicis ramex innascitur, κιρσοκήλην Græci appellant, cum uenę intumescũt. Hæ quoq; intortæ conglomeratæ'q; ad superiorem partem, uel ipsum scrotum implent, uel mediam tunicam, uel imam. Interdũ etiã sub ima tunica circa ipsum testiculũ neruum'q; eius increscunt. Ex his eæ quę in ipso scroto sunt, oculis patent: hę uerò quę mediæ imæ' ue tunicę insident, ut magis conditę, non æquè quidem cernunt, sed tamen etiã uisui subiectę sunt, pręterquã quod & tumoris aliquid est, pro uenarũ magnitudine & modò, & id prementi magis renitit, ac per ipsos uenarũ toros inæquale est, & qua parte id est, testiculus magis iusto dependet. Cùm uero etiam super ipsum testiculũ, neruum'q; eius, id malum increuit, ali-
B quãto longius testiculus ipse descendit, minor'q; altero fit, utpote alimento amisso. Raró, sed aliquando caro quoq; inter tunicas increscit, σαρκοκήλην Græci uocant. Interdũ etiã ex inflammatione tumet ipse testiculus, ac febres quoq; adfert: & nisi celeriter ea inflãmatio conquieuit, dolor ad inguina atq; ilia peruenit, partes'q; hę intumescunt: neruus ex quo testiculus dependet, plenior fit, simul'q; indurescit: super hęc inguen quoq; nonnunquam uarices implent, βυβωνοκήλην appellant.

De testiculorum natura, tum pondere eò deuoluitur, aut omentũ etiam intestinum.) Quod ἐπίπλοον Græci, & uulgò rete nominant, intellige.

Atq; ibi reperta uia, paulatim ab inguinibus.) ἐπιπλοκήλη, quum omentum in scrotum descendit, nominatur. Arabes zirbi ramicem uocant, Latini omenti ramicem. At βυβωνοκήλη inguinis ramex est, ubi ex delabente omento inguina intumescunt. Tertiam speciem, umbilici nempe ramicem, habes lib. 6. capite 17. Quum autem pariter & intestina, & omentum in scrotũ deuoluuntur, Græci ἐπιπλοεντεροκήλην uocant: de quà in huius capite fine agitur.

De testiculorum curationibus cõmunibus, & primò de incisione & curatione inguinis, uel scroti. Cap. XIX.

C HIs cognitis, de curatione dicendum est, in qua quędam communia omnium sunt, quędam propria singulorum. Prius de communibus dicam. Loquar autem nunc de his, quæ scalpellum desiderant. Nam quę uel sanari non possint, uel aliter nutriri debeant, dicendum erit, simul ad species singulas uenero. Inciditur autem interdum inguen, interdum scrotum. In utraq; curatione, homo ante triduum bibere aquam, pridie abstinere etiam à cibo debet, ipso autem die collocari supinus: deinde si inguen incidendum est, id'q; iam pube contegit, antè radendũ est: & tum extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, id incidendum sub imo uen-

tre, qua cum abdomine tunicæ inferiores cōmittuntur. Aperien- A
dum autem audacter est, donec summa tunica, quæ ipsius scroti est, incidatur, perueniatúrq; ad eam, qua media est plaga facta. Foramen deorsum uersus subest. In id demittendus est sinistræ manus digitus index, ut diductis interuenientibus membranulis simul laxet. Minister autem sinistra manu comprehenso scroto, sursum uersus eum debet extendere, & quàm maximè ab inguinibus abducere, primùm cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas, quæ super mediam tunicā sunt, si digito deducere non potest, scalpello abscindat. Deinde sine eo, ut is delapsus ipsi plagæ iungatur, digitóq; inde promatur, & super uentrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde si qua uitiosa sunt, circuncidenda sunt. In quibus cum multæ uenæ discurrant, tenuiores quidem præcidi protinus possunt. Maiores uerò antè longiore lino deligandæ sunt, ne periculose sanguinem fundant. Sin media tunica B
uexata erit, aut sub ea malum increuerit, excidenda erit, sic, ut altè ad ipsum inguen præcidatur. Infrà tamen non tota demenda est. Nam quod ad basim testiculi uehemēter cum ima tunica cōnexū est, excidi sine summo periculo non potest. Itaq; ibi relinquendū est. Idem in ima quoq; tunica, si læsa est, faciendum est: sed non à summa inguinis plaga, uerùm infrà paulùm ea abscindēda, ne læsa abdominis membrana inflāmationes moueat. Neq; tamen nimiū ex ea sursum relinquendū est, ne postea sinuetur, & sedem eidem malo præstet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagā, cum uenis & arterijs, & neruo suo leuiter demittendus est: uidendumq;, ne sanguis in scrotum descendat, neue concretus aliquo loco maneat. Quæ ita fient, si uenis uinciendo medicus prospexerit, lina quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debebunt, quæ pure orto sine ullo dolore excident. Ipsi autem plagæ injciendæ duæ fibulæ sunt, & insuper medicamentum quo glutinentur. Solet interdū ab altera ora necessarium esse aliquid excidi, ut cicatrix maior & latior fiat. Quod ubi incidit, linamenta su- C
per non fulcienda, sed leuiter tantum ponenda sunt, supráque ea quæ inflāmationem repellant, id est, ex aceto uel lana succida, uel spongia. Cętera eadē, quę ubi pus moueri debet, adhibenda sunt. At cum infrà incidi oportet, resupinato homine subjcienda sub scroto sinistra manus est, deinde id uehemēter apprehendendū, et incidendū: si paruulū est q̄d nocet modicè, ut tertia pars integra ad sustinendū testiculū infrà relinquatur: si maius est, etiā amplius, ut paulùm tantummòdo ad imum, cui testiculus insidere possit, integrum maneat: sed primò rectus scalpellus, quàm leuissima manu teneri debet, donec scrotum ipsum diducat. Tum inclinandus mucro est, ut transuersa membrana secet, quæ inter summam mediamq; tunicā sunt. At si uitiū in proximo est, mediā tunicā attingi non oportet. Si sub illa quoq; conditur, etiam illa incidenda est, sic

A est, sic ut tertia quoque, si illa uitium tegit. Vbicunque repertum malum est, ministrũ ab inferiore parte exprimere moderatè scrotum oportet, medicum digito, manubriolo, uel scalpello diductã inferiorem partẽ tunicæ extrà collocare: deinde eã ferramento, q̃d ad similitudinẽ curuũ uocant, incidere, sic ut in eandẽ intrare duo digiti, index & medius possint. His deinde coniectis, excipienda reliqua pars tunicæ, & inter digitos scalpellus immittendus est, eximendumq́; aut effundendum quicquid est noxium. Quancunque autem tunicam quis uiolauit, illam quoq; debet excidere, ac mediam quidem (ut suprà dixi) quàm altissimè ab inguine, imam autem paulo infrà. Cæterùm antequam excidantur, hę quoq; uinciri lino summè debent, & eius lini capita extra plagã relinquenda sunt, sicut in aliis quoque uenis, quę id requisierint. Eo facto, testiculus intus reponendus est, oræq; scroti suturis inter se committendæ: neq; paucis, ne parum glutinentur, & longior fiat curatio: neque multis, ne inflammationem augeant. Atq; hic quoque uidendũ est, ne quid in scroto sanguinis maneat. Tum imponenda

B glutinãtia sunt: si quãdo aũt in scrotũ sanguis defluxit, aliquid ue concretũ ex eo decidit, incidi subter id debet, purgatoq; eo spongia acri aceto madẽs circũdari. Deligatur aũt uulnus omne, quod ex his causis factũ est. Si dolor nullus est, quinq; primis diebus nõ est resoluendũ, sed bis die tantũ aceto irroranda lana, uel spongia. Si dolor est, tertia die resoluendũ, et ubi fibulę sunt, hæ incidendę: ubi linamentũ, id mutandum est, rosaq; & uino madefaciendum id quod imponitur: si inflammatio increscit, adiiciendum prioribus cataplasma ex lenticula & melle, uel ex malicorio, quod in austero uino coctum sit: uel ex his mistis, si sub his inflammatio non conquierit, post diem quintum multa calida aqua uulnus fouendum, donec scrotum ipsum & extenuetur, & rugosius fiat. Tum imponendum cataplasma ex triticea farina, cui resina pinea adiecta sit. Quę ipsa, si robustus curaẽ, ex aceto: si tener, ex melle coquenda sunt. Neque dubium est, quodcunq; initiũ fuit, si magna

C inflãmatio est, quin ea quæ pus mouent, imponenda sint. Quod si pus in ipso scroto ortũ est, paulùm id incidi debet, ut exitus detur. Linamentumq; eatenus imponendum est, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter neruos priore cataplasmate, deinde cerato utendũ est. Hæc propriè ad eiusmodi uulnera pertinent. Cætera & in curatione, & in uictu similia his esse debent, quæ in alio quoque uulnerum genere præcepimus.

De intestini curatione. Cap. XX.

HIs propositis, ad singulas species ueniendum est: ac si cui paruulo puero intestinũ descendit, ante scalpellum experienda iunctura est. Fascia eius rei causa fit, cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ipsi illi subiicitur,

tur, deinde reliqua fasciæ pars arctè circundatur, sub quo sæpè & intus compellitur intestinum, & inter se tunicæ glutinantur. Rursus si ætas processit, multumq; intestini descendisse ex tumore magno patet, adijciunturq; dolor & uomitus, quæ ex stercore, per cruditatem eò delapso ferè accidũt, scalpellum adhiberi sine pernicie nõ posse, manifestum est. Leuandum tantummodo malum, & per alias curationes extrahendum est. Sanguis mitti ex brachio debet. deinde, si uires patiuntur, imperãda tridui abstinentia est: si minus, certè pro ui corporis quàm longissimè. Eodem uerò tẽpore super habendũ cataplasma ex lini semine, quod ante aliquis ex mulso decoxerit. Posthæc & farina hordeacea cum resina inijcienda: & is demittendus in soliũ aquæ calidæ, cui oleum quoq; adiectum sit, dandumq; aliquid cibi lenis calidi. Quidam etiam aluum ducunt. Id deducere aliquid in scrotũ potest, educere ex eo nõ potest. Per ea uerò quę suprà scripta sunt, leuato malo, si quando alias dolor reuerterit, eadem erunt facienda. Sine dolore quoque, si multa intestina prolapsa sunt, secari superuacuũ est: non q̃ excludi à scroto nõ possint, nisi tamẽ id inflãmatio prohibuit: sed quòd repulsa inguinibus immorentur, ibiq; tumorem excitent, atq; ita fiat mali non finis, sed mutatio. At in eo quem scalpello curari oportebit, simulatq; ad mediã tunicã uulnus in inguine factũ peruenerit, duobus hamulis ea iuxta ipsas oras apprehendi debebit, dũ eductis omnibus membranulis medicus eam liberat. Neq; enim cũ periculo læditur, quæ excidenda est, cum intestinũ esse, nisi sub ea, non possit. Vbi deducta aũt erit, ab inguine usq; ad testiculum incidi debebit, sic, ne ipse lædatur, tum excidi. Ferè tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicũ malũ recipit. Si uir robustus est, maiusq; id uitiũ est, extrahi testiculus nõ debet, sed in sua sede permanere. Id hoc modo fit: Inguen eadem ratione usq; ad mediã tunicã scalpello aperitur, eaq; tunica eodẽ modo duobus hamis excipitur, sic ut à ministro testiculus eatenus contineatur, ne per uulnus exeat: tum ea tunica deorsum uersus scalpello inciditur, sub eaq; index digitus sinistrę manus ad imũ testiculum demittitur, eumq; ad plagã cõpellit. Deinde dextrę manus duo digiti, pollex atq; index, uenã & arteriã, & neruũ, tunicãq; eorũ à superiore tunica diducũt. Quòd si aliquæ membranulę prohibẽt, scalpello resoluuntur, donec ante oculos tota iam tunica sit. Excisis quæ excidenda sunt, repositoq; testiculo, ab ora quoq; eius uulneris quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo maior plaga sit, & plus creare carnis possit.

De omenti curatione. Cap. XXI.

AT si omentũ descendit, eodem quidem modo, quo suprà scriptũ est, aperiendum inguen, diducendæq; tunicæ sunt. Considerandũ autẽ est, maior ne is modus, an exiguus sit. Nam quod paruulum est, super inguen in aluum uel digito, uel auerso specillo

A cillo repellendũ est. Si plus est, fine re oportet dependere, quantum ex utero prolapsum est, idq; adurentibus medicamentis illinere, donec emoriatur & excidat. Quidã hic quoq; duo lina acu traijciunt, binis q; singulorũ capitibus diuersas partes astringũt. Sub quo æquè, sed tardius emoriatur. Adijcitur tamen hic quoq; celeritati, si omentũ super uinculũ illinitur medicamentis, quæ sic exedunt, ne erodãt, σηπτικὰ Græci uocant. Fuerunt etiam qui omentũ forcipe præciderent, quod in paruulo nõ est necessariũ. Si maius est, potest profusionem sanguinis facere. Siquidem omentum quoq; uenis quibusdã etiam maioribus illigatũ est. Neq; uerò si discusso uentre id prolapsum forcipe præciditur, cũ & emortuum sit, & aliter tutius auelli nõ possit, inde huc exemplũ transferendũ est. Vulnus aũt curari, si relictũ omentũ est, sutura debet. si id amplius fuit, & extra emortuũ est, excisis oris, sicut suprà propositũ est. Si uerò humor intus est, incidendũ est, in pueris quidẽ inguen, nisi in his quoq; liquoris eius maior modus prohibet: in uiris uerò, & ubicunq; multus humor subest, scrotũ. Deinde si in
B guen incisum est, eò protractis tunicis humor effundi debet. Si scrotum, & sub hoc protinus uitium est, nihil aliud quàm humor est effundendus, abscidendæq; membranæ sunt, si quæ eum continuerunt: deinde eluendum id ex aqua, quæ uel salem adiectum, uel nitrum habeat. Si sub media, ima'ue tunica, totæ hæ extra scrotum collocandæ, excidendæq; sunt.

De ramicis curatione. Cap. XXII.

RAmex autem, si super ipsum scrotũ est, adurendus est tenuibus & acutis ferramentis, quę ipsis uenis infigantur, cùm eò, ne amplius quàm has urant, maximeq; ubi inter se implicatæ glomerantur, eò ferrum id admouendum est: tum super farina ex aqua frigida subacta inijcienda est, utendumq; eo uinculo, quod idoneum esse ani curationibus posui. Tertio die lenticula cũ mel-
C le imponenda est, pòst eiectis crustis ulcera melle purganda, rosa implenda, ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus uerò super mediam tunicam uenę tument, incidendũ inguen est, atq; tunica promouenda, ab eaq; uenæ digito uel manubriolo scalpelli separandæ. Qua parte uerò inhærebunt, & ab superiore & ab inferiore parte lino uinciendæ, tum sub ipsis uinculis præcidendæ, reponendusq; testiculus est. At ubi supra tertiam tunicam ramex insedit, mediam excidi necesse est. Deinde, si duæ tres'ue uenæ tument, & ita pars aliqua obsidetur, ut maiore uitio uacet, idem faciendũ quod suprà scriptum est, ut ab inguine, & à testiculo deligatæ uenæ præcidantur, isq; condatur. Sin totum id ramex obsederit, per plagam demittendus digitus index erit: subijciendusq; uenis, sic ut paulatim protrahat æquè adducẽdo, donec is testiculus par alteri fiat. Tum fibulæ oris sic uinciendæ, ut

VV simul

simul eas quoque uenas comprehendant. Id hoc modo fit. Acus A ab exteriore parte oram uulneris perforat. Tum nõ per ipsam uenam, sed per membranã eius immittitur, per eamq́ in alteram oram compellitur. Venæ uulnerari non debent, ne sanguinem fundant. Membrana semper inter has uenas est, ac neque periculum affert, & filo comprehensas illas abunde tenet. Itaque etiam satis est, duas fibulas esse: tum uenæ quæcunque protractæ sunt in ipsum inguen, aduerso specillo comprehendi debent: soluendi fibulas tempus inflammatione finita & purgato uulnere est, ut unà simul & oras & uenas cicatrix deuinciat. Vbi uerò inter imam tunicam & ipsum testiculum neruum'q́ eius ramex ortus est, una curatio est, quæ totum testiculum abscindit. Nam neque ad generationem quicquam is confert, & omnibus indecorè, quibusdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum, media tunica promenda, atque excidenda est. idem in ima faciendum, neruusq́ ex quo testiculus dependet, præcidendus. Post id uenæ & arteriæ ad inguen lino deligãdæ, & infra uinculum abscindendæ sunt. B

De carne, quæ inter tunicas testiculorum concreuit, & de neruo indurato. Cap. XXIII.

CAro quoque, si quando inter tunicas concreuit, nihil dubij est, quin eximenda sit, sed id ipso scroto inciso fieri commodius est. At si neruus induruit, curari res neque manu, neque medicamentó potest. Vrgent enim febres ardentes, & aut uirides aut nigri uomitus: præter hæc ingens sitis, & linguæ aspritudo, ferèq́ à die tertio spumans bilis aluo cum rosione redditur. Atque neque assumi facile cibus, neque contineri potest, neque multo post extremæ partes frigescunt, tremor oritur, manus sine ratione extenduntur: deinde in fronte frigidus sudor, eumq́ mors sequitur.

De ramice inguinis. Cap. XXIIII.

VBi uerò in ipso inguine ramex est, si tumor modicus est, semel incidi: si maior, duabus lineis debet, ut medium excidatur: deinde non extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendę uenæ, uinciendæq́, ubi tunicis inhærebunt, & sub his nodis præcidendæ sunt. Neque quicquam noui curatio uulneris eius requirit. C

Ad tegendam glandem colis, si nuda est. Cap. XXV.

AB his ad ea transeundum est, quæ in cole ipso fiunt, in quo si glans nuda est, uult'que aliquis eam decoris causa tegere, fieri potest, sed expeditius in puero quàm in uiro. In eo cui id naturale est, quàm in eo, qui quarundã gentium more circuncisus est. In eo cui glans parua, iuxta'que eam cutis, spaciosior uerò ipse coles est,

A les est, quàm in quo contraria his sunt. Curatio autem eorum qui bus id naturale est, eiusmodi est. Cutis circa glandem apprehenditur & extenditur, donec illam ipsam condat, ibi'que deligatur. Deinde iuxta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur: magna'que cura cauetur, ne uel urinæ iter, uel uenæ quæ ibi sunt, incidantur. Eo facto, cutis ad uinculum inclinatur, nudatur'q; circa pubem uelut circulus, eo'que linamenta dantur, ut caro increscat, & id impleat, satis'que uelamenti suprà latitudo plagæ præstat. Sed, donec cicatrix sit, uinctum esse id debet, in medio tantum relicto exiguo urinæ itinere. At in eo qui circuncisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. Non ita dolet, quia summo soluto, deduci deorsum usque ad pubem manu potest. Neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis, rursus extenditur ultra glandem. Tum multa frigida aqua fouetur, emplastrum'q; circa datur, quod ualentem inflammationem reprimat, proximis'q; diebus ut propè à fame uictus est, ne fortè eam partem satietas excitet. Vbi iam sine inflam-
B matione est, deligari debet à pube usq; circulum. Super glandem autẽ aduerso emplastro imposito induci. Sic enim fit, ut inferior pars glutinetur: superior ita sanescat, ne inhæreat.

Quomodo glans penis contecta aperiri possit.

Contrà si glans ita contecta est, ut nudari non possit, quod uitium Græci φύμωσιν appellant, aperienda est. Quod hoc modo fit: Subter à summa ora cutis inciditur recta linea usq; ad frenum, atque ita superius tergus relaxatum cedere retrò potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiem tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est, sic ut uertex eius ad frenum basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, alia'que medicamenta quæ ad sanitatem perducant. Necessarium autem est, donec cicatrix fit, conquiescere. Nam ambulatio, atterendo hulcus, sordi-
C dum reddit.

Infibulandi ratio.

Infibulare quoque adolescentulos interdum ualetudinis causa quidam consueuerunt. Eius'q; hæc ratio est: Cutis quæ super glandem est extenditur, notatur'que utrinq; à lateribus atramento quà perforatur, deinde remittitur. Si super glandem notæ reuertuntur, nimis apprehensum est, & ultrà notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulæ est. Tum qua notæ sunt, cutis acu filum ducente transuitur, eius'que fili capita inter se deligantur, quotidie'q; id mouetur, donec circa foramina cicatriculæ fiant. Vbi hæ confirmatæ, exempto filo fibula addit, quæ quo melior, eo leuior est. Sed hoc quidem sæpius inter superuacua, quàm inter necessaria est.

De urinæ reddendæ difficultate, & de calculo, rationibusq; eorum. Cap. XXVI.

Res uerò interdũ cogit emoliri manu urinam, cum illa nõ redditur, aut quia senectute iter eius collapsum est, aut quia calculus, uel cõcretum aliquid ex sanguine intus se opposuit. At mediocris quoque inflammatio sæpe eam reddi naturaliter prohibet, Idq; non in uiris tantummodo, sed in fœminis quoque interdum necessariũ est. Ergo æneæ fistulæ fiunt, quæ ut omni corpori ampliori minoriq; sufficiãt, ad mares tres, ad fœminas duæ medico habendæ sunt. Ex uirilibus maxima decem & quinque est digitorum: media, duodecim: minima, nouem. Ex mulieribus, maior nouem: minor, sex. Incuruas uerò esse eas paulùm, sed magis uiriles oportet, leuesq; admodum: ac neq; nimis plenas, neque nimis tenues. homo tum resupinus, eo modo quo in curatione ani figuratur, super subselliũ aut lectum collocandus est. Medicus autem à dextro latère sinistra quidem manu colem masculi cõtinere, dextra uerò fistulam demittere in iter urinæ debet. Atque ubi ad ceruicem uesicę uentum est, simul cum cole fistulam inclinatã in ipsam uèsicam compellere, eamq; urina reddita recipere. Fœmina breuius urinę, similiter et rectius iter habet, quod mammulę simile inter imas oras super naturale positũ, nõ minus sæpe auxilio eget, aliquãto minus difficultatis exigit. Nonnunquã etiam prolapsus in ipsam fistulam calculus, qui subinde ea extenuatur, nõ longè ab exitu inhærescit. Eum si fieri potest, oportet uellere, uel oriculario specillo, uel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quàm plurimum attrahenda, & condita glande lino uincienda est, deinde à latere recta plaga coles incidendus, & calculus eximendus est, tum cutis remittenda. Sic enim fit, ut incisum colem integra pars cutis contegat, & urina naturaliter profluat.

Quæ curatio calculosis adhibeatur.

Cum uesicæ uerò, calculiq; facta mẽtio sit, locus ipse exigere ui detur, ut subijciã, quę curatio calculosis, cum aliter succurri nõ potest, adhibeatur. Ad quam festinare, cum præceps sit, nullo modo cõuenit: ac neq; omni tempore, neq; in omni ætate, neq; in omni uitio id experiendũ est, sed solo uere, in eo corpore, quod iam nouem annos, nondũ quatuordecim excesit, & si tantũ mali subest, ut neq; medicamentis uinci posit, neq; etiam trahi posse uideaẽ, quo minus interposito aliquo spacio interimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat, sed quo sæpius utiq; in hoc fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt. Quę simul cum ipsa curatione proponã. Igitur ubi ultima experiri statutum est, antè aliquot diebus uictu corpus præparandum est, ut modicos, ut salubres cibos, ut minimè glutinosos assumat, ut aquam

A aquam bibat. Ambulandi uerò inter hæc exercitatione utat̃, quo magis calculus ad uesicæ ceruicem descendat. Quod an inciderit, digitis quoq;, sicut in curatione docebo, demissis cognoscit̃. Vbi eius rei fides est, pridie is puer in ieiunio cõtinendus est, et tum loco calido curatio adhibenda, quę hoc modo ordinat̃: Homo prę-ualens & peritus in sedili alto considit, supinumq; eum & auersum super genua sua coxis eius collocatis cõprehendit, reductisque eius cruribus, ipsum quoq; iubet manibus ad suos poplites datis, eos q̃ maximè possit attrahere, simulq; ipse sic eos continet. Quòd si robustius corpus eius est qui curatur, duobus sedilibus iunctis duo ualẽtes insidũt, quo & sedilia & interiora crura inter se deligant̃, ne diduci possint. Tum is super duorũ genua eodem modo collocat̃, atq; alter prout cõsedit sinistrũ crus eius, alter dextrum, simulq; ipse poplites suos attrahit. Siue aũt unus, siue duo cõtinent, super humeros eius suis pectoribus incumbunt. Ex quibus euenit, ut inter ilia sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus, & in angustũ cõpulsa uesica, facilius calculus capi possit. Prę-

B ter hæc etiamnum à lateribus duo ualẽtes obijciunt̃, qui circumstantes leuare uel unum uel duos, qui puerũ cõtinent, nõ sinunt. Medicus deinde diligenter unguibus circũcisis, atque sinistra manu duos eius digitos, indicem & mediũ, leniter prius unum, deinde alterũ in anum eius demittit, dextræq; digitos super imum abdomen leniter imponit, ne si utrinque digiti circa calculum uehementer cõcurrerint, uesicam lædant. Neq; uero festinãter in hac re, ut in plerisque agendũ est, sed ita, ut quàm maximè id tutò fiat. Nam læsa uesica neruorũ distentiones cum periculo mortis excitat. Ac primùm circa ceruicem quærit̃ calculus. Ibi repertus, minore negocio expellitur. Et ideo dixi, ne curandum quidem, nisi cum hoc indicijs suis cognitum est. Si uerò aut ibi non fuit, aut recessit retrò, digiti ad ultimam uesicam dantur, paulatim'que dextra quoque manus eius ultrà translata subsequitur. Atq; ubi re-

C pertus est calculus, qui necesse est in manus incidat, eo curiosius deducitur, quo minor leuior'que est, ne effugiat, id est, ne sæpius agitanda uesica sit. Ergo ultra calculum dextra semper manus eius opponitur, sinistræ digiti deorsum eum compellunt, donec ad ceruicem peruenitur. In quam, si oblongus est, sic compellendus est, ut pronus exeat: si planus, sic, ut transuersus sit: si quadratus, ut duobus angulis sedeat: si altera parte plenior, sic ut prius ea qua tenuior sit, euadat. In rotũdo nihil interesse ex ipsa figura patet, nisi si leuior altera parte est, ut ea antecedat. Cum iam eò uenit, ut incidi super uesicæ ceruicem iuxta anum cutis plaga lunata usque ad ceruicem uesicæ debeat, cornibus ad coxas spectantibus paulum, deinde ea parte qua strictior ima plaga est, etiamnum sub cute altera transuersa plaga facienda est, qua cer-

uix aperiatur, donec urinæ iter pateat, sic ut plaga paulo maior a
quàm calculus sit. Nam qui meatũ fistulæ, quam illo loco οὐρήθραν
Græci uocant, parũ patefaciunt, cum maiore eódem periculo re-
uoluuntur, quia calculus iter, cum ui promitur, facit, nisi accipit.
Idq; etiam perniciosius est, si figura quoq; calculi uel aspritudo a-
liquid eò cõtulit. Ex quo & sanguinis profusio, & distẽtio neruo
rum fieri potest. Quæ si quis euasit, multo tamen patentiorem fi-
stulam habiturus est, rupta ceruice, quàm habuisset incisa. Cum
uerò patefacta est, in cõspectum calculus uenit, in cuius corpore
nullũ discrimẽ est. Ipse, si exiguus est, digitis ab altera parte pro-
pelli, ab altera protrahi potest: si maior, iniiciendus à superiore ei
parte uncus est, eius rei causa factus. Is est ad extremum tenuis, in
semicirculi specie retusæ latitudinis, ab exteriori parte læuis, qua
corpori iungitur: ab interiori asper, qua calculum attingit. Is'que
longior potius esse debet. nam breuis extrahendi uim habet. V-
bi inectus est, in utrunq; latus inclinandus est, ut adpareat calcu-
lus, & teneatur: quia si apprehensus est, ille simul inclinatur. Ideo'
que eo minimo opus est, ne cum adduci uncus cœperit, calculus b
intus effugiat, hic in oram uulneris incidat, eam'q; cõuulneret. In
qua re quod periculum esset, iam suprà proposui. Vbi satis teneri
calculũ patet, eodem penè momento triplex motus adhibendus
est, in utrunq; latus: deinde extrà, sic tamen, ut leniter id fiat, pau-
lum'q; primò calculus attrahatur: quo facto, attollẽdus uncus ex-
tremus est, uti intus magis maneat, facilius'que illum producat.
Quòd si aliquando à superiore parte calculus parum commodè
comprehendatur, à latere erit apprehendendus. Hæc est simpli-
cissima curatio. Sed uarietas rerum quasdam etiamnum animad
uersiones desiderat. Sunt enim quidam non asperi tantũmodo,
sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in ceruicem,
sine ullo periculo eximuntur. In uesica uerò non tutò uel hi con-
quiruntur, uel attrahuntur: quoniam ubi illam conuulnerarunt,
ex distentione neruorum mortem maturãt: multo'q; magis, si spi c
na aliqua uesicæ inhæret, eam'q; cum duceretur, duplicauit. Colli
gitur autem eo, quòd difficilius urina redditur, in ceruice calculũ
esse: eo quòd cruenta distillat, illum esse spinosum. maximeq; id
sub digitis quoq; experiendum est: neq; adhibenda manus, nisi id
constitit. Ac tum quoq; leniter intus digiti obiiciendi, ne uiolen-
ter promouendo cõuulnerent, tum incidendũ. Multi hic quoq;
scalpello usi sunt. Meges (quoniam is infirmior est, potest'q; in a-
liqua prominentia incidere, inciso'q; super illam corpore, qua ca-
uum subest, non secare: sed relinquere, quod iterum incidi neces-
se sit) ferramentum fecit rectum, in summa parte labrosum, in i-
ma semicirculatum, acutum'que. Id receptum inter duos digi-
tos, indicem ac mediũ super pollice imposito sic deprimebat, ut
simul

A simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, incideret. Quo cum sequebatur, ut semel quantum satis esset, aperiret. Quocunque autem modo ceruix ea parte facta est, leniter extrahi, quod asperum est, debet, nulla propter festinationem ui admota.

Signa calculorum, uel arenosorum, uel mollium.

At calculus arenosus, & ante manifestus est, quoniam & urina quæ redditur, arenosa est: & in ipsa curatione, quoniam inter subiectos digitos neque æquè leniter renititur, & insuper dilatatur. Item mollis calculus, & ex pluribus minutisque, sed inter se parum astrictis cōpositus indicatur, in se adtrahens quasdam quasi squamulas. Hos omneis, leniter permutatis subinde digitorū uicibus, sic oportet abducere, ne uesicā lædāt, ne'ue intus aliquæ dissipatæ reliquiæ maneant, quæ postmodū curationi difficultatem faciant. Quicquid autem ex his in conspectū uenit, uel digitis uel unco eximendum est. At si plures calculi sunt, singuli protrahi debent, sic tamen, ut si quis exiguus superit, potius relinquatur. Siquidem in uesica difficulter inuenitur, inuentusque celeriter effu
B git. Ita longa inquisitione uesica lædit, excitatque inflammationes mortiferas, adeò ut quidā secti, cum diu frustraque per digitos uesica esset agitata, decesserint. Quibus accedit etiam, quòd exiguus calculus, ad plagam urina postea promouente, excidit. Si quādo autem is maior, non uidetur nisi rupta ceruice extrahi posse, findēdus est. Cuius repertor Ammonius, ob id Lithotomos cognominatus est. Id hoc modo fit: Vncus inijcitur calculo, sic ut facile eum concussum quoque teneat, ne is retrò reuoluatur. Tum ferramentū adhibetur crasßitudinis modicæ, prima parte tenui, sed retusa, quod admotum calculum ex altera parte ictum findit: magna cura habita, ne aut ad ipsam uesicam per ferramentum perueniat, aut calculi fractura ne quid incidat.

De calculis fœminarum.

C Hæ uerò curationes in fœminis quoque similes sunt, de quibus tamen parum propriè quædam dicenda sunt. Siquidem in his ubi paruulus calculus est, scalpellus superuacuus est, quia is urinam in ceruicem non compellit, quæ & breuior, quàm in maribus, & laxior est. Ergo & per se sæpe excidit: & si in primo, quod est angustius, inhæret, eodem tamen unco sine ulla noxa educitur. At in maioribus calculis necessaria eadem curatio est. Sed uirgini subijci digiti tanquam masculo, mulieri per naturalia eius debent. Tum uirgini quidem sub ima sinisteriore ora: mulieri uerò inter urinæ iter et os pubis incidendum est, sic ut utroque loco plaga transuersa sit: neque terreri conuenit, si plus ex muliebri corpore sanguinis profluit.

Quæ curatio calculo euulso habenda sit.

Calculo euulso, si ualens corpus est, neque magnopere uexatum, sinere oportet sanguinem fluere, quo minor inflammatio oria-

tio oriatur. Atque ingredi quoq; eum paulùm, non alienum est, A ut excidat, si quid intus concreti sanguinis mansit. Quòd si per se nō destitit, rursus ne uis omnis intereat, supprimi debet. Idq; protinus in imbecillioribus ab ipsa curatione faciendum est. Siquidem ut distentione neruorum periclitatur aliquis, dum uesica eius agitatur: sic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tantum sanguinis profluat ut occidat. Quod ne incidat, desidere is debet in acre acetum, cui aliquantū salis sit adiectum. Sub quo & sanguis ferè cōquiescit, & astringitur uesica, ideoq; minus inflammatur. Quòd si parū proficit, agglutinanda cucurbitula est & inguinibus & coxis, & super pubem. Vbi iam satis uel euocatus est sanguis, uel prohibitus, resupinus collocandus est, sic ut caput humile sit, coxæ paulum excitentur: ac super hulcus imponendum est duplex, aut triplex linteolum, aceto madens. Deinde interpositis duabus horis in soliū is aquæ calidæ resupinus demittendus est, sic, ut à genibus ad umbilicum aqua teneat, cætera uestimentis circundata sint: manibus tantummodo pedibusq; nudatis, ut & minus digeratur, & diutius maneat. Ex quo sudor multus oriri solet, B qui spōgia subinde facile detergendus est, finisq; eius fomenti est, donec infirmādo offendat. Tū multo is oleo perūgendus, inducendusq; hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem et coxas & inguina, & plagam ipsam contectam eodem ante se linteolo protegat: isq; subinde oleo tepido madefaciendus est, ut neq; frigus ad uesicam admittat, & neruos leniter molliat. Quidam cataplasmatis calefacientibus utuntur. Ea plus pondere nocent, quæ uesicam urgendo uulnus irritant, quàm calore proficiunt. Ergo ne uinculum quidem ullum necessarium est. Proximo die, si spiritus difficilius redditur, si urina non excedit, si locus circa pubem maturè intumuit, scire licet in uesica sanguinem cōcretum remansisse. Igitur demissis eodem modo digitis, leniter pertractāda uesica est, & discutienda, si qua coierūt: quo fit, ut per uulnus postea procedant. Non alienū etiam est, oriculario clystere acetū nitro C mistū per plagam in uesicam cōpellere. Nam sic quoq; discutiuntur, si qua cruenta coierūt. Eaq; facere etiam primo die conuenit. Si timemus, ne quid intus sit, maximeq; ubi ambulando id elicere imbecillitas prohibuit, cætera eadem facienda sunt: ut demittatur in soliū, ut eodem modo panniculus, eadem lana superinjiciatur. Sed neq; sæpe, neque tandiu in aqua calida puer habendus, q̄ adolescens est, infirmus q̄ ualens, leui q̄ grauiori inflammatione affectus: is cuius corpus digeritur, q̄ is cuius astrictū est. Inter hæc uerò si somnus est, & æqualis spiritus, & madēs lingua, & sitis modica, et uenter imus, sed et mediocris est cum febre modica dolor, scire licet rectè procedere curationem. Atque in his inflammatio ferè quinto uel septimo die finitur. Qua leuata, folium superuacuum est. Supini tantummodo uulnus aqua calida fouendum est, ut si quid

A si quid urinæ rodet, abluatur. Imponenda autẽ medicamenta sunt pus mouentia: & si purgandum ulcus uidebitur, melle linendum. Id si rodet, rosa temperabitur. Huic curationi aptissimum uidetur enneapharmacum emplastrum. Nam & seuum habet ad pus mouendum, & mel ad hulcus repurgandum: medulla etiã, maximeq; uitulina, quod in id, ne fistula relinquatur, præcipue proficit. Linamenta uero tum super hulcus non sunt necessaria, super medicamentum ad id cõtinendum rectè imponuntur. At ubi hulcus purgatum est, puro linamento ad cicatricem perducendum est. Quibus temporibus tamen, si felix curatio non fuit, uaria circa pericula oriuntur. Quæ præsagire protinus licet, si continua uigilia est, si spiritus difficultas, si lingua arida est, si sitis uehemens, si uenter imus tumet, si uulnus hiat, si transiliens urina id non rodit, si similiter ante tertiũ diem quædam liuida excidunt, si is aut nihil, aut tardè respondet, si uehementes dolores sunt, si post diem quintũ magnæ febres urgẽt, & fastidium cibi permanet, si cubare in uentrem
B iucundius est. Nihil tamen peius est distentione neruorum, & ante nonum diem uomitu bilis. Sed cum inflammationis sit metus, succurri abstinentia, modicis & tempestiuis cibis, inter hæc fomentis (de quibus suprà scripsimus) oportet.

De cancro qui excisa uesica nascitur, & qua curatione uti decet. Cap. XXVII.

PRoximus cancri metus est. His cognoscitur, si et per uulnus, & per ipsum colem fluit sanies mali odoris, cumq; eo quædam à concreto sanguine nõ abhorrentia, tenuesq; carunculæ lanulis similes: præter hæc, si oræ uulneris aridæ sunt, si dolent inguina, si febris nõ desuit, eaq; in noctem augetur, si inordinati horrores accedunt. Considerandum autem est, in quam partem cancer is tendat. Si ad colen, indurescit is locus, & rubet, & tactu dolorem excitat, testiculiq; intumescũt. Si in ipsam uesicam, ani dolor sequitur, coxæ durescunt, non facilè crura extendi possunt. At si in alterum
C trum latus, oculis id expositum est, paresq; utrinq; easdem notas, sed minores habet. Primùm autẽ ad rem pertinet, corpus rectè iacere, ut superior pars semper eadem sit, in quam uitium fertur, ita si ad colem it, supinus is collocari debet. Si ad uesicam, in uentrem: si in latus, in id quod integrius est. Deinde ubi uentum fuerit ad curationem, homo in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum sit, aut cupressus, aut myrtus, idem que humor clystere intus adijcietur. Tum superponetur lenticula cum malicorio mista, quę utraque ex uino decocta sint: uel rubus aut oleæ folia, eodem modo decocta, aliaq; medicamenta, quę ad cohibendos purgandosq; cancros proposuimus: ex quibus, si qua erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur. Vbi stare cœperit cancer, mulso uulnus eluetur. Vitabitur que eo tempore ceratum, quod ad reci-

piendum id malum corpus emollit, potius plumbum elotum cum A uino inungetur, superque idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perueniri ad sanitatem potest, cum eo tamen quod non ignoremus, orto cancro sæpe affici stomachum, cui cum uesica quoddam consortium est: exque eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque si quis retentus est, concoquatur, neque corpus alatur: ideoque ne uulnus quidem aut purgari, aut ali possit, quæ necessario mortem maturant: sed ut his succurri nullo modo potest, sic a primo tamen diu tenenda ratio curationis est. In qua quædam obseruatio ad cibum quoque potionemque pertinens, necessaria est. Nam cibus inter principia non nisi humidus dari debet. Vbi hulcus purgatum est, ex media materia olera & salsamenta semper aliena sunt. Potione opus est non modica. Nam si parum bibitur, accenditur uulnus, & uigilia urget, & uis corporis minuitur. Si plus æquo assumitur, subinde uesica impletur, eoque irritatur. Non nisi aquam autem bibendam esse, manifestius est, quàm ut subinde dicendum sit. Solet uero sub eiusmodi uictu uenire, ut aluus non reddatur. Hæc aqua ducenda est, in qua uel fœnumgræcum, uel malua decocta sit. Idem humor rosa mistus in ipsum uulnus oriculario clystere agendus, ubi id rodit urina, neque purgari patitur. Ferè uero primo per uulnus exit hæc, deinde eo sanescente diuiditur, & pars per colem descendere incipit, donec ex toto plaga claudatur, quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnunquam exacto quoque anno fit. Neque desperari debet solida glutinatio uulneris, nisi ubi aut uehementer rupta ceruix est, aut ex cancro multæ magnæque carunculæ, simulque neruosa aliqua exciderunt. Sed ut uel nulla ibi fistula, uel exigua admodum relinquatur, summa cura prouidendum est. Ergo cum iam ad cicatricem uulnus tendit, extentis iacere fœminibus & cruribus oportet, nisi tamen molles, arenosiue calculi fuerunt: sub his enim tardius uesica purgatur. Ideoque diutius plagam patere necessarium est, & tum demum ubi iam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perduci: quod si antequam uesica purgata est, oræ se glutinarunt, dolorque & inflammatio redierunt, uulnus digitis uel aduerso specillo diducendum est, ut torquentibus exitus detur, hisque effusis tum diutius pura urina descendat. Tum demum quæ cicatricem inducant, imponenda sunt, extendique, ut supra docui, pedes quàm maximè uincti. Quod si fistulæ metus ex his causis, quas proposui, subesse uidebitur, quo facilius claudatur ea, uel certè coangustetur: in anum quoque danda plumbea fistula est, extentisque cruribus, fœmina talique inter se deliganda sunt, donec qualis futura est, cicatrix sit.

Vulnus digitis, uel aduerso specillo diducendum est.) Græci πυρῆνα μήλης nominant, quasi specilli nucleum dicas, nempe summum specilli, ac cuspidem.

Si naturalia fœminarum concubitum non admittunt, quomodo curari conueniat. Cap. XXVIII.

A Et hoc quidem commune esse maribus & fœminis potest. Propriè uerò quædam ad fœminas pertinent, ut in primis, quòd earum naturalia nonnunquam inter se glutinatis oris, cõcubitum non admittunt. Idq; interdum euenit protinus in utero matris, interdum exulceratione in his partibus facta, & per malam curationem his oris sanescendo iunctis. Si ex utero est, membrana ori uuluæ opposita est: si ex ulcere, caro id repleuit. Oportet autem membranam duabus lineis inter se trãsuersis incidere ad similitudinem literæ χ, magna cura habita, ne urinæ iter uioletur. Deinde undiq; eam membranam excidere: ac si caro increuit, necessarium est rectâ linea patefacere. Tum ab ora, uel uulsella, uel hamo apprehensam, tanquam habenulam excidere: & intus implicitum in longitudinem linamentum, λημνίσκον Græci uocant, in aceto tinctum demittere, supraq; succidam lanam aceto madentem deligare. Tertio die soluere hulcus, & sicut alia hulcera curare. Cumq; iam ad sanitatem

B tendet, plumbeam fistulam medicamento cicatricem inducente illinere, eamq; intus dare. Supraq; idem medicamentum iniicere, donec ad cicatricem plaga perueniat.

Qua curatione partus emortuus ex utero excutiatur. Caput XXIX.

Vbi concipit autem aliqua, si iam propè maturus partus intus emortuus est, neq; excidere per se potest, adhibenda curatio est, quæ numerari inter difficilimas potest. Nam & summam prudentiam moderationemq; desiderat, & maximum periculum affert. Sed ante omnia uuluæ natura mirabilis, cùm in multis alijs, tum in hac re quoq; facilè cognoscitur. Oportet autem ante omnia resupinam mulierem transuerso lecto sic collocare, ut fœminibus eius ipsius ilia comprimantur. Quo fit, ut & imus uenter in cõspe-

C ctu medici sit, & infans ad os uuluæ cõpellatur, quæ emortuo partu id comprimit, ex interuallo uerò paulum dehiscere. Hac occasione usus medicus, unctæ manus indicem digitum primùm debet inserere, atq; ibi continere, donec iterum ad os aperiatur: rursusq; alterum digitũ demittere debebit, & per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit. Ad cuius rei facultatem multum confert, & magnitudo uuluæ, & uis neruorum eius, & corporis totius habitus, & mentis etiã robur, cum præsertim intus nonnunquã etiam duæ manus dari debeant. Pertinet etiam ad rem, ꝙ calidissimum esse imum uentrem, & extrema corporis, neque cum inflammatione incepisse, sed recenti re protinus adhiberi medicinam. Nam si corpus iam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans, nisi ægerrimè potest: sequiturq; sæpe cum uomitu, &

cum tremore mortifera neruorum distentio. Verùm intus emor- A
tuo corpori manus iniecta, protinus habitum eius sentit. Nam aut in caput, aut in pedes conuersum est, aut in transuersum iacet: ferè tamen sic, ut uel manus eius, uel pes in propinquo sit. Medici uerò propositum est, ut eum manu dirigat, uel in caput, uel etiam in pedes, si fortè aliter compositus est: ac si nihil aliud est, manus uel pes apprehensus, corpus rectius reddit. nam manus in caput, pes in pedes eum conuertet. Tum si caput proximum est, demitti debet uncus undique læuis acuminis breuis, qui uel oculo, uel auri, uel ori, interdum etiam fronti rectè iniicitur: deinde attractus infantem educit, neque tamen quolibet is tempore extrahi debet. Nam si compresso uuluæ ore id tentatum est, non emittente eo infans abrumpitur, & unci acumen in ipsum os uuluæ delabitur, sequiturq; neruorum distentio, & ingens periculum mortis. Igitur compressa uulua, conquiescere: hiante, leniter trahere oportet, & per has occasiones paulatim eum educere. Trahere autem dextra manus uncum, sinistra intus posita infantem ipsum, simulq; dirigere eum debet. Solet etiã euenire, ut is infans humore distendatur, ex q; eo profluat fœdi odoris sanies. Quòd si quid tale B
est, indice digito corpus illud forandum est, ut effuso humore extenuetur. Tum id leniter per ipsas manus recipiendum est: nam uncus iniectus facilè hebeti corpusculo eleuabitur. In quo quid periculi sit, suprà positum. Sed in pedes quoq; conuersus infans non difficulter extrahitur, quibus apprehensis per ipsas manus commodè educitur. Si uerò transuersus est, neque dirigi potuit, uncus alæ iniiciendus, paulatimq; attrahendus est. Sub quo ferè ceruix replicatur, retrò que caput ac reliquum corpus spectat. Remedio est ceruix præcisa, ut separatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui priori similis in interiorem tantum partẽ per totam aciem exacuitur. Tum id agendum est, ut antè caput, deinde reliqua pars auferatur: quia ferè maiore parte extracta, caput in uacuam uuluam prolabitur, extrahiq; sine summo periculo non potest: si tamen id incidit, super uentrem mulieris duplici panniculo iniecto, ualens homo non imperitus à sinistro latere eius debet assistere, & super C
imum uentrem eius duas manus imponere, alteraq; alteram premere. Quo fit, ut illud caput ad os uuluę compellatur. Idq; eadem ratione quæ suprà posita est, unco extrahitur. At si pes alter iuxtà repertus est, alter retrò cum corpore est, quicquid protractũ est, paulatim abscindendum est: & si clunes os uuluæ urgere cœperunt, iterum retrò repellendæ sunt, conquisitusq; pes eius adducendus. Aliæq; etiamnum difficultates faciunt, ut qui solidus non exit, concisus eximi debeat. Quoties autem infans protractus est, tradendus ministro est. Is eum supinis manibus sustinere, medicus deinde sinistra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat,

A rumpat, dextraq́; eum ſequi uſque ad eas quas ſecundas uocant, quod uelamentum infantis intus fuit: hisq́; ultimis apprehẽſis uenulas membranulasq́; omnes eadẽ ratione manu diducere à uulua, totumq́; illud extrahere, & ſi quid intus præterea concreti ſanguinis remanet. Tum compreſsis in unum fœminibus, illa in conclaui collocanda eſt, modicum calorem ſine ullo perflatu habẽte. Super imum uentrem eius imponenda lana ſuccida in aceto & roſa tincta. Reliqua curatio talis eſſe debet, qualis in inflammationibus, & in his uulneribus quæ in neruoſis locis ſunt, adhibeatur.

De ani uitijs, & eorum curatione. Cap. XXX.

ANi quoque uitia ubi medicamentis non uincuntur, manus auxilium deſiderant. Ergo, ſi qua ſciſſa in eo uetuſtate induruerunt, iam que callum habent, commodiſsimum eſt ducere aluum, tum ſpongiam calidam admouere, ut relaxentur illa, & foras prodeant. Vbi in conſpectu ſunt, ſcalpello ſingula excidere, & ulcera renouare, deinde imponere linamentum molle, & ſuper linteolum illitum melle: locumque eum molli lana implere, &
B ita uincire altero die, deincepsq́; cæteris lenibus medicamẽtis uti, quæ ad recentia eadem uitia neceſſaria eſſe, aliàs propoſui, et utiq; per primos dies ſorbitionibus eum ſuſtinere: paulatim deinde cibis adijcere aliquid, generis tamen eius, quod eodem loco præceptum eſt. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, ubi primùm id apparuit, incidendum eſt, ne anus ipſe ſuppuret. Neque tamen antè properandum eſt: nam ſi crudum inciſum eſt, inflammationis multum accedit, & puris aliquanto amplius concitatur. His quoq; uulneribus, lenibus cibis, ijſdemq́; medicamentis opus eſt.

De condylomatum curatione.

At tubercula, quę condylomata appellantur, ubi induruerunt, hac ratione curantur: aluus ante omnia ducitur, tum uulſella tuberculum apprehenſum iuxta radices exciditur. Quod ubi fa-
C ctum eſt, eadem ſequuntur, quæ ſuprà poſt curationem adhibenda eſſe propoſui. Tantummodo ſi quid increſcit, ſquama æris coercendum eſt. Ora etiam uenarum fundentia ſanguinem ſic tolluntur. Vbi ſanguini, qui effluit, ſanies adijcitur, aluus acrius ducitur, quo magis oræ promoueantur. Eoq́; fit, ut omnia uelaquaſi capitula conſpicua ſint. Tum ſi capitulum exiguum eſt, baſimq́; tenuẽ habet, aſtringẽdum lino paulum ſuprà eſt, quàm ubi cum ano committitur. Impoſnẽda ſpongia aqua calida eſt, donec id libeat. Deinde aut ungue, aut ſcalpello ſupra nodum id exulcerandum eſt. Quod niſi factũ eſt, magni dolores ſubſequuntur, interdũ etiã urinæ difficultas. Si id maius eſt, & baſis latior, hamulo uno aut altero excipiẽdum eſt, paulumq́; ſupra baſim incidendũ,

necq; relinquendum quicquam ex eo capitulo, nec quicquã ex ano A
demendum est. Quod consequitur is, qui necq; nimium, necq; pa-
rũ hamos ducit. Qua incisum est, acus debet immitti, infraq; eam
lino id capitulum alligari: si duo tria ue sunt, imum quodque pri-
mum curandum est. Si plura, non omnia simul, ne tempore eo-
dem undique teneræ cicatrices sint. Si sanguis profluit, excipien-
dus est spongia, deinde linamentum imponendum. Vngenda fœ-
mina & inguina, & quicquid iuxta hulcus est, ceratumq; superda-
dum est. Farina hordeacea calida implendus is locus est: sic deli-
gãdus est. Postero die is desidere in aqua calida debet, eodẽq; ca-
taplasmate foueri. Ac bis die, & ante curationem, & post eam, cer-
uices ac fœmina liquido cerato perungenda sunt, tepidoq; is loco
continẽdus. Interpositis quinq; aut sex diebus, oriculario specillo
linamẽta educenda. Si capitula simul non exciderunt, digito pro-
mouenda. Tum lenibus medicamentis, iisdemq; quæ alibi posui,
hulcera ad sanitatem perducenda. Finito uitio, quemadmodum
agendum esset, iam aliàs superius exposui.

De uaricum curatione. Cap. XXXI.

AB his ad crura proximus transitus est, in quibus orti uarices, B
non difficili ratione tolluntur. Huc autem & earum uenula-
rum quæ in capite nocet, & eorum uaricum qui in uentre sunt, cu-
rationẽ distuli: quoniam ubiq; eadem est. Igitur uena omnis quæ
noxia est, aut adusta, tabescit, aut manu exciditur. Si recta est, si
quamuis trãsuersa, tamen simplex: si modica est, melius aduritur.
Si curua est, & uelut in orbes quosdam implicatur, pluresq; inter
se inuoluuntur, utilius eximere est. Adurendi ratio hæc est: Cutis
superinciditur, tum patefacta uena tenui & retuso ferramento cã-
dente modicè premitur, uitaturq;, ne plagæ ipsius oræ adurãtur,
quas reducere hamulis facile est. Id interpositis ferè quaternis di-
gitis per totũ uaricem fit, & tum superimponitur medicamentũ,
quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo: Cute eadem ratio-
ne super uenam incisa, hamulo ore excipiũtur, scalpelloq; undiq; C
à corpore uena diducitur, caueturq;, ne inter hæc ipsa lædatur:
eiq; retusus hamulus subiicitur, impositoq; eodẽ ferè spacio quod
suprà positũ est: in eadem uena idem fit, quæ quò tendat, facile ha-
mulo extento cognoscitur. Vbi iam idem, quacunq; uarices sunt,
factum est, uno loco adducta per hamulum uena præciditur: dein
de qua proximus hamus est, attrahitur & euellitur, ibi rursus ab-
scinditur. Ac sic undiq; uaricibus crure liberato, tum plagarum o-
ræ committtuntur, & super emplastrum glutinans iniicitur.

Curatio digitorum cohærentium. Cap. XXXII.

AT si digiti uel in utero protinus, uel propter cõmunẽ exulce-
ratione postea cohæserũt, scalpello diducunt: dein separatim

A uterq; non pingui emplastro circundatur. Atq; ita per se uterq; sanescit. Si uerò fit hulcus in digito, posteaq; malè inducta cicatrix curuũ eum reddit, primùm malagma tentandum est. Dein, si id nihil prodest (quod & in ueteri cicatrice, & ubi nerui læsi sunt euenire consueuit) uidere oportet nerui ne id uitium, an cutis sit. Si nerui est, attingi non debet: neque enim sanabile est. Si cutis, tota cicatrix excidenda est, quæ ferè callosa efficit, ut extendi digitum non patiatur: tum rectus sic ad nouam cicatricem perducendus est.

De gangrænæ curatione. Cap. XXXIII.

GAngræna inter ungues, alasq;, aut inguina nasci, & si quando medicamenta uincuntur, membrum præcidi oportere, alio loco mihi dictum est. Sed id quoq; cum periculo summo fit. Nam sæpe in ipso opere, uel profusione sanguinis, uel animæ defectione moriuntur. Verùm hic quoq; nihil interest, an satis tutum præsidium sit, quod unicum est. Igitur inter sanam uitiatamq; partem B incidenda scalpello caro usq; ad os est: sic ut neq; contra ipsum articulum id fiat, & potius ex sana parte aliquid excidatur, quàm ex ægra relinquatur. Vbi ad os uentum est, reducenda ab eo sana caro, & circa os subsecāda est, ut ea quoq; parte aliquid os nudetur: dein id serrula præcidendum est, quàm proximè sanæ carni etiam inhærẽti: ac tum frons ossis, quam serrula exasperauit, leuāda est, supraq; inducenda cutis, quę sub eiusmodi curatione laxa esse debet, ut quàm maximè undiq; os contegat. Quò cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendum, & supra id spongia ex aceto deliganda. Cætera postea sic facienda, ut in uulneribus, in quibus pus moueri debet, præceptum est.

AVRELII CORNELII CELSI Liber Octauus.

De positu & figura totius humani corporis. Cap. I.

C
Vperest ea pars quæ ad ossa pertinet: quę quò facilius accipi possit, prius positus, figurasq; eorum indicabo. Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, utrinq; læuis, & qua cerebri membranam contegit, & cute capillum gignente cōtegitur. Eaq; simplex ab occipitio & tẽporibus, duplex usq; in uerticẽ à frõte est. Ossaq; eius ab exteriorib. partib. dura, ab interioribus, quib. inter se cõnectunt, molliora sunt. Interq; ea uenę discurrunt, quas his alimentũ subministrare credibile est: rarò aũt caluaria solida sine futuris est. Locis tamen æstuosis facilius inuenitur. Et id caput firmissimum,

atq; à dolore tutissimũ est: ex cæteris, quo futuræ pauciores sunt, A eo capitis ualetudo commodior est. Neq; enim certus earum numerus est, sicut ne locus quidẽ. Ferè tamen duæ super aures, tempora à superiore capitis parte discernunt. Tertia ad aures per uerticẽ tendens, occipitiũ à summo capite diducit. Quarta ab eodem uertice per mediũ caput ad frontem procedit, eaq; modò sub imo capillo desinit, modò frontẽ ipsam secans inter supercilia finitur. Ex his cæteræ quidẽ suturæ in unguẽ cõmittuntur. Hæ uerò quæ super aures transuersæ sunt, totis oris paulatim extenuantur, atq; ita inferiora ossa superiorib. leniter insidũt. Crassissimum uerò in capite os post aure est, quia capillus (ut uerisimile est) ob idipsum non gignitur. Sub his quoq; musculis qui tempora connectũt, os medium in exteriorem partem inclinatum positum est. At facies suturam habet maximã, quæ à tẽpore incipiens, per medios oculos naresq; trãsuersa peruenit ad alterum tempus. A' qua breues duæ sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malæ quoque B in summa parte singulas transuersas suturas habent. A' mediisq; naribus aut superiorũ dentiũ gingiuis per mediũ palatũ una procedit, aliaq; transuersa idẽ palatum secat. Et suturæ quidẽ in plurimis hæ sunt. Foramina aũt intra caput maxima oculorũ sunt, dein de nariũ, tũ quæ in auribus habemus. Ex his quæ oculorũ sunt, recta simpliciaq; ad cerebrum tendunt. Narium duo foramina osse medio discernuntur. Siquidem hæc primùm à superciliis angulisq; oculorũ osse inchoantur, ad tertiã ferè partem: deinde in carthilagine uersæ, quo propius ori descendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur. Sed ea foramina, quæ à summis ad imas nares simplicia sunt, ibi rursus in bina itinera diuidũtur. Aliaq; ex his ad fauces perula, spiritũ & reddũt et accipiũt, aliaq; ad cerebrũ tendunt. In ultima parte in multa & tenuia foramina dissipantur, per quę sensus odoris nobis datur. In aure quoque primò rectum & simplex iter procedendo flexuosum fit, quod ipsum iuxta cerebrũ in multa & tenuia foramina diducit, per quæ facultas audiẽdi C est: iuxta ea duo paruuli quasi sinus sunt, superq; eos finit os, quod trãsuersum à genis tendẽs, ab inferiorib. ossibus sustinetur, iugale appellari potest, ab eadẽ similitudine, à qua id Græci ζυγώδες appellant. Maxilla uerò est molle os, eaq; una est, cuius eadẽ & media et etiã ima pars mentũ est, à quo utrinq; procedit ad tẽpora, solaq; ea mouet. Nam malæ cũ toto osse, quod superiores dẽtes exigit, immobiles sunt. Verùm ipsius maxillæ partes extremæ quasi bicornes sunt. Alter processus intrà latior, uertice ipso tenuatur, longiusq; procedens sub osse iugali subit, & super id temporum musculis illigatur. Alter breuior & rotundior, & in eo sinu qui iuxta foramina auris est, cardinis modo fit: ibi q; huc & illuc se inclinãs, maxillę facultatem motus præstat. Duriores osse dẽtes sunt, quorum

A rũ pars maxillæ, pars ſuperiori oſsi malarũ hæret. Ex his quaterni primi quia ſecãt, τομικοὶ à Græcis nominanẽ, hi deinde quatuor ca ninis dẽtib. ex omni parte cingunẽ. Vltra quos utrinq; ferè maxil lares quaterni ſunt, prçterquã in his in quib. tres ultimi qui ſerò gi gni ſolẽt, non increuerũt. Ex his priores ſingulis radicibus, maxil lares utiq; binis, quidã etiã ternis quaternis'ue nitunẽ. Ferèq; lon gior radix breuiorẽ dentẽ edit, rectiq; dẽtis recta etiã radix, curui flexa eſt: ex eadẽ radice in pueris nouus dens ſubit, qui multo ſçpi us priorẽ expellit, interdũ tamen ſuprà infra'ue eũ ſe oſtendit. Ca put autẽ ſpina excipit. Ea conſtat ex uertebris quatuor & uiginti. Septem in ceruice ſunt, duodecim ad coſtas, reliquæ quinq; ſunt proximæ coſtis. Hæ teretes breueſq; ab utroq; latere, proceſſus duos exigũt. Mediæ perforatę, qua ſpinę medulla cerebro cõmiſ ſa deſcendit: circà quoq; per duos proceſſus tenuibus cauis per uiæ, per quę à mẽbrana cerebri ſimiles mẽbranulę deducunẽ. Om neſq; uertebrę exceptis trib. ſummis à ſuperiore parte in ipſis pro

B ceſsib. parũ deſidentes ſinus habẽt, ab inferiore alios deorſum uer ſus proceſſus exigũt. Sũma igitur protinus caput ſuſtinet, per du os ſinus receptis exiguis eius proceſsib. Quò fit, ut caput ſurſum deorſum uerſus tuberib. exaſpereẽ, ſecũda ſuperiori parti inferio re. Quod ad circuitum pertinet, pars ſumma anguſtiore orbe fi niẽ. Itaq; ſuperior ſummè circundata, in latera quoq; caput moue ri ſinit. Tertia eodẽ modo ſecundã excipit. Ex quo facilis ceruici mobilitas eſt. Ac ne ſuſtinere quidẽ caput poſſet, niſi utrinq; recti ualenteſq; nerui collũ continerẽt, quos τένοντας Græci appellãt. Si quidẽ horũ inter omnes flexus alter ſemper intentus, ultrà prola bi ſuperiora nõ patiẽ. Iamq; uertebra tertia, tubercula quę inferio ri inſerãtur, excipit. Cæteræ proceſsibus deorſum ſpectãtibus, in inferiores inſinuantur, ac per ſinus quos utrinq; habent, ſuperio res accipiunt, multiſq; neruis & multa carthilagine continentur. Ac ſi uno flexu modico in promptum dato, cæteris negotijs ho

C mo & rectus inſiſtit, & alioqui ad neceſſaria opera curuatur. Infra ceruicẽ uerò ſumma coſta contra humeros ſita eſt, inde undecim inferiores uſque ad imum pectus perueniunt: hæcq; primis parti bus rotundę & leniter quaſi capitulatæ, uertebrarum tranſuerſis proceſsibus ibi quoque paulùm inſinuatis inhærent. Inde pate ſcũt & in exteriorem partẽ recuruatę, paulatim in carthilaginem degenerant. Ea'que parte rurſus in interiora leniter flexæ, com mittuntur cum oſſe pectoris. Quod ualens ac durum à faucibus incipit, ab utroque latere lunatũ, & à præcordijs iam ipſum quo que carthilagine mollitum terminatur: ſub coſtis uerò priori bus quinque, quas νόθας Græci nominant, breues tenuioreſq;: atq; ipſæ quoque paulatim in carthilaginem uerſæ, extremis abdomi nis partibus inhæreſcunt, imaq; ex his maiore iam parte nihil niſi

carthilago est. Rursus à ceruice duo lata ossa utrinque ad scapulas A tendunt, nostri scoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominant. Ea in summis uerticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Atque ipsa quoque in imo carthilaginosa, posteriore parte uelut innatant, quoniam nisi in summo nulli ossi inhærescunt. Ibi uero ualidis musculis neruisque cõstricta sunt. At à summa costa paulo interius quàm ubi ea media est, os excrescit, ibi quidem tenue, procedens uerò quo propius lato scapularum ossi fit, eo plenius latiusque, & paulatim in exteriora curuatur: quod propius altera uerticis parte modicè intumescens, sustinet iugulum. Id autem ipsum recuruum, ac ne inter durissima ossa numerãdum altero capite in eo quod posui, altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit, paulumque motu brachij mouetur, & cum lato osse scapularum infra caput eius, neruis & carthilagini connectitur. Hinc humerus incipit, extremis utrinque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, carthilaginosus, medius teres, durus, medullosus, leniter gibbus, & in priorem & in exteriorem partem. Prior autem pars est quæ à pectore est, posterior quæ ab scapulis, interior quæ ad latus tendit, exterior quę ab eo recedit, quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius, quàm cætera ossa, de quibus adhuc dixi, uerticulatis scapularũ ossib. paruo excessu inserit, ac maiore parte extrãsitu neruis deligatur. At inferius duos processus habet, inter quos quod mediũ est, magis etiam extremis partibus sinuatur. Quæ res sedem brachio prę stat, quod constat ex ossibus duobus. Radius, quem κερκίδα Græci appellant, superior breuiorque, & primo tenuior, rotundo & leniter cauo capite exiguum humeri tuberculũ recipit, atque ibi neruis & carthilagine continetur. Cubitus inferior, longiorque, & primo plenior in summo capite, duobus quasi uerticibus extantibus in sinu humeri, quem inter duos processus eius esse proposui, se insérit. Primò uerò duobus radijs brachij ossa iũcta paulatim dirimũtur, rursusque ad manum coeũt, modo crassitudinis mutato. Siquidem ibi radius, plenior cubitus admodum tenuis est. Deĩn radius in caput carthilaginosum consurgens, in ceruicem eius sinuatur. C Cubitus rotundus in extremo parte altera paulùm procedit. Ac ne sæpius dicendum sit, illud ignorari non oportet, plurima ossa in carthilaginem desinere, nullum articulum nõ sic finiri. Neque enim aut moueri posset, nisi leui inniteretur: aut cũ carne neruisque cõiũgi, nisi ea media quædam materia cõmitteret. In manu uerò prima palmæ pars ex multis minutisque ossibus constat, quorum numerus incertus est. Sed oblonga omnia & triãgula structura quadam inter se connectũtur, cum inuicem superior alterius planities sit: eoque fit ex his unius ossis paulùm in interiora concaui species.

A Verùm ex manu duo exigui processus in sinus radij conijciuntur. Tum ex altera parte recta quinq; ossa ad digitos tendentia palmā explēt, à quibus ipsi digiti oriuntur, qui ex ôssibus ternis constāt, omniumq; eadem ratio est. Interius os in uerticem sinuatur, recipitq; exterioris exiguū tuberculum, neruiq; ea continent, à quib. orti ungues indurescunt. Ideoq; non ossi, sed carni magis radicib. suis inhęrent. At superiores quidem partes sic ordinatæ sunt. Ima uerò spina in coxarū osse desidit, quod transuersum, longeq; ualē tissimum, uuluam, uesicam, rectum intestinum tuetur: idq; ab exteriore parte gibbum, ad spinam resupinatū: à lateribus, id est, in ipsis coxis sinus rotūdos habet, à quibus oritur os, quod pectinē uocant, idque super intestina sub pube transuersum uentrem firmat: rectius in uiris, recuruatum magis in exteriora in feminis, ne partū prohibeat. Inde femina oriūtur, quorū capita rotundiora etiam quàm humerorū sunt, cùm illa ex cæteris rotundissima sint. Infra uerò duos processus, à priore & à posteriore parte habent. Deindura, & medullosa, & ab exteriore parte gibba: rursus ab in-
B ferioribus quoq; capitibus intumescūt. Superiora in sinus coxæ, sicut humeri in ea ossa, quæ scapularum sunt, conijciuntur: tum infra introrsus leniter tendūt; quo ęqualius superiora mēbra sustineant. Atq; in eo inferiora quoq; capita media sinuantur, quo faciliùs excipi à crurib. possint. Quæ cōmissura, osse paruo, molli carthilaginoso tegitur, patellam uocant. Hæc super innatans, nec ulli ossi inhærens, sed carne & neruis deligata, pauloq; magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus iuncturā tuetur. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus uerò brachio simile est: adeò ut habitus quoque & decor alterius ex altero cognoscatur: quod ab ossibus incipiens, etiam in carne respōdet. Verùm alterum os ab exteriore parte suprà positū est, quod ipsum quoque sura rectè nominatur. Id breuius, supràq; tenuius, ad ipsos talos intumescit. Alterum à priore
C parte positum, cui tibiæ nomen est, longius, & in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite cōmittitur, sicut cum humero cubitus. Atq; ea quoq; ossa infra supràq; coniūcta, media ut in brachio dehiscūt. Excipitur aūt crus infra ossa ex transuerso talorū, idq; ipsum super os calcis situm est, quod quadam parte sinuatur, quadā excessus habet, & procedentia ex talo recipit, & in sinum eius inseritur. Idq; sine medulla durū, magisq; in posteriorem partē proiectū, teretem ibi figurā repræsentat. Cętera ossa pedis ad eorum quę in manu sunt similitudinem instructa sunt. Plātæ palmis, digiti digitis, ungues unguibus respondent.

Valētesq; nerui collum continerent, quos καρότας Græci.) Ita sanè hos neruos Ludouicus Cælius Rhodoginus, Latinarum lectionum autor, dicēdos esse contēdit. Quod & se posse probare profitetur per Galenum, & Apolloniū in Argonauticis. Aut Hermol. Barb. τρώοντας appellēdos putauit, hæc Cæsarius.

Ossa uitiata & corrupta quibus signis cognoscantur, & qua ratione curentur. Cap. II.

OMne autem os, ubi iniuria accessit, aut uitiatur, aut finditur, A
aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco mouetur. Id
quod uitiatũ est, primò ferè pingue fit, deinde uel nigrum, uel ca-
riosum. Quæ supernatis grauibus ulceribus, aut fistulis, hisq; uel
longa uetustate, uel etiam cancro occupatis eueniunt. Oportet an
te omnia os nudare, ulcere exciso: & si latius eius uitium est, quàm
hulcus fuit, carnem subsecare, donec integrum os undiq; pateat:
tum id quod pingue est, semel iterum' ue satis est admoto ferra-
mento adurere, ut ex eo statu secedat: aut eradere, donec iam ali-
quid cruoris ostendatur, quæ integrioris nota est. Nam necesse
est aridum fit, id quod uitiatum est. Idem in carthilagine quoq; læ
sa faciendum est. Siquidem ea quoq; scalpello radenda est, donec
integrum id sit, quod relinquatur. Deinde si uel os, siue carthilago
rasa est, nitro bene trito respergẽdum est. Neq; alia facienda sunt,
ubi caries, nigrities' ue in summo osse est. Siquidem id uel paulo B
diutius eodem ferramento adurendum, uel radendum est. Qui ra
dit hæc, audacter imprimere ferramentum debet, ut & agat ali-
quid, & maturius desinat. Finis est, cum uel ad album os, uel ad so
lidum uentum est. Albo finiri ex nigritie uitium, soliditate qua-
dam ex carie manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid inte
gro, suprà dictum dictum est. Si quando autem altius descẽderit,
utrumlibet dubium est. In carie quidẽ expedita cognitio est. Spe-
cillũ tenue in foramen demittitur, quod magis minus' ue intrando
uel in summo cariem esse, uel altius descendisse testatur. Nigrities
colligi quidem potest etiam ex dolore & ex febre. Quę ubi medio
cria sunt, illa altè descendisse non potest. Manifestior tamen ada-
cta terebra fit. Nam finis uitij est, ubi scobis nigra esse desijt. Igitur
si caries altè descendit, per terebram urgenda crebris foramini-
bus est, quę altitudine uitium æquent. Tum in ea foramina demit
tenda candentia ferramenta sunt, donec inde siccũ os ex toto fiat. C
Simul enim post hæc & resoluetur ab inferiore osse, quodcũq; ui
tiatum est, & is sinus carne replebitur: & humor aut nullus po-
stea feretur, aut mediocris. Sin autem nigrities est, aut si caries ad
alteram quoq; partem ossis transit, oportet excidi. Atq; idem in
carie quoq; ad alteram partem ossis penetrante, fieri potest. Sed
quod totum uitiatũ, totum eximendũ est. Si inferior pars integra
est, eatenus quod corrruptũ est, excidi debet. Itẽ siue capitis, siue
pectoris os, siue costa cariosa est, inutilis uitio est, & excidendi ne-
cessitas est. Neq; audiendi sunt, qui osse nudato, diem tertium ex-
pectant, ut tunc excidant. Ante inflammationem enim tutius om
nia tractantur. Itaq; quantũ fieri potest, eodem momento & cutis
incidenda est, & os detegendum, & omni uitio liberandum est.

Longéq;

A Longeq́; perniciosissimum est, quod in osse pectoris est: quia uix etiam si recte cessit, curatio ueram sanitatem reddit.

Id quod uitiatum est, primò ferè pingue fit.) Hippocrates lib.7. Aph.2. Ex osse ægrotante, caro liuida, malum.

Quomodo os excidatur, & de modiolo & terebra, ferramentis ad id paratis. Cap. III.

Excidit uerò os duobus modis. Si paruulum est, quod læsum est modiolo, quem χοινίκιον Græci uocant. Si spaciosum, terebris. Vtriusq́; rationem proponam: Modiolus ferramentum concauum, teres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoq́; interiore orbe cinctus demittitur. Terebrarum autem duo genera sunt. Alterum simile ei quo fabri utuntur. Alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subitò latius fit, atq́; iterum ab alio principio paulo minus quàm æqualiter sursum procedit. Si uitium in angusto est, quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur. Et si caries subest, medius clauus B in foramē demittitur. Si nigrities, angulo scalpri sinus exiguus fit, qui clauum recipiat, ut eo insistente circumactus modiolus delabi non possit. Deinde is habena quasi terebra conuertitur. Estq́; quidam premendi modus, ut & foretur, & circumagatur: quia si leuiter imprimitur, parum proficit: si grauiter, non mouetur. Neque alienum est instillare paulum rosę, uel lactis, quo magis lubrico circumagatur. Quòd ipsum tamen si obtusius est, aciem ferramenti hebetat: at ubi iam iter modiolo pressum est, medius clauus educitur, & ille per se agitur. Deinde cum sanitas inferioris partis scobe cognita est, modiolus remouetur: at si latius uitium est, quàm ut illo comprehendatur, terebra res agenda est. Ea foramen fit in ipso fine uitiosi ossis atq́; integri, deinde alterum non ita longè, tertiumq́;, donec totus is locus qui excidendus est, his cauis cinctus sit: atque ibi quoque quatenus terebra agenda sit, scobis significat. Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo C adactus, id quod inter utrunq́; medium est, excidit: ac sic ambitus similis ei fit, qui in angustiorē orbem modiolo imprimitur. Vtro modo uerò id circumductū est, idem excisorius scalper in osse corrupto planus, summam quanque testam læsit, donec integrum os relinquatur. Vix unquam nigrities integrum, caries per totum os perrumpit, maximeq́; ubi uitiata caluaria est. Id quoque signi specillo significatur, qui depressus in id foramen, quod infrà solidam sedem habet, & ob id renitens aliquid inuenit, & madens exit. Si peruium inuenit, altius descendens inter os & membranam nihil oppositum inuenit, educitur'que siccus, non quò non subsit aliqua uitiosa sanies, sed quoniam ibi ut in latiore sede diffusa sit. Siue autem nigrities, quam terebra detexit, siue caries, quam specillum ostendit, os trāsit, modioli quidem usus ferè superuacuus est,

quia latius pateat necesse est, quod iam altè processit. Terebra uerò ea, quam secundo loco posui, utendum: eaq; ne nimis incalescat, subindè in aquam frigidam demittenda est. Sed tum maiore cura agendum est, cum iam aut simplex os dimidium perforatum est, aut in duplici, superius. Illud, spaciũ ipsum: hoc, sanguis significat. Ergo tum lentius ducenda habena, suspendendaq; magis sinistra manus est, & sæpius attollenda, & foraminis altitudo consideranda: ut quandocunq; os perrumpitur, sentiamus: neque periclitemur, ne mucrone cerebri membrana lædatur. Ex quo graues inflammationes cum periculo mortis oriuntur. Factis foraminibus, eodem modo media sæpe, sed multo circumspectius excidenda sunt, ne fortè angulus scalpri eandem membranã uiolet, donec fiat aditus, per quem membranę custos immittatur. μηνιγγοφύλακα Greci uocãt. Lamina ęnea est, firma, paulùm resima, ab exteriore parte læuis, quæ demissa est, ut exterior pars eius cerebro propior sit, subindè ei subijcitur, quod scalpro discutiendum est: ac si excipit eius angulum, ultrà transire nõ patitur. eoq; & audacius & tutius scalprũ malleolo subindè medicus ferit, donec excisum undiq; os eadem lamina leuetur, tolliq; sine ulla noxa cerebri potest. Vbi totum os eiectum est, circumradendæ leuandæq; sunt orę: & si quis scobis membranæ insedit, colligendum. Vbi superiori parte sublata, inferior relicta est, nõ ora tantum, sed os quoq; totũ lauandum est, ut sine noxa postea cutis increscat: quę aspero ossi innascẽs, protinus nõ sanitatem, sed nouos dolores mouet. Patefacto cerebro, qua ratione agendum sit, dicã, cum ad fracta ossa peruenero. Si basis aliqua seruata est, superimponenda sunt medicamenta non pinguia, quæ recẽtibus uulneribus accõmodantur; supraq; imponenda lana succida, oleo atq; aceto madens. Vbi tempus processit, ab ipso ore caro increscit, eaq; factum manu sinum complet. Si quod etiam os adustum est, à parte sana recedit: subitq; inter integram atque emortuam partem caruncula, quæ quod abscessit, expellat; eaq; ferè quia testa tenuis & angusta est, squama est, id λεπὶς à Græcis nominatur. Potest etiam euenire, ut ex ictu neque findatur os, neque perfringatur, sed summum tamẽ collidatur, exasperetur q;. Quod ubi incidit, radi & lauari satis est. Hæc quamuis maximè fiunt in capite, tamen cæteris quoque ossibus communia sunt, ut ubicunq; idem incidet, eodem remedio sit utendum. Atque cum ea fracta, fissa, forata, collisa sunt, quasdam proprias in singulis generibus, quasdam cõmunes in pluribus curationes requirunt. De quibus protinus dicam, initio ab eadem caluaria accepto.

De caluariæ curatione. Cap. IIII.

IGitur ubi ea pertusa, protinus requirendum est, num bilem is homo uomuerit, num oculi eius obcęcati sint, num obmutuerit,

A num per nares aures ue sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim nõ nisi osse fracto eueniunt. Atq; ubi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si uerò etiam torpor accessit, si mens non constat, si neruorũ uel resolutio, uel distentio secuta est, uerisimile est etiam cerebri membranam esse uiolatam, eoq; in angusto magis spes est. At si nihil horum secutum est, potest etiam dubitari, an os fractum sit. Et protinus cõsiderandum est, lapide an ligno, an ferro, an alio telo percussum sit, & hoc ipso leni an aspero, mediocri an uastiore, uehementer an leniter. Quia quo mitior ictus fuit, eo facilius os ei restitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est, quàm certiore id nota explorare. Ergo qua plaga est, demitti specillum oportet, neque nimis tenue, neq; acutum, ne cum in quosdam sinus naturales inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat: neq; nimis plenum, ne paruulæ rimulæ fallant. Vbi specillum ad os uenit, nihil nisi lene & lubricum occurrit, integrum id uideri potest. Si quid asperi est, utiq; qua suturæ non sint, fractum os esse testatur. A suturis se
B deceptum esse, Hippocrates memoriæ prodidit, more scilicet magnorum uirorum, & fiduciam magnarũ rerum habentium. Nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaq; nihilominus habituro, cõuenit etiam simplex ueri erroris cõfessio, præcipueq; in eo ministerio quod utilitatis causa posteris traditur, ne qui decipiant eadem ratione, qua quis antè deceptus est. Sed hęc quidem alioquin memoria magni professoris, uti interponeremus, effecit. Potest autẽ futura eo nomine fallere, quæ æquè aspera est, ut aliquis hãc esse etiam, si rima est, existimet eo loco, quo subesse hãc uerisimile est. Ergo eo nomine decipi nõ oportet, sed os aperire tutissimũ est. Nam neq; utiq; certa sedes, ut suprà posui, futurarũ est: & potest idẽ, et naturaliter cõmissum, et ictu fissum esse, iuxtà ue aliquid fissum habere. Quin aliquid etiã, ubi ictus fuerit uehementior, quamuis specillo nihil inuenitur, tamẽ aperire cõmodius est. At si ne tum quidem rima manifesta est, inducẽdum
C super os atramentũ scriptorium est, deinde scalpro id detrahendũ. Nigritiem enim continet, si quid fissum est. Solet etiam euenire, ut altera parte fuerit ictus, & os altera fiderit. Itaq; si grauiter aliquis percussus est, si mala indicia subsecuta sunt, neq; ea parte qua cutis discussa est, rima reperitur, non incõmodum est parte altera considerare, num quis locus mollior sit, & tumeat, eũq; aperire. Siquidem ibi fissum os reperietur, nec tamen magno negotio cutis sanescit, etiã si frustra desecta est. Os fractum, nisi succursum est, grauibus inflammationibus afficit, difficiliusq; postea tractatur. Rarò, sed aliquando tamen euenit, ut os quidem totum integrum maneat, intus uerò ex ictu uena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat, isq; ibi concretus magnos dolores moueat,
oculos

oculos quibus obcæcet. Sed ferè contra id dolor est, & eo loco cu- A
te incisa pallidum os reperitur. Ideoq́ id quoq́ excidēdum est. Quacunq́ autem de causa curatio hęc necessaria est, si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, donec quicquid læsum est, in conspectu sit. In quo ipso uidendum est, ne quid ex ipsa membranula, quæ sub cute caluariā cingit, super os relinquatur. Siquidem hæc scalpro tenebris'ue lacerata, uehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaq́ eam cōmodius est ex toto ab osse diduci. Plagam, si ex uulnere est, talem necesse est habeamus, qualem acceperimus. Si manu facienda est, ea ferè commodissima est, quæ duabus trāsuersis lineis, literæ χ figuram accepit, ut deinde à singulis procedentibus lingulis cutis subsequatur. Inter quæ si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta cohibendus est, occupandus'q́ obiectis linamentis, & caput altius excitandum. Neq́ id uitium ullum metum, nisi inter musculos, qui tempora cōtinent, adfert, sed ibi quoque nihil tutius fit. In omni uerò fisso fracto'ue osse protinus antiquiores medici ad ferramenta ueniebant, quib. id ex- B
ciderent. Sed multo melius est, antè emplastra experiri, quæ caluariæ causa componuntur. Eorumq́ aliquid oportet ex aceto mollitum, per se super fissum fractum'ue os imponere, deinde super id aliquanto latius quàm uulnus est, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea succidam lanam aceto tinctam. Tunc uulnus deligare, & quotidie resoluere, similiterq́ curare usq́ ad diē quintum. A' sexto die, etiam uapore aquæ calidæ per spongiam fouere, cætera ex eadem facere. Quòd si caruncula increscere cœperit, & febricula aut soluta erit, aut leuior, & cupiditas cibi reuerterit, satis'q́ somni accedet, in eodem medicamēto erit perseuerandum. Procedente deinde tempore, emolliendum id emplastrū adiecto cerato ex rosa facto, quo facilius carnem producat: nam per se reprimendi uim habet. Hac ratione sæpe rimæ callo quodā implentur, est'que ea ossis uelut cicatrix: & latius fracta ossa, si qua inter se non cohærebant, eodem callo glutinantur: est'que aliquanto me- C
lius uelamentum cerebro, quàm caro quæ exciso osse increscit. Si uerò sub prima curatione febris intenditur, breues'q́ somni, & ijdem per somnia tumultuosi sunt, hulcus madet, neque alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibi'que super hæc fastidium increscit, tum demū ad manum scalprumq́ ueniendum est. Duo uerò sub ictu caluarię pericula sunt, ne uel findatur, uel mediū desidat; si fissum est, possunt oræ esse cōpressæ, uel quia altera super alterā excessit, uel etiā quia uehementer rursus se cōmiserunt. Ex quo euenit, ut humor ad membranā quidem descēdat, exitū uerò non habeat, ac sic eam irritet, ut graues inflammationes moueat. Vbi medium desedit, eandē cerebri membranā os urget, interdum etiā ex fractura quibusdam uelut aculeis pungentibus.

A His ita succurrendũ est, ut tamen quàm minimũ ex osse dematur. Ergo si ora alteri insedit, satis est id quod eminet, plano scalpro excidere: quo sublato, iam rima hiat, quantum curationi satis est. At si oræ inter se comprimuntur, à latere eius interposito digiti spacio, terebra foramen faciendum est, ab eoq; scalper duabus lineis ad rimam agendus, ad similitudinem C literæ, sic ut uertex eius à foramine basis ad rimas sit. Quòd si rima longius patet, ab altero foramine rursus similis sinus fieri debebit, & ita nihil latens in eo osse concauum est, abundeq; exitus datur intus lædentibus. Ne si fractum quidem os desedit, totum excidi necesse est. Sed siue totũ perfractum est, & ab alio ex toto recessit, siue circumpositæ caluariæ inhæret exigua parte, ab eo quod naturaliter se habet, scalpro diuidendũ est: deinde in eo quod desedit iuxta rimã quã fecimus, foramina addenda sunt. Si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria, septaq; eorum excidenda: & tum scalper utrinque ad rimã agendus, sic ut lunatum sinum faciat, imaq; pars eius intus ad fracturam, cornua ad os integrum spectent. Deinde, si qua labent, & ex facili remoueri possint, forfice ad id facta colligenda
B sunt, maximeq; ea quę acuta membranã infestant. Si id ex facili fieri nõ potest, subijcienda lamina est, quam custodẽ eius mẽbranæ esse proposui, & super eã quicquid spinosum est, & intus eminet, excidendũ est: eadem lamina quicquid deorsum insedit attollendũ. Hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta ossa tamen inhærent, solidẽtur: qua parte abrupta sunt, sine ullo tormento sub medicamenti tẽpore excidãt, spaciumq; inter hæc satis illi magnũ ad extrahendam saniem relinquatur, plusq; in osse propugnaculi cerebrum habeat, quàm habiturum fuit eo exciso. His factis, ea mẽbrana acri aceto respergenda est, ut siue aliquid sanguinis ex ea profluit, cohibeatur: siue intus concretus cruor remanet, discutiatur. Tũ idem medicamentũ eodem modo qui suprà positus est mollitũ, ipsi membranæ imponendum est. Cæteraq; eodẽ modo
C facienda sunt, quæ ad linteolũ illitum & lanam succidã pertinent, collocandusq; is loco in tepido, & curandũ quotidie uulnus, bis etiam æstate. Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida. Si usq; eò tumebit, ut super ossa quoq; emineat, coercebit eam bene trita lenticula, uel folia uitis contrita, & cum recenti uel butyro uel adipe anserino mista, ceruixq; molliri debebit liquido cerato ex irino facto. At si parum pura membrana uidebitur, par modus eius emplastri & mellis miscendus erit, idq; superinfundendum, eiusq; continendi causa unum aut alterum linamentum inijciendum, & super linteolo cui emplastrum illitum sit, contegendum. Vbi plus pura membrana est, eadem ratione adijciendum emplastro ceratum, ut carnẽ producat. Quod ad abstinentiam uerò, & primos ulterioresq; cibos

potionésq; pertinet, eadem quæ in uulneribus præcepi, seruanda sunt: eo magis, quo periculosius hæc pars afficitur. Quinetiam cum iam non solum sustineri, sed alii his quoq; adparebunt, tamen erunt uitanda quæcunque mandenda sunt, item fumus, & quicquid excitat sternutamentum. Spem uero certam faciunt mẽbrana mobilis, ac sui coloris, caro increscens rubicunda, facilis motus maxillæ atq; ceruicis. Mala signa sunt, membrana immobilis, nigra uel liuida, uel aliter coloris corrupti, dementia, acris uomitus, neruorum uel resolutio uel distentio, caro liuida, maxillarum rigor, atque ceruicis. Cætera'que quæ ad somnum, cibi desiderium, febrem, puris colorem attinent: eadem quæ in cæteris uulneribus uel salutaria uel mortifera sunt: ubi bene res cedit, incipit ab ipsa membrana: uel si os eo loco duplex est, inde quoque caro increscere, ea'que id quod inter ossa uacuum est, replet, nonnunquam etiam super caluariam excrescit. Quòd si incidit, inspergenda squama æris est, ut id reprimat, cohibeat'que, ea carni superdando, quæ ad cicatricem perducant. Omnibus'que ea locis commodè inducitur, ex cepta frontis ea parte, quæ paulùm super id est, quod inter supercilia est. Ibi enim uix fieri potest, ut per omnem ætatem sit exulceratio, quæ linteolo medicamentum habente contegenda sit. Illa utique capite fracto seruanda sunt, ut donec iam ualida cicatrix erit soluenda, uitentur, frequens balneum, maior uini modus.

Igitur ubi ea pertusa, protinus requirendum est.) Hippocrates lib. 7. Aph. 14. Ex plaga in caput, stupor aut delyrium malum: & Aph. 24. Ex ossis dissectione delyrium, si ad uacuũ usq; processerit: & Aph. 58. Quibus cerebrum cõcussum fuerit ex aliqua causa, eos statim uoce priuari necesse est. Et lib 6. Aph. 50. Quibus cerebrum dissectũ fuerit, his necesse est febrem, & bilis uomitum accedere.

Hæc enim non nisi osse fracto.) Fracturæ quæ caluariã adficiunt, multorum sunt generũ. Nam κάταγμα & ἄγμα capitis ossiũ uniuersas ruptiones cõplectũtur. Verùm ῥωγμή, oblõga quæq; discisio, at osse nihil transmutato, est. ea rima Latinè dicitur. τρίχοσμος, seu τριχίασις, capillaris scissura est, uix ut notari atq; agnosci queat. ἐκκοπή, ubi etiam diffractum os est. ἀποσκεπαρνισμὸς, ubi ab osse os loco excesserit: nomine à securi desumpto. ἐκπίεσμα, quum etiam os ipsum in partes diminuitur, sic ut duram meningen contingant. ἐγγίσωμα, dum ea pars quæ meningi incumbit, læsa non est. ἀπόχημα, quando alibi caput concussum est, & alibi læsio extat. θλάσις, ubi non rũpitur, sed introrsum incuruatum detruditur.

De narium fractarum curatione. Cap. V.

IN naribus uerò & os & carthilago frangi solet, & quidem modò aduersa, modò à latere: si aduersa fracta sunt, alterum'ue ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. si à latere os fractum est, is locus cauus est: si carthilago, in alteram partem nares declinantur. Quicquid in carthilaginem incidit, excitandum leniter est, aut subiecto specillo, aut duobus digitis utrinque compressis. Deinde in longitudinem implicata linamenta, & molli

pellicula

A pellicula cincta, circumsutaq́ꝫ, intus adijcienda sunt. Aut eodem modo compositum aliquid ex arido penicillo. Aut grandis pinna, gummi uel fabrili glutinæ illita, & molli pellicula circundata, quæ desidere carthilaginem non sinat. Sed si aduersa ea fracta est, æqualiter utraqꝫ naris implenda est. Si à latere, crassius esse debet ab ea parte in qua nasus iacet, ab altera tenuius, id quod inseritur. Extrinsecus autem circundanda habena est mollis, media illita mistis inter se simila & thuris fuligine, eaq́ꝫ ultra aures ducenda, & fronti duobus capitibus agglutinanda est. Id enim corpori quasi gluten inhæreſcit, & cum induruit, nares commode continet. Sin quod intus inditum est lædit, sicut maximè fit, ubi interior carthilago perfracta est, excitatæ nares eadem tantummodo habena continendæ sunt. Deinde, post quatuordecim dies idipsum demendum est. Resoluitur autem aqua calida, eaq́ꝫ tum is locus quotidie fouendus est. Sin os fractum est, id quoque digitis in suam sedem reponendum est: atqꝫ ubi aduersum id ictum est, utraqꝫ naris implenda est: ubi à latere, ea in quam os impulsum est, imponendumq́ꝫ ceratum, & paulo uehementius
B deligandum est, quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorem increscit. A' tertio die fouendũ id aqua calida est, tantoq́ꝫ magis, quanto propius esse sanitati debet. Quòd si plura erunt fragmenta, nihilominus extrinsecus singula in suas sedes digitis erunt compellenda, imponendaq́ꝫ extrinsecus eadem habena, & super eam ceratum, neqꝫ ultra fascia adhibẽda est. At si quod fragmentum undiqꝫ resolutum cum cæteris nõ glutinabitur, intelligetur quidem ex humore, qui multus ex uulnere feretur, uulsella uerò extrahetur. Finitisq́ꝫ inflãmationibus, imponetur aliquod medicamentum, ex ijs quę leniter reprimũt. Peius est, ubi aut ossi, aut carthilagini fractę, cutis quoqꝫ uulnus accessit. Id admodũ rarò fit: si incidit, illa quidẽ nihilominus eadem ratione in suas sedes excitanda sunt. Cuti uerò super impo-
C nẽdum emplastrum aliquod, ex his quæ recentibus uulneribus accommodata sunt, sed insuper nullo uinculo deligãdum est.

De aurium fractarum curatione. Cap. VI.

IN aure quoqꝫ interdum rumpitur carthilago: quod si incidit, antequam pus oriatur, imponendum glutinans medicamentum est. Sæpe enim suppurationem prohibet, & aurem confirmat. Illud & in hac, & in naribus ignorari non oportet: non quidem carthilaginem ipsam glutinari, circa tamen carnem increscere, solidariq́ꝫ eum locum. Itaqꝫ si cum cute carthilago rupta est, cutis utrinqꝫ suitur. Nunc autem de ea dico, quæ cute integra frangitur. In ea uerò si iam pus natum est, aperienda altera parte cutis, & ipsa carthilago contrà lunata plaga excidenda est. Deinde utendum est medicamento leniter supprimente, quale lycium

est, aqua dilutum, donec sanguis fluere desinat. Tum imponendum linteolum cum emplastro: sicut pingue omne uitetur, & à A
parte posteriore lana mollis auri subijcienda est, quę quod est inter hanc & caput compleat. Tum ea leniter deliganda est, & à tertio die uapore, ut in naribus posui, fouenda. Atque in his quoq; generibus abstinētia primi temporis necessaria est, donec inflammatio finiatur.

De maxillæ fractæ curatione, deq; quibusdam ad omnia ossa pertinentibus. Cap. VII.

AB his ad maxillam uenturus, indicanda quædam puto communiter ad omnia ossa pertinentia, ne sæpius eadem dicenda sint. Omne igitur os, modò rectum ut lignum in longitudinem finditur, modò frangitur transuersum, interdum obliquum: atque id ipsum nonnunquam retusa habet capita, nonnunquam acuta. Quod genus pessimum est, quia neque facilè committuntur, quæ nulli retuso innituntur, & carnem uulnerant, interdum neruum quoque, aut musculum. Quinetiam aliquando plura fragmenta à fragmento fiunt. Sed in alijs quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit. Maxillæ uerò semper aliqua parte etiam uexata, ossa inter se cohærent. Igitur in primis digitis duobus utrinque prementibus, & ab ore, & ab cute omnino ossa in suam sedem compellenda sunt. Deinde si transuersa maxilla fracta est, sub quo casu ferè dens super proximum dentem excedit. Ubi ea in suam sedem collocata est, duo proximi dentes: aut si hi labant, ulteriores inter se seta deligandi sunt. Id in alio genere fracturæ superuacuum est. Cætera eadem facienda sunt. Nam linteolum duplex madens uino & oleo superinijciendum, cum eadem simila, & eadem thuris fuligine est. Deinde aut fascia, aut mollis habena media in longitudinem incisa, ut utrinque mentum complectatur, & inde capita eius supra caput adducta ibi deligantur. Illud quoque ad omnia ossa pertinens dictum erit, famem primùm esse necessariam: deinde à die tertio humidum cibum, sublata inflammatione paulo pleniorem, cumq; qui carnem alat: per omne tempus uinum esse alienum. Deinde tertio die resolui debere: foueri'que per spongiam uapore aquæ calidæ, eadem'que quæ primò fuerunt superdari. Idem die quinto fieri, & donec inflammatio finiatur, quæ uel octauo die, uel septimo ferè resoluitur. Ea sublata, rursus ossa esse tractanda, ut si quod fragmentum loco suo non est, reponat. Neq; id esse soluendū, nisi duæ partes eius temporis, intra quod quæq; ossa conferunt, transierint. Ferè uerò intra quartum decimum & unum et uigesimum diem sanescunt, maxilla, malę, iugulum, pectus, latus, os scapularū, costę, spina coxarū, os tali, calx, manus, planta. Inter uigesimum & trigesimum diem crura, brachiaq;: inter septimū et uigesimum

A uigesimum & quadragesimum, humeri & femina. Sed in maxilla illud quoque adijciendum est, quòd humidus cibus diu assumendus est. Atque etiam cum tempus processit, in lagano similibusque alijs perseuerandum, donec ex toto maxillā callus firmarit. Item utique primis diebus habendum silentium.

Omne igitur os, modò rectum.) Transuersim ruptum συκυηδὸν, ῥαφανηδὸν, aut καυληδὸν, à cucumere, raphano, aut caule dicitur. Vbi à parte pars ablata est, ἀπόθραυσις, ἢ ἀποκοπὴ nominatur. Si per longitudinē finditur, nec in totum tamen os extenditur, σχιδακηδὸν ac linealis appellatur. Dum lunæ speciem præ se fert, cornicularis, & καλαμηδὸν uocatur. Minutim confractum, καρυηδὸν nominata est. Auicēnæ sanchia dicitur, & ἀλφιτηδὸν. Quum os ab osse diffringitur, ἐξαρθρήματα, siue ἐξαρθρώσεις, & ἐκπτώματα, siue ἐκπτώσεις appellantur.

De iuguli fracti curatione. Cap. VIII.

IVgulum uerò si transuersum fractum est, nonnunquam per se rursus rectè coit: & nisi mouetur, sanari sine iunctura potest. Nonnunquā uerò, maximeque ubi motum est, elabitur: ferèque id
B quod à pectore, sub id quod ab humero est, in posteriorem partem inclinatur. Cuius ea ratio est, quòd per se non mouetur, sed cum humeri motu consentit. Itaque eo subsistente, sub id humerus agitatur. Raro uerò admodū in priorē partem iugulū inclinatur, adeò ut magni professores nunque se uidisse, memorię mādarint. Sed locuples tamen eius rei author Hippocrates est. Verùm ut dissimilis uterque casus est, sic quædā dissimilia requirit. Vbi ad scapulas iugulum tendit, simul extra manu planè propellendus in posteriorem partem humerus est, & illud in priorem attrahendum. Vbi ad pectus conuersum est, ipsum quidem retrò dandum, humerus autem in priorem partem adducendus est. Ac si is inferior est, non id quod à pectore est, deprimendum est, quia immobile est, sed humerus ipse attollendus. Si casu superior est, id quod à pectore est, implendum lana, & humerus ad pectus deligandus est. Si acuta fragmenta sunt, incidi contrà cutis debet: ex ossibus ea quæ carnem uulnerant, precidenda sunt: tunc retusa ossa committenda sunt. Si quod ab aliqua parte e-
C minet, opponendum ei triplex linteolum est, & uino & oleo tinctum. Si plura fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodem'que intus in cerato, ne fascia diducatur: quæ iugulo composito circundanda est sæpius potius, quàm ualentius. Quod ipsum quoque in omnibus ossibus fractis perpetuum est. A' dextro uero iugulo, si id fractum est, ad alam sinistram, à sinistro ad dexteram. Rursusque sub ala sua fasciari debet. Post hæc si iugulum ad scapulas inclinatum est, brachium ad latus: si in partem priorem, ad ceruicem deligandū est. Supinusque homo collocādus: cæteraque eadē facienda, quę suprà

comprehensa sunt. Sunt uerò plura ossa ferè immobilia, uel dura, uel carthilaginosa, quæ uel franguntur, uel forantur, uel colliduntur, uel finduntur: ut malæ, pectus, latus, os scapularum, costæ, spina costarum, os tali, calx, manus, planta. Horum omnium eadem curatio est. Si supra uulnus est, id suis medicamentis nutriendum est. Quo sanescente, rimas quoq; ossis, aut si quod ferrumẽ est, callus implet. Si cutis integra est, & os læsum esse ex dolore colligimus, nihil aliud quàm quiescendum, imponendum'que ceratum est, & leniter deligandum, donec sanitate ossis dolor finiatur. A

De costarum fractarum curatione. Cap. IX.

PRopriè tamẽ quædam de costa dicẽda sunt, quia iuxta uiscera est, grauioribusq; periculis is locus expositus est. Hæc quoq; igitur interdum sic finditur, ut ne summum quidem os, sed interior pars eius, quæ rara est, lædatur: interdum sic, ut eam totam is casus perruperit. Si tota fracta non est, nec sanguis expuitur, nec febricula sequitur, nec quicquam suppurat, nisi admodum rarò, nec dolor magnus est, tactu tamen is locus leniter indolescit, abunde est eadem quæ suprà scripta sunt, facere, & à media fascia incipere deligare, ne in alterutram partem hæc cutem inclinet. B
Ab uno uerò & uigesimo die, quo utique os esse debet glutinatum, id agendum. Cibis uberioribus est utendum, ut corpus quàm plenissimum fiat, quo melius os uestiat, quod illo loco tenerum adhuc iniuriæ sub tenui cute expositum est. Per omne autem tempus curationis uitandus clamor, sermo quoque, tumultus, ira, motus uehementior corporis, fumus, puluis, & quicquid uel tussim uel sternutamentum mouet: ne spiritum quidem magnopere continere expedit. At si tota costa perfracta est, casus asperior est. Nam & graues inflammationes, & febris, & suppuratio, & sæpe uitæ periculum sequitur, & sanguis spuitur. Ergo si uires patiuntur, ab eo brachio quod super eam costã est, sanguis mittendus est. Si non patiuntur, aluus tamen sine ullo acri ducenda est, diutiusq; inedia pugnandum. Panis uerò ante septimum diem non assumendus, sed una sorbitione uiuendum: C
imponendumq; ei loco ceratum ex lino factum, cui cocta quoq; resina adiecta sit, aut Polyarchi malagma, aut panaces ex uino & rosa & oleo, super' que imponenda lana succida mollis, & duæ fasciæ à medijs orsæ, minimeq; astrictæ. Multo uerò magis omnia uitãda, quæ suprà posui, adeò, ut ne spiritus quidẽ sæpius mouẽdus sit. Quod si tussis infestabit, ad id potio sumẽda erit, uel ex trixagine, uel ex ruta, uel ex herba stœchade, uel ex cumino & pipere. Grauiorib. uerò dolorib. urgẽtib. cataplasma imponi quoq; conueniet uel ex lolio, uel ex hordeo, cui pinguis fici tertia pars sit adiecta. Et id quidẽ interdiu superiacebit. Noctu uerò idẽ aut ceratum,

A ceratum, aut malagma, aut panni, quia potest cataplasma decidere. Ergo quotidie quoque resoluetur, donec iam cerato aut malagmate possimus esse contenti: & decem quidem diebus extenuabitur fame corpus, ab undecimo uero ali incipiet. Ideo que etiam laxior quàm primo fascia circumligabitur, fere que ea curatio ad quadragesimum diem perueniet, quæ si modus erit suppurationis, plus malagma quàm ceratum ad digerẽdum proficiet. Si suppuratio uicerit, neque per quæ supra scripta sunt discuti potuerit: omnis mora uitanda erit, ne os infra uitietur: sed qua parte maximè tumebit, demittendum erit candẽs ferramentũ, donec ad pus perueniat, idque effundendum. Si nusquam caput se ostendit, ubi maximè pus subit, sic intelligimus: creta cimolia totum locum illinimus, & siccari patiemur. Quo loco maximè humor in ea perseuerauit, ibi pus proximum erit, eaque uri debebit. Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandum, demittendum erit linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod summum lino sit deuinctum, ut facilè educatur.
B Reliqua eadem, quæ in cæteris adustis facienda sunt. Vbi purum erit hulcus, ali corpus debebit, ne tabes perniciosa futura id malum subsequatur. Nonnunquam etiam leuius ipso osse adfecto, & inter initia neglecto, non pus, sed humor quidam muccis similis, intus coit, mollescit que contra cutis, in qua simili ustione utendum est.

De spinæ curatione.

In spina quoque est quod propriè notemus. Nam si id quod ex uertebra excidit, aliquo modo fractum est, locus quidem concauus fit, punctiones autem in eo sentiuntur: quia necesse est ea fragmenta spinosa esse. Quo fit, ut homo in interiorem partem subinde nitatur. Hæc noscendæ rei causa sunt. Medicamentis uero ijsdem opus est, quæ plurima parte huius capitis exposita sunt.

De humerorum, brachiorum, femorum, crurum, digitorum fractorum uel euulsorum, communibus curationibus. Cap. X.

SImiles rursus ex magna parte casus curationesque sunt humeris & femoribus. Communia etiam quædam humeris, bra-
C chijs, femoribus, cruribus, digitis. Siquidem ea minimè periculosè media franguntur. Quo propior fractura capiti uel superiori uel inferiori est, eo peior est. Nam & maiores dolores adfert, & difficilius curatur. Ea maximè tolerabilis est, simplex, transuersa: peior, ubi fragmenta, atque ubi obliqua: pessimum, ubi eadem acuta. Nonnunquam autem fracta in his ossa, in suis sedibus remanent: multo sæpius excidunt, aliud que super aliud effertur. Id que ante omnia considerari debet, & sunt notæ certæ. Si suis sedibus mota, resima, punctionis que sensum repræsentant, tactu inæqualia sunt. Si uerò non aduersa, sed obliqua iunguntur

(quod

(quod fit, ubi loco suo non sunt) membrum id altero latere breuius est, & musculi eius tument. Ergo si hoc depressum est, protinus id membrum oportet extendere. Nam nerui, musculiq; intenti per ossa contrahuntur, neque in suum locum ueniunt: nisi illos per uim aliquis intendit. Rursus, si primis diebus id omissum est, inflammatio oritur. Sub qua & difficile & periculose uis neruis adhibetur. Nam distentio neruorum, uel cancer sequitur: uel certum, ut diutissimè alatur pus. Itaq; si antè reposita ossa non sunt, postea reponenda sunt. Intendere autem digitũ, uel aliud quoq; membrum, si adhuc tenerum est, etiam unus homo potest, cum alteram partem dextra, alteram sinistra prendit. Valentius membrum duobus eget, qui in diuersa contendant. Si firmiores nerui sunt, ut in uiris robustis, maximé que eorum fœminibus & cruribus euenit, habenis quoq; uel linteis fascijs utrinq; capita articulorum deliganda, & per plures in diuersa ducenda sunt. Vbi paulo longius quàm naturaliter esse debet, membrum uis fecit, tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt: indiciumq; ossis repositi est, dolor sublatus. Et membrũ alteri parti æquatũ inuoluendum duplicibus triplicibus' ue pannis, & in uino & oleo tinctis, quos linteos esse cõmodius est. Ferè uerò fascijs sex opus est. Prima breuissima adhibenda, quæ circa fracturam ter uoluta sursum uersum feratur, & quasi in cochlea serpat, satisq; est eam ter hoc quoque modo circuire. Altera dimidio longiore, eá que qua parte os eminet, ab ea si totum æquale est, undelibet super fracturam debet incipere priori aduersa, deorsumq; tendere, atque iterum de fractura reuersa in superiore ultra priorem fasciam desinere. Super has inijciẽdum latiore linteo ceratũ est, quod eas contineat: ac si qua parte os eminet, triplex ea pannus obijciendus, eodem uino & oleo madens. Hæc tertia fascia comprehendenda sunt, quartaq;, sic ut semper insequens priori aduersa sit, & tertia tantum in inferiore parte, tres in superiore finiant: quia satius est sæpius circuire quàm adstringi. Siquidẽ id quod adstrictũ est, alienatur, & cancro opportunum est: articulum autem quàm minimè uincire opus est. Sed si iuxta hunc os fractum est, necesse est. Deligatum uerò membrum in diem tertium continendũ est. Eaq; iunctura talis esse debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa uisa sit: secundo laxior, tertiò iam penè resoluta. Ergo tum rursum id membrum deligandum, adijciendaq; prioribus quinta fascia est, iterum'que quinto resoluendum est, & sexto fascijs inuoluendum, sic ut tertia & quinta infra, cæteræ supra finiantur. Quotiescunq; autem soluitur membrum, calida aqua fouẽdum est. Sed si iuxta articulum fractura est, diu instillandum uinum est, exigua parte olei adiecta: eadem' que omnia facienda, donec ab eo inflammatio soluatur, uel leuius quoque quàm ex consuetudine

A ſuetudine id membrum fiat. Quòd ſi ſeptimus dies non dedit, certè nonus exhibet. Tum facillimè oſſa tractantur. Rurſus ergo ſi parum commiſſa ſunt, committi debent. Si qua fragmenta eminent, in ſuas ſedes reponenda ſunt. Deinde eodem modo membrũ deligandum, ferulæq; ſuper accommodandæ ſunt, quæ fiſſæ circumpoſitæq; oſſa in ſua ſede cõtineant: & in quam partem fractura inclinat, ab ea latior, ualentiorq; ferula imponenda eſt. Easq; omnes citra articulũ eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant: nec ultrà aſtringi, quàm ut oſſa contineant: & cum ſpacio laxentur, tertio quoq; die paulùm habenis ſuis coartari: ac ſi nulla prurigo, nullus dolor eſt, ſic manere, donec duæ partes eius temporis quod os quoq; cõ ferruet, compleantur: poſtea leuius aqua calida fouere, quia primò digeri materiam opus eſt, tum euocari. Ergo cerato quoq; liquido id leniter eſt ungendum, perfricandáq; ſumma cutis eſt, laxiusq; id deligandum eſt. Tertio quoq; die ſoluendum ſic, ut remota calida aqua cætera eadem fiant. Tantummodo ſingulę faſciæ, quoties reſolutæ fuerint, ſubtrahantur.

B *Similes rurſus ex magna parte caſus, curationesq; ſunt.*) Celſus ubiq; cum femoribus humeros comparat, coxasq; cum ſcapularum & oſsibus & eorũ arthrodia. Vt facilè perſpicere liceat, quæ partes humeri Latinè dicantur, quãtoq; abuſu à genuina ſignificatione ea uox uulgò deflexerit.

Nam diſtentio neruorum, uel cancer ſequitur.) Obſerua, quemadmodum cancri uocabulo hoc loco, & alibi quoq; utatur.

Ferè uerò faſcijs ſex opus eſt.) Hippocrates duabus contentus eſt. Nec placent tam numeroſa faſciarum inuolucra Ioanni Tagaultio, libro quarto Rerum chirurgicarum.

Siquidem id quod aſtrictum eſt, alienatur, & cancro opportunum eſt.) Pro ſphacelo, quem uulgus eſthiomenon appellat, cancri uoce abutitur.

De fracti humeri curatione.

Hæc communia ſunt: illa propria. Siquidem humerus fractus, non ſic, ut membrum aliud intenditur. Sed homo collocatur alto ſedili, medicus autem humiliore aduerſus. Vna faſcia brachiũ amplexa ex ceruice ipſius qui læſus eſt, id ſuſtineat. Altera ab altera

C parte ſuper caput data, ibi accipit nodum. Tertia iuncto imo humero deorſum demittitur, ibi quoq; capitibus eius inter ſe iũctis. Deinde ab occipitio ipſius, miniſter ſub ea faſcia, quam ſecundo loco poſui, correpto: ſi dexter humerus ducendus eſt, dextro: ſi ſiniſter, ſiniſtro brachio, demiſſum inter femina eius qui curatur baculum tenet, medicus ſuper eam faſciã, de qua tertio loco dixi, palmam inijcit dextram: ſi ſiniſter, ſiniſtram: ſi dexter humerus ſumatur, ſimulq; alteram faſciam miniſter attollit, alteram premit medicus: quo fit, ut leniter humerus extẽdatur. Faſcijs uerò, ſi medium aut imum os fractum eſt, breuioribus opus eſt: ſi ſummum, longioribus, ut ab eo ſub altera quoq; ala per pectus & ſcapulas porrigantur. Protinus uerò brachium cum deligatur, ſic inclinandum

 eſt id

est id quod afficit, ut antè fascias quoque sic figurandum sit: ne postea suspensum aliter, aliter cum deligabatur, humerum inclinet. A Brachio'que suspenso ipse quoque humerus ad latus leniter deligandus est. Per quæ fit, ut minimè moueatur: ideoq; ossa sic se habent, ut aliquis composuit. Cùm ad ferulas uentum est, extrinsecus esse earum longissimęque debent, à lacerto breuiores, sed sub ala breuissimæ. Sæpius eæ resoluendæ sunt, ubi in uicinia cubiti humerus fractus est, ne ibi nerui rigescant, & inutile brachium efficiant. Quoties solutæ sunt, fractura manu continenda, cubitus aqua calida fouendus, & molli cerato perfricandus, ferulæq; uel omnino nõ imponendæ contra eminentia cubiti, uel aliquanto breuiores sunt.

De brachij fracti curatione.

At si brachium fractum est, in primis considerandum est, alterũ os, an utrunq; comminutum sit, non quòd alia in eiusmodi casu curatio admouenda, sed primùm, ut ualentius extendatur, si utrunq; os fractum est: quia necesse est minus neruos contrahi altero osse integro, eosq; intendente. Deinde, ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam ubi alterum integrum est, plus opis in eo quàm in fascijs, ferulisq; est. Deligari autem brachium debet paulùm pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maximè brachij naturalis habitus sit, idq; inuolutum mitella commodissimè excipitur, quæ latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo injicitur, atque ita commodè brachium ex ceruice suspensum est. Id'que paulùm suprà cubiti alterius regionem pendere oportet. Quòd si ex summo cubito id factum sit, glutinare id uinciendo alienum est. Fit enim brachium immobile, ac si nihil aliud quàm dolori occursum est, idem qui fuit eius usus est. B

De crurum, femorumq; fractorum curatione.

In crure æquè ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune uerò ei, femori'que est, quod ubi deligatum est, in canalem conijciendum est. Is canalis ab inferiori parte foramina habet, per quæ si quis humor excesserit, descendat: & à planta moram, quæ simul & sustineat eam, & delabi non patiatur: & à lateribus caua, per quæ loris datis mora quidem crus femur'que, ut collocatum est, detineat. Esse etiam is debet à planta, si crus fractũ est, circa poplitem: si femur, usque ad coxam: si iuxta superius caput femoris, sic ut ipsa quoque ei coxa sit. Neque tamen ignorari oportet, si femur fractum est, fieri breuius, quia nunquam in antiquum statum reuertitur, summis'que digitis postea cruris eius insisti: sed multa tamen femori debilitas est, ubi fortunæ negligentia quoque accessit. C

Si femur fractum est, fieri breuius, quia nunquam in.) Id perpetuò non esse uerum, Hippocratis authoritate, lib. 4. ostendit Tagaultius.

D igitu

De fracti digiti curatione.

A Digitū satis est ad unū furculum post inflāmationem deligari.

Communes curationes ad humeros, brachia, crura, femina, digitosq; confractos, pertinentes.

His propriè ad singula membra pertinentibus, rursus illa com
munia sunt: primis diebus fames, deinde tum, cum iam increscere
callum oportet, liberalius alimentū, longa à uino abstinentia: fo-
mentum aquæ calidæ dum inflammatio est, liberale, cum ea desit,
modicū. Tum etiam longior ulterioribus è liquido cerato mem-
bris, & mollis tamen unctio. Neq; protinus exercendū id mem-
brum, sed ad antiquos usus reducendum est. Grauius aliquanto
est, cum ossis fracturæ carnis quoq; uulnus accessit, maximéq; si
id musculi femoris aut humeri senserūt. Nam & inflammationes
B multo grauiores & promptiores cancros habent. Ac femur qui-
dem, si ossa inter se cesserunt, ferè præcidi necesse est. Humerus ue
rò quoque in periculum uenit, si facilius conseruatur. Quibus pe-
riculis etiam magis id expositū, quod iuxta ipsos articulos ictum
est. Curiosius igitur agendum est, & musculus quidem per medi-
am plagam transuersus præcidendus. Sanguis uerò, si parum flu-
xit, mittendus: corpus inedia extenuandum, ac reliqua quidem
membra lentius intendenda, & lenius in his ossa in suam sedem re
ponēda sunt. His uerò neq; intendi neruos, neq; ossa tractari, satis
expedit. Ipsiq; homini permittendū est, ut sic ea collocata habeat,
quemadmodū minimè lædunt. Omnibus aūt his uulnerib. impo-
nendū primò linamentū est uino madens, cui rosæ paulùm admo
dum adiectū sit: cætera eadē deliganda fascijs sunt aliquāto q̄ uul-
nus latioribus, laxius scilicet q̄ si ea plaga nō esset: quāto facilius &
alienari & occupari cancro uulnus potest, numeris potius fascia-
rum id agendum est, ut laxæ quoque æquè contineant. Quod in
femore humeróq; sic fiet, si ossa fortè rectè concurrerint: sin aliter
C se habebunt, eatenus circumdari fascia debebit, ut impositum me-
dicamentum contineat. Cætera eadem quę suprà scripsi, facienda
sunt: præterquàm quòd neque ferulis, neq; canalibus, inter quæ
uulnus sanescere non potest, sed pluribus tantummodo & latiori
bus fascijs opus est: ingerendumq; subindè in eas est calidum ole-
um & uinum, magisq; in principio fame utendum, uulnus calida
aqua fouendum: frigusq; omni ratione uitandum est, & transeun
dum ad medicamenta, quæ puri mouendo sunt, maior'que uul-
neri quàm ossi cura agenda. Ergo quotidie soluendum nutrien-
dumq; est. Inter quæ si quod paruulum fragmentū ossis eminet,
id si retusum est, in suam sedem dandum: si acutum, antè acumen
eius longius est præcidendum: si breuius, limandum, & utrinq;
scalpro limandum, tum ipsum recondendum est: ac si id manus fa-
cere non potest, uulsella (quali fabri utuntur) iniicienda est, rectè

se habenti capite ab ea parte qua sima est, ut ea parte qua gibba A
est, eminens os in suā sedem cōpellat. Si id maius est, membranulis cinguntur, sinere oportet ea sub medicamentis resolui, idq́ꝫ os, ubi iam nudatū est, abscindere: quod maturius scilicet faciendum est, prodestq́ꝫ ea ratione & os coire, & uulnus sanescere: illud suo tempore, hoc prout se habet. Nonnunquam etiam in magno uulnere euenit, ut fragmenta quædam uelut emoriantur, neq; cum cæteris coeant. Quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur. Quo magis necessarium est, sæpius ulcus resoluere atq; nutrire. Sequitur uerò, ut id os per se post aliquot dies excidat, cum tam misera antea conditio uulneris sit, tamen id interdum maius diutiusq́ꝫ facies. Sæpè enim integra cutis osse abrumpitur, protinusq́ꝫ prurigo & dolor oritur. Quæ soluere (si accidit) maturius oportet, & fouere aqua per æstatem frigida, per hyemem egelida: deinde ceratum myrteum imponere. Interdum fractura quibusdam uelut aculeis carnem uexat: quo à purigine & punctionibus cognito, aperire id melius, eosq́ꝫ aculeos præcidere necesse habet. Reliqua uerò curatio in utroque hoc casu eadem est, B
quæ, ubi ictus protinus intulit puro iam ulcere. Cibis hic quoque utendum est carnem producentibus, si breuius adhuc membrum est, & ossa loco suo nō sunt, paxillus tenuis q̄ leuissimi generis inter ea demitti debet, sic ut capite paulùm supra ulcus emineat, isq́ꝫ quotidie plenior adigendus est, donec par id membrū alteri fiat. Tum paxillus remouendus, uulnus sanandum est: cicatrix inducta fouenda frigida aqua est, in qua myrtus, hedera, aliæ' ue similes uerbenæ sint: illinendumq́ꝫ medicamentum quod siccet: & magis etiam hic quiescendum, donec id membrum confirmetur. Si quando uerò ossa non conferbuerunt, quæ sæpè soluta, sæpe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Si uetustas occupauit, membrum extendendum est, ut aliquid lædatur. Ossa inter se manu diuidenda, ut concurrendo exasperentur, ut si quid pingue est, eradatur, totumq́ꝫ id quasi recens fiat. Magna C
tamen cura habita, ne nerui musculi' ue lædantur. Tum uino fouendum est, in quo malicorium decoctum sit, imponendumq́ꝫ idipsum oui albo mistum. Tertio die resoluendum, fouendumq́ꝫ aqua, in qua uerbenæ, de quibus suprà dixi, decoctæ sint. Quinto die idem faciendum, ferulæq́ꝫ circundandæ. Cætera & antè & pòst eadem facienda, quæ suprà scripsi. Solent tamen interdum diuersa inter se ossa cohærere. Eóque & breuius membrum, & indecorum fit, & si capite acutiora sunt, assiduè punctiones sentiuntur. Ob quam causam frangi rursus ossa, & dirigi debent. id hoc modò fit: Calida aqua multa membrum id fouetur, & ex cerato liquido perfricatur, intenditur' que: & inter hæc medicus pertractans ossa, ut adhuc tenero callo manibus ea diducit, compellit' que id quod eminet in suam sedem: & si parum ualuit, ab

A ea parte, in qua os se inclinat, inuolutam lana regulam obijcit. Atque ita deligando assuescere iterum uetustæ sedi cogit. Nonnunquam autem rectè quidem ossa cœperunt, superincreuit uerò nimius callus, ideóque locus intumuit. Quod ubi incidit, diu leniterq; id membrum perfricandum est ex oleo & sale & nitro, multumq; aqua calida salsa fouendum, & imponendum malagma quod digerat, astrictiusq; alligandũ, oleribusq; & præterea uomitu utendũ. Per quæ cum carne callus quoq; extenuatur, confertq; aliquid de sinapi, quod cum ficu in alterũ pariter membrũ impositũ, donec id paulùm erodat, eoq; euocet materiã. Vbi his tumor extenuatus est, rursus ad ordinem uitæ reuertendum est.

Primis diebus fames.) Accuratum atq; exquisitum, tenuemq; uictum intelligere oportet.

Longa à uino abstinentia.) Carne & uino usq; ad decem dies abstinendũ, parceq; uictitandũ, iubet Hippocrates. Post quod tempus alij crassam & astringentem uictus rationem intrepidè permittunt. Hippocrates lib. de Fracturis, paulatim reficiendos docet.

Cætera eadem quæ suprà scripsi facienda sunt.) Vide hac de re Tagaultiũ, Rerum chirurgicarum libro quarto.

B *Ingerendumq; subinde in eas est calidum oleum & uinum.*) Hippocratis librũ de Fracturis huc accommodare, plurimum adiumenti attulerit.

Magisq; in principio fame utendo.) Tagaultius Hippocratem secutus, exquisitius uiuendi genus, sicut paulò superius, ita hoc etiam loco, tantum requirit.

De luxatis ossibus. Cap. XI.

AC de fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Mouentur autem ea sedibus suis, duobus modis. Nam modò quæ iuncta sunt inter se dehiscunt, ut cum latum scapularum os ab humero recedit, & in brachio radius à cubito, & in crure tibia à sura: interdũ à salto, calcis os à talo, quod rarò tamen fit. Modò articuli suis sedibus excidunt. Antè de prioribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus cauus est, depressus'que digitus sinum inuenit. Deinde grauis inflammatio oritur, atq; in talis præcipua. Siquidem febres quoque, & cancros, & neruorum uel distentiones uel rigores, qui caput scapulis annectunt, mouere con
C sueuit. Quorum uitandorum causa facienda eadem sunt, quæ in ossibus mollibus læsis: ubi aliquid incidit, protinus his locis proposita sunt, ut dolor tumor'que per ea tollantur. Nam diducta ossa nunquam rursus inter se iunguntur, & ut aliquid decoris eo loco fit, nihil usus admittitur. Maxilla uerò, & uertebra, omnes'que articuli cum ualidis neruis comprehendantur, excidunt: aut ui expulsi, aut aliquo casu neruis, uel ruptis, uel infirmatis: facilius'que in pueris & adolescentulis, quàm in robustioribus: hi'que elabuntur in priorem & in exteriorem partem, quidam omnibus modis, quidam certis. Suntq; quædam cõmunia omnium signa, quædam propria sunt cuiusque. Siquidem semper ea parte tumor est, in qua os prorumpit: ea sinus, à qua recessit. Et hæc quidem in omnibus deprehenduntur: alia uerò, si in singulis.

Quæ ſimulatq; de quoq; dicam, proponenda erunt: ſed ut excidere omnes articuli non poſſunt, ſic non omnes reponuntur. Caput A
enim nonnunquam cōpellitur, neq; in ſpina uertebra, neq; ea maxilla quæ utraque parte prolapſa antequã reponeretur, inflammationem mouit. Rurſum qui neruorũ uitio prolapſi ſunt, compulſi quoque in ſuas ſedes iterum excidunt. At quibus in pueritia exciderunt, neq; repoſita ſunt, minus quàm cæteri creſcũt. Omniũq;, quæ loco ſuo nō ſunt, caro ea increſcit, magiſq; in proximo membro, quàm in ulteriore. Vtputa ſi humerus loco ſuo non eſt, maior in eo ipſo fit, quàm in brachio: maior in hoc, quàm in manus acie. Tum pro ſedibus & pro caſibus qui inciderũt, aut maior, aut minor uſus eius membri relinquit: quoq; in eo plus uſus ſupereſt, eo minus id extenuatur. Quicquid aũt loco ſuo motũ eſt, ante inflammationẽ reponendum eſt: ſi illa occupauit, tũ conquieſcat: laceſſendum nō eſt, ubi finita eſt: tantũ eſt in his membris, quę id patiuntur. Multum aũt eo cōfert & corporis & neruorum habitus. B
Nam ſi corpus tenue, ſi humidũ eſt, ſi nerui infirmi, expeditius os reponitũ: ſed & primò facilius excidit, & poſtea minus fideliter cōtinetur. Quæ contraria his ſunt, melius continent: ſed id quod expulſum eſt, difficulter admittunt. Oportet autem ipſam inflammationem leuare, ſuper ſuccida lana ex aceto impoſita. A' cibo, ſi ualentioris articuli caſus eſt, triduò: interdum etiam quinque diebus abſtinere debet. Bibere aquam calidam, dum ſitim finiat. Curioſiusq; hæc facere his oſsibus motis, quæ ualidis pleniſq; muſculis continentur: ſi uero etiam febris acceſsit, multo magis: deinde ex die quinto fouere aqua calida, remotaq; lana ceratum imponere ex cyprino factũ, nitro quoq; adiecto, donec omnis inflammatio finiatur. Tunc infrictionem ei membro adhibere, cibis uti bonis, uti uino modicè, iamq; ad uſus quoque ſuos id membrũ promouere: quia motus ut in dolore peſtifer, ſic alias ſaluberrimus corpori eſt. Hæc cōmunia ſunt: nunc de ſingulis dicam.

Si illa occupauit, tum conquieſcat.) Tagaultius, libro quinto, Dum, legendum eſſe arbitratur. C

De maxillæ luxatæ curatione. Cap. XII.

MAxilla in priorem partem propellitur, ſed modò altera parte, modò utraq;. Si altera, in contrariam partem ipſa, mentumq; inclinatur, dentes paribus non reſpondent, ſed ſub his qui ſecant canini ſunt. At ſi utraque totum mentũ in exteriorem partem promouetur, inferioreſq; dentes longius quàm ſuperiores excedunt, intentiq; ſuper muſculi apparent. Primo quoq; tempore homo in ſedili collocandus eſt, ſic ut miniſter à poſteriore parte caput eius contineat: uel ſic, ut iuxta parietem is ſedeat, ſubiecto inter parietem & caput eius ſcorteo puluino duro: eoq; caput per miniſtrum urgeatur, quo ſit immobilius. Tum medici digiti pollices

A licet linteolis uel fascijs, ne dilabantur, inuoluti, in os eius cōijcien di: cæteri extrinsecus admouēdi sunt. Vbi uehementer maxilla ap prehensa est, si una parte procidit, concutiendum mentum, & ad guttur adducendum est. Tunc simul & caput apprehendendum, & excitato mento maxilla in suā sedem compellenda, & os eius cō primendum est, sic ut omnia penè uno momento fiāt. Si in utraq; parte prolapsa est, eadē omnia facienda, sed æqualiter retrò maxil la agenda est. Reposito osse, si cum dolore oculorum & ceruicis i ste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus uerò quorum ossa mota sunt, primò liquidior cibus conueniat, tū his præcipuè, adeò ut sermo quoque frequenti motu oris per ner uos lædat.

De capite luxato. Cap. XIII.

CAput duobus processibus in duos sinus summæ uertebræ dē missis, super ceruicem contineri in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit, ut B neruus sub occipitio extendatur, mentum pectori adglutinetur: neq; bibere is, neq; loqui possit, interdum sine uoluntate semen emittat. quibus celerrimè mors superuenit. Ponendum autem hoc esse credidi, non quò curatio eius rei ulla sit, sed ut res indicijs cognosceretur, & non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent.

De spina luxata. Cap. XIIII.

IDem casus manet eos, quorum in spina uertebræ exciderunt. id enim non potest fieri, nisi ex medulla, quæ per medium, & dua bus membranulis, quæ per duos à lateribus processus ferūtur, & neruis, qui continent, ruptis. excidunt autē & in posteriorem par tem, & in priorem, & supra septum transuersum, & infrà. Si in u tranq; partem exciderint, à posteriore parte uel tumor, uel sinus oritur. Si super septum id incidit, manus resoluuntur, uomitus aut distentio neruorum insequitur, spiritus difficulter mouetur, C dolor urget, & aures obtusæ sunt. Si sub septo, femina resoluun tur, urina supprimitur, interdum etiam sine uoluntate prorum pit. Ex eiusmodi casibus, ut tardius quàm ex capitis, sic tamen in tra triduum homo moritur. Nam quod Hippocrates dixit, uerte bra in exteriorem partem prolapsa, pronum hominem collocan dū esse, & extendendū, tum calce aliquē super ipsum debere cōsi stere, id intus impellere: in his accipiendū est, quæ paulùm excesse rūt, non in his quæ toto loco mutatæ sunt. Nonnunquā enim ner uorū imbecillitas efficit, ut quāuis nō exciderit uertebra, paulū ta mē in priorē partē promineat. Id nō iugulat, sed ab interiore par te nō contingit quidē posse: ab exteriore si propulsum est, plerūq; iterū redit: nisi, quod admodum rarū est, uis neruis restituta est.

Si in utranq; partem exciderint.) Pro utramuis, aut utramlibet, id dictū est. Nam in utranq; ut excidat, fieri non potest: certè ut eadē in uertebra istud eueniat.

De humero luxato. Cap. XV.

HVmerus autem modò in alam excidit, modò in partem prio- A rem. Si in alam delapsus est, & uictus cubitus recedit ab latere, rursum iuxta eiusdem partis aurē cum humero porrigi nō potest, longiusq; altero id brachium est. Si in priorem partem, summum quidem brachium extenditur, minus tamen quàm naturaliter, difficiliusq; in priorem partem quàm in posteriorem cubitus porrigit. Igitur si in alā humerus excidit, & uel puerile adhuc est corpus, uel molle certè, & imbecillibus neruis intentū est, satis est collocare id in sedili, & ex duobus ministris alteri imperare, ut caput lati scapularum ossis leniter reducat, alteri ut brachium extendat: ipsum posteriore parte residentem humerum sub ala eius cogere, simulq; & latum os, & altera manu brachiū eius ad latus impellere. At si uastius corpus, nerui'ue robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habet, & longitudine ab ala ad digitos peruenit. in qua summa capitulū est rotundū & leniter cauū, ut recipere particulā aliquā ex capite humeri posit. In ea bina foramina trib. locis sunt inter se spa- B cio distantibus, inq; ea lora mollia conijciūtur. Eaq; spatha fascia inuoluta, quo minus tactu lędat, ad alam à brachio dirigitur, sicut caput eius summæ alæ subijciatur. Deinde loris suis ad brachium deligatur, uno loco paulùm infra humeri caput, altero paulùm supra cubitum, tertio supra manum. Cui rei protinus interualla tūc quoq; foraminum aptata sunt. Sic brachium deligatum super scalę gallinarię gradum traijcitur, ita altè, ut consistere homo ipse nō posit, simulq; in alteram partem corpus demittitur, in alterā brachium intenditur. Eo'que fit, ut capite ligni caput humeri impulsum in suam sedem, modò cum sono, modò sine hoc compellatur. multas esse alias rationes scire facile est, uno Hippocrate lecto: sed non alia magis usu cōprobata est. At si in priorem partē humerus excidit, supinus homo collocandus est, fasciaq; aut habena media ala circundanda est, capitaq; eius post caput hominis ministro tradenda, brachium alteri: præcipiendum'que, ut ille habenam, hic C brachium extendat. Deinde medicus caput quidem hominis sinistra debet repellere, dextra uerò cubitum cum humero attollere, & os in suam sedem compellere: facilius'que id in hoc casu, quàm in priore reuertitur. Reposito humero, lana alæ subijcienda est. Si in interiore parte os fuit, ut ei opponatur: si in priore parte, ut tamen commodius deligetur. Tum fascia primùm sub ala obuoluta caput eius debet comprehendere: deinde profectus ad alteram alam, ab ea'que ad scapulas, rursus'q; ad eiusdem humeri caput tendere. Sæpius'que ad eandem rationem circumagi, donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus, commodius continetur. Si adductus ad latus sit, ad id quoq; fascia deligatur.

De cubiti

De cubiti luxati curatione. Cap. XVI.

A IN cubito autem tria coire ossa, humeri, & radij, & cubiti ipsius, ex his quæ prima parte huius uoluminis posita sunt, intelligi potuit. Si cubitus, qui innexus humero est, ab hoc excidit, radius qui adiunctus est, interdũ trahitur, interdum subsistit. In omnes uero quatuor partes excidere cubitus potest: sed si in priorẽ prolapsus est, extentũ brachium est, neq; recuruatur. Si in posteriorem, brachium curuum est, neq; extenditur, breuiusq; altero est. Interdum febrem uomitumq; bilis mouet. Si in exteriorẽ interiorem'ue brachium porrectum est, sed paulùm in eam partem à qua os recessit recuruatum, quicquid incidit, reponendi ratio una est. Neq; in cubito tantũ est, sed in omnibus quoq; membris longis, quæ per articulum longa testa iunguntur. Vtrunq; membrũ in diuersas partes extendere, donec spacium inter ossa liberũ sit: tum id os quod excidit, ab ea parte in quam prolapsum est, in contrarium impellere. Extendendi tamen alia atq; alia genera sunt, prout nerui ualẽt,
B aut ossa huc illuc'ue sederũt. Ac modò manibus solis utendum est, modò quędam alia adhibenda. Ergo si in priorem partem cubitus prolapsus est, extẽdi per duas manus, interdum etiam habenis iniectis satis est. Deinde rotundũ aliquid à lacerti parte ponendum est, & super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in alijs casibus cõmodissimum est, eadem ratione brachium extendere, quæ fracto cubito suprà posita est, & tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est, quæ in omnibus. Celerius tantũ & sæpius id resoluendum est, multoq; magis aqua calida fouendum, diutius ex oleo & nitro ac sale perfricãdum. In cubito enim celerius, quàm in ullo alio articulo, siue extrà remãsit, siue intus reuertit, callus circumdatur, isq; si per quietẽ increuit, flexus illius postea prohibet.

De manu luxata. Cap. XVII.

MAnus quoque in omnes quatuor partes prolabitur. Si in posteriorem partẽ excidit, porrigi digiti non possunt: si in priorem, non inclinantur: si in alterutrum latus, manus in contrarium,
C id est, aut pollicem, aut ad minimum digitum conuertitur. Reponi non difficillimè potest. Super durum locum & renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachiũ debet, sic ut prona sit, si in posteriorem partem os excidit: supina, si in priorem: si in interiorem exteriorem'ue, in latus. Vbi satis nerui diducti sunt, si in alterutrum latus procidit manus, brachium in contrarium repellendum est. At his quæ in priorem posteriorem'ue partem prolapsa sunt, superimponendũ durũ aliquid, idq; supra prominẽs os manu urgendũ est, per quod uis adiecta facilius in suam sedem cõpellit.

De palma. Cap. XVIII.

IN palma quoque ossa interdum suis sedibus promouentur, modò in priorem partẽ, modò in posteriorẽ. In latus enim moueri

paribus ossibus oppositis nō possunt. Signum id solum est, quod A omnium commune est tumor ab ea, in quam os uenit: sinus ab ea, à qua recessit. Sed sine intentione digitorum, tantummodo bene pressum os in suam sedem reuertitur.

De digitis. Cap. XIX.

AT in digitis totidem ferè casus, eademq; signa sunt, quæ in manibus. Sed in his extendendis non æquè ui opus est, cum & articuli breuiores, & nerui minus ualidi sint. Super mensam tantummodo intendi debent, qui uel in priorem, uel in posteriorem partem exciderunt: tum iam palma compelli, atq; id quod in latus elapsum est, digitis restitui.

De femore. Cap. XX.

QVum de his dixerim, de his quoque quæ in cruribus sunt, uideri possum dixisse. Siquidem etiam in hoc casu quædam similitudo est femori & humero, & tibiæ & cubito, pedi & manui. Quædam tamen separatim quoque de his dicenda sunt. Femur in omnes quatuor partes promouetur, sæpissimè in interiorem, deinde in exteriorem, rarò admodum in priorem, aut posteriorem. B Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero & uastius est: extrà enim pes ultimus spectat. Si in exteriorem, breuius rarumq; fit, & intus inclinatur, calx ingressu terram non contingit, sed planta ima, melius'que id crus superius corpus, quàm in priore casu fert, minusq; baculo eget. Si in priorem crus extensum est, implicari'que non potest, alteri cruri ad calcem par est: sed ima planta minus in priorem partem inclinatur, dolor'que in hoc casu præcipuus est, & maximè urina supprimitur. Vbi cum dolore inflammatio quieuit, commodè ingrediuntur, totus'que eorum pes est. Sed & si in posteriorem extendi non potest crus, breuius'que est, ubi constitit, calx quoque terram non contingit. Magnum autem femori periculum est, ne uel difficulter reponatur, uel repositum rursus excidat. Quidam iterū semper excidere cōtendunt: sed Hippocrates, & Diocles, & Philotimus, & Nileus, & Heraclides C Tarentinus, clari admodū authores, ex toto se restituisse memoriæ prodiderūt. Neq; tot genera machinamentorū quoq; ad extēdendū in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, Faber quoq; quidam reperissent, si id frustra esset. Sed ut hæc falsa opinio est, sic illud uerū est. Cū ibi ualentissimi nerui, musculiq; sint, si suū robur habēt, uix admittere: si nō habent, postea nō cōtinere. Tentandū igit̄ est: & si tenerius mēbrum est, satis est habenā alterā ab inguine, alterā à genu intendi. Si ualidius, melius adducēt, qui easdē habenas ad ualida bacula deligarint: tumq; eorū fustiū imas partes oppositæ moræ obiecerint, superioresq; ad se utraq; manu traxerint. Etiamnū ualentius intenditur membrū super scamnū, cui ab utraq; parte axes sunt, ad quos

A habenæ illę deligantur, qui (ut in torcularibus) conuersi, rumpere quoqꝫ, si quis perseuerauerit, non solum extendere neruos & musculos possunt. Collocandus autem homo super id scamnũ est, aut pronus, aut supinus, aut in latus: sic ut semper ea pars superior sit: in quam os prolapsum est, ea etiam inferiori à qua recesit. Neruis extentis in priorem os uenit, rotundum aliquid super inguen ponendum, subito ꝙ super id, genu adducendum est eodem modo, eademqꝫ de caussa, qua idem in brachio fit, protinusqꝫ si complicari femur potest, intus est. In cæteris uerò casib. ubi ossa per uim paulùm inter se recesserunt, medicus debet id quod eminet, retrò cogere, minister contrà inde coxam propellere. Posito osse, nihil aliud noui curatio requirit, ꝙ ut diutius is in lecto detineatur, ne si motum adhuc neruis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

De genu. Cap. XXI.

GEnu quoqꝫ & in exteriorem, et in interiorẽ, & in posteriorem partem excidere notissimum est: in priorem non prolabi, pleriqꝫ scripserũt. Potestqꝫ id uero proximũ esse, cùm idem opposita B patella, ipsa quoqꝫ caput tibię contineat. Meges tamen eum cui in priorem partem excidisset, à se curatum esse memorię prodidit. In his casibus intendi nerui rationibus ijsdem quas in femore retuli, possunt. Et id quidem quod in posteriorem partem excidit, eodẽ modo, rotundo aliquo super poplitẽ imposito, adductoqꝫ eò crure, reconditur. Cætera uerò manibus simul, tum ossa in diuersas partes compelluntur.

De talo. Cap. XXII.

TAlus in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi huic contrarius talus, contrariũ etiã signum extat. Si in priorem partem erũpit, à posteriore latus neruus durus & insanus est, minusqꝫ is opus est: si in posteriorem, calx bene conditur, plaga maior fit. Reponitur aũt is quoqꝫ per manus, prius in diuersa pede et C crure diductis. Et in hoc quoqꝫ casu diutius in lectulo perseuerãdum est, ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis neruis ferendo oneri cedat, rursusqꝫ prorumpat. Calceamentis quoqꝫ humilioribus primo tempore utendum, ne iunctura talum ipsum lædat.

De planta. Cap. XXIII.

PLantæ ossa ijsdem modis quibus in manu, prodeunt, ijsdemqꝫ conduntur. Fascia tantummodo calcem quoque debet cõprehendere: ne cum mediam plantã, imumqꝫ eius uinciri necesse est, liber talus in medio relictus, materiam pleniorem recipiat, ideoqꝫ suppuret.

De digitis. Cap. XXIIII.

IN digitis nihil ultrà fieri debet, quàm quod in his qui sunt in manu, positum est. Potest tamẽ conditus articulus medius aut sum

mus canaliculo aliquo contineri. Hęc facienda sunt in his casibus, A
ubi sine uulnere ossa exciderũt. hic quoq; ingẽs periculũ est: & eo grauius, quo maius membrũ est, quó ue ualidioribus neruis aut musculis cõtinet. Id eoq; humeris, femoribusq; metus mortis est, ac si reposita ossa sunt, spes nulla est. Non repositis tamen, nõ nullũ periculũ est. Eoq; maior in utroq; timor est, quo propius uulnus articulo est. Hippocrates nihil tutò reponi posse, præter digitos & plãtas & manus dixit: atq; in his quoq; diligenter esse agendũ, ne pręcipitarent. Quidã brachia quoq; & crura reposuerũt. Et ne cãcri, distentionesq; neruorũ orirentur, sub quibus in eiusmodi casu fieret mors matura, sanguinẽ ex brachio miserunt. Verùm ne digitus quidẽ, in quo minimũ ut malũ, sic etiam periculũ est, reponi debet ante inflammationẽ, aut postea cum iam uetus res est. Si reposito quoq; osse nerui distenduntur, rursus id protinus expellendum est. Omne autẽ membrum, quod cũ uulnere loco motum, neq; repositum est, sic iacere conuenit, ut maximè cubantem iuuat, tantũ ne moueatur, ne'ue dependeat. In omniq; tali morbo B
magnum ex longa fame præsidium est. Deinde ex curatione eadem quæ proposita est, ubi ossibus fractis uulnus accesßit. Si nudum os eminet, impedimento semper futurum est. Id quod excedit, abscindendum est: imponẽdaq; super arida linamenta sunt, & medicamenta non pinguia, donec quæ sola esse in eiusmodi re sanitas potest, ueniat. Nam & debilitas sequitur, & tenuis cicatrix inducitur, quæ necesse est facile noxæ postea pateat.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBRI Octaui & ultimi Finis.

AD D. GVLIELMVM PANTINVM TILEtanum, oppidi Brugensis in Flandria medicum exercitatissimum, LEVINI COTMANNI Gandaui carmen.

TROIA Mæonio res est cantata poetæ,
Quamq; forent Graio bella cruenta duci.
Descripsit uarijs paßim regionibus actos
Aeneadas, Latio dum tonat ore Maro.
Lusit & ipse suos Naso testatus amores,
Qui misero subitæ causa fuere necis.
Multaq; sunt alijs alio conscripta tenore,
Quæ semel hic prudens subticuisse iuuat.
Nulla quòd inde meis succedat gratia cœptis,
Aut aliquid melius, quàm fuit antè, cadat.
Vnde sibi quisquis cupiat de fonte liquores
Aonio, sitiens hauriat ipse licet.
Atq; bibens pleno tandem se proluat ore,
Pegaseæ quum sit riuulus auctus aquæ.
Hic liber ast aliud, multoq; decentius affert,
Artis Apollineæ mystica sacra docens.
Qui scatet Ambrosia, ut reparet medicamine uires,
Nectaris expertes nec sinat esse sui.
Cuius amor, tanta rapiens dulcedine fructus,
Vt superis lapsum sedibus esse putes:
Ni sibi, qui aßiduo ueterum monumenta reuoluens,
Vendicet inscripti nominis autor, opus.
In quo quicquid erit (quamuis sint omnia prorsus)
Eximium, dabit hoc indicis ordo mei:
Quem uoluit simili studiorum fœdere iunctum
Me tibi, Phœbæus non renuisse chorus.
Quum uideam, medicæ censor nec inutilis artis
Eße, nimis docta hæc consociata manu:
Delphica quòd geminam tantum referentia formam
Vascula, quæ uarijs usibus apta forent:
Quodq; fuit Phœbi quondam cortina petenti
Responsum, sacro quod daret ore Deus.
Dum simul eloquio uirtus spectabilis, arti
Iuncta tuæ gemina commoditate beans.
Vnde fluat ualidæ species optata salutis
Ampla, quibus linguæ cura petita, lepos.
Πανθοίνῳ ut pulchrè dederit, Pantine, latino
Græcia, uel πάντῃ quod tibi nomen habes.
Quum penitus πάντῃ, πανθοίνην dixeris amplas
Fortè dapes, mensæ deliciasq; tuæ.
Quicquid es, hoc factis satis experientia monstrat,
Quamq; tibi magno surgat honore decus.
Nam licet angustæ ueniat sub imagine frontis,
Parturiens quod sic non sine fruge paris:
Hoc tamen est tripodum fatis meliora reportans,
Iudicij sensus si modò dignus adest.
Quare age, plura lubens fœlici sidere promas,
Nec iuuet in tetrico delituisse situ.

FINIS.

ERRATA, OPERARVM INCVRIA
commissa, sic emendabis.

Pag.54.uers.34. Primum & 44.tenuium 62.29.ægri 64.40.biliosis 76.penult.efficient 83.35.uidelicet 105.47.poculenta 108.22.ratione 127.19.insudare 145.34.leuitas inte stinorum 163.45.uitæq; 210.39.ambagibus 220.23.siue aqua 226.13.extuberantia 241.8.angustum 243.14.reuellendo 245.penult.profluuio 254.16.si biliosa 260.3.hunc locum & 20.ligamentis 267.28.arido & 29.congruere 268.20.arenulam 274.36.Nullis digress. 279.41.rapi modo 280.21.agrestis & 36.crassas in eo hum. 283.19.siue conditas & 29.ueprib. 287.46.uictu unumquodq; 293.46.Anguillæ 294.7.leuius 307.47.Non admonendum 314.1.in flatibus 315.48.Pro blito betam 319.8.nigram & 50.pessum it. 323.46.plantas 328.3.astringunt & 13.facultatem 332.20.excipias & 27.remoueatur 350.41.minui febris 351.9.deinde sub 353.41.excelluerunt 360.29.corde (sic enim 363.33.uehementius 374.39.descendens & 41.cor annexum 406.29.Holleriū 410.21.ἀποξύσματα, 415.7.omissa est hæc annotatiuncula: Expeditius ad idem fit, quod habet uisci, felini stercoris.) De stercorum ui & differentia diximus superius. Galenus ad strumas bubulum aut caprillum probat. 419.35.Philocratis 455.41.Commentarijs 485.33.procidiuum & 34.augmentum.

RERVM ET VERBORVM IN COR. CELSO, & GVL. PANTINI in eundem Commentarijs precipuè memorabilium INDEX.

A

A Teneris assuescere cur utile 13.c
De Abscessu sub lingua 511.b
abscessus magis hyeme fieri. 210.b
abscessus quando expectandus. 210.b
abscessus qui optimi 220.a
abortus signum 232.a
abortus quando maximè fieri soleant 160.a
absinthium Romanum solum astringere 312.a
abstergentia, & alum mollientia 55.a. quomodo præparanda 253.a
abstinendum quibus, à ualentissimis cibis 302.b
abstinēdum cur in morbis acutis. 264.b
de Abstinentia 262.c
abstinentia quàm diu in febribus instituenda 263.c
abstinentia quibus utilis, aut contrà inutilis 342.a
abstinentiæ grandis utilitas 52.c
abstinentiæ temerariæ mala 52.c
abstinentiam duorū esse generum 263.c
abstinentiam in ægris paulo maiorem, quàm satietatem, meliorem 53.b
abstinentiam nimiā inutilem 33.b
abstinentiam solam sine periculo mederi 333.b
absurdū, putare cadē in mortuis, quæ in uiuis, esse membra. 5.c
accessiones potius quàm dies in morbis obseruandos 338.a
in Accessionibus quid obseruandum 340.b
acerbi nomine, sæpe austerum intelligi 303.a
acerba & austera propriè astringere 321.b
accrba post cibum quid conferant 59.a
acerbissima, fortissimè astringere. 321.b
acetum aqua temperatū sitim potentissimè restinguere 299.b
acetū è ceruisia multiplex 299.b
acetū neruis officere 54.a. 299.b
acetū omne refrigerare & exiccare 299.b
acetum quando sistendi, quando item deijciendi facultate præditum 323.a
acetū quibus aduersetur 299.b. quibus restinguat sitim sine aqua 299.b
acetum quomodo corpori applicandum 328.a (299.b
acetum quod longius penetret.
acetum siccans & repellēs. 328.a
acetum stomacho quid cōducat. 80.b (81.a
aceti facultates 299.b. utilitates
aceti uitia quomodo corrigenda. 299.b
acida & austera attenuare 85.b
acida uentriculo cur conuenientia 309.c
acopū Elcodes neruis utile 426.a
de Acopis eod.a
acria, acida, salsa, amara, austera fugienda 306.b
aeria, & extremo gradu calida, quæ 325.c.
acria omnia amaraq; esculēta parum alere 279.c
acria quib. sint permittēda. 280.c
acria quid agāt assumpta, uel admota 94.a
quæ Acria quomodo corpus afficiant foris admota 325.c
acria quid differāt ab acidis. 96.a
acria, salsa, amara, quādo uētriculo conueniant 313.a
aerium nomine quæ comprehendantur 307.b
aeriora quæ, calidioraq; 130.a
de Acrochordone, & eius curatione 456.a
acrochordon quod uerrucæ genus 163.b
acuti qui propriè dicantur morbi 179.a. 183.c.
acutorum morborū causa & materia 131.a
acutorum morborū incertas esse prædictiones 179.a 191.a
acutos morbos dupliciter accipi. 150.c
adeps, neq; pinguedo, subit alimētimagnam rationem 279.a
adipes respōdere tēperaturæ animantium unde sumūtur. 329.a
adolescentia quid & unde dicta. 17.b
adurentia 407.b
de Adustis corporis locis, et quo modo curari debeant 445.c
de Aegilope fistula oculorū. 551.b
ægri naturam medico esse spectandam. 6.c
ægri uires à medico subinde spectandas 337.a
ægris cibo quando sit subueniendum 337.a
ægris matutinū tēpus esse remissius solere 340.b
ægris nō omnibus eadem auxilia conuenire 331.c
ægris non tantum ut uiuant, sed ut ualeant optandum 272.b
ægris partib. supernis infernas excercendas. 115.b. & cōtrà. eod.
ægris seruanda in febribus. 344.a
ægros, liquidis melius, quàm solidis recreari 53.b
ægros multos ab uno medico non posse curari 337.a
ægros neq; cibis onerandos, neq; fame perdendos 337.a
ægros quosdam solis odoribus refocillandos 53.b
æqualibus cur, quàm inæqualibus locis, magis defatigemur 50.b
æquinoctij utriusq; tempus. 45.a
Aer austrinus hebetat omnes sensus 51.a
aer humidus & calidus, spiritus & humores corrumpit 40.b
aer nouus, purusq; subinde quærendus in peste 133.a
aer pestifer quomodo constitutus. 131.c
aer qualis saluberrimus 40.c
aer quanto splendidior, tanto magis salutaris 31.a
aeris diuersæ qualitates in diuersis locis 40.b
aeris naturam uel qualitatem in exercitijs spectandam 51.a
aerem omnibus æqualiter esse uel salutarē, uel perniciosum. 40.c
æris squamma, cui rei salutaris. 248.c (tus. 1.a
Aesculapius cur inter deos relatus. 1.a
Aesculapij filij eod.
æstas quos morbos pariat 145.b
æstatis diæta 66.b
æstatis limitatio 106.c
æstatem totam Venere abstinendum 108.c
æstate

æstate bilem conscendentem reuellendam 87.b
æstate & autumno cibum cur nō facile ferant homines 148.a
æstate parcius edēdum, bibendum uerò liberalius 107.a
æstate qui sese melius habeant. 146.b.
æstates fauonijs perflatas salubres 145.a
æstiuis diebus meridanū somnum minus noxium 45.a
æstiuas quartanas magna ex parte breues esse 224.a
æstum caput replere 116.b
æstus quomodo frangat homines, et debilitet 108.a
æstum resoluendo humores distillationes gignere 116.b
ætas quæ propriè constans. 102.a & cur sic dicta. eod. (105.a
ætas quomodo dicatur media.
ætatem mediam in humidioribus eligendam animalibus 291.a
ætatis habita ratione, alendum. 102.b
ætatem mediam esse tutißimam. 145.a
ætate progressos quæ soleant cruciare mala 163.a
ætates quomodo secandæ 67 b
ætatum & anni membris tres esse articulos 67.c
Affectio duplex in laßitudinibus quomodo 22.e
affectionis frigidæ signum non sitire 123.a
affectus quales uenæ sectionem respuant 238.b
affectuum causa primum disquirēda 81.c
africanæ oues unde bis in singulos annos pariant 30.b
agendum nihil post satietatem. 33.b
agni hœdiq; caput probitate quadam singulari laudari 292.a
agrestes satiuis plantis eße sicciores atq; ualentiores 323.e
alæ quæ plus nutritioni seruiant. 392.c
alba quomodo dicatur urina in cōcoctionibus 43.c
albißimam subsidētiam laudatißimam eße 173.a
Alexandrinum emplastrum uiride cuiusmodi 420.a
alia alijs morbifica, salutaria uerò quibusdam 8.c
alica quomodo fiat 303.c
alicæ & ptisanæ cremor quomodo differat 360.c
alicam siligini facultate responderе 321.b
alimentum corpori quale per aluum infundatur 360.c
alimentum ægris quando sufficerent antiqui medici 338.a
alimentum humidū magis excrementosum 57.a
alimentum minus corrūpi, quod integro datur corpori 338.a
alimentum nullum magis pane necessarium 275.b
alimentum plurimum postulare hyemem & uer 26.b
alimentum pro ætatibus, tempore & natura cuiusq; esse mutandum 23.b
alimentū quod cuiq; salutare. 23.b
alimentum quod nam ualentißimum 276. a in leguminibus. 275.e
alimenti à medicamento differentia 272.a
alimēti cōsueti mutatio subita periculosa 26.c
alimēti quid parū corporib. sufficiat 275.c
alimenti sumpti distributio 3 b
alimenti tantū habere unumquāquerē quantū uoluptatis. 83.b
alimenti ut debita fiat administratio, quæ sint obseruanda. 23.b
alimento pauco cur egeant senes. 339.b
alimento plurimo egere corpora quæ crescunt 26.b
alimenta cur hyeme sint & uere liberalius danda 339.a
de Alimētorū facultatibus. 272.a
alimentorum leuiū species. 308.a
aliptarum quod sit officiū 13.b
alitum uentriculos edendo eße & alendo 291.c
allij, cepæ, porri uires 280 b
allium & cepam, postquam acredinem coquendo deposuerint, alere 315.b
aloe in pilulas redacta quàm sit efficax 94.e
aloe quibus affectibus opituletur. 249.c. & quanto pondere danda. eod.
aloes ex aqua mulsa uirtus. 94.e
aloes per se, paruus usus 94.e
aloes utilitas 94.c
aloen ex fortibus purgantibus nō eße 249.c
aluus cita quomodo sistatur 116.c
alui citæ cur potius quàm pigrae rationes ostēderit Celsus 117.a
aluus fluens cuiusmodi perniciosa 175.b
alui fluentis genera tria 164.b
aluus fluida, melior quàm astricta 81.a
aluus fluida, uel non astricta uenā secanti procuranda 240. a. et quomodo id tentandū. eod.
aluus fluida uires deijcit 117.a
aluō fluidæ sistendæ fugiēda, quæ difficile concoquuntur 116.c
alui fluoris rationem mutari pro ætate 66.a
aluus fluxa qualia debeat egerere 104.a
aluus fluxa quàm stricta, tutior omnibus 104.a
aluus quomodo subducenda prægnantibus & parturientibus. 135.b
alui deiectio qualis optima 173.a
alui deiectionem minus debilitare quàm uenæ sectionē 251. a. & minus adhuc clysterē. eod. cucurbitā adhuc minus. eod.
alui excrementa quæ pestifera sint 190.c
alui profluuij causæ uariæ 117.b
alui profluuia, tabem desperatam subsequi 165.b
alui astringendæ ratio 101.a
aluo firmandæ quæ sint idonea. 101.a
aluo humida iuuenes bene sese habere 104.a
aluo soluendæ quæ seruiant 101.b
aluum astringentia 321.a
aluū astrictā solui uomitu 124.a
aluum fluidam, tabem & hecticas febres plerunq; inducere 117.a
aluum in peste nō mouendā. 131.b
aluum mouere panem fermentatū acrimonia sua 319.b. hordeaceum abstersoria ui. eod.
aluum quid astringat 100.a
aluum solutam stringi uomitione. 124.a
aluum stringentia, & itidem soluentia 66.a
amarorum facultas 96.a
ambulando cur femora, quàm tibiæ, magis defatigentur 50.b

ambulatio cita quid faciat, aut lenta 119.a
ambulatio post cœnam 50.a
ambulatio quibus & quãdo præscribatur 50.a
ambulatio semper et ubiq; melior recta quàm flexuosa 51.b
ambulationis matutinæ fructus 50.a
ambulationem matutinam tenuare & exiccare 117.c
ambulationem sub dio salubri salutarem etiã contra pestẽ 133.b
amygdalas, nuces uocari Celso 477.a
amygdalas glutinosa è pectore et pulmone educere 287.a
amygdalas neq; alere multum, neque aluum soluere 287.a
amylum non malum esse, quamuis succum habeat crassiusculum 308.c
Anatome cur necessaria medico. (3.c.
anatome uiuorum crudelis, mortuorum necessaria 9.b
de Ancyloblepharo, oculorum uitio 551.a
aceti uires uarias esse, pro materia quæ miscetur 299.a
anginæ subitò finitæ pericula 193.a
anginæ tollendæ, quomodo pullus hirundinis seruari debeat & præparari 382.a
anguillam probari nunquã 293.c
animalis facultas quomodo exoluatur 134.a
animalia quæ quibus temporibus meliora 289.b
animantia censeri bona uel mala, pro ratione uictus & exercitij 287.c
animantium naturæ, calor, quàm frigus, familiarior 107.c
animantium uoces hyẽme cur grauiores 45.c
animum corporis affectiones percipere 168.b
anni partes nõ pro more, sed temperamento æstimandas 147.b
anni partes quæ sint aliæ alijs salubriores 144.c
anserum alas aliarum auium alis non inferiores esse 277.b
anserum carnes quales 277.a
anserum pedes esse nisi lurconũ escam 293.a
anserinũ iecur quomodo fiat suauissimum 292.c
antidoti compositio 425.a
antidotum aliud Ambrosia nominatũ, & à quo inuentũ 425.b
de Antidotis, & quibus malis opitulentur 425.a
de Ani fistulis 495.b. (533.a
de Ani uitijs, et eorum curatione
anus, uel os uuluæ si prociderit, quomodo curetur 490.b
anxietas quomodo tollatur 80.c
aphthæ quomodo differant ab ulceribus serpentibus 162.a
apoplexiam totum corpus resoluere 371.b
apoplexia unde 159.a
apoplexia quid differat à paralysi 159.b (222.c
apoplexia quomodo mitigetur.
apoplexiæ quæ sit uacuandæ ratio 238.c
de Apoplexia, uel paralysi 372.b
apoplexian poni sæpe pro paralysi 374.a
apoplexian raró tolli 372.b
apoplexia laborãtes sanguinis uomitũ fugere debere 374.a
appetentia rerũ insolitarum, imminentis morbi indiciũ. 166.c
apros suibus meliores esse 277.a
aquæ calidæ perfusio quid faciat. 83.c (84.a.
aquæ calidæ uis in extenuando
aquam calidam bibere ante pharmaci fortioris usum utile 253.a & quare. eodem
aquam fluuialem omnem malam. 301.b (96.b
aqua frigida, uel nix cur calfaciat
aquæ frigidæ perfusio 96.b.124.c
aquam frigidã post exercitia, Venerẽ, aut balneũ reijciẽdã. 75.b
aquæ frigidæ uitia 75.a
aquæ frigidæ usus quomodo in caloribus admittendus 75.b
aquam frigidam densare, non siccare corpus 99.c
aquam frigidam post balneas non semp, aut omnib. inimicã 75.c
aquæ inter cutem à iecore signa. 191.c. 197.c (197.b
aquæ inter cutem causa 75.b.
aqua lacustris qualis 301.b & eam ægris nunquã dandam, si non desit alia eod.
aqua niualis aut glacialis quòd omnium pessima inter potabiles 301.c
aqua pluuialis quibus affectibus non conueniat 301.b
aquæ pluuialis effectus 301.b
aquam pluuialem citò computrescere, & cur 301.b
aquam pluuialem leuissimã 301.a
aquam pluuialẽ plus quàm fontanam astringere 301.b (323.a
aqua pluuia prudenter utendum.
aquæ putealis qualitas 301.b. & ea quibus commodior, quàm fontana eod.
aquam Nili inter fluuiales omnes solam uirtute sua commendabilem 41.b
aquam Nili fluminis solam uitio carere 301.b
aqua quæ dicatur dura 323.a
aqua quæ dicẽda sit optima 300.b
aqua quæ non potabilis 301.b
aqua unde noxas suas trahat potissimum 300.b
aquæ rosaceæ uis 80.c
aqua stagnalis cæteris ponderosior 41.b
aquã tepidã, ut pinguia, fluctuare in uentriculo 320.c
aquarum propinquitate bonitatẽ locorũ non esse metiendã. 41.c
aquas non esse leuitate ponderis æstimandas, sed permeandi celeritate 301.c
aquatica omnia, uel in aquis degẽtia, exerementosa 287.c
Aquilonij flatus mala quæ 145.c
Aranei & scorpionis ictus curatio 444.a
araneis & hyoscyamo quosdam uictitasse innoxiè 24.a
arborei fructus fugaces qui 282.c
arboreos omnes fructus exigui alimenti 282.c
Archagathi emplastrum 421.b
de Areis, & earum curationibus. 461.b
arena marina quòd cæteris siccior 267.a
arena quomodo præparata, sit prouocandus sudor 267.a
arenam fluuiatilẽ pro marina supponi posse 267.a
arenulæ quando à renibus, quando à uesica 202.c
ari radicem acrimoniæ expertem alere, ut alias radices 280.a
ari radicis acrimonia, quomodo castiganda. 279.c. & eius facultas eod.

ari radicē, rapi modo mādi 279.c
arida duraq́; uiscida crassaq́; non tam astringere, quàm fluxioni repugnent 321.b
arida frigidaq́; stipare 233.c
aridiora natura minus inepta sunt animātia, dū noua. 290.c
ariditas alimentorū quid efficiat. 100.c
arquatus unde dictus 371.b
arquatus duplex 179.a
arquatum morbum in febribus superuenire dupliciter 178.c
arquatum morbum post febrem oriri malum 178.b
arteria aspera, & stomachus, uiæ in gutture 374.b
arteriæ asperæ constitutio 374.c
arteria cur non statim exploranda medico ingresso 343.c
arteriam asperam spiritum, stomachum cibum recipere 374.b
arteriam esse exteriorē, et ad pulmonem pertinere 374.b
arteriam quàm uenam sanatu difficiliorem 244.c
arteriæ, uenæ, ligamenta, tēdones, quomō glutinari poßint. 243.c
arteriæ cur fallacißimæ meritò dicantur 343.b
arteriæ parotides ubi 374.b
arteriæ quibus facilè moueantur. 343.c
arteriarum indicium fallacißimū 343.b & cur eod.
arteriarum uim quid concitet, uel resoluat 343.b
arthriticorum ac podagricorum quomodo firmētur artus 74.b
arthriticis & podagricis quomodo sit mulsum præparandum. 297.b
articuli pedum manuumq́; quomodo firmādi 125.b (437.a
articulorum curationes propriæ.
articulis & carnibus labor, cibus & somnus uiscerib. utilis. 125.b
asini mansueti carnes uitiosas esse 277.a
Asius lupis, uel Aßius alijs, unde dictus 403.c
asparagum inter cætera olera plurimum nutrire 286.b
asparagi facultates ibid.
asphodelus porcis potius quàm hominibus esca 280.a
asphodeli radix muribus uenenū. ibidem
aspidis ictus cura 443.c
assa frixis humidiora 295.a
assa omnia quòd magis calefaciāt & siccent quàm elixa 105.a
ἄσθμα 382.b
astringente lotione, sine perfrictione densatos quomodo reparare deceat 79.a
astringentia cogunt in angustum. 85.b
astringentia efficaciter 326.c
astringentia, roborantia, & exiccantia quæ 326.a
astringentia, sistere aluum 117.c
Astrologiæ rationes 147.b
Astrologiam uerā esse, bene si tractetur 148.a
in Astrologos mendaces 147.c
athletæ cur infœlices in uita. 27.b
athletarum constitutiones esse periculosas 167.a
athletarū toto corpore uicia 27.c
athletarum uitam esse miserrimā. 27.a
athletica, quòd ad omnia ciuilia munera inutilis 28.a
atra bilis supernè uel infernè prodiens, in morbis malum 189.b
atræ bilis materia 206.b
atrabilarij signum 206.a
atrophia, & cachexia totius corporis uitia 368.a
attalum emplastrum ad uulnera. 419.a
attoniti unde fiant 372.a
de Attonitis ibidem
auditorij meatus pruritus excitari per dentitionem 162.b
ad Auditum grauem 477 c
auem omnem omnium qualitatū participem 144.c
aues alias alijs leuitate præstare. 287.b
aues ferè grādes omnes concoctu peruicaces 277.a
aues minutæ cur tardè reddantur 322.a
aues quæ quibus anteponendæ. 281.a
auium carnes omnium leuißimas esse ibid.
auibus quibus alæ fibrosæ sint. 277.b
in Aurem quæ inciderūt, quomodo extrahenda 478.c
de Aurium morbis 475.a
de Aurium morbis qui manu & scalpello curantur 507.b
ad Aurium compressa foramina. 477.b (478.a
ad Aurium sonitum intra seipsas.
aurium sordes amaras, bonum esse 154.a
aurium surditas in febribus quomodo soluatur 225.a
aduersus Aurium uermes 477.a
aures cōtractas, esse ariditatis summæ signum 186.a
aures languidas extremæ debilitatis testimonium 186.a
aures naturaliter bilem capitis expurgare 154.a
de Aurium fractarum curatione. 547.c
curta in auribus labrisq́; ac naribus quomodo sarciri & curari poßint. 508.a
aurifusoria quæ, & narifusoria. 479.a
auriscalpium Seribonij 479.a
auster cur Horatio dictus plumbeus 107.b
austri sensib. inimici. 115.c. 146.a
austri quibus infesti 115.c
austros corpora dissoluere 156.b
austera, arida, duraq́; astringendi facultate prædita 321.b
austera minus quàm acerba attenuare 85.b
austeris quando utendum 59.a
austeritas qualium rerum sit index 300.a
aut bibat, aut abeat, quid 25.a
αὐτόπυρος panis, qualis 285.a
autumnales morbi qui 145.b
autumnus cur æstiualium morborum particeps ibid.
autumnus cur morborum sit parens 144.c
autumnus Libitinæ cur quæstus acerbæ 107.b
autumnum propter aeris mutationem, perniciosißimū. 42.a
autumnus quòd propter cœli uarietatem periculosus 66.b
autūnus tabidis, eisq́; emaciatis incommodus 107.b
autumni inæqualitas ex uentis orta ibid.
autumni inæqualitas pestilēs ibid.
autumni terminus 107.b
autumno corpus ab omni nuditate uindicandum 107.c
autumno morbos esse omnino exitiosißimos 148.b
autumno quanta morborum uarietas

rietas & peruicacia 155.a
autumno refrigerationem studiose fugiendam 107.b
autumno tribus de causis maximè morbos grassari 108.a

B

Balneum exustis sole, quomodo salutare 63.c
balneum feruens fatigatis inutile. 63.a
balneum in quibus doloribus capitis euitandum 270.a
balneum priusquam quis subeat, quid agere debeat 270.b
balneum quibus non conueniat. 135.a
balneum quibus corporibus accõmodatißimum 269.b
balneũ, quomodo penitus demersa, foras educat 268.c
balnei æstum quid releuet 64.a
balnei aquarum dulcium uirtus. 270.a
balnei uis in eliciendis morborũ reliquijs 269.a
balneum tutò quando non imperetur in febribus 352.a
balneum subeuntibus quæ fugienda 269.a
balneo febris quando nõ irritanda 269.b
balneo quomodo debeant uti qui perfrixerint 63.c
balnea calida ieiunos cur attenuent & refrigerent 96.b
balnea quæ spiracula laxent uniuersi corporis 268.a
balnea senum quomodo instituenda 102.c
balnearum sua uarietate quis effectus, & nomina 20.b.113.a
balnearum usus ad quid institutus 52.a
balneis cur rarius sit opus iuuentuti 21.b
balneis duo tempora opportuna. 269.a
Barbariem, ut allium nautas redolere 105.a
Basilicon emplastrũ nigrũ, cruentis utile 418.a
bellariorum significatio quàm latè sese tendat 56.b
belluarum marinarum species. 277.b. & cuius in alendo facultatis eodem
betæ temperamentum 286.a
betam cum aceto iecoris obstructiones liberare 286.a
betam iecoris obstructionibus opitulari 315.c
betam nitrosæ qualitatis participem esse ibid.
betas nigras, candidis astringentes magis ibid.
bibendum quomodo, minoris fluctuationis gratia 123.c
biliosos morbos imparibus diebus salubriter moueri et finiri. 339.b
bilis, antequã expurges eã, quando refrigeranda 251.b
bilis cur uentriculum arrodat, & caput feriat sæpius 254.c
bilis in superiorem uentrem elata quid pariat noxæ 71.b
bilis multa quomodo excitetur et reddatur ferocior ibidem
bilis quomodo elicienda per uomitum 98.a
bilis unde generetur 76.b
bilis flauæ accidentia 71.a
bilis atræ effectus 153.a
bilis cum pituita pari modo coniunctio 168.c
bilem cũ turget, purgandã. 251.b
bilẽ quiete ac somno domari. 71.b
bile acerescente flaua, Veneri non indulgendum 109.a
biliosis inediam ad febres excitandas paratißimam causam 71.b
biliosis omnibus acrium omnium usus fugiendos 280.c
biliosis omnibus, quouis tempore etiam febricitantibus, cibum dandum 71.b.114.a
biliosos acidis gaudere 310.a
biliosos capitis dolorem experiri ieiunos 122.a
nihil bonum esse quod naturæ modum excedat 26.a
bona quæ nimia sunt, mala 167.b
brachium fractum quomodo restituendum 554.a
βραδυπεψία unde nascatur 35.a
braßicæ in malignis ulceribus effectus 327.c
braßicæ ius purgandi uim poßidere 286.a
braßicæ rusticæ uis in articulari morbo 95.a
braßicæ uirtutes 286.a
braßicam astringentiorem fieri coquendo 322.a
braßicam cum melle uocem iuuare 286.a
braßicam hybernam quàm æstiuam, meliorem 286.a
braßicam pàrere dormientibus insomnia 286.a
braßicam purgare, nitrosa facultate 319.c
βουβωνοκήλη quid 517.b
bubula suillam sequitur ualore & ui alimenti 276.a
bubulam melancholici esse succi. 318.b
bulbi facultates 280.a
bulborũ uarias esse species. 279.a
bulbos in lenientium alimentorũ grege non ponendos 307.c
bulimus unde nascatur 62.b
bullæ in urinis supernatantes. 202.c
bullæ in urinis superstãtes 183.b

C

καχεξίαν, speciem esse tabis alteram 365.c
Cacochymiæ purgatio præscribenda 250.c
cacochymiæ remedium 134.a
Cacochymiam, deiectionẽ simul & expurgationem postulare. (248.a
Cæsarianũ collyriũ. 471.c
calculi materia quomodo subtrahitur 204.c
quæ Curatio calculo euulso habenda sit 527.c
calculo renes quomodo infestari cognoscas 203.a
calculorum indicia quinq;. 204.c
signa Calculorum, uel arenosorũ, uel mollium 527.a
de Calculis fœminarum 527.b
calculosi quib. indicijs cognoscantur. 192.c. quæ eis curatio adhibenda 524.b
calculosi quomodo sese cõponant inter meiendum 204.c
calefacientium species esses duas. 105.b
calentia corpora quibus refrigerari poßint 240.b
calenũ uinũ quomodo fieret 118.c
calfacientia quæ 96.a
calfacientia duplici ratione quæ. 105.c
calfaciẽtia & siccãtia quæ. 324.b
calfacientia mediocriter assumpta, uel admota replere 83.b
calfacientia quæ, præter esculenta & poculenta 105.c
calidi frequens usus quid adferat noxiæ 130.a
calida & madida euocare 233.c

calida quas noxas inuehāt. 157.b
calidis moderatè ſanguis eſt, quod obœſis adeps 237.b
calidis quæ ſoluantur in homine. 130.a
calidos morbos omnes niſi à ſanguine profectos, ſectione uenæ non leuari 238.b
calor dormiētibus, inteſtinus eſt multus, uigilantib. paucus. 38.a
calor & frigus immodicū fugiendum in peſte 134.a
calor & frigus uehementis operationis 130.b (123.b
calor imbecillus quib. caſtigetur.
calor immoderatus quàm ſit incommodans 131.a
calor lippientibus utilis quando. 124.c (124.c
calor nimius quibus modis noceat
calor oßium fracturis utilis. 129.a
calor peſtilentibus morbis obnoxium facit corpus 125.a
calor quomodo reuocandus, et in quibus 128.b
calor ſenibus excitandus quomodo 103.a
calor ſolus immoderatus non eſt febris index 344.a
calor ubi, uel frigus in corpore, illic morbus alitur 168.a
caloris effectus 271.a
caloris & frigoris mutuus cōcurſus quòd periculoſus 130.b
caloris immoderati effectus 146.a
caloris in frigus, ſubitæ mutationis pericula & mala 75.a
caloris ingeniti beneficium 123.b
caloris natiui ad interiora receſſu homines ſtertere, & ronchos ducere 38.a (168.a
calori ſæpe putredinem coniungi
calorem concoctionē prohibere. 125.a
calorem quoq; eſſe fallacem in ægris 343.c
calorem naturalem foras elicere uigilias 37.a
calorem quouis tempore ex ſole apparente proficiſci 42.b
calore ſanguinem in ſemen commutari 29.a
caluariæ fracturarum uaria genera, & quæ ſint 546.b
de Caluariæ curatione 542.c
camelinum lac eſſe tenuißimum. 297.a
cancri materia 154.a
de Cancri, qui in cole naſcitur, curatione 487.b
cancri uirulentia 154.a
de Cancero oris 484.b
canis rabioſi morſus curatio. 442.a
de Capillis fluentibus 460.b
capreæ ſiue Dorcadis utilitates. 276.c
caprillæ carnis uitium 276.b
caprillum lac eſſe conſiſtentiæ mediæ 297.a
caprinas & ouillas carnes ſucci qualitate peccare 305.c
capparis utilitas 282.b
capparim ſalſam nihil nutrire. 282.b
capparim uiridem, quàm ſale conditam, meliorem ibidem
caput facilè caloribus inflammari 157.c
caput infirmū manè manibus perfricandum 109.a
capitum dolentium quatuor ordines 231.a
caput infirmum ueſte non uelandum 109.a
caput in quas potißimum partes deriuet ſuum malum 110.b
caput nō minus quàm quoq; menſe ſemel ablui debere 113.a
caput quibus infirmū, quæ uitanda 109.a
caput recreat ambulatio matutina 111.b
caput uētriculi comes indiuiduus, & ueluti Achates 114.a
capitis dolor. 376.c. à frigida cauſa quomodo leuandus 110.b
capitis dolor à uinolentia quomodo tollatur 60.a
capitis unde dolor ferè ieiunis. 114.a
capitis dolorem uinū dilutum leniter ſedat 109.c (377.a
capitis dolores à uaria cauſa orti.
capitis dolores ut uarij, ſit diuerſa poſtulant remedia 377.b
capitis omnes dolores alui beneficio fieri mitiores 381.b
capitis doloribus uitandis quæ fugienda 112.b
capitis fuligines quomodo diſcutiantur 110.c
capitis graui dolore præter morē cruciatis quid agendum 377.a
capitis uetuſto dolori conuenientia 377.c
capitis uapor calidus quomodo euocandus 110.b
capiti cōfirmando ſeruiētia. 110.c
capiti cum uentriculo ſumma ſocietas ibid.
capite infirmo capillos quotidie pectendos 109.a
capiti infirmo lunā uitandā eod.
capiti inflāmato, & æſtuanti ſtomacho remedium 78.c
capiti nihil æquè prodeſſe atq; aquam frigidam 109.b
capiti proſpiciendū primò in defluxionibus cerebri in partes ſubiectas 110.b
de Capite luxato 559.a
capite febribus excandeſcente graues temporum pulſationes enaſci 242.a & uena quæ tunc ſecanda ibid. (446.b
de Carbunculo, & eius curatione. 447.a (ibid.
de Carcinomate, et eius curatione
cardiacæ ſigna 360.c
cardiacus morbus quis, et quomodo dignoſcatur 359 b
cardiaci morbi cura ibid.
cardiacis clyſter qualis præſcribendus 360.a
cardiacis cōferētia 359.b (359.c
cardiacis qualis uictus conueniat.
καρδιαλγία, ſiue cordolium, quid apud antiquos 35.a
cari ſeu carui radicē melius, quàm paſtinacæ conuenire corpori. 280.a
caro optima, optimum ſanguinē generans 55.a
caro quomodo induretur 98 a
carnis multiplex acceptio 55.a
carnis probitatem quæ promoueant 276.b
carnis ſiccioris animalia quæ 55.b
carnis ſuillæ lentor, & craßities, plerisq; noxia ibid.
ad putrem Carnem cōtinendam, ne ultrà ſerpat, eamq; leniter exedendam, plures compoſitiones 423.c
carnem nutrientia, et ulcus implētia 420.a
omnem Carnē ſalſam immodicè, fugiendam 305.c
ad Carnem ſupercreſcentem exedendam 423.b
de Carne quæ inter tunicas teſticulorum concreuit, & de neruo indurato 522.b

carnes agnorum humidiores quo modo corrigendæ 55.b
carnes in alendo ualentißimæ. 284.a
carnes quales pestiferis conueniant temporibus 136.a
carnes quæ maximè careant excrementis 314.c
carnes quæ quibus salubriores. 55.a
carnes quæ salituris aptiores. 281.a
carnes quæ sapidiores & dulciores 55.b
carnes suillæ quibus conueniant. 83.b
carnes suillas boni plurimiq; nutrimenti esse eod.
carnes syluestrũ animaliũ, quàm cicurum, meliores 303.a
carnes uiscidas non adeò putredini obnoxias 136.a
carniũ genus omne, æstate nõ repudiandum 107.a
caseus spongiosus, rarus, dulcis ac recens, optimus 278.b
casei melioris notæ eod.c
caseum uetustiorem aluum facere preßiorem 322.b
caseum recentem se habere ut lac ipsum 317.b
caseos omnes cautè uel fugiẽdos. uel usurpandos 278.b
caseos omnes esse malos. eod.a. et cur eod.
caseos quo uetustiores, eo deteriores eod.b
caseos ueteres nihil boni in se habere eod.b
casu aliquo, uel uulnere, non dira laceratione quid in homine sit spectandum 6.a
catharri significatio generalior. 43.a
cathartica, siue purgatoria pharmana quæ 319.a.406.b
causam uitij ante omnia despiciẽdam 250.c
causarum non naturaliũ externarum, corpus nostrum alterantium, declaratio 40.b
causis cognitis effectus rectè subsequi 2.c
causis frigidis quibus debeatur uenæ sectio. 238.b. et quare. eod.
causas obscuras nõ ab artificis cogitatiõe, sed ab arte secludi. 9.b
causas plerasq; insalubres diu tectas, tandem aliquando erumpere in magnum aliquod malũ. 69.a
Celsus Hippocratem secutus, & Homerum est imitatus 18.a
Celsus optimæ methodi in docendo magister 17.c
Celsus quomodo post bilem suadeat abstinentiam 79.c
Celsi locus emendatus 174.a. 178. b. 200.c 201.a 204.a. 207.b. 208.c. 221.b. 225.b. 229. b. 253.a. 271.b. 242.b. 346.a
Celsi locus quomodo intelligendus 180.a
Celso tremorem nunc horrorem dici 254.c
cepa quid per se faciat 280.c
ceparum noxiũ esse usum immoderatum 324.c
ἰκεφαλαίαν, acutum et pestiferum esse morbum 376.c
cephalicum emplastrum Philotæ capiti conueniens 418.b
cephalicam omnium tutißimam esse in secando 243.b
cerastis & dipsadis et hæmorrhoidis ictus cura 444.a (316.a
cerasa qualia dicantur calefacere.
cerebrum, cibum auersanti inutile, & nauseam pariens 292.a
cerebrum uolucriũ quàm quadrupedũ nõ esse præstãtius. eod.b
cerebrum quũ probè cõficiatur, alere probè 292.a
cerebri functiones quæ 170.a
cerebri percußi uel membranæ eius læsæ signa 431.a
de Ceruicis uitijs & curatione. 511.c. 388.a
ceruina cur æstate noxia magis. 276.c
ceruinam tremorem corporibus inducere 277.a
ceruisiã eo plus alere, quo sit crassior 296.c
ceruisiarum nomina, & genera diuersißima 296.c
ceruorum carnis uitia 276.c
ceruum & leporem succum parere melancholicum 304.a
de Chalazio palpebrarũ. 499. b
Chersydri & cerastis ictus quomodo curandus 444.b
de Chironio ulcere, & eius curatione 450.a
chiragrici podagriciq; labores unde 325.b
de Chirurgica, & qui in ea claruerint, & qualis esse chirurgus debeat 491.b
chirurgi in secando prudentiam requiri 243.c
cholera quid sit, et unde nata, & quomodo educẽda 255 a. 393.b
choleræ leuiter posse cõsuli. 392.a
choleræ morbus quis, & ubi præcipuè 392.b
choleræ symptomata, grauißima, & mortifera eod.b
cholera et febres tertianæ horrificæ quomodo tractandæ. 255.a
cholericis qualia cõueniant. 291.b
cholericis remedia præscribenda 393.a
cholericis uinum quale sit dandũ. 392.c
cholericos non esse biliosos, quos uulgò uocant 393.b
chrysippi malagma ad articulos dolentes 416.c
cibus ægro quando sit exhibendus. 344. b. & qualis eod.
cibus quando dandus in acceßionibus continuis 341.a
cibariorum pro condiendi coquẽdiq; ratione diuersitas 55.c
cibus humidus ac paucus unde paretur 74.c (63.a
cibus humidus fatigatis dandus.
cibus in peste semel tantum die sumendus 131.b
cibus omnib. ægris opportunus. 254.a
cibi assumẽdi ratio optima. 101.c
cibi capiendi gradus tres, & qui. 25.b (da. 26.a
cibi semel in die sumpti incommo
cibo quis dies sit aptißimus in morbis 337.b
cibo cur largiore uterentur hyeme ueteres 45.c
cibo sumpto nihil statim serij suscipiendum 46.a
cibũ bis die accepturis quid præscriberet Gal. 46.c.
cibum cuiq; præscribendum pro tempore, regione, ætate, et cõsuetudine 26.a
cibũ satius dare eße cõsistẽte iã in cremento, quàm increscente. 342.b
cibum fastidire in longis morbis, malum 177.b
cibum infirmo corpori quotidie dandum 341.a

cibum, nihil aut minimum euaporare 53.c
cibum sumpturis post fatigationem quid agendum. 63.a 72.a
à Cibo, uino & exercitationibus corporis quando in febrib. abstinendum 333.b
cibi humectandi & renutriẽdi ui præditi qui 74.c
cibi qui ad bonam ualetudinẽ sint optimi 303.c
cicutam non nocuisse uetulæ Athenensi, per usum 70.b
aduersus Cicutam 445.b
circumstantiæ in ægrotantibus a-lendis obseruandæ 336.b
circumstantiæ quæ medico considerandæ 250.c
claudus cur melius agat uirum. 30.a
Cleonis collyrium 465.a
Cleophantis cõsilium in febribus tertianis 352.a
de Clauo, eiusq; curatione. 450.a
clyster acutus quando infundendus 253.b
clystere sapienter accommodato, nihil utilius 250.a
clysteres abluentes quàm diu continendi. 253. b. itẽ mitigantes & purgantes quamdiu eod.
clysteres glãde exciri debere, si diutius morentur 253.b
clysteres in pestibus haudquaquã nocere 134.b
clysteres non prima uentris cupiditate egerendos 253.b
clysteres tepidos infundendos. 253.b
cnici semen coagulandi uim possidere 249.b
coacon emplastrum nigrum uulnerib. cruentis seruiẽs. 427.c
cochleas fluuiatiles uirus olere. 283.b. & quæ uepribus adhærent, quid incommodent. eod.
cochleas terrestres et marinas stomacho utiles 283.b
de Cœliaco uentriculi morbo. 393.b
cœliaci morbi signa eod.
cœliaci morbi remedia eod.
cœliacis ratio uictus præscribenda 393.c (dũ 89.b
cœlum mutaturis quid præstan-
cœlum nubilum, grauedines et destillationes parere 42.b
cœlum nubilum, quàm apertum, tepidius eod.
κοῖλον potius cur dicatur, quàm κῶλον, à multis 119.b
cœnationem ueteres in duas mensas partiri solitos 56.b
colici doloris curatio 119.b
de Colicis morbis, & curationibus 486.a
κωλικὸν medicamentum quod. 395.a. & ex quib. cõstet. eod.
colicum dolorem nõ ob solas inflationes accidere 119.b
collinum frumentum quando melius 293.a
collum si cui febriẽti peruertitur, mortiferum 188.a
κῶλον dici laxius intestinũ. 119.a
coli situs 119.b
colorem album caloris accedẽtis ui semper in ruborẽ nigrorẽq; contendere 44.a (191.b
color malus sine morbo regio.
color quis sit prasinus 179.c
color urinæ, ut ab albo & nigro recedit magis, ita laudabilior 44.a
colores urinarum caloris. efficaciam declarare 43.c
colores urinarũ mutari pro corporis qualitate & constitutione 44.a
colorum urinarũ explicatio. eod.
colorationes cutis humorum qualitates exprimere 21.b
coloratiores et alacriores esse, qui in excelsis habitant 40.c
comitialis cur dictus 370.a
comitialis morbus quis periculosissimus 221.b
comitialis morbi diuersa nomina 368.370.a
comitialis morbi liberationẽ afferentia 221.a
comitialis morbi signa 368.c
de Comitialis morbi remedijs. 368.c (re. 370.a
comitiali morbo quartanam cede
comitialem morbum à pueris ad uirilem ætatem peruenientem, difficulter curari 228.b
comitialem morbum usq; ad mortem ferè durare 368.e
comitialem morbum uiris quàm mulieribus esse familiarẽ magis 368.e (164.a
comitiales morbi unde nascãtur.
comitiales senes omnis mori, uel citò liberari 228.c
comitialib. aut apoplecticis quæ secanda sit uena 242.c
comitiali laborantib. sanguis mittendus ubi conciderint. 368.c
comitialibus sanguinem calidum gladiatorum conferre 368.c
comitialibus utilia & necessaria quæ 368.a
cõmunitatum genera tria 7.a
cõmunitatum quis successus. eod. comparatio de corporum mutationibus 148.c
cõchæ & testacea quomodo fiãt magis astringentia 322.c
conchiliorum & ostracodermorum natura 283.b
concoctio sumpti alimenti quantum præstet 3.b
concoctio tarda unde 122.c
concoctionis perfectæ signa quæ, & cruditatis 43.b
concoctionem adiuuantia & augentia sanguinem 83.b
concoctionem naturæ fortitudinis testẽ. 127.b (60.e
concoctionem probã quid faciat.
concoctionẽ somno iuuandã. 32.b
concoctionem tardam iuuantia. 120.a
concoqui malè, siccare, & siticulosas esse aquas fluuiales omnes 42.b
concubitus noctu, quàm interdiu, tutiores 12.e
concubitus quãto dulcior, tanto plus exhauriri spirituũ. 29.b
concubitus quis, aut quomodo factus, utilis 12.c
concubitum in uere salutarẽ maximè 106.b
concubitum qui exerceant commodè 29.a (126.b
concubitu cõcuti ualde humores
cõcubitu qui nõ sine iactura sanitatis abstineãt. 29.a (bres. 29.e
concubitus moderatos, esse salu-
de Condylomate 489.b
de condylomatũ Curatione. 533.b
condimenta quæ generaliter sint dicenda 315.b
condimentorum nomine censenda aromata, & stirpes odoratas 315.b
condita omnia dupliciter obesse, & cur 33.b
cõditionem diuersam uitæ, diuersum quoq; genus uiuendi postulare 36.b

conditura

conditiua mala ægris, quæuis ple raq; sint salutaria 108.b
coniecturarum medicinalium loci 169.c
coniecturas medicorum artificiosas, & ueras esse 169.c
commissiones partium periculosas esse 81.a
conseruantia corpus integrum in pestilenti cœli constitutione. 263.b
cõstitutionis personæ Christi, Lẽtuli ad Rom. descriptio. 11.b.
de Constitutionibus temporum generaliter 146.a
constringentia cur stomacho sentiantur apta 309.c
consueta quamuis sint deteriora, insuetis minus nocere 116.b
consuetudo altera natura. 14.a. 70.a
consuetudinis mutatio quàm periculosa 62.b
consuetudinis prauæ pœnam aliquando sequuturam eod.c
consuetudinis uis inenarrabilis. eod.
consuetudini repugnans quiduis lædere 63.b.
contentio quibus inutilis 115.a
contentionibus & dissertationib. quæ partes afficiantur 116.a
contraria contrariorum remedia 70.c. 81.b (128.c
contrariorum contraria effecta.
conuiuia ueterum quibus potissum rebus instruebantur. 48.b
conuiuiorum ratio et finis qualis esse debeat 24.b
conuulsio aut delyrium ex uigilia, malum 206.a 210.a
cõuulsio ex ardoribus uehementibus, malum 210.a
conuulsio ex immodica medicamenti potione 232.b
conuulsiones subitæ, uel insaniæ, signum 205.b
cõuulsiones ut parit frigus, sic autfert calor 130.a
copia seu qualitate uentriculo molestum remouendum 118.a
cor, cur tardius concoquatur. 292.b
cordis situs ubi 374.c (292.b
cordis succum nõ contemnendũ.
cordolium quid uocet Plaut. 360.b
coriãdri facultates alijs aliæ. 315. c. 327. b
corium quale sit oportet quo insolentur ægri 268.a
corpus amplificatum recens quomodo remittas 84.a
corpus curandũ esse exercitatione ante cibum 33.a
corpus distẽdẽtia & amplificantia 83.c
corpus longa præter consuetudinẽ quiete non roborari 69.b
corpus obæsum crassã quoq; Mineruam sequi 151.b
corpus optimæ cõstitutionis, quadratum 145.a
corpus quæ humectent. 65. c. quæ siccent, aut calfaciant eod.
corpus quæ faciant obæsum. 83.a
corpus quæ repleat immodicè, et contra extenuent 64.a
corpus quibus gracilescat obæsum 84.a (noxium 151.b
corpus quod externis iniurijs obcorpus quomodo laxetur 135.b
corpus quomodo rectius exerceatur 33.a
corpus sub dio durari 84.c
corpus totum in febribus calidũ, & molle, optimum 181.c
corporis amplificandi ratio, quibus periculosa 83.c
corporis animalium quando sistatur incrementum 16.b
corporis cõstitutio quomodo fiat mollior 98.b
corporis extenuãdi ratio per Galenum 85.a
corporis habitudinẽ diuersam, diuersa quoq; diætæ ratione tractandam 36.a
de Corporis humani sedibus interioribus 374.b
corporis meatus ac poros aperiẽtia 75.a
corporis motus quis melior 33.a
corporis procreitatẽ non illiberalem iuuentæ 151.b
corporis qualemcunq; mutationẽ præter modũ metuendã. 166.a
corporis refrigerati uitia 15.b
corporis torporem, sequi & mentis 169.b
corporis uniuersi qui sint morbi. 258.c (portuna. 83.a
corpori amplificãdo cur hyẽs op
corpori quicquid effluat immoderatè uires infirmare. 249.c. et cur eod.
corpori quibus reb. aliquid adijciendum 272.a
corpori quod noxium, quibus potissimum uijs educatur 88.b
corpori quot modis eximantur quæ superent 233.c
corpora calentia quomodo refrigeranda 97.b
corpora hyeme ad quiduis perpetiendum aptiora 68.a
corpora quo minus desidia lãguescant, puriora 133.a
corpora quomodo reddantur aridiora 99.b
corrumpi quid dicatur 316.b
corruptio, putredo, inflammatio, aut tumor præter naturam unde 127.a
corruptionis maximè expers locus perflatus 41.a
corruptioni facili quæ sint obnoxia 316.b
coryzæ significationem multiplicem esse 378.a
de Costarum fractarũ cura. 550.a
de Coxarum morbis & curationibus 400.c
crassa lentaq; in corpore quomodo incidenda. 133.c (da. 309.a
crassefacientibus quæ annumeran
crassities humorum quomodo diluenda sit 123.a
crassos et uiscidos humores paulatim educendos 251.c
crassos uehementer, citius mori, quàm graciles 165.b
cretæ figuralis facultas 100.a
cretam cimoliam mixtæ facultatis esse 328.b
cretam Samiæ stellæ non inferiorem 100.b
cretarũ uel terrarũ genera quomodo applicanda 100.b
de crithe, tuberculo palpebrarũ. 499.b
διὰ λιβάνου collyrium 473.a
cruda nunquam, sed concocta, mouenda esse 338.c
cruditas cum uentriculi uexatione quomodo tollatur 40.a
cruditas ægritudinũ parẽs. 32.a
cruditas magna quomodo propulsanda 37.c
cruditatis à cibo uel potu collectæ curatio 39.c
cruditatis ab hydropisi, differentia signorum 40.a
cruditatis concoctionem quòd iuuet erectus decubitus eod.a

cruditatis indicia 39.c.191 b
cruditatis parens uigilia, & lucubratio 35.b
cruditatis reliquiæ quomodo ex uentriculo deturbentur 40.a
cruditatis tres esse species, et quæ sint 39.a
cruditatem capitis dolorem comitari 114.a
cruditatem omnibus partibus corporis molestam 127 b
cruditatem præcipuè uentriculo molestam 114.a
cruditatem quomodo peritus medicus leuet coquendo 39.c
cruditate laborantem quæ sequēda 32.b
cruditate laborãtibus sanguinem non esse mittendum 39.c
cruditates triplici ructus genere distingui eod. a
crudam materiam non irritãdam medicamentis 251.a
crudũ ructãtibus quid utile. 32.b
cruda mala, uentriculo firmo secundis mensis utilia 59.a
crudorum humorum colluuiẽ ex utrocunq; cubito detrahi 242. a. dextro tamẽ potius, & qua de causa eod.
crudos in quiete totum diem abstinentia macerandos 71.c
crudos ructus omnes non aquæ frigidæ potu leuari 67.a
crudos succos quæ repellant intrò 116.a (lat. eod.a
crudos succos quid foras compel-
crura tuberculosa in febrib. quid prænuncient 182.b
de Crurum femorumq; fractorũ curatione 554.b
Ctesiphontis malagma ad phymata & strumam 416.c
cubitus in febribus quales bonum prænuncient 170.b
cucumeris temperatura & uires. 282 b.306.a
cucurbitæ facultates 282.a
cucurbitam dorso oppositam inter scoptulas obesse uẽtriculo. 246.b. & eius in ea parte quæ sint commoda eod.b
cucurbitæ cum scarificatu quãdo applicentur 246.a
cucurbitæ cur integræ cuti nõnũquam adaptentur 245.c
cucurbitæ quib. affectib. & ætati & sexui conueniant 246.a
cucurbitæ quomodo eliciant, uel exugant è corpore 245.b
cucurbitas crudas pniciosas. 310.c
cucurbitas uenæ sectionis uicem subire 251.a. ut et clysteres purgationis eod.
cucurbitas uitreas esse tutißimas. 245.c. & qua de causa eod.
cucurbitas uulgò uentosas dici. 245.b. & cur sic nominatæ. eod.
cucurbitarum cur potißimum sit usus inuentus 246.a
cucurbitularũ genera duo. 245.b
cuniculos & lepores ætate fieri deteriores 281.a
cuniculos leporibus esse succi melioris 281.a
cupreßo glutinandi facultatem datam 328.b
cursus accelerandi ratio 50.a
cursu capita lædi animantiũ. 50.a
cursus qui magis recepti 49.c
cursorum genera uaria 49.c
cutanea inanitio quomodo, uel quot modis fiat 257.b
cutaneas partes sanguinem parere frigidiorem 292.c (72.b
cutis durãdæ ratio in sudoribus.
cutis temperamentum, & in alendo facultas 292.a
cutem purgantia 411.b
κυνικὸς σπασμὸς faciei morbus qualis 378.a
κυνικοῦ σπασμοῦ remedia eod.b
Cythion, uel Tephrion collyriũ. 465.b

D

Deambulatio post cibum, siccat aluum 98.b
debilitas membrorum omnium ex spirituum resolutione 29.b
decoloratis, & alimẽta præ frigore non sentientib. quomodo opitulandum 84.c
decubitus is optimus, qui ex cõsuetudine fit in ipsis morbis. 171 a
decũbentes in strato ad solem capite repleri 268.a
defrutum coquẽdo firmius fieri, & craßius 301 a
defrutũ nõ astringere cõtra Dioscor. & Celsi sententiã. 298.a
defrutũ quomodo coquendo præparetur 118.c (297.c
defruti parandi modus uarius.
deiectionem nimiam alui rebellionem sequi 148.a
de Deiectione 246.b
deiectiones quomodo moliendæ primum 65.a
deiectiones si frequentes, periculosas esse eod.a (mas. 232.a
deiectiones nigras pernicioſißi-
delabi à lecto ad pedes, mortale esse ægris 187.c
delyrium à sanguinis profluuio malum. 232.a. et ex immodica purgatione eod.
delyrij cum morte signum 208.b
delyrij indicium eod.a
delyrum iam ægrũ dentibus stridere, ualde periculosum. 187.c
delyria quæ cum risu fiunt, tutiora esse 359.a (nasci. 162.c
dentes genuini quando soleant e-
dentes quoto anno excidant puerulis, & cur 162.b
dentes caninos erumpendo maximũ dolorem concitare 162.c
dentes triginta ferè duos habere singulos homines 162.c
de Dentium dolore & curationibus 480.a
dentium singulorũ nomina. 162.c
dentibus striderc in febribus quid 187.c
destillatio frequens in corpore tenui tabem minitatur 191.b
de Destillatione, ac grauedine. 377.c
destillationem pulmonem exulcerantẽ solã esse pestiferã. 379.a
destillationes in pulmonem poßis quid agendum 378 a
destillationes quæ quibus grauiores 377.c (377.c
destillationum diuersarum notæ.
destillationes quomodo uitandæ. 115.a (fiat. 233.c
detractio, & additio, quot modis
Dexij malagma aduersus callos in articulis 427.b
Diadaphnidon emplastrũ ad extrahendum 429.b
diadaphnidon aliud ad extrahẽdum, & pus mouendũ. 419.b
diætæ mutationem eße periculosam 53.a
diætæ statuendæ ratio quæ 26.c
diætã pro regionũ diuersitate, diuersam 36.b (lißima. 2.a
διαιτητικὴ medicinæ pars nobi-
diaria cur in tertiũ quandoq; diẽ protrahatur 341.c (145.c
diariã paßis aquã non recusandã.

diarias febres esse mitißimas 172.b
diarijs febribus ex laßitudine profectis, nisi reparatis uiribus alimentum permittendum 71.a
dies pluuij meliores sunt nebulosis 145.a
dies qui morbos indicent ac finiant 339.a
dies qui in iudicijs morborũ sint maximè obseruandi 339.b
dierum septenorum quintum esse indicem 339.b
diebus paribus uel imparibus nihil esse tribuendum censuit Asclepiades 337.b
dies serenos esse saluberr. 145.a
digitorum cohærentium curatio 534.c
de Digitorum ulceribus 491.a
de fracti Digiti curatione 555.a
Dionysius tyrãnus unde tabe correptus 68.c
Dionysii collyrium 465.a
discutientia duplicia esse 408.e & quæ sint eod.
discum quàm philosophũ audire malle, unde dictum 18.b
dißipantia quæ per cutem 233.c
distentiones neruorũ ceruicis quæ uel salutares, uel mortiferæ 381.a
diuretica minus propriè quæ dicantur 323.b
diuretica quomodo debeant esse affecta 323.b
diureticorum species ibid.
dogmaticorum opinio 2.b
dogmaticorũ rationibus esse morbos cognoscendos ibid.
dolor unde commoueatur in colo 119.b
dolorem quem faciant pueris exilientes dentes 162.b
dolores qui parũ commiserationis apud mortales cõsequãtur 110.a
dolores sanorum sæuißimi 110.a
dolores supra diaphragma quid sibi uelint 169.a
domestica alimenta quomodo deligenda 310.a
domestica ferinis animalibus cur humidiora 117.e
domestica generaliter quæ dicantur animalia 293.c
domest. omnia, quàm syluestria, humidiora 293.c. & cur id fiat eodem
domus amica, domus optima 77.c
dormire, cessare, aut interitus, aut mortis fratres 15.a
drupæ quomodo sumendæ 283.b
dulcedinis nomine unãquãq; rem & facilius cõcoqui, & sanguinem meliorem præstare 303.b
dulcia cur plurimum nutriant, & repleant 83.b
dulcia ex modica mole in amplũ diffundi 83.b
dulcia omnia & legumina fugienda in inflationibus 119.b
dulcia quid efficiant 96.a
dulcia quibus partibus sua craßitie minentur obstructiões 303.b
dulciũ craßitiem aliquando concoctionem protrahere 303.b
duritiem magnam uix è bile fieri posse 326.a
dysenteria ex insania, bonum est 223.b
dysenteria quid 395.b
dysenteria quos maximè tollat de medio 221.c
dysenteriæ signa 395.b
dysenteriã ab atra bile inceptam esse mortiferam 229.b
post Dysenteriã, læuitatem sequi intestinorum 208.b
dysenteriam non longam, splenicis utilem 214.a
dysenteriæ & lippitudines aridæ quando 160.a
dysenteriæ quæ sint omnes malæ 229. a
dysenterias aliquando salutares esse 205.e
dysentericis ratio uictus præscribenda 396.a

E

Eadem non omnibus aut commoda, aut noxia 67.a
ebriũ à parente ebrio gigni 31.a
ebrium si uoce subitò priuetur, cõuulsum mori, nisi febris superueniat 289.a
de Ectropio 503.c
edendum non esse post potiones multas 33.b 59.c. & cur. eod.
edendum quibus sit, aut abstinendum, post uomitum 92.a
edendum quid sit post uomitum, aut quando 92.a
edendum quõ post purgationem 254. a
edendum ut uluamus, non uiuendum ut edamus 26.a
educationem consuetudinem parere 291.b
effectus uariari pro sanguinis qualitate 35.c
effectus uarios esse pro saporum diuersitate in fructibus 311.a
effœminati, molles, crapulæq; dediti, quales fœtus gignant 28.c
egestiones salutares 221.e
eiectiones quæ parum tutæ 175.b
elephantia cur dicta 372.a
elephantiæ signa 371.c
elephantiæ remedia 371.c
de Elephantiæ curatione ibid.
elephantiam dici etiam Satyriasin, & Leontiasin 372.a
elephantiacis plantaginem illitã, utilem esse ibidem
elephantinum emplastrum 421.a
elephantiasis unde 151.c
elephantiasin diei lepram ineptè 80. a
elephantiasin nauigationibus quo modo cures 80.a
elixa cur aßis uideantur humidiora 105.b
elixa omnia aßis esse humidiora. ibidem. a
elixis æstate potius quàm aßis utendum 104.b
elixationẽ quæ non patiantur ob humiditatem 295.a
emaciari præter cõsuetudinẽ malum 166.a
emacrescere celeriter, malũ 174.c
empiricæ quis primus fuerit author 2.a
empirici cur euidentib. causis insistant potius quàm rationi 4.b
empirici cur naturalium actionũ quæstionem iudicent superuacuam 4.a
empirici non spectãt quid faciat, sed quid morbum tollat 5.a
empiricorũ ad similia transgressionem nõ semper cõferre 6.c
empiricorum in morbis obseruationes 4.c
empiricorũ medicinam esse mancam sine ratione 8.a
empiric. obseruationes rationib. dogmaticorũ fuisse priores 4.c
empiricorum sententia 2.b
empiricorum transitus ad similia in morbis ignotis 5.a
empiricos euidẽtib. causis niti 4.a
empiricos qui sese primos appellarint 2.a
empiricis crudele uiuorũ præcordia scindi 2.b

de Emplaſtris 17.b
emplaſtrum quod exeſt corpus, et oſſa reſoluit, & ſupercreſcentem carnem coercet 420.a
emplaſtrum rufum ad idem 418.a
emplaſtrum uiride ad idem 418.b
emplaſtra aduerſus morſus, et alia recentiora uulnera 420.b
emplaſtra lenia eod. 421.a
de Emplaſtris exedentibus 420.a
enneapharmacum emplaſtrum ad pus mouendum & ad purgandum ualens 418.c
enneapharmacũ emplaſtrum, unde dictum 419.a
Epæus pugil 28.a
Epheſium emplaſtrũ rubrum ad recentia uulnera 420.c
ἐπιπλοκήλη quid 517.b
ἐπιπλοεντεροκήλην quid uocent Græci ibidem
ἐπίπλοον rete uulgo uocari. ibid.
equinum ac aſininum lac admodum ſeroſum 297.a
eryſipelatum curatio 439.b
eſurienti uulpi ſomnum contingere 45.b
euectica corpora florentis ætatis, quid facere debeant 11.c
euectica corpora quæ dicantur naturaliter 11.c
euectica corpora ſummè quæ dicantur 12.a
euectica corpora ſummè repudiari à medicis ibid.
euecticis quibus corporibus conueniant tuendæ ſanitatis præcepta ibidem
euelpidis collyrium Trygodes nominatum 465.c
euelpidis liquidum collyriũ 470.a
europã habitantes, cur quàm qui in Aſia, ſint audaciores 20.a
eunuchi uocabulum tres ſpecies ſub ſuo complecti, & quæ ſint 403.a
exaſperata quæ leuent 410.a
excitandi facultate quæ ſint prædita 361.b
exerementa in oculos decidentia quomodo reuellenda 115.c
excrementa retenta morborum cauſæ 93.c
excrementorum uis, quomodo ſit extenuanda 100.b
exerementorum uias patentes optimæ ualetudinis conſeruatrices 93.b
excretio inſolita, uitioſa 166.c
quæ Exedant corpus 407.a
exeſa quomodo repleantur 404.c
exerceri corpus labore, quàm otio diffluere, melius eſt. 14.b
exerceri corpus melius aſcenſu atque deſcenſu 50.c
exercitatio caput replens quibus fugienda 120.b
exercitatio corporis intermiſſa quid noceat 12.c
exercitatio cuiuſmodi cui parti conueniat 47.c
exercitata ocioſis ſicciora 294.a
exercitatio qualis eſſe debeat quæ cibum præcedat 47.a
exercitatio uenandi quid afferat commodi 14.c
exercitatio uiolẽtior ſaltatio Pyrrhica 49.a
exercitationem cuiq; pro ſui corporis modulo ſuſcipiendã 47.b
exercitationẽ non ſemper neceſſariò omnibus ante cibum admittendam 47.a
exercitationem omnem ſalubri et illuſtri loco ſuſcipiendam 50.c
exercitationem omnem uehementem excalfacere & exiccare 85.b
exercitationem quid debeat ſequi 33.a
exercitationum quis ordo 19.a
exercitationum uariæ ſpecies 19.a
exercitium omne moderatũ præſcribit Gal. 50.a
exercitium paucum quid præſtet 82.a
exercitij partes tres ueterum, & quæ uel quõ ficrent 18.c
exercitij ſuſcipiendi ſignum à tempore quomodo petatur 19.c
exercitia quæ dicantur Galeno robuſta 14.b
exercitia quæ ſequebantur apud antiquos 75.c
exercitia recta, quàm flexa, quot modis meliora 19.c
exercitiorum genus letiſſimũ ambulatio 50.a
exercitiorum genera partium ſupernarum 117.b
exercitiorum qualitas, locus, tempus 19.b
exercitiorum quem modũ ac terminum ponas 19.b
exercitijs calentes, ſi cibum capiant obſtructiõib. obnoxios 82.b
exercitijs quando ſuperſedendum 19.b
exercitijs, uigilijs, inedia ſpiritus & corpora diſſipari 15.a
exhalationes ex ſicco non poſſe naſci, niſi uaporibus temperato 314.a
exiccantia quæ, & incendentia plurimum 267.c
experientia ſine ratione certa fallax 2.b
experimenta theoricæ cognitioni neceſſaria 2.c
experrecto recens quid faciendũ 44.c
expuitiones in febribus continuis malæ quæ 225.c
extenuantium nomina 309.a
extergentis rei notæ 309.a
extremitates animalium quæ quibus præſtent 303.c

F

Fabæ temperamentum 285.b
fabã freſam minus inflare 285.b
fabas inflare minus quàm lupinos aut cicera 313.c
fabaceæ farinæ facultas 285.b
facies moribundorum qualis eſſe ſoleat 185.c
facies pallida & tumida quid indicet 291.b
faciem in ægrotis primò ſpectandam 185.c
facultatum & operationum omnium integritas corporis robur oſtendit 237.b
fames canina quæ et unde, & quomodo diſſoluatur eod. 62.b
famem & morã, bilem in naſum concitare 53.a
famem facilius quando ferant homines 104.b
famem, medicamẽta, peſtiferis nõ conuenire 347.a
famem qui facilius ferant, ubi, & quando 9.a
fame, quibus nihil eſſe poteſt perniciosius 342.a
farinarum tot genera, quot ſeminum 329.a
fatigatio, eruditas, frigus, calor, libido, quomodo fugienda peſtiferis temporibus 131.b
fatigato inſolitum cubile moleſtum 63.b
fauciũ exaſperatio quomodo tollenda 92.c
de Faucium morbis 381.b

faucibus

faucibus anginam familiarem esse 381.b
fauonij quomodo generaliter accipiantur 149.b
febris ex ustione aut labore immodico, res perniciosissima 71.c
febris hectica quæ 335.b
febris lentæ curandæ ratio per Petronem 248.b
febris quotidianæ curatio 352.a
febris tertianæ curatio. ibid.
febris quartanæ remedia 352.c
febris recidiua quomõ præcidenda 201.b
febris si æquè cõcitata, semper cõtinuet, peßimum 175.a
febrem oriri post morbum arquatum, periculosum. ibidem
febre laborantibus ex laßitudine quid idoneum 63.a
febre iam desinente quid agendum 344.a
febre ualida correptos apoplecticos seruari 227.c
febres ardentes quando sequi soleat somnus 347.c
febres ipsæ ardentes, quomodo refrigerandæ 347.b
febres continuæ unde 152.b
febres quæ continuæ maximè pertimescendæ 335.b
febres in toto corpore maximè uulgares esse 334.a
febres lentæ unde nascãtur 269.b
& quomodo pro circumstantijs uariè sint cõtumaciores. eod.
febres lentas, quãdo mutandas esse censeas 348.b
febres omnes in bubonibus malas esse, præter diarias ipsas 341.c
febres pestilentes quomodo curentur 347.a
febres præcedentia signa 191.b
febres quæ sint periculosæ 348.b
& quales minus periculosæ. 172.c. 335.b
febres quæ transeant ferè in hydropem, aut cachexian. 269.c
febres quomodo nascantur 79.a
febres tertianæ unde sumant originem 151.c
febres semitertianæ quomodo curandæ 348.a
febres tertio quoq; die intendentes, periculosæ 178.a
febres acutas siccis & calidis, longas humidis & frigidis constare humoribus 159.a
febres unde nascantur inordinatæ 334.c
febres quas uocarint diarias antiqui Latini 341.c
febriũ causas esse duplices 335.c
febriũ causas esse diuersas 358.b
febrium diariarum genus alterum 341.c
febrium curandarum ratio diuersa 335.c
febrium diuturnarum signũ 208.a
febrium fontem esse cor 358.b
febrium frigora tripliciter distinguenda 334.c
de Febrium generibus 334.a
febrium incertis temporibus, quæ seruanda 351.a
febrium lentarum curatio 348.b
febrium quotidianarũ species esse uarias 334.b
in Febrium sudoribus faciendum quid 344.b
febriũ tertianarũ genus alterum, cur hemitritæon dictum 334.a
febrium uariarũ nomina, & causæ 335.b
febribus cibus quis increscentibus utilis 344.b. desinentibus, aut dum leuantur, quis eod.
febribus ipsis ardentibus qui laborent, medicamẽti potionem fugiendam 347.b
febribus laborantis signa 344.a
febrium longarũ argumẽta 195.b
febriũ quartarũ materia quæ 151.c
febrium quæ dicantur acceßiones 269.b
febricitantes quomodo Asclepiades tractarit 336.a
febricantib. iã, nihil dandũ 74.a.c
febricitantibus aquam periculosißimam esse 343.a
febricitantibus cur in potione, q̃ cibo, magis indulgẽdum. eod.
febricitantibus diætam aliam ab alijs præscriptam 336.b
febricitantibus est optimum medicamentũ cibus opportunè datus. eodem
febricitantibus nullus humor primo die quõ sit dandus 343.a
febriẽtib. qualis cibus utilis 345.b
febricitantib quãdo potiones expediat dari 343.a
febricitantibus tertio quoq; die cibum esse dandum 340.a
febricitantib. quando medicamenta purgantia danda 250.a
& quam ob causam. eod.
fel uariari pro natura animalis 329.a
fellis folliculus ubi 375.a
fœminis ex partu laborantib. parcitatem potus conuenire 345.c
festinationem in curando nimiam periculosam 335.c
ferarum nomine quid intelligendum 293.c
ferina caro quæ bonitate præstantißima 276.c
feruor horrorem inducit, & febres 73.b
feruore uel frigore aquam habere uim sistendæ alui 323.a
ficedula unde dicta 288.b
ficedulam totam edi eod.
ficus aluum ad exeretionem stimulare 286.c
ficus & uuas autumnalium fructuum esse ornamentum 286.b
ficus largius esas pediculos gignere 280.c
ficus oculis dolentib. esse inimicas (115.c
finis quis exercitijs præscribendus 33.a
de Fistulis 494.c
de Fistulis & earum generib. & curationibus 453.a
flamma quæ ferat incõmoda 112.b
flatus alijs locis alios oriri 149.b
flatus è ficub. citò deficere 314.b
flatus nasci ex huc illuc facta reuolutione, & sursum ferri 40.a
flatus oppugnandi quomõ 119.c
flatus quomodo dupliciter percipiendi 314.a
flatus unde generentur 119.c
flatuosis dißipantia conuenire. (250.c
fluxio de capite ex tabe 208.c
fluxionis nullam corporis partem esse expertem 8.b
fluxiones quõ reuellendæ 260.b
fluxionum è capite species potißimum tres, & quæ 42.b
fluxionem peßimam omnium esse in pulmones 43.a
fœniculi facultates 327.c
fœtus firmi uel debilis indicia. (205.b
fomentũ ex milio facile omniũ suauißimum 271.a
fomenta quando sint adhibenda 271.b
fomẽtorũ genus multiplex 271.a
fontibus perpetuis aucti fluuij meliores 41.b

frictio concilians somnum 258.c
frictio lenis laßitudini tollendæ 74.a
frictio, rasura, iniunctio, quando commodè suscipiantur 116.b
frictionis geminũ eße usum 260.a
frictionem longam euocare, & digerere 258.c
frictionem nullã frigefacere 258.b
frictionem particularem uel generalem dici uacuationem 257.b
frictiones inclinato, nõ crescenti, aut inchoanti morbo permittendas 260.a
frictiones quando potißimum sint instituendæ 159.a
frictiones, unctiones, & balnea quando minus prosint 259.a
frictionum differentiæ 258.b
frictionum diuersarum effectus. 257.c
frictionum genera diuersa diuersum inducere habitum 82.c
frictionibus aliquid nõ semper eripi de corpore 258.b
frigeat si qs amplius æquo. 240.b
frigere partes extremas, in omni magno dolore malum 232.c
& cur eodem
frigidæ aquæ usus quibus utilis 114.c
frigida quibus & quando potißimum utendum 114.c
frigidæ perfusiones quãdo, & ubi salubres 128.c
frigidæ potus calidis ex profectione noxius 130.b
frigidæ potum ad alui fluorem remorandum esse utilem 117.a
frigidæ usum post calores externos hoc capiti, quod candenti ferro præstare 113.b
frigida & sicca quomodo refocillanda sint corpora 917.b
frigida pectori inimica 128.a
frigida quibus partibus inimica. 92.b
frigidæ usus quibus uel obsit, uel prosit 346.c
frigidorum incommoda 158.a
frigidæ partes quomodo fouendæ 255.c
frigidæ potiones ultimo loco sumptæ, cui rei seruiant 121.a
frigidis ablutionibus capitis caniciẽ & caluitiũ remorari 113.a
frigidis ablutionibus caput confirmari 113.b
frigidas lotiones uix unquam, nisi æstate tutas esse 113.b
frigidas natationes post æstũ commendari Galeno 113.b
frigus, æstum, laborem, qui se impleuit, debere fugere 33.b
frigus, humorem quomodo exprimat è corporibus 42.b
frigus matutinum quoduis periculosum, ut & uespertinum 41.a
frigus matutinum cur uespertino perniciosius 41.b
frigus pedum quos affectus inducat 134.b
frigus quid, & horror in febribus 334.b
frigus quod febrem præcedit, quomodo leuigandum 350.b
frigus quibus potißimum noceat 61.b
frigus quid corpori noceat 79.a
frigus quid agat in cutem 124.c
frigus quibus inimicum 124.b
frigus quibus prosit 124.c
frigus uariè quomodo cutim afficiat 127.c
frigus uulneribus inimicũ 127.c
frigoris gradus qui 128.a
frigoris iniuriæ 146.a
frigore quæ partes potißimum læduntur 128.a
frixa, q̃ assa, minus nutrire. 55.c
fructus palmæ bilem cogendo pellit 58.b
fructus palmæ craßioris esse succi. 57.c
fructus fugacis species eod.
fructus fugaces quomodo noceant 311.a
fructum infirmum produci ex imbelli corpore 29.c
fructum palmæ sumptum immoderatius, inebriare 58.b
fructus non tam qualitate, quàm quantitate noxij 108.b
fructus omnes exigui esse nutrimenti 56.c
fructus omnes fugaces malum succum párere 303.b
fructus quales stomacho nihil noceant 57.a
fructus qui minus sint noxij 56.c
fructus quomodo fugiẽdi, uel noxij 108.b
fructuum palmæ diuersitas 57.c
fructuum quis sit usus 108.a
fructuum species eße duas generaliter 57.b
frugalitas consiliorum magistra. 25.c
frumentum qua soli natura fiat lætius 293.a
frumenti uel seminis reponendi, notæ laudabiles 293.b
frumenta quot & quibus indicijs discernenda 293.b
fugaces omnes fructus mali esse succi 108.a
fugienda quæ in exercitijs 51.b
aduersus Fungos inutiles 445.c
de Furunculo, & eius curatione 415.a
furoris præsagium 208.a

G

Galeni remedium, æstu sitiq; laborantibus in febribus 74.a
Galeni sententia de cochleis & limacibus 283.b
gallorum solos testiculos esse optimos 292.b
de Ganglijs, & meliceride, & atheromate, & steatomate, capitis tuberculis 498.a
gangrenæ curatio 440.a.535.a
gargarizationes quibus fieri debeant 425.a
genitalium partium sensum quid titillet, aut inuitet 29.b
de Genuũ dolorib. & cura 401.b
gestari equis, non ex malè ualentium usu esse 261.c.
& quare ualentibus non inutile, & cur. eodem
gestationem mediam esse ferè inter quietem & exercitationem 261.b
gestationem pro re qua gerimur diuersitate uariari 262.b
de Gestatione 260.c
gestationes quibus, et quãdo perniciosæ 262.b
gestationum differentiæ 261.b
glans penis contecta quomodo aperiri poßit 523.b
ad Glandem colis tegendam, si nuda est 522.c
glutinosa non quatenus talia sint laudari, sed pro alimenti probitate 303.c
glutinosa tenuiter alere, et expeditè per aluum delabi 291.c
graciles angusto pectore, longoq; collo, quibus obnoxij 265.b
graciles impleri rebus sex 82.a
graciles quomodo exercendi 82.a.97.c

gracilium

gracilium distinctio 87.c
gracilitas lassitudinis species, & quomodo fiat 75.a
gracilitas unde nascatur 82.a
Grecorum contra crapulam remedium 74.b
grauedinem quæ sequantur accidentia 378.a
grauidæ mulieres quando periclitentur abortu 146.b
grauitas, caligatio, & sternutatio unde 195.b
grauitas in attollēdo se, pernitiosa 171.b
gruis caro fibrosa, non facilè permeat 322.a
gruum temperies, & in edendo usus 277.b
gulæ atq; appetentiæ causa comparata inutilia 56.a
gypsi natura 328.b

H

Habitus quis propriè dicatur. 151.a
habitus mali toto corpore signū. 191.b
de Hæmorrhoidibus 490.a
hæmorrhoides diuturnas sanāti, quid obseruandum 206 a
hæmorrhoides melancholicis utiles 223.b
Hecatæi emplastrū ad extrahendum 420.a
helleborus quibus noxius, & quare 255.c
ἡπατικῶ acuti signa 390.b
herbæ & fructus senibus salutares 105.a
herbæ sanguinalis uaria nomina. 368.c
Hermonis collyrium 470.b
Herophilus cur uiuorum corporum sectionem sit aggressus. 3.c
heroum filij duobus potißimum uitijs obnoxij 36.a
hepatis inflammati signum. 193.a
Hieracis collyrium 471.c
hieræ compositio 424.a
Hippocrates Cous cuius discipulus 1.c
Hippocrates & cōmunia et propria dixit curanda 8.b
Hippocratis aphorism. primum librum instituendi uictus rationem complecti 333.c
Hippocratis consiliū in extenuādis corporibus 85.c
Hippocratis locus quomodo intelligendus de uenæ sectione. 243.a
Hippocratis sententia de sanitate tuenda 18 a
hiando semper dormire, in morbis mortale 187.c
hircinæ carni cedere & arietinā, & taurinam 276.b
hircinā concoctu esse peruicacē. 276.b
hirundinis pulli esu toto anno liberari angina 388.a
hirundinis tantā uim esse in anginis, ut & nidus sit utilis cataplasmatis concinnandis 382.a
hominem diaphragmate discisso, statim mori 5.c
hordei boni notæ 284.b
horci fugacesq; qui è cauliculis geniti fructus. 282.a. & quomodo exiliter alant. eod.
horror quomodo nascatur in febribus 73.b
horror membrorum unde 169.b
horroris curatio in febrib. 351.a
horroris quæ sit causa, & unde nascatur 351.b
horrorem ubi sequitur calor, q̃d præstādum 351.a
horrores quomodo discutiantur. 351.b
humeri fracti curatio. 553.b (eod.
humeri uera significatio quæ.
de Humero luxato 560.a
de Humerorum, brachiorum, femorum, crurum, digitorum fractorum, uel euulsorum, cōmunibus curationibus 551.b
humerorum dolor cum torpore quomodo leuetur 222.b
humida, fluxaq; substātia fructus quid pariant in corpore mali. 282.a (310.a
humidos gaudere astringētibus.
humor omnis potabilis quib. noxius 343.b
humores acres, mordaces, & tenues, ubi corpus occuparint, à calficientibus abstinendū. 76.a
humores dominari in corpore, pro anni tempore 152.a
humores praui quomodo cognoscātur esse in uentriculo 76.b
humores prout in partes incidunt, sic eas afficere 153.a
humores qui per initia morborū purgari poßint 251.b
humores semper in homine, pro temporis ratione uel crescere, uel decedere 149.c
humores ubi accendantur in febribus continuis 153.c
crudorum Humorū notæ 88.b
humoribus commotis febres quō fiant intermittentes 151.b
ὑδροκέφαλον quid uocent Græci 377 a
hydropes à laterum mollitudine quomodo dignoscas 197.b
hydropici morbi species eße tres 362. a. & quæ sint. eodem
hydropici qui nō facile curentur 364.c
hydropici quomō deficiant 228.b & cur eod.
hydropici sicci signa 198.b
hydropicis quale uinū dādū 363.a
hydropicis quomodo aqua emittatur 513.b
hydropicis quorum debeat esse usus in potionibus & alimentis 381.a
hydropicis signa salutaria 363.b
hydropicis tria potißimum seruanda 362.b
hydropicis utile, quicquid ariditatem inducat 365.a
hydroorum materia, & quid sint 114.b
hydrops unde concilietur 365.a
hydropisis in quibus facilius tollatur 362.b
hydrop. quæ periculosior. 228 a
hydropisis unde 151.c
hydropisis q̃d uniuersaliter 362.b
hydropisis quomō curetur 362.a
hydropiseos tollendæ uaria adminicula 363.c
hydropisi liberatis à uenere abstinendum diutius 365.a
hydropa nasci iecore uel liene affecto 365.b
hydropisim principiò non difficilem esse curatu 362.b
hydropiscos timor 228.a
hyemis quæ sint incōmoda 145.c
hyemis termini 104.c
hyeme cur liberalius edēdū 104.b
hyeme cur parcius bibatur 104.c
hyeme grauitatē cœli hebetiorem esse, & minus periculi à contagione inferentem 68.a
hyeme meracius bibendum 104.c
hyeme quādo capitis dolores sint futuri 160.c

hyemes quæ omni uento uacant, esse optimas 145.a
aduersus hyoscyamum 445.b
hypochondrij dextri grauitas unde 196.b
hypochōdrij sinistri unde nascuntur affectus 196.b
ὑποχόνδρια ubi 376.b
hypochondriorum dolorem párere crudas materias 169.b

I

Ibi manus, ubi dolor 205.a
iecur crasso succo præditū 292.b
iecur à dextra parte sub præcordijs 475.a
iecur durū regio morbo laborantibus, malum 239.a
iecur quos producat affectus 358.b
iecur quorum animalium adstringat 322.a
iecur uoluptate dulcedinis eripere dulci uentriculo adhuc incocta 327.c
iecoris naturalem temperationem robur addere corporib. 237.b
ieiunium qui ferant facillimè 26.a
ignauia & intemperantia podagræ parens 126.b
ignauia quantum noceat corporibus, & prosit labor 12.b
ilei morbi affectus 394.a. b. & remedia eodem
imbecillitas uentriculi duplex duplici de causa 57.a
imbecillitas uentriculi, quomodo sit intelligenda 67.a
imbecillo uentriculo, qua ratione uictus uti debeant 57.b
de Imbecillitate oculorum 474.a
imbres perpetui quid secū ferant uitij 146.a
de Impetiginis speciebus, & curationibus 458.b
inediam qui ferant facilius 66.a
inedia laborantibus, quid inimicū
infibulandi ratio 523.c (62.a
infirmitas stomachi quomodo iuuanda 222.c
inflammationi quomodo succurrendum 234.a
inflammationes quō fiant 196.b
inflationes coli, quomodo releuandæ 219.a
ingestio subita, & multa, quàm sit periculosa 68.b
inflāmationis notas esse quatuor 350.a
inflāmatione prima febris remissa, quid agendum 349.c
ingurgitationis nimiæ remedia. 60.c
insaniæ futuræ metus 193.c
insaniæ species 354.c.357.a.b
insaniā cum risu leuiorē esse 357.c
insanientes solos nō esse relinquendos, & cum ignotis 358.a
insanientibus insania quomō soluatur 233.a
insanientibus subitus terror & pauor salutaris 358.a
insanientibus ueratrū, quod quibus conueniat 357.c
insipida fatuaq́, quibus iungi gaudeant 283.a
insolationes inimicas esse capiti 268.a
insuetum omne iniucundum 77.b
intemperantem adolescentiā effœtum corpus reddere 68.c
intēperies corporū gemina 34.b
intemperies organicarum partiū benignior 34.c
intemperies principum partium, morbos etiā facit maximos 34.c
intemperies simplex non diu durans 34.b
intēperies uniuersi corporis perniciosissima 34.c
intemperiei partium instrumentalium uel organicarum uarietas maxima 34.c
intemperiem partium ignobilium tolerabiliorem esse 34.c
intemperantia grauissima potus simul & cibi 59.c
intestinum cæcū inflatum, qui dolores sequantur 395.a
intestino cæco laboranti, quæ remedia conueniant. ibid.
intestini crassioris morbus longus, & dicitur κώλιον 394.a
de Intestini curatione 519.c
de Intestini plenioris morbo 395.a
intestini tenuioris morbus modò supra, modò infra umbilicum esse 394.a
intestini tenuioris morbum esse acutum, & dici εἰλεόν ibid.
de Intestinorum morbis 392.b
intestinorū morbos esse duplices 394.a
intestinorum omnium commune tegumentum, omentum 375.c
intestinorum situs & ordo 375.b
de Intestinorum ulneratorum curationibus 514.a
intestina alitum prorsus inepta cibo 292.c
intestina & uentriculum difficulter concoqui 303.b
intybus quas habeat uires 310.b
intybum pro seride frequēter accipi eodem
de Iocineris morbo 390.b
iocineris malum cuiusmodi sit, ex pure cognosci 213.c
iocinerosorum remedia 290.b
Iollæ compositio 424.b
iridis & nucis amaræ facultates
ischuria & dysuria. 156.b (330.a
itria, lagana, & rhyemata quomodo fierent olim 307.c
iucunda uocum sermonisq́; modulatio ad quid utilis 48.a
iucundum quod cuiusq́; palato, id expetendum esse, si modò ex eo rectè ualeat 24.a
Iudæi compositio 424.a
Iudæi emplastrū fracto capiti accommodatum 414.a
iudicationem prænunciare noctē difficilem ante accessionē 342.b
iudiciarios dies impares semper fuisse antiquis 337.b
iuglandes unguine uentriculo esse molestas 313.a
de Iuguli fracti curatione 549.a
iurulentas res esse succulentiores assis 295.a
iuris albi compositio 315.b
iurulentorum uitiosus quando sit usus 317.b
iuscula & dulces sorbitiunculas senescenti stomacho esse cōmodissimas 313.a
iuuenes citius quàm senes confirmari ex morbis 102.c
iuuenes unde Varroni dicti 102.a
iuuentus quibus ferè afficiatur malis 147.a

L

Labor, cibusq́, q̄ necessaria, & quibus seruiant partibus 27.a
labor quòd cibum debeat anteire 18.b
labor subitus ex quiete periculosus 69.b. & inde quæ sequantur incommoda eod.
laborem ingentē exiccare. 100.a
laborem statim post cibū fugiendum, & cur 60.b
labore insolito qui fractus, quid faciat 62.c
laborū multiplex distributio 18.c
labra & summa pedestrium animalium ora glutinosum succū facere 303.b

labra resoluta ac pendula lethale 187.b
lac bono succo præditis bonum, ut malo contrà malum 297.b
lac craßißimũ & pinguißimũ esse bubulum 297.a
lac dare caput dolentibus, malum
lac in quibus uentriculus (368.b *facile corrumpatur* 316.c
lac quibus est noxium 368.b
lac omne triplici constare substantia 249.a. *& quod quò sit melius* eodem
lac quanto craßius, tanto etiam minus cit aluum 297.a
lac quibus non dandum 314.b
lac quibus partibus uel obsit, uel prosit 297.b
lac quomodo præparandum, ne euertatur stomachus 249.b
lac uarios uentriculos uariè afficere 313.a
lac uere esse copiosißimum 297.a
lactis differentiæ ab animãtis colore & habitu sumptæ 297.a
lactis diserimina multa eod.a
lactis optimi conditiones 303.c
lactis seruũ quomodo sit absumendum 297.a
lactis tenuißimi laudes ibid.
lactis usus aßiduus gingiuis aduersatur, & dentibus obest ibid.
lactis usus in lubricando 249.b
lachrymari sine uoluntate, malum
lactaria ea ferè facultate (174.b *prædita, qua lac ipsum* 320.c
lactaria omnia, & placentas, peßimarũ ægrotationũ causas 317.b
lactuca marina, uel caprina quæ 248.c. *& eius facultas.* eodem. *& eius uis præcipua quòd in liquore.* eodem
lactucæ aquea & humida facultas 319.c
lactucæ frigidus, humidusq́; succus, quomõ corrigendus 281.c
lactucæ uires 324.b
lactucæ quibus utiles 310.b
lactucas bonitate cæteris oleribus anteponendas 281.c
lactucas quæ sequantur herbæ, bonitate proximæ 314 a
de Læuitate intestinorum 396 b
læuitatis intestinorũ remedia. ibi.
de lagophthalmo oculorũ 503.b
lapathi facultas 319.c
laßis cur utile sit balneum 73.c
laßitudo & fatigatio quid differant 51.b
laßitudo phlegmonòdes aut inflammans quando 72.b
laßitudo tendens quid, & quomõ nascatur 72.b
laßitudo ulcerans, unde. ibidem
laßitudinis duplicem esse differentiam 72.a
laßitudinis ex uitio corporis species tres ibidem
laßitudinis sensus unde 134.a
laßitudini aßiduæ quomodo medendum 62.b
laßitudini propulsandæ remedium 71.a
laßitudines duplici egẽt remedio. (22.c
laßitudines quales pariant abscessus 212.a
laßitudines sponte natas morbum præsagire 167.c
laßitudinũ quauis de causa remedium 72.c
de Laterum doloribus 388.a
laterum doloris accidentia & signa 388.a
laterum dolore laborantibus ratio uictus ibidem
laterum doloris remedia 388.b
lecticæ uel lecti pensilis usus optimus in ægris 262.a *& ijs qui potißimum debeant uti.* eod.
lectionem claram non temerè admittendam 48.a
lectione clara thoracis partes omnes expurgari ibid.
lecto non statim exiliendum 44.c
legendum quãdo, uel cantandum, sine noxa 48.b
legumina ferè omnia praui succi, præter fabas & pisa 305.b
legumina quæ sint, & unde dicta 275.c
legumina uulgò inflare 323.a
lemæ, ac oculorum fordes, unde 187.a
lenia quæ dicantur alimẽta. 307.a *& quare dicantur* eod.
lenticula quomõ & pharmacum, & edulium fiat 321.c
lenticula quomodo magis astringens efficiatur 321.c
lenticulã toto corpore eße astringentem ibidem
lentis cum beta frequentem usum fuisse Heraclidi Tarẽtino. ibid.
lentius quicquid, quàm ut per uenas permeet, citò corrumpi in uentriculo 316.c
lentor assumptarum rerum quõmodo dissoluendus 123.a
lepus & caprea, uentrem refrenant 322.a. *& cur.* eod.
leporem arefaciendo corpori utilem 280.c
lethargus quid, siue marcor. 164.c
lethargus à ueterno quomõ differat 362.a
lethargus quomodo curetur. 361.a
lethargi definitio & etymologia 362.a
lethargi notæ 361.a
lethargum, morbum esse acutum 361.a
lethargum phrenetico contrarium ibidem
lethargum ueteribus ueternũ fuisse dictum 362.a
lethargici quomodo excitãdi cõmodè 361.a
lethargicis caput radendum, cur 361.b
lethargicis gestationem esse utilem 361.c
lethargicos excitandos, & quomodo 161.a
λσυκὰ emplastra non grauibus uulneribus accommodata, & maximè senilibus 321.a
lex potoribus exercitatis usitata 57.c
liborum genera, & lagana obstructionibus parandis obnoxia. 56.b
lien malicia succi insigne 292.b
lien suillus inter cæteros optimus 292.b
lien ubi constitutus 375.a
de Lienis morbo & curatione 391.a
lienis tumidi indicium 193.b
liene laborantis signa 391.a
lienosis conferentia. ibidem
lienosis quis uictus instituendus. ibidem
lienosis ubi dysenteria accidit, bonum 224.a
lienteria senioribus difficilima. 222.a
lienteria, siue uoluulus quid. 154.c
ligamenta sine spasmo non posse inflammari 125.b
ligamenta sola inflammari 125.b
de Lingua 511.a

linguæ

linguæ asperitas unde 270.a
linguæ resolutionis remedia 377 b
linguæ siccæ & scabræ quid utile 350.a
lippientibus alui profluuium salutare 223.a
lippitudinis indicia 115.b
lippitudinis metus, unde percipiendus 192.a
lippitudinem fieri multis de causis 115.a
lippitudines ab ariditate natæ 129.b
liquor nimius quo modo corrigendus 123.a
literarū cupidos ferè omnes, imbecillo esse stomacho 32.b
locorū & aquarū mutationes, destillationes parere 116.b
locustarū nomine, tenui testa tectum genus accipiendum 318.b
lolliginis ac polypi nomine molles omnes pisces intelligi 318.b
lotijs intereat dignus, qui lotio decipiat 44.c
lotio frigida quibus non incommodet 121.b
lotionis calidæ & frigidæ differentia 20.a
lotionis frigidæ usus non indifferenter omnib. permittēdus 22.a
lotionē manuū & oris, & ad mūditiem & sanitatē ualere 45.a
lotiones calidæ, quibus conueniant 66.a
lotiōes calidas dici dupliciter 20.a
lotiones calidas pueris utiles esse 102.b
lotiones omnes fugiendas in principio & incremēto febriū 21.a
lotiones quibus inutiles 21.a
lotionibus ieiunis corpus oppleri 82.b
lotionibus frigidis, quādo & quō assuescendum 21.c
lotis quæ seruanda 22.a
lotis uel exercitatis unde prandium, uel cœna inchoabatur 52.b
lubrica qualia sint sua natura 320.b
lucubratio duplex 46.a
lucubrationes ante concoctionem noxias esse 45.c
lumbi & genua quando grauentur, & unde 87.b
lumbricos rotūdos prodire, quando sit utile 173.b
de Lumbricis aluum occupantib. & remedia 397.a
lux micātior oculis inimica 112.a

M

Macies in edentibus & bibētibus bene, quid præsagiat 196.a
maciei causæ multiplices 121.c
macra & uetusta improbari omnia 294.c
mala & pyra in uer asseruata, medicandi uim possidere 58.c
mala quæ citra rationem dicūtur accidere 182.a
malagma, emplastrū, & pastillus, quomodo differant 412.a
de Malagmatis 413.a. inde
malicorium quid 329.a
maluæ uiscidæ facultas 319.c
mammas, si crebrius exugantur, plus lactis præbere 30.b
mammarum suillarum cum lacte commendatio 292 b
manus ante faciē in quibus affectibus malum 188.a
Mathematicis principijs medicinam non niti 190.c
maxillæ fractæ curatio, deq; quibusdam ad omnia ossa pertinentibus 548.a
maxillæ luxatæ curatio 558.c
medendi & alendi facultate prædita quædam 274.b
medendi scientiam sapientiæ partem esse 1.b
medicamentum utriq; bili expurgandæ idoneum 248.b
medicamento sumpto leni, leniter est ambulandum 253.b & quando non mouendum loco eod.
medicamenta alia alijs humorib. educendis seruire 248.a
medicamenta digerētia quæ 85.a
medicamēta quæ inter epulas antè uel post assumerētur olim 252.a
medicamenta quædā pluribus humoribus expellendis accommodata 248.a
medic. quibus periculosa 255.c
medicamenta quodammodo corpus immutare 272.a
medicamentis æstate superiores partes purgandas hyeme inferiores 255.b
medicamentis ualentibus quando utendum, & quæ sint 86.b
medicastrorum ignauia 186.b
medicina per quos sit illustrata, & in partes distributa 1.c
medicina quando primū orta 1.a
medicina ualetudinis bonæ custos, et reparatrix afflictæ, quid differant 10.b
medicinæ diæteticæ præstātia 94.b
medicinæ duplex officium 10.a
medicinæ pars eadē difficillima et clarissima quæ morbis medetur 3.b
medicinæ pars quæ sit uetustissima 1.b
medicinæ partes omnes inter se ferè inseparabiles 94.b
medicinæ quam partē sequuti sint filij Aesculapij 1.b
medicinæ tres quæ sint partes præcipuæ 2.a
medicinæ uocabula nō temerè mutanda 175.b
medicinam ieiuno & uacuo stomacho recipiendam 251.c
medicinā ipsam Hippocrates primus à philosophia separauit. 1.c
medicinam omnem duabus partibus definiri 233.c
medicinam quòd Græci præter cæteros excoluerint 14
in Medicina dissensiones & sectæ 2.b
medicus ægrū accessurus, ubi potissimum debeat sese constituere 344.a
medicus familiaris utilior quàm extraneus 9.b
medicus in quo uersetur 13.b
medicus naturæ minister 225.a
medici munus in curandis febribus 335 c
medici officium apud ægros 343.c
medico cur in acutis morbis uenia debeatur, si quid non succedat 332.b
medico quæ circumstantiæ, & indicia notanda 346.a
medico quando plus ignoscendū 331.b
medicum qualem fuisse oporteat 90.c
medicum quomodo quis se præbeat officiosum 186.b
medici ueteres religiosi nimis in mittendo sanguine 246.c & in aluo ducenda plus satis audaces eod.
medicorum error in uictus ratione, quibusuis eadem præscribendo 23.c
medicorum in urinarum indicijs explicandis impudentia 44 b
medicorum legibus non obligabit se, qui ualet bene 12.b
medicos simul & philosophos fuisse 1.c

medullam

medullam spinalem nauseam afferre 292.b
medullarum quæ sit optima, & quid efficiat 329.a
mel coctum constringere 322.b
mel cuius temperamenti & facultatis 277.b
mel frequentius esum scabiem gignere 277.c (ibid.
mel per se coctum probè nutrire.
mel quibus ætatibus & constitutionibus conueniat 301.a
mel quibus uentriculis inimicissimum 316.c. & quibus contrà conueniat eodem
mel quomodo facilius concoquatur & præparetur 277.b
mel senibus conferre 277.c
mel sumptum quomodo noceat. 313.a
mel ut frigidis amicum, sic aduersatur calidis 277.c
de Meliceria 435.b
mellis despumati cõmoditas 277.c
mellis optimi notæ ibid.
melli purgandi uim inesse 350.a
mellita omnia nisi probè cõcoquantur, obstructiões parere. 277.c
Melancholia, morbus 206.b
succus Melancholicus quomodo præparandus 88.c
melancholici, fuliginosi ante & post cibum 122.a
Memigmenon Euelpidis collyriũ. 469.b
mens uino si tentetur, quid faciendum 60.c
mente turbari uel resolui in prima febre, malum 175.a
mensæ secũdæ quibus salubres aut noxiæ 33.b
menstrua fœminis non prouenientia, quid prænuncient 192.a
Methodici à Rationalibus & Empiricis dissentiũt 7.b
Methodici ab Empiricis uulgaria sumpserunt experimenta. 8.a.
Methodici communitatibus quibusdam contenti, causis morborum neglectis 7.a
Methodici in coniectura rerũ latentiũ ponunt medicinam 7.b
Methodicorũ cõmunitates quàm sint incertæ 8.c
Methodicorum princeps Themison 7.a
Methodicorum dogma 346.b
Milium malè concoqui 284.b
milium panico præstãtius. 284.b
Milo Crotoniates 28.a
de Misturis simpliciũ rerũ 412.a
mollientia quæ 410.c
molliora infirmioraq; potius q̃ ut confici aut aduri possint, corrumpi 316.b
morbus acutus quis. 158.c. 332.a.c. cur ita dicatur 331.a
morbus cum cruditate nunquam bonus 181 c
morbus increscens, quando 332.c
morbus longus acuto quando cõparandus 331.b
morbus neq; acutus, neque longus quis eod.
morbus quid 332.a
morbi longioris indicia. 332.c. & decrescentis eod.
morbi utriusq; & acuti & longi in curando natura 331.b
morbus regius quibus diebus bonum prænunciet 230.a
morbi regij causa 215.c
morbi pellendi ratio duplex 233.b
morbum breuẽ qualis urina præsagiat 173.a
morbo laborantibus ea sunt exhibenda, quibus sani delectabantur 14.a
morbo mitescẽti, nõ excandescẽti uacuatio præscribenda. 241.a
morbi qui dicantur acuti 150.c. breues 240.b. 331.a
morbi qui dicãtur Endemij 132.a
morbi Epidemij qui simpliciter dicti 132.a
morbi epidemij pestilẽtiales 132.b
morbi qui dicantur hæreditarij, uel à parentib. profluxi 125.a
morbi qui dicãtur pandemij 132.a
morbi mali, ex somno timere. 175.a
morbi lõgi unde nascantur 151.a
morbi tales, qualia & tempora. 108.a
morborũ causæ, ut inter se uariæ, sic & eorum remedia 4.b
morborum incrementa, status, & decessiones quomodo cognoscantur 332.b
morborum longorum ratio 331.a
morborum omniũ parens est cruditas 127.b
morborũ origo unde, diuersæ sententiæ 2.c
morborum tria genera ex aeris coinquinatione 132.a
morbos ab ira Deorum profectos esse 1.b
morbos æstiuales citissimè finiri. 224.a
morbos ex satietate, euacuatione curandos 81.b
morbos hyemales æstate desinere, & contrà 149.c
morbos iudicatu faciles temporibus constantibus 148.b
morbos leniores esse bono tempestatum habitu 145.a
morbos non eloquentia, sed remedijs curari 5.a
morbos omnes esse duplices 331.a
morbos omnes in omnibus temporibus fieri 144.b
morbos quales humores in corpore pariant 151.b
in Morbis acutis quomõ & quando æger alendus 333.a
morbis quando caput maximè infestetur 87. & unde eod.
morbis quibus obnoxia sit adolescentia 147.a
in Morbis summis ac uigentibus, nihil dandum alimenti 264.a
moriendi necessitates quæ 16.b
mortis indicia 183.b
mores, pro locorum ratione mutari 56 b
motionem corpus turbare 253.c
motus & quies, si præter modũ, uituperantur 15.a
motus post cibum omnis est perniciosus 18.b & quamobrem. eodem (50.a
motus uelox cur caput offendat.
motum mediocrem tempestiuè digerere 101.a
motus immodici cur humectare dicantur 15.c
motus mediocres præterquã quòd calfaciant, alunt ibid.
motus perpetuos, artus consumere & exiccare 14.c
mouendo corpus calefieri 98.b
Mulier grauida misso sanguine quomodo abortiat 236.b. & id quomodo capiendum. eod.
si mulier uitio locorum concidit, qua curatione sit utendum. 423.b
mulierem grauidam acuto morbo corripi, lethale cur 189.a
mulsum alimoniæ multum præbet 118.a

mulſum nimia dulcedine cur noceat 313.a
mulſum poteſtate tale, quale eſt omne dulce 320.e
mulſum uires unde ſuas colligat. 300.e
mulſi uaria præparatio & compoſitio 297.b
murenas in malis aquis peßimas. 293.c
muria colymbadum cui rei utilis. 283.b
muriam duram quam uocet Celſus, & cur 391.e
muſtum aluum deijcere 298.b
muſtum quæ ferat incommoda. 120.c
muſto facultatem leniter aſtringendi eſſe 327.b
mutandas temerè non eſſe conſuetudines in ægris, etiã ſi prauæ fuerint 14.a
mutationis internæ, ſiue nobiſcum genitæ cauſæ 16.a
mutationi cur ſint obnoxia animantiũ corpora, & unde mutentur ibid.
mutationes eſſe paulatim faciendas 14.a
mutationes plurimas & maximas facere nauigationem 14.c
mutationes repentinas eſſe periculoſas 13.c
mutationes rerum à ſanis maximè recipiendæ 14.a
mutationes uehementes, naturæ contrarias 67.e
de Mydriaſi oculorum 473.e
Myopes qui 475.b
myrmeciæ uerrucæ 163.b
de Myrmecijs, & earum curatione 450.a
myrta, palmulas, ex aſtringentium genere eſſe 322.c

N

Nani atq; coloßi pedibus eundem calcem inducere 25.a
napi radicem coctã inflare 279.b
de Narium morbis & curationibus 479.a
de Narium fractarum curatione. 546.e
Natura calida quæ dicatur, & quomodo paretur 71.c
natura quid 81.a 332.b
natura quum repugnet, nihil medicinam proficere 331.b
naturæ bene ualentis officia 95.b
naturæ conuenientißima quo ſolo, uel cœlo cõparanda 300.c
naturæ inimicum quicquid nimiũ 27.b
naturam dici calorem natiuũ moderatum 131.a
naturam humanam rerum nouarum auidam 77.a
naturam ſui corporis cuiq; noſcendam 64.a
ſi Naturalia fœminarum concubitum non admittant, quomodo curari conueniat 531.a
naturalium actionũ diſcordia inter philoſophos, et medicos 4.a
nauigantibus quomodo ab iniurijs & maris & nauis graueolentia conſulendum 80.a
nauigantibus quomodo uentriculus roboretur 80.a
nauigatio quibus ſalutaris 81.a
nauigationem ægris accommodatiorem 261.c
nauigationis iniuriæ quomodo uitandæ 80.a
nauigationem primò uētriculum ſubuertere ibid.
nauſea quid prænunciet 89.a
nauſeam ſequi debere abſtinentiã, & quare 80.a
nebulæ cur fœtidæ ſentiãtur 149.a
neceßitati ne deos quidem aduerſari poſſe 37.b
nerui compuncti curationem ante Galenum incognitam 243.b
neruum punctum, qui ſequantur affectus 243.b
neruorũ diſtentio in pueris quando metuenda 191.b
neruorum dolore laborantibus quid obſeruandum 124.b
neruorum dolorē auget cruditas. 124.b
neruorum genera tria 125.a
neruorum reſolutio unde 222.b
neruorum reſolutiones quomodo curandæ 222.a
neruos & tendones non inflammari, ſed condolere tantum 125.b
neruoſis partib. frigore læſis quomodo ſuccurrendum 297.e
Nilei collyrium omnium optimũ. 467.a
nimium omne naturæ inimicum. 69.e
nitrum multum quid faciat, quid contra paucum 86.a
nubeculæ quæ in urinis laudatißimæ 273.a
nubes caput implere uaporibus. 42.b
nubes unde naſcantur Hippocrati 149.a
nucis pineæ facultates 314.b
nuces non multum nutrire 286.c
Numenij malagma ad podagrã et induratos articulos 417.a
νυκτάλωπες, uel luſcioſi qui dicantur 475.b

O

Obœſuli quib. grauari ſolcant malis 165.b
occaſionis ubique rationem ſummam habendam 262.b
occaſiones leuiculæ putredinis maximas febres excitare 69.a
ocium humectare 100.a
ocia corpus alere 85.b
oculorum calidas eroſiones quid mitiget 129.b
oculorum ad caligationem, quæ propter lippitudinem oritur, collyria 473.a
ad Oculorum caligationem propter ſenectam, aut aliam imbecillitatem factam ibid.
de Oculorum cauis ulceribus, & curationibus 470.b
de Oculorũ cicatricibus, quæ ex ulceribus factæ ſunt, & uarijs collyrijs 470.c
de Oculorum clauis 504.a
de Oculorum curatione aliquo caſu imminutorum 668.b
de Oculorum diuerſis collyrijs, 464.c
de Oculorum morbis, & eorum curationibus per medicamenta leuia 462.e
de Oculorũ grauioribus morbis, qui ex inflammationib. oriuntur 469.a
de Oculorum natura, & eorum ſuffuſione eod.
de Oculorũ reſolutione 473.c
de Oculorum ſuffuſione 473.b
de Oculorum uitijs, quæ ſcalpello & manu curantur 499.a
ad Oculos, qui extrinſecus offenduntur, cum ſanguine ſuffuſi ſint 474.b
ad Oculos ſcabros collyria 472.c
oculorum dolores quid ſoluat. 129.b.
de inflammatione oculorũ. 471.a
oculorum inflammationem quomodo

modo tolli cognoscas 129.b
oculorum robur quomodo paretur 115.c
oculis balneum quando sit utile, quando fomentum 129.b
Ocymi facultates 327.a
œdemata fieri è pituita, uel flatu. 316.a
οἰσοφάγω intemperies quomodo fiat, & quibus potissimum accidat 35.a
officia toti capiti non deneganda. 45.a
officiorū uitæ genus triplex 46.b & quæ eod.
olea quàm longè à mari proueniant 283.b
oliuarum balnadum uis in astringendo & digerendo 118.b
oliuas muria conditas ante cibum sumptas aluū proritare 118.b.
oleum acerbum, siue omphacinū. 328.b.350.b
oleum de Alhanna quod, et qua facultate præditum 329.a
oleum mediæ esse temperiei 22.b
olei uis & natura 74.a
oleū quale debeat esse, post lotionem corpori admouendum. 22.b
oleo emplastica uis 82.c
oleo lassitudinem leuari 22.b
oleo uario pro partium uarietate ueteres uti solitos 22.b
olera cur oleo & aceto & sale condiant nostri 55.a
olera insipida ferè omnia sub lenium alimentorū facultatibus poni 307.c
olera refrigerantia 315.c
olera syluestria, mala 306.a
olera uix ulla laude digna, præter lactucas 304.a
olyram tritico in alendo proximam 284.b
de Omenti curatione 520.c
onagrorum carnes quæ ceruinis proximæ 277.a
optima quæq;, si non assueta, naturam perturbare 68.b
optimum id esse cuiq;, & ferè, naturale, quo quis assueuit 68.c
ordo in balneis 112.c (237.c
ordines seruandi in uenæ sectione.
oryzæ effectus 296.b
oryzæ temperamentum ibid.
oryzam rubram, quàm albā, magis astringere 296.b
ortus initia quæ 16.a
de Oris uitijs, quæ manu & ferro curantur 509.c
oris ulcera 154.a.482.a
ora quibus graueolentia 206.b
ὀρθόπνοια 382.b
oscitationis frequētis causa. 169.c
os quomodo excidatur, et de modiolo, & terebra, ferramentis ad id paratis 541.a
ossium medullam cerebro dulciorem 292.a
de Ossibus luxatis 557.b
ossa uitiata & corrupta quibus signis cognoscantur, & qua ratione curentur 546.a
ostrea testaceorum omnium moderatissima 317.b
ostreorum carnem mollissimā, & minimè nutrientem 283.c
ostreorum coquendorum ratio optima 283.c
ostreas solas edi sine coctura 283.c
ouilla quibus inutilis 276.b
ouum temperamento esse frigidiore. 295.c
ab Ouo ad mala, quid sit, prouerbialiter 56.b
oua anseruia malum succum pariant 295.a
oua bellum ingenium parere. 295.c
oua gallinacea, et phasianica, præstantissima 295.a
oua nullos flatus, aut perpaucos producere 314.a
oua præparatione differre 295.b
oua sorbilia quid afferant alendo commodi 308.b
oua temporis ratione discernenda 295.a
oua tenui coctura, & nouitate partus præcipuè commendari 295.c
ouorum coquendorum modus optimus 295.b
ouorum differentia triplex 295.a
ouorum præparandorum ratio diuersa 295.b
de Ozæna 209.b

P

Paleas è parietibus, & floccos è uestibus legere, in affectib. malum 188.a
palloris, liuoris'que discrimina. 187.a
pallorem faciei aliunde quàm ex uentriculi imbecillitate proficisci. 121.b
palmæ uice reticulum receptum. 49.b
palmularum uires 287.a
palpebræ per somnū cur non com mittantur interdum 187.a
palumbi quomodo fiant astringentiores 322.a
palustribus aquis utentes & edaces esse, & semper siticulosos. 60.a
paneficia quæ materiæ sint ualentissimæ 296.a
panificia quæ minitentur obstructiones & calculos ibid.
paneficiorum nomine quæ sint appellanda ibid.
panicum & milium quare pigrè transmeent 321.b
panis αὐτόπυρος & συγκόμιστος, quis. 285.a. eiusq; bonitas. eod.
panis clibanitis 267.a
panis optimè coquendi modus. 284.c
panis qualis ad concoctionem sit appositissimus 316.c
panis qualis alat plurimū 104.c
panis quomodo fossoribus & athletis parandus 316.c
panis solus, quàm offa, magis aret facit 105.a
panem elotum uentriculo esse gratum 309.c
pane plusculo hyeme utendum. 104.c
pane sine fermento diu non potest uti, nisi qui felix ac fortis sit. 318.a
panes ablutos minus alere 296.b
panes ex siligine, simila, & polline conficiantur 285.a
panes furfuraceos abstergendi facultate esse præditos 285.a
panes urbano & ocioso homini bene fermentandos & elaborandos esse 316.c
papauer syluestre satiuo potētius. 327. b & id quale deligendū. eodem
papaueris albi semen esculentis misceri solitum 324.b
de Papulis, & earum curatione. 459.b
παρακολλητικὸν emplastrum, ad quid 418.a
paralysi partem corporis tantum solere resolui 372.b
paralyticis adhibenda remedia. 373.b

paralyticis & apoplexia laborantibus Venerem fugiendam. 373.b
paralyticis utilis uictus 373.a
parietariæ uires 327.a
de Parodontibus gingiuarum tuberculis, deq; alijs ulcerib. gingiuarum 483.a
de Parotidibus, quæ sub auribus oriuntur 485.b
parti maximè laboranti semper occurrendum 64.a
partes externæ frigidæ, quum ardeāt internæ, in febribus lethale 188.c
partium extremarum in morbis acutis, frigus, malum 177.a
partus emortuus, qua curatione ex utero excutiatur 531.b
partus quomodo cognoscatur imbecillus 193.a & quando sit firmus eod.
passum quid, et eius effectus. 298.a. 477.b
passum quomodo fiat ualentius. 301.a
pastinacæ purpurascentis facultas 280.a
pastinacam, quàm rapum, minus alere eod.
pastinacam satiuā syluestri aptiorem cibo 310.c
pauonum caro & ius quid possit in pleuriticis 277.b
pauores unde pueris 162.a
pax & ocium, bonarum artium fontes 137.a
pectus quomodo lædatur 125.c
pectus si febres feriant, quæ secanda sit uena 242.a
de Pediculis palpebrarum 668.b
perfusiones pro balneis, si desint, sufficere 78.b
peripneumonia, post pleuritidem, malum 210.a
peripneumoniæ signa 389.b
peripneumoniæ remedia ibid.
peripneumonicus morbus acutus. eodem
peripneumonicis ratio uictus. 389.c
de Pestis 422.c. inde
pestilentialibus sanguinis missionem esse salutarem 347.a
pestilentia grauior æstate, quàm hyeme 132.c
pestilentiæ quæ summopere reluctentur 133.a
pestilentiæ tempus obnoxium maximè autumnus 145.c
obseruatio in Pestilentia 131.a
pestis alexipharmacis quibus fugari debeat 133.c
pestis dupliciter quomodo metuēda 43.b
pestis duplici de causa esse originem 131.c
pestis periculo qui non facilè debeant moueri 43.b
pestis fugandæ præsens remedium 133.a
pestis temporibus exercitationes utilissimas esse 133.b
pestem fugantibus ab omni obstructione liberum corpus necessarium 133.b
peste laborantib. quibus uena tundenda ibid.
de Phagedænæ in cole nascētis curatione 488.a
phalangij ictus cura 444.b
pharmaca quæ quibus educendis humoribus apta 319.a
phasianos gallinis esse facultate pares 281.a
Philetis collyrium ad pustulas oculorum 468.a
Philocratis emplastrum 419.b
Philonis collyrium 464.c
phlegmaticis quæ sint conuenientia uentriculis 93.a
phlegmone siue inflammatio quomodo curanda 326.a
phrenitis ex peripneumonia, malum 210.a
phrenitis uera unde nascatur. 358.c
phrenitidis signa 355.a
phrenitidis plures species ibid.
phrenitidis curatio 354.c
phreniticis, & in animi deliquijs, quales frictiones instituendæ. 258.c
phrenitis ex quibus humoribus sæuior 358.c
phreneticorum audacia quomodo cohibenda 356.b
phreneticorum doli & sermones fucati 355.b
phreneticis adhibenda remedia. 356.a
phreneticis caput ad cutem usque tondendum ibid.
phreneticis cur nisi in remissione sanguis mittendus 355.c
phreneticis lethargum inducentia 356.a
phreneticis omnibus esse somnum necessarium 356.b
phreneticis qualis potio sit exhibenda 356.b
phreneticis quando, & cur remedia non sint adhibenda 355.b
phreneticos cur in tenebris haberet solita antiquitas 355.b
phreneticis sanguinem mittere, perinde ac si trucidarentur. 355.b
phreneticis tādem somnus quibus inducatur 357.a
phreneticis tenebras ad quietem animi conferre 355.b
phreneticis unguentū utile. 356.b
phreneticis utiles esse herbas, solanum & muralem 356.a
phreneticos Asclepiades cur in lumine censuerit habendos 355.b
phreneticis alios aliter tractādos, & consolandos 356.a
phreneticos alios tenebris, lumine contrà alios terreri 355.b
phreneticos neq; implendos, neq; ieiunio uexandos 357.a
phreniticos sæpe fieri cardiacos. 359.b
phthisis, quibus ætatibus familiaris 366.c (368.a
phthisis solius pulmonis uitium.
phthisi lac non negandum 367.a
phthisi medicamentū conueniens. 367.c
phthisi noua uexatis quid agendum 367.a
phthisi quæ sit ætas maximè obnoxia 368.a
phthisin inueteratam non facilè expugnari posse 366.c
phthisin, si tussis infestet, quid agendum 367.b
phthisicis fugienda 367.c
phthisicis ratio uictus 367.b
phthisicis sputum retentum, esse mortiferum 368.c
de Phygethlo, & eius curatione. 451.b
phyma quomodo differat, & apostema 152.b
de Phymate, & eius curationibus 451.b
πικρόχολοις, & biliosis omnibus ieiunium inimicum 71.b
pilæ genus duplex Galeno. 49.a
pila Trigonalis quæ 49.b
pilæ maioris triplex olim differentia 49.a

parua

parue pilæ prima laus in exercitijs 49.b
pilæ quis inuentor eod.b
pilam olim utraq; manu indifferenter ferri solitam eod.b
de Pilis palpebrarum oculum irritantibus 502.a
pinguia quæ dicantur, & quomodo intelligenda 294.a
pinguia quando nauseam pariãt. 320.b
pinguia quomodo intumescãt in uentriculo 313.c
piper cur excitandi uim habeat. 362.a
piper & sal tantum condimenta. 315.b
pisces capitati, ut et stagnales pulmonis exulcerationes faciunt. 41.b
pisces firmi & salsuram patientes. 290. b. quiq; contrà infirmi eod.
pisces in mari, & extrà degentes. 293.c
pisces natura sua duri, dum adolescant, probiores 261.a
pisces omnes molles, nisi ætate media, reijciendos 291.a
pises omnes pituitosos & flatulentos 314.c
pisces pelagij qui 290.a
pisces qui à quibus locis uituperẽtur 293.b
pisces qui gulæ magis arridentes. 290.a
pisces qui maximè uitandi sint. 291.a
pisces qui præstantiores cæteris. 55.b
pisces & quomodo, & ubi deteriores sint 290.b
pisces saxatiles qui 390.a
pisces saxatiles leuißimi 233.b
piscium laudem à duabus potißimum rebus sumi 290.a
pisum quàm fabam minus inflare 285.c
pisa quomodo præparata cacochymis utilia eod.
pisorum iusculum sale, garo, & oleo conditum, aluum soluere. eodem
pistoria melle quomodo corrigãtur 278.c
pituitæ crassæ quæ sint, euerrẽdæ commoda 384.a
pituitæ lentæ euocandæ qualia cõueniant 346.c
pituitæ quãto quis plus particeps, tãto etiam stolidior 15.b
pituitæ redundantis in capite indicia 193.b
pituitæ sinceræ uel bilis uomitus pertimescendus 175.a
pituitã à cibo melius euomi. 254.c. & cur eod.
pituitam in peste uomitu eijciendam 87.b
pituitam stoliditatis esse materiã. 15.b
de Pituita oculorum 503.c
pituitosi capitis dolores sentiunt inclemẽtiores post cibũ. 122.b
pituitosos gaudere acribus, frigidos calidis 310.a
pituitaria herba quæ 365.b
plantaginis uires 327.c
plantas omnes odoris boni, calidas esse 323.c
plantas quasdam & stirpes crassitie strangulari 27.c
Platonis consilium de ratione uictus, & uitæ instituendæ. 24.a
Platonis sententia de sanitate tuẽda 17 b
plenitudinis incommoda 169.a
plenitudinis medela 134.a
plenitudinis præsentißimum remedium 263.a
plenitudinis siue plethoræ species duas esse. 263. a. & quæ sint. eodem
plenitudinis species altera, uires tantũ grauãs imbecillas. 263.b
plenitudinis ueræ signa 263.b
plenitudinem ac putredinem quæ comprimant. 135.a
plenitudine laborantibus quæ fugienda 61.c
podagra & arthritis intemperantes uitæ comites 125.a
podagra non laborare mulieres, nisi menses defecerint 403.a
podagra non laborant eunuchi, neq; calui fiunt 403.a
podagra quando primum laborent fœminæ 199.c
podagra quando potißimum molesta 153.a
podagra in quibus curari poßit. 126.a
podagra quæ remedijs non poßit leuari eod.
podagra & arthritis quomodo, uel unde excitentur 125.a
podagræ tollendæ consiliũ. 126.b
podagricæ affectiones quando potißimum excitentur 403.c
podagrici cur non conuellantur. 125.b
podagricos quosdam dolores nũquam intermitti 153.b
polenta quid 360.c
Pollionis Romani remedium, ad longæuã & floridam ualetudinem 74.b
πολυπόδιον & braßicam ebrijs mentem restituere 60.a
de Polypi curatione per ferrum. 509.a
polypodium unde dictum, & quibus seruiat 248.b
polypodij uis quomodo corrigenda eod.
poma acida, uel immatura, mala. 306.b (ctis. 314.a
poma cocta minus inflare, non co
poma ne comedantur, interdicit Celsus 108.b
poma modici alimẽti 287.a
poma uetera quomodo laudentur 59.a (287.a
pomorum uarietas et differentia.
in Pomis duo præcipuè spectanda 311.a
in Pomis non nominum, sed saporum habẽdam rationem. 311.a
porcellorum carnes esse uuidas. 289.a (461.a
de Porrigine, & eius curatione.
porrum quietem turbare, & somnia turbulenta párere 324. b
porri facultates 324.b
portulacæ uires 327.b
potentiores partes in infirmiores & uicinos, quod noxiũ est, detrudere 127.a
potio largior post cibũ, quid incommodet 100.c
potionis & cibi ratio quæ in peste seruanda 347.a
potus ante escam sumptus, sitim non pellit 61.a
potus frequẽtes, & cibos uarios, morborum esse causas 108.a
potus statim post prandium uel cœnam, inutilis 61.a
præcepta catholica in omni uita necessaria 60.b
prædictiones ex oculis 186.c
prandere non solitos esse ueteres. 46.b (123.a
præconium optimum non sitire.

præcordia mollia & æqualia, ſalutaria 171.c
præcordioru͂ dolorem eſſe multiplicem 121.c
præcordiorum dolorem multis de cauſis fieri 146.a
præcordiorum dolorem febre ſuperueniente ſolui 224.b
præcordioru͂ duri tumores quid præſagiant 210.c
præcordioru͂ durities uel tumor unde 269 c
principes corporis partes 81.a
proceritas corporis cur ſit illaudata ſenibus 151 b
ptiſanæ uirtutes 308.c
pubertatis quæ ſint incommoda 163.b
pueritia quo tempore periclitetur 147.a
pueris quando dentes primu͂ exiliant 162.a
puerulis rece͂s natis quæ ſint communia mala 162.a
pueros ante ueneris uſum podagra non laborare 226.b
pueritiæ morbi diuturni quando finiri ſoleant 164.a
pugillatorius follis quis Plauto. 49.b
pulegium refrigerantibus aduerſari maximè 327 a
pulmo per ſe inſenſilis 390.a
pulmones alime͂tum ſufficiunt pituitoſum 292.b
pulmonis unde infla͂matio naſcatur 390 a
pulmonis quid faciat exulcerationem 208.b
pulmonis uitium quomodo colligendum 193.a
pulmonibus qui labore͂t, reſidere uelle perniciosum 174.b
punicum malum cortice uale͂ter aſtringere 328.c
purgandi tempora duo 251.c
purgantia compungente quadam ui. 319. b acri eod.
purgantia medicamina fortiora corporibus humanis inimica. 249.b. & quomodo emendata porrigenda eod.
purgantia medicamenta quando per os non recipienda, ſed per clyſterem tantum 250.a
purgantia quæ 406.a
purgandi uiam eſſe multiplicem. 319.b
purgatione abſoluta cur ſomnus permittatur 254.a
purgationes quæ potiſsimum pernicioſæ 86.b
purgationes immodicas lædere. 95.a
purgationes quando ſint inſtitue͂dæ 238.a
purgationes quo co͂ſilio & iudicio ſint inſtituendæ 338.c
purgationum genera quot. 233.c
purgationibus crebris natura͂ ſui obliuiſci 95.a
purgatorio medicame͂to quando nullo ſit utendum 252.c
pus amurcæ ſimile in iecinore ſuppurato, malum 219.a
pus quale ſine metu 213.a
pus quod dicatur æquale 219.b leue eod
pus quomodo naſcatur 207.a
puris confectionem quæ ſequantur eod.
de Puſtularum generib. & quomodo curentur 457.a
de Puſtulis oculorum, et curatione earum 467.c
putredinis alicuius humoris intus deliteſcentis ſigna 342.a
putredinis cauſam afferre quadruplicia 316.b
πυλωρὸς cur dictus 372.b
pyra contrita quibus rebus ſeruiant 328.a
pyra immatura, ſorba mala cidonia, aſtringentia 322.b

Q

Quadratum quod dicatur corpus 151.a
quæ quibus uentriculis magis apta 310.a
quæ res alienæ ſint ſtomacho. 312.b
quæ res aut calefaciant, aut refrigerent 315.a
quæ res craſſam uel tenuem facia͂t pituitam 308.a
quæ res intus uel corrumpantur facile, uel non uitientur 316.a
quæ res lenes, quæ'ue ſint acres. 307.a
quæ res ſtomacho ſint idoneæ. 309.b
quæ ſit natura cuiuſq; rei qua ueſcimur 303.a
qualitatum nomine quid comprehendatur 170.a
qualiter affecti iuuantur in ſole 258.a
quartanam neminem iugulare. 358.c
quartanam ſenes magna ex parte interficere 354.a
quartanam uictus ſubinde mutatione facta leuari eod.b
quartanam ueterem, no͂ niſi uere ſolui eod.a
ex Quartana, ſi quotidiana ſequitur, malum eſſe 353.c
quartanæ quæ dicantur longiſsimæ 232 b
quartanas ab horrore incipere, deinde calorem erumpere, & quarto die reuerti 334.a
quartanas autumno ferè gigni. 354. b
quartanas quomodo curarit Heraclides Tarentinus 353.a
quartanas uere ferè occidere. 354 b
qui uiuos homines ſecuerint medici 3.c
quietis nimiæ duplex incommodum 15.b
quies & abſtinentia in morbis optima 333.a
quo cibo potiſsimum deiectio intercipiatur 100.c
quod paulatim fit, tutò fieri. 69.c
quotidianæ, quæ ex quartana facta, curatio 354.c

R

Radices, quibus ferè ueſcimur. 279.a
radicum uſus 279 b
de Ramicis curatione 521.b
de Ramice inguinis 522.b
rapa quomodo lautius & utilius coquatur 279.b
rapa͂ qui ſaluberrimam putent, errare grauiter eod.
rapam uenerem excitare. 279.b & plus eius ſemen eod.
raphani, ſeu radiculæ uſus. 280.b
ratio, ſiue conſilium in nouis morbis, pro experientia. 3.a
ratione opus eſſe ipſi medicinæ 6.b
ratione probabili non ſolum ſemper inſiſtendum 90.b
rationalis medicus no͂ à latentibus tantum, ſed & ab euidentibus cauſis remedium petet. 6.c

rationalis quod debeat esse medici na 9.b
rationalem medicinam ab euidentibus causis instrui eod.
recidiuam unde collegerit Hippocrates 337.b
refrigerantium species 326.c
refrigerari cupientibus qui sint affectus auerfandi 97.b
regius morbus cur dictus. 371.a
regius morbus in febribus ante diem septimum, malum 371.b
regius morbus unde aurigo & icterus dicatur 371.b
de Regij morbi curatione 370.b
regium morbũ dici etiam arquatum eod.
regij morbi signa eod.
regio morbo laborãtibus aliquod malagma digerens utile esse. 371.b
remedium reperiri non posse sine notitia morbi 6.a
remissionis febrium notæ 350.c
rempublicam duabus summè rebus iuuari 14.b
renes cui inhæreant 375.a
renes in esculentis mali succi esse. 292.b
renes quibus affecti quomodo leuandi 392.a
renum calculo laborantibus inutilis quies 204.c
de Renum morbis 391.a
reprimentia duorum esse generũ. 326.c
reprimentia leniter aut mollientia, non per initia aut exitus morborum conuenire 326.b
reprimentia quæ, uel dẽsantia corpus 325.c
reprimentium species et nomina. ibid.
reprimentium calidorum species. 326.c
res foris accedentes & externæ, uitæ fœliciter ducendæ 17.4.b
res non naturales quæ 82.a
rerum non naturalium cognitionem medico esse necessariã. 3.a
resinæ terebinthinæ uirtus in conseruando uigore ætatis 94.c
de Resolutione linguæ 378.b
resolutæ corporis parti quid utile 372.c
respirationes luctuosæ cum febribus in acutis morbis perniciosum 189.a
rhabarbari uis in abstergendis uiceribus 95.a
de Rhagadijs & cõdylomate, & hæmorrhoidib. alijsq; ani morbis & curationibus 489.a
rhinion collyrium 472.a
rhypodis emplastrum, ad idem. 419.b
rigor febri ardenti superueniens, bonum 224.c
rigor febri non desinente ægro iã debili letbale 188.c
rigor in quibus febribus oboriatur 255.a
rigor quomodo sit intelligendus. 335.a.
rigoris neruorum in ceruice uaria appellatio, & remedium. 380.a
rigores, horrores, frigora in febribus 335.a
rigores sexto die per febres fieri, malum 176.a
robur non ex mole corporis æstimandum 237.b
rodere quæ dicantur 406.b.c
rosæ uocabulo rosaceum intelligi. 477.a
rosam pro eius oleo accipi sæpius 328.b.346.b
rosam reprimere, & siccitatem impedire 350.a
rosacei facultates eod.
ructus acidi quid indicent 88.b
ructus acidus in diuturnis lienterijs, bonum 124.a
ructus acidus in liẽterijs quid indicet 124.a
ructus flauæ bilis indices 88.b

S

ad Sacrum ignem 426.b
de Sacro igne & eius curatione. 449.a
sal & nitrum, discutere & excicare 74.b
salis & salsamentorum uis & natura 54.c
salis in siccando potestas 281.a
salem qui pisces respuant 281.b
sale modico condita nõ noxia esse 309.c
sale qualia possint aptè condiri. 54.c
quæ Saliture quibus deteriores. 305.c
saliuæ copia unde profluat. 169.a
saliuæ fons & origo 89.a
salsa quæ ui sint prædita 96.a
salsa quæ, quæ cõtrà nullo sale cõdita uituperentur 249.b
salsamenta nulla quæ uetusta sint laude digna 294.b.306.b
salsamenta qualia præscribat Celsus 54.b
saluberrima tria ex Platonis sententia 25.c
salutaria quemq; sibi debere deligere 275.b
sanguinalis herbæ esse species duas 327.a
sanguis ex quibus locis emanet maximè 404.c
sanguis ex gingiuis erũpens quomodo sistendus. 385.b. & ex ore quomodo eod.
sanguis, pus & squamula in urinis 202.c
sanguis grauiter olens, dulcis, amarus, acidus, astringens, insipidus, salsus 244.a
sanguis maternus est ueluti materia 16.a
sanguis crassus fortes facit 35.c
sanguis quando abundat maximè. 195 c
sanguis quibus uasculis excipiendus 243.c. & quo loco reponendus 243.c
sanguis quos generet affectus. 152.b
sanguis quot de causis meiatur. 203.b
sanguis rubicundus, flauus, albus, uiridis, liquidus, mixtus quid præsagiat 244.a
sanguis, somno ad interiora refugit 38.a
sanguis surfũ elatus malus. 190.b
sanguis uiscosus quomodo dignoscatur 243.c crassus eod. tenuis, putidus eod.
sanguinis aut plenitudinis causa, uenam secandam 250.c
sanguinis detractio quibus salutaris. 238.a. & quibus affectibus conueniat eod.
de Sanguinis detractione per cucurbitulas 244.c
sanguinis quot modis fiat detractio 233.c
sanguinis eductionem plenitudinem postulare 248.a
sanguinis eruptiones fieri quot modis soleant, & earum remedia 404.c

sanguinis

ſanguinis frequens fluxus 206.b
ſanguinis legitimi minus partici-pibus, nō uenæ ſectio, ſed pur gatio procuranda 237.c
ſanguinis miſſio ubi præſtantiſſi-ma 239.a
ſanguinis profluuiū tuſſientibus quando utile 385.a
ad Sanguinis profluuia, uel ex mē brana cerebri, uel alijs locis, &c. 424.b.453.b
ſanguinis profluuij nota 191.b
ſanguinis profuſio quas partes cō tineat 257.b
ſanguinis ſerū quid indicet. 244.a
ſpuma eod.
ſubſtātia ſanguinis quādo primùm obſeruanda 243.c (202.b
ſanguinem aut pus meiere quid.
ſanguinem è uenis et arterijs cor rumpi 206.c
ſanguinē ex arteria difficile com-peſci 243.b
ſanguinem paucum atq; uitioſum ſucci efficere ſylueſtria. 304.a
ſanguinem per uigilias à uiſceri-bus fluere extrorſum 84.c
ſanguinem ſpumoſum expuere, quid 205.a
ſanguinē ſua ſponte meiere quid 203.a
ſanguinē ſupprimētia quæ. 404.b
ſanguinem tenuem & humidum generantia 54.c
ſanguine nimis attenuato quæ no xa ſubſequatur 35.c
ſanguine qui ſunt immundiore, debiliores eſſe 237.c
de Sanguine & ſanie, et pure, & eorum ſpeciebus quando me-liora deterioráue ſint 432.b
aduerſus ſanguiſugam, ſi epota eſt, & lac quod intus coijt. 445.c
ſanus & bene ualens quomodo differant 13.a
ſano bis die potius quàm ſemel e-dendum eſſe 12.c
ſano nullum cibi genus fugiendū. eod.
ſanis elleborus cur periculoſus. 189.a
ſanis omnibus tenuis & accura-tus uictus periculoſus 13.b
ſanitatis ſtudioſum uariè exerceri debere 12.b
ſanitatem quod præſtet, uel mor-bos excitet non ſcientia, ſed cō iectura cognoſci 6.a
ſapa quid propriè dicatur. 297.c
ſapa cur ſubducat, humectet et ca leſaciat 118.c
ſapam bifariam apparari 118.c
ſapam & defrutum citra roſionē emplaſticum eſſe 118.c
ſapam Hipocrati caleſacere & humectare eod.
ſapam obſtruere hiantia 119.c
ſapiētes & docti, cur ſtupidas et indoctas habeant proles 35.c
ſapientis, ſapienter, & medicè di ctum 26.a
ſaporum diſcrimina, & effe-ctus 59.b
ſatietas nimia ſemper inutilis. 25.b.33.b
ſatietas utra deterior, ex uino ne an cibo 53.b
ſatietatis concoctionem accelerat aquæ frigidæ potus 60.c
ſatietatis nimiæ grauius deli-ctum quàm abſtinentiæ 92.b
ſatietatis nimiæ pericula eod.
ſatietatem nimiam grauare uires, & morbum facere 25.b
ſatietatem nunquam, abſtinentiā uerò nonnunquam ſalutarem. 53.b
de Scabie et eius curatione. 458.a
ſcaros ab auratis non admodum diſſimiles 318.a
ſcorpionis ictus quomodo curan-dus 444.a
ſcrofulæ cur maximè pueris acci-dant 130.c
ſcrofulæ qualiter conſtitutis homi nibus frequentes 130.c
ſcrofulas aquæ turbidæ potoribus moleſtas eſſe eod.
ſectio quādo uenæ cū purgationi bus admouēda. 238.a. & utra præcedat eod.
ad Secundas expellendas 428.b
ſemen corruptum animi deliquia & necem adferre 29.a
ſemen diutius retentum corrum-pi eod.
ſemen genitale generationi adhuc ineptum, accommodari ſper-maticis partibus alendis 28.b
ſemen genitale in conceptu ra-tionem tenere opificis 16.a
ſemen genitale in teſtibus elabo-rari 28.b
ſemen genitale per totum corpus generari eod.
ſemen genitale quale ſit, quod ad libidinem inuitet eod.
ſemen genitale quartæ concoctio-nis exerementum eſſe eod.
ſemen genitale, quomodo ſangui-nem maternum paulatim for-met 16.a
ſemen genitale unde proueniat. 28.b
ſemē quamuis fluat, eſſe ſanguine ſiccius, agilitatem & motio-nes præbens 16.a
ſemen quanto ſit aerius, tanto ma ior in concubitu delectatio. 29.b
ſeminis corrupti retentio quæ ſe-rat incommoda eod.a
de Seminis ninia profuſione ex naturalibus 400.b
ſeminis ratione ſequi fœtus. 28.c
ſemine ei aculato cur debilitan-tur adeò uires 28.c
ſemine turgeſcente quæ ſequiſo-leant incommoda 29.a
ſemina ſuis herbis eſſe ſicciora. 309 b
ſemitertiana ex quibus conſtet. 348.b
ſemitertiana in quot horas porri gatur eod.a
ſemitertianæ ſæua accidentia. eod.b
ſemitertiana laborantibus quan-dò dandus ſit cibus. 348.a. & in ea ipſis ſanguis mittendus quando eod.
ſenectutis gradus et nomina. 102.c
ſenectutis incommoda 147.a & 165.a
ſenectutis temperamentum. 102.b
ſenectutem longis, acutis adole-ſcentiam torqueri morbis. 145.a
ſenectutem tardius experiri, qui ſint in editis locis habitantes, & cur 40.c
ſenes cur pauco & crebro nutri-mento indigeant 102.a
ſenes iuuenibus magna ex parte minus ægrotare. 103.b.150.b. & quomodo eod.
ſenibus omnis præter conſuetudi-nem mutatio periculoſa 13.c
ſenibus quid proſint balnea. & cur 102.b
ſeneſcere citius, qui paluſtribus ui cini ſunt 40.c
ſenium in quadrupedibus quid no

xe secum trahat 290.c
sepiarum atramentum qua facultate præditum 320.b
seri cōficiendi rationem inter medicos diuersam esse eum temperie. 249.a
Seri lactis facultates 249.a
Seridis species satiuæ esse duas. 310.b
serpentium morsus omnes quomodo curari debeant 442.c
Sisari radicis utilitas 310.c
sicca uiridibus efficaciora 309.a
siccant terrarum genera omnia, plus minus' ue 100.b
sicci calores ubi sint profuturi. 267.b (267.a
sicci & humidi caloris effectus.
sicciora animalia sale non egere. 281.a
sicciora coriacea reddi, si salian tur 281.b
siccitates immodicæ quomodo noceant 146.a
signa iocinoris uulnerati 430.c item ieiuni intestini, & uentriculi, & aliorum intestinorum. 431.c cordis. 430.b lienis. 431.a pulmonis 430.b stomachi uuluæ 421.a.b
signa quæ aduersæ ualetudinis futuræ 166.a
signa quæ morbi longi 181.b
signa quibus spes, uel periculum morbi declaretur 223.b
signa ualetudinis aduersæ expressa 167.a
silani significatio quomodo accipienda 359.a
siligineus panis omnium purissimus 284.c
siliginis uocabulū quomodo accipiendum 284.c
siliginē similamq; subsistere 321.b
similam & similaginem pro diuersis accipi 285.a
simplicia quædam contrarijs facultatibus prædita 234.a
simplicia, rationem loci & regionis tenere 99.a
singultus, in iecoris inflammatione, malum 205.b
singultum soluens 213.c
sinistri cubiti fieri fissurā in quartanis febribus 242 a
sitientibus noctu quomodo consulendum 123.a
sitientibus ualde noctu potum nō negandum 123.a
sitis nocturna ex ardore uel uinolentia quomodo restinguenda. 123.a
sitis nocturna quomodo propulsari possit 120.a
situm, colorem, figurā, magnitudinem, ordinem partium mutari in mortuis 5.b
sitim quæ pellant in uniuersum. 123.a
Smaragdinū emplastrū ad quid. 418.a
Smilion collyrium 469.c
Socratis dictum 25.c
Solani uires 327.c
solaris insustio quid præstet. 267.c
solis ardorem post cibum ac uinū fugiendum 112.a
solem crassos capitis humores tan quā in pluuiā resoluere 112.a
solem et ignem arefacere corpus, & humorem exugere 51.a
sole non utendum esse nubilo modò, modò sereno 41.c
somnifera quæ plus adferant formidinis 324.b
somniferis utendū esse cautè 324.a
somniorum uarietatis longa explicatio 168.b
somnolentiores esse qui in uuidis & aquosis degant 40.c
somnos concedi post firmiorem medicinam 253.a
somnus & balneum post exercitia, et ante cibū, extenuat 84.b
somnus & cibus plurimus hebetudinem parit 37.a
somnus & pallor unde nascatur. 41.a
somnus interdicitur leni sumpto medicamento 253.a
somnus longior humoribus corpus grauat 84.c
somnus meridianus nemini prodest 136 a
somnus mortis frater 37.a
somnus offensionū omnium quas affert uigilia, propulsator 37.b
somnus pomeridianus quòd nō omnibus utilis 45.a
somnus quib. longior, aut breuior conueniat 36.c
somnus qs in ægris noxius. 174.b
somnus quod sit animi ad interiora recessus 38.b
somnus quomō concilietur. 324.a
somnus uires reparat & restaurat spiritus 37.a
somni conciliatrix nox humida. 45.c
somni immoderatè lōgi uitia. 37 a
somni moderandi ratio unde colligenda 36.c (45.a
somni pomeridiani incommoda.
somni quod, quod item uigiliæ sit tempus 36.c
somni tempestiui commoda 45.c
somni uis & potestas in concoquendo. 61.b & quomodo nō in uentriculum tantum fertur, sed et uenis cōmunicatur 37.c
somno, cibo, lusu, quiete utēdum, ut reficiantur uires, non opprimantur 15.a
somno manè liberalius indulgere, minus malum 45.b
somnum dolorem facientem esse mortalem 189.b
somnum ieiunos attenuare 45.b
somnum humectare & concoctionem iuuare 71.a
quæ res Somnum moueant 324.a
somnum, uigiliā, sine mediocritate, esse mala 168.a
sorbitiones & pulticulas in leniū alimentorum numero ponendas 307.b
spadonis uocabulum non esse generale 403.c
spelta milio melior 184 b
sphaceli uoce pro cancro solitos uti 553.b
sphæristeria olim fuisse triangula tantum 49.b
sphærion collyrium Euelpidis. 470.a
σφαγίτιδες uenæ ubi sitæ 374.b
de Sphragide pastillo, quem Polybus confecit ad glutinandum uulnus 422.a
de Spina luxata 559.b
de Spinæ curatione 551.b
de Spirandi difficultate 382.b
spirandi difficultas in febre nō intermittente, lethale 189.a
spirādi difficultatis auxilia. 382.a
spirandi difficultate laborantibus ratio uictus 383.c
spirandi difficultatem comitantia mala 382.b
spiratio facilis in morbis acutis nō mala 171.b
spirationem uehementem & crebram, periculosam esse 174.b
spiritus dēsus quid denotet. 176.a

ſpiritus et calor nutritionis et cō coctionis opifices 46.a
ſpiritus frigidus è naſo atque ore pernicioſus 188.a
ſpiritum fugientem quomodo triduum remoratus ſit Democritus 53.b
ſpiritus tantū nō humores, aut ſolidas partes quæ accēdāt. 341.c
ſpuere qui dicantur de iecore. 226.a. & quomodo inde prouenire dignoſcatur. eod.
ſputum quibus hepaticis pernicioſum 226.a
ſputa nigra, peßima 218.b
ſputa quæ mala 218.b. & 225.c & quæ uituperentur in affectibus pulmonum. eod.
de Staphylomate oculi 325.c
ſternutamentū quando utile, quādo contrà pernicioſum 172.a
ſternutamentum quomodo oboriatur 172.a
ad Sternutamēta excitāda. 424.c
ſternutationes in omnibus pulmonis affectibus, malum 225.c
ſtomachus, appetētiæ ſedes. 120.b
ſtomachus quomodo roborādus. 118.a
ſtomachus ſæpe quomodo accipiatur 35.a
ſtomachi fracti reparatio quanto tempore procuranda poſt uomitum 92.c
ſtomachi imbecillitatem ſignificare ructum omnem 39.b
ſtomachi infirmi ſigna 119.c
ſtomachi roborandi ratio 118.a
ſtomachi uellicationes & morſus quid leuet 60.c
ſtomachū infeſtantia 92.a
ſtomachum pro œſophago accipi propriè. 120.b, item pro uentriculo. 388.a. & eum quæ erigāt. 83.a (253.c
ſtomachum ſtipticis confirmari
ſtomacho imbecillo quæ ſint recipienda. 33.b. 119.c. 120.b
ſtomacho ingrata. 310.a. & quæ ſint gratißima. eod.
ſtomacho non omnino conuenire quicquid boni ſucci eſt 313.b
ſtomacho pituitoſo & frigido quale uinum exhibēdum 121.b
ſtomacho quomodo noxius humor euocandus 93.a
ſtomacho roborando poſt uomitum quæ ſeruiant 92.b
ſtrangulatio febricitanti ſuperueniens ſubitò ſine tumore, malū. 188.b
ſtrāgulationis periculum ubi impenderit à quocunq; humore, uenam ſecandam 239.a
ſtrangulationis ui needū mortui quibus circa os ſpuma, deſperati 232.c
στραγγουρίαν quid faciat 154.c
de Struma, & eius curatione. 450.b
ſtupor, ex ictu capitis, malum. 210.a
ſtuporem, uel etiam mortem inducentia 326.a
ſubſtantiam fructuum facilè euaneſcentem eſſe 283.a
ſucci boni res quæ. 303.a.b. ſucci praui edulijs abſtinendū. 69.a. & ea quæ ſint 305.a
ſuccum craſſum aut glutinoſum generantia 308.b (nes. 263.a
ſuccos quid ex æquo eliciat om-
ſudor multis cum febribus quando malus. 182.b. 177.c. et is quādo expectandus 146.b
ſudor quomodo eximiè exiccetur 100.b (169.a
ſudor ſine cauſa quid ſignificet.
ſudorem fomētis prouocari. 271.a & quot modis prouocetur. 266.c
de Sudore. 265.b. & quomodo morbum prædicat 168.c
ſudores quales in febribus boni ſint. 170.b. qui item peßimi 169.a. mortē prædicētes. 109.a
ſudores in febrib. quando debeāt expectari 160.b
ſudores in non capiente cibum, euacuationem denotant. 169.a
ſuffocare & deglutire non poſſe citra tumorē, pernicioſum eſt. 188.c
ſuilla caro quib. cōueniat. 289.a
ſuilla inter domeſtica eſt ualētiſſima 276.a
ſuillæ frequens uſus quæ uitia minitetur. 276.a. & quæ ſit eius probitas in ſanguine conficiendo 288.c (belli. 349.b
ſuillā ægrè confici à ſtomacho im-
ſuperiores partes poſt laßitudinem, plus quàm inferiores fouendas 78.a. & cur. eod.
ſupinus decubitus pericloſius in ægris 174.b
ſuppuratio quando ſit expectanda. 212.a. & eius indiciū. 188.b
ſuppurationis circa aures, notæ. 193.b
ſuppurationes alias alijs ætatibus eſſe pernicioſas magis. 226.b. & quæ præcipuè 212.b
ſuppurationū duo genera. 226.a
ſuppuratorū mala ſigna. 226.b et eos quomodo dignoſcas 213.a
ſuppuratos pectore, febre nō intermittente, interire 226.b
de Sycoſi, & eius curatione. 461.b
ſylueſtria omnia, quàm domeſtica animalia, minus excrementoſa. 258.a
συνάγχη quid, et eius indicia. 381.b. remedia. eod.
ſyncope unde. 126.c. & eius effectus. eod.

T

Tabefacti quo tempore anni intereant potißimum 227.b
tabes cui ſoleat ætati contingere. 164.a. et quæ mortifera 226.c. 368.a
tabes unde. 154.c. & eius indicia 193.b
tabis genus ſine exulceratione. 158.c
tabis plures eſſe ſpecies. 365.b. & quomodo curentur. eod.
tabe correpto, alui profluuium, mortiferum 227.a
tabe qui facilius liberētur. 197.a
tabidi quomodo nutriendi. 366.b
tabidis ſigna ſalutaria. 213.c. & quæ mortalia 227.b (158.c
tabidos Tabias deportari ſolitos.
tamaricis facultas 328.c
temperamento ſenum cuiuſmodi conueniant 103.c
tēperata maximè pubertas. 150.a
temperaturā corporis non ex colore conijciendā ſemper. 274.c
temporis mutationes morbos imprimis parere 108.a. 148.b
tempora quid conſtringat. 169.b
temporib. ſiccis quæ morborum genera ſiccis hominibus accidant 161.a
temulentia corporibus inimicißima 54.a (397.b
τεινεσμὸς qualis affectus. 198.a.
tenuandi detergendiq; facultate prædita quæ 92.a

tenuibus

tenuibus plurimum ferè subesse sanguinis 237.b
tepidarium & calidarium quid differant 112.c
tertianarum febrium duo esse genera 334.a
de Telis è corpore extrahendis. 496.b
Testacea omnia geminã habere naturam 320.b
testes esse uirtutis procreatricis principia 28 b
de Testiculorum curationibus cõmunibus, & primò de incisione inguinis, uel scroti 517.b
tetanus quid 381 a
tetani qualis affectus 158 a
tetani, siue distẽtionis curãdæ modus 239.a
tetrapharmacum emplastrum, ad pus mouendum 418 c
Theodoti collyrium acharistũ appellatum 465.b
therapeutices partes duæ 233.b
de Theriomate, & eius curatione 448.a
thermarum uarius usus & natura 20 a
ad Thoracis dolores finiendos. 426.c
thoracis partibus imbecillis superiores partes exercẽdæ. 120.c
de Thymio, & eius curatione. 450.a
Timæi cõpositio ad ignem sacrũ uel cancrum 424.c
timor ex somno quid significet. 179.b
timor post somnos in febribus, malum eod.a
tithymali usus, ut & cucumeris agrestis, rarus est 249.a
tonsillarum inflammationibus obnoxij et affectus qualis sit. 115.b. & earum cura 481.b
tonsillas amygdalas uulgò dici. 163.a
de Torminib. et dysenteria. 395.b
transgreßio ad similia quod inutilis, nisi in multis similibus obseruata 6.c
transitus è graui in salubrem locum cur periculosus. 67. c. & quando fieri debeat 62.b
tremor, horror, & rigor quomodo differant. 128. a. et unde nascãtur eod item 224.a
tristitia spiritus resolui 84.b
etria in uiuis spectanda 300.a
triticum quam terram desideret. 293.a
trigodes cur dictum euelpidis collyrium 467.a
tumor in præcordijs durus, periculosus 177.a
tumorẽ in præcordijs malũ esse. eod.a. & iterum 211. c
tumores quicunq; intrò rumpuntur, lethales 226.a
tumores sub umbilico rarius suppurare 212.a
tumoribus biliosis apta 326.c
in Tumoribus ex frictione remedium 82.b
turdo gloriam primam dari inter aues 288.c (eod.
de Tußi 384.a. & eius remedijs.
tußis, hydropicis malum 228.a
tußi cuicunq; conueniẽtia 384.b. et quomodò cõtrahatur. eod.a
tußim frequentẽ ex diuersis partib. sanguinẽ extundere. 384 c
tußientibus cum febre remedia. 385.c
tußientibus ex faucibus sanguinem quomodo sistas 385.b
tußientibus leuiter in ardentibus febrib. frigida debere abstinere 348. a. et quis cib. utilis. 384 b
uacuare repentè, aut replere, malum 251.c
uacuatio particularis quæ, et eius species 257.b
uacuatio reuulsionis causa facta, quomodo sit iteranda 241.c
uacuationis generalis partes, tribus absolui 257.b
uacuationi tẽpus opportunũ maximè matutinum. 241. a & cur eod.
uacuationem sanguinis particndum in phlegmonis. 241. b. & cur eod.
uacuationes ad animi deliquium usq;, quando faciendæ. 241 b
uacuationes quomodo debilibus instituendæ. 252. a. & idem de obæsulis, & sanguine plenis eod.
uacuationum genera duo. 257.b.
ualere quando dicantur corpora. 11.b. & cur 166.c
ualetudinis aduersæ signa. 143.a & præsagia eod.
ualetudinis conseruandæ multiplex ratio, 10.b. & summa methodus 126.c
ualetudinis quod sit studium maximum 25.c
ualetudinis prosperæ custos, medicina, & dignitate & tempore prior. 10.a. 18.a. quòd q; tria potißimum sibi proponat. 10. b. & ea quæ eod.
ualetudinis rectæ quæ uera sint signa 11.b
ualetudinis tuendæ gratia quæ sit ætas aptißima 12 b
ualetudinis tuendæ quæ sit regula rectißima 275.a
ualetudinis uocabulum medium esse 143.b
ad Valetudinem integram plus facere exercitium quàm alimentum 23.a
ualciudinem humanam tria lacessere. 332.a. & quæ sint eod.
uarictatem dulcem esse, & gratã. 51 c
de Varis & lẽticulis et ephelide, & curationibus 462.a
de Varicum curatione 534.a
de Varicibus uentris 515.b
uasorum euacuationes uehementes semper intempestiuæ. 68.b
uectio uel gestatio qualis hemicranicis instituenda 262.a
uehementem circa pubem eliquationem malam esse 171.b
uenæ basilicæ uaria denominatio. 243.b item cephalicæ eod.
uena iam secta, quid chirurgo faciendum 244.b
uenæ mediæ cubiti subijci neruũ. 243.b
uenæ sectio in ephemeris utilis quando. 263.b & ea quomodo plethoris cacochymis salutaris 38.a
uenæ sectio quãdo partiẽda. 93.a
uenæ sectionem, quàm quoduis aliud euacuãdi genus, in pestibus esse utiliorem 134.a
uenæ sectio quib uitijs opituletur. 240.b. & eius commoda. eod.
uenæ sectionẽ qui nõ ferunt, quomodo purgandi 135.a
duo in Venæ sectionibus notanda 236.c
uenæ uulnusculum quomodo sit obsignandum 244.b
uenã nisi hesterno cibo probè concocto secandam. 240 a. & ubi 241. a. 242. b. quando & quã-obrem

obrem eod.
uenam secare imperitis difficile. 243.a
uenis duabus extremis cubiti substerni arteriã & tẽdones. 243.b
uenas maiores secanti quid obseruandum 240.a
uenas pro arterijs dici 346.a
uenatio quòd, duri pisces, & assa caro, sistant aluum 116.c
aduersus uenena, remedia 445.a
uenena non nocuisse eis qui prius assueuerant 70.a
uenter quod instet semper ut creditor, nec accepti gratiam habeat 25.b
uentris acceptio 206.c
uentres, & corporis penetralia, hyeme calidiss. esse. 104.c 148.a
de Ventris fluxu & curatione. 398.a
uentris habenas esse diligenter regendas 25.b
uẽtris saburram grauare corpus non solum, sed et animũ. 45.b
uentris suppressi mala 65.a
uentri ante omnia ut dominemur oportet 25.c
uentrem quæ molliter subducant, qualia sint 54.b
uentrem quicquid emolliat, primis mensis esse capiendũ. 54.b
uentricosis omnibus minimũ subesse sanguinis 237.b
uentriculus alimẽto proprio destitutus unde sibi comparet. 71.b
uentriculus bile nimia accensus quomodo restinguendus. 252.c
uentriculus calidus calidis humorib. quomodo purgãdus. 122.b
uẽtriculũ, neruosumq; genus quomodo dissoluatur 91.b
uentriculus quibus euertatur. 71.a. et quib. oleis inũgẽdus. 122.b
uentriculi cauitatem grauius distendere cibum 53.c
uentriculi cruditate cur præceteris laborent oppidani 35.a
uentriculi intemperies quomodo accidat ferè literarũ studiosis. 35.a. & eius quid augeat intẽperiem 316.b
uentriculi os quibus roborãdum. 240.b. & ei refrigerato quomodo medendum 122.a
uentriculum grauat solo pondere cibus 53.c
uentriculum roborantium species 312.b. & cum uariè quæ afficiant eod.c
uentriculi quales etiam grauissimis conficiendis apti. 274.c. et eorum diuersitas eod.
uentus cur uehementior patentib. utrinq; fenestris uel ostijs. 41.a
uenti qui destillationibus creandis opportuni 116.b
uentorum frigidorũ regiones habitantes esse edaciores 60.a
uentorum nomina et regio. 157.a
uentos nullos nasci ex arida materia 314.a
uentos quatuor tantũ numerasse ueteres. 157.a
uentos uires seruare locorum per quæ commeant 149.b
uenus antè ne, an post somnum sit exercenda. 31.c. & ea cur sit podagricis fugienda 126.b
uenus cur post æstiuum solstitiũ fugienda 109.a
uenus, & uinum mulsum, quòd podagricis inimicum 126.b
uenus interuallo repetita quomodo salutaris 30.b
uenus nec æstate nec autumno utilis 66.c
uenus neruis dolentibus inimica. 124.b
uenus pallorem inducit, si modũ excedat 31.b
uenus pleno uentre aut cruditate exercita, malũ 30.c. & ea priusquã exerceatur qd agendũ. eod.
uenus quando sit ante somnũ utanda 31.c
uenus quibus commodet. 31.b. & eius quæ sint incommoda. eod.
uenus quibus tantum præscribatur à medicis 18.a
uenus quomodo calfaciat, et etiã humectet 31.a
uenus satietatis quòd sit comes. 30 b
uenus ubi, et quãdo tuta 108.c
ueneris usum nullum dicebat salutarem Epicurus 38.b
ueneri cur binos maritos assignauit antiquitas 30.a
uenerẽ exercituro quæ fugienda. 31.a
uenerem fugiendam esse, & potiũ gelidum, autumno 109 a
uenerem hyeme non æquè perniciosam 66.b
uenerem, morbum comitialem dicebat Democritus 30.b
uenere per æstatem omnino abstinendum 66.c
uenere, ueneris desideriũ prouocari 30.b
uer pars anni longè saluberrima. 106.a
uer quale bene constitutum. eod.
uer quomodo circumscribẽdum, eod.
uere aliquid de ratione uictus liberaliore detrahendum. eod. et quas ob causas. eod. & quomodo ratio uictus mutãda. 104.b
uere plus obsonij quàm panis admittendum. eod.
uere qua diæta sit opus 66.b
uere qui morbi soleant enasci, & unde. 145.b. & qui tũc optimè ualeant 146.b
ueratrum assumptum quib. utile. 148.b
ueratri uiolentia quomodo retundatur. 248.b
ueratrũ sumpturi quomodo præparãdi. 255.c
uerbenam admodum restringentem esse 253 a
uerrucarum genera esse multa. 163.b
uerucina Flãdris quòd sit laudatissima 276.b
uesica uiris aliter sita, quàm mulieribus 376.a
uesicæ uitium quomodo dignoscendum 204.a
uesicã esse duplicẽ & neruosam. 375.c
uesicas duras & dolentes perniciosas esse 218.a
uicissitudinẽ rerum naturæ conuenientissimam esse 51.c
uictus humectans 98.b
uictus puerorum quomodo temperandus 103.b
uictus ratio in morbis 3.b
uictus ratio hyeme præscribenda 66.b
uictu simplici & paupere podagram uinci 126.b
uigilijs quod euocetur calor, & quid inde sequatur incõmodi 35.b
uigilias totum corpus exiccare. 98.a
uijs abluendis et uasis opportunũ 253 n
uinolentiæ tollendæ remediaria 60.a
uinolentiam cur clamor & cantus non deberet sequi 48.c
uinũ album omnium minimè nutriens 121.a

uinum

uinum asperū quod dicatur. 346.e
uinum austerum & craßius, utile aluo fluidæ 117.c
uinum calidum stomacho laborantibus ieiunis utile 119.e
uinum Cecubum quod dicatur. 299.a
uinum cur concoctioni opem ferat 121.a
uinum eliciendæ urinæ accommodatum 85.e
nullum fermè Vinum dulce est, nisi idem & crassum 298.a
uinum habere natura sua purgandi facultatem 104.e
uinum meracius quid in senibus corrigat uitij 103.b (120.e
uinum ieiunis quid incommodet.
uinum non dilutum, & aquā per se, uitio non carere 114.b
uinum nouum omnium minimè calere 298.b
uinum odoratum unde commendandum uerè 300.b
uinum oleo debet præire in frictionibus 74.a
uinum pueris nisi dilutum nō conuenire 103.a
uinum quale dandū senibus. 103.b
uinum quale laßitudine laborantibus dandum 74.c
uinum quando perdi uulgò dicatur 114.b
uinum quod hepaticis saluberrimum 121.a
uinum quod & quale sistat aluū. 116.e
uinum quod dicatur paucorū annorum 299.b
uinum quod uocant Hippocraticum, quibus utile 297.e
uinum sanguinis generationi conuenientißimum 121.a
uinum tenue, dilutum, idq; candidum minus caput ferire 114.b
uinū totius substātiæ similitudine quid profit 120.c
uinum uetus, idq; tenue, corpus emundat & firmat 74.a
uinū uetustate fieri calidius 315.e
uinum uetus quib. salutare maximè, & quoto sit ordine calidum 121.a
uini abstinentia sola podagra liberatos quosdam 126.b
uini meri atq; sinceri fructus, quādo moderatè bibitur 24.b. 298.a.b.c.
uini noui, uel musti uitia. 298.b. 317.b
uini, olei, salis uires, dū simul admouentur corpori 74.b
uini paulo largiorem inuitationē, non improbasse Platonē. 24.a
uini plus quàm cibi cur capiat uētriculus 53.e
uini ueteris incōmoda, sumpti intemperanter 53.c. 298.e
uina austera uentriculi os roborare 312.a. sed aluum hebetare 322.c
uino quali sit opus stomacho dolentibus 119.e
uino quando potißimum podagricis abstinendum 126.b
uino qui sese prolixius inuitant, esca debere abstinere 60.a
uina dulcia, rubra, sanguini procreando aptißima 298.a
uina qualia sint deligenda 315.b. 299.a
uina uetusta nimium, nimiumq; nouella, uitanda 299.b
uires corporis quomodo cognosci poßint. 237.a. & in quibus affectibus sint debiles 239.c
uires interdum quidē minuere licet, frangere uerò nunquam. 338.e
uires maximè præcipitare uenæ sectionem 251.a & cur. eod.
uires optimè quādo ualeāt. 104.b
uires ubiq; spectandas esse 95.b. 104.b. & unde deficiant. 126. c. 134.b
uis & utilitas rusticæ uitæ 14.b. & ociosa, cur inutilis 62.e
uiscerum & intestinorum inspectio cur utilis. 3.c. & eorū morbis 389.b
uiscida atque crassa, astringentia. 321.b
uiscida circa dentes in febrib. diuturnas fore prænunciāt. 176.e
uiscida, humidaq; substantia assanda 295.a
uisum hebetem quid iuuet 224.c
ad Vitæ cōseruationem cibum esse necessarium 23.a
uitæ genus in ægris notandū 6.c
uitæ thesaurus, sanguis 248.a
uitæ ueræ declaratio, exercitium 15.a (300.e
uitiferum solum quale deligendū.
de Vitijs singularum corporis partium 460.b
uiui hominis uiscera omnia contemplari non posse 5.e
uiuorum sectio quomodo non crudelis sit dicenda 4.a
ulcus liuidum ac siccum, in ægris quid significet 188.a
ulceris curatio 439.b
ulceri abstergendo purgandoq; idonea maximè. 368.b eiq; glutinando 384.a
de Vlcere fungo simili, in ano. 490.e
de Vlceribus interiorib. quæ aliqua corporum parte corrupta nascuntur 446.b
de Vlceribus oculorum, et eorum curatione, & de διὰ βαλαυστίων collyrio 468.a. 469.e
ulceribus quæ crustas inducant. 408.a
de Vlceribus quæ ex frigore in pedib. & manibus oriuntur, & eorum curationibus 450.b
de Vlceribus quæ extrinsecus per uulnera incidunt, curationibusq; eorum 438.b
ulceribus quæ resoluant crustas. 408.a
de Vmbilici prominentis curatione 485.b
de Vmbilici uitijs 502.a
umbra quibus locis melior 51.a
umbrā & frigus humectare 51.a
unctio cur in sole, uel ad ignem fieri debeat 52.a
unctio qualis sit refrigerans 97.b
unctionem quiduis posse pro materia quam recipit 258.b
unctionis calidæ uis 123.b
unctiones cur sequantur lotionē. 23.a
unctiones quomodo refrigerātes. 258.b & frigidæ recalfacientes eod.
ungendum non esse perpetuò, aut balneis utendum 52.a
de Vngue oculorum 499.c
ungues & digiti liuidi cum corporis uniuersi grauitate quid. 188.a
ad Vocem adiuuandam 428.b
uoluulosis, uomitus, & surditas, malum 230.a
uoluulus quibus accidit, ex urinæ stillicidio, intra septē dies mori 224.b. & uoluulus quid. eod.
uomentibus, asperitas fauciū quomodo tollenda 65.a

uomentibus difficulter quid agendum 91.b (89.a
uomitionis desideratæ argumentū
uomitionis irritamenta quæ 88.b
uomitione facta post nauigationē, edere protinus non esse consultum 79.e
uomitione facta quomodo stomachus roborandus 65.b
uomitiones, lotia, deiectiões, aluū sistere reuellendo 117.e
uomitiones quomodo excitentur. 65.a.76.b
uomitus atræ bilis minus bonus. 79.b. & qualis sit utilis eod.
uomitus hyeme, quàm æstate, cur utilior. 64.c. & quando fieri debeat 91.b
uomitus in febribus quando prouocandus. 255.a & quando salutaris 170.e
uomitus quib. partibus soleat incommodare 87.c
uomitus quibus potißimum mensibus præscribendus 86.c
uomitus quib. procurãdus. 240.a & quomodo prouocetur. 91.b
uomitus qs minus molestus. 172.c
uomitus ruber lethalis 190.b
uomitus sollicitãdus, si sanguis nõ mittatur 347.a
uomitus uiolētè nimis sollicitatus, in uenas uitium traducit. 255.a & inde quid mali eod.
uomitus eliciendi rationem antiquorum stomacho molestam fuisse 65.a
uomitus præsagia 89.a
uomitus quod attenuent 85.b. & cur 64.b
uomitus meraciores esse deteriores. 179.b. & qui quibus meliores. 19.a. & quando 65.a
uomitus qualis debeat sequi modicum alimentum 79.e
uomitum solutam aluum comprimere et cõpressam soluere. 66.a
uomitum omnem quòd reiecerit Asclepiades 86.b
uomitum ualetudinē atterere. 91.a
uomitu partes superiores æstate iuuandas 87.b
uoce qui dicantur priuari medicis 189.a
urina crassa subsidentiam albam continens quid denotet 200.b
urina crassa, albam habens subsidentiam, quid moneat 201.e
urina renum uitium, uel morbum acutum indicans 227.a
urina qualiter affecta in febribus bona 170.c
urinæ crebra cupiditas unde. 203.a. & eius difficultas 263.a
de Vrinæ difficultate, & de calculo. 428.a. rationibus eorū. 428.b
urinæ grauis odor 202.c
urinæ indiciū quomodo fallax & incertum 44.b
urinæ malæ indicia 175.a
urinam & sudores prouocantia. 86.a. 135.b. 323.b & ea quæ sint 130.a
urinam ruffam non semper cõcoctionis esse signum 67.a
urina uiridis cum subsidentia nigra, quando lethalis 202.a (b
urinæ quæ in pueris pessimæ. 190.
urinæ colliquationem significantes 226.e
urinæ conturbatæ per febres quid declarent 200.b
urinæ in febricitantibus malæ quæ. 183.a
urinæ nigræ in uiris & mulieribus malæ 190 b
urinæ quæ sint lethales 190.b
urinarum arenulæ unde 202.e
urinarum uanos spectatores uituperandos 44.b
usum & experientiam docuisse, quid salutare, uitæq; aptū. 275.a
usus rerum omnium parens. 70.a
usum sine lingua, quàm linguam sine usu, præstantiorem [illegible]5 b
utile sibi quid sit, quisque cur melius, quàm medicus, expenderit. 24.a
de Vua 510.e
de Vuæ morbo et curatiõe. 484.a
uuæ passæ carnis facultas 118.b. & uitis fatuæ eod.
uuam pensilem neq; sistere, neq; proritare aluum. 118.b
uuam recentem flatibus distendere. 313.a. quæq; non sint flatulentæ 314.b
uuarum cortex & nucleus abijciendus. 118.b. & qua facultate sit præditus eod.
uuarum seruandarum modus uarius. 311.c. et quæ proritent aluum 118.b
omnes Vuas appetentiam & Venerem suscitare 118.b
uuas & ficus facilè corrũpi. 313.a & quomodo alioqui sint innocentißimæ 108 b
uuas ficubus minus alere 286.b
uuas immaturas & acerbas uentrem supprimere, & stomacho conducere 118.b
uuas improbum succum & humores parere 286.b
uuas pensiles inflandi malignitatē deponere 286.c
uulgi error in caseis deligendis. 278.b
uulgi improbitas in abutenda medicorum opera 250.b
uulnus quæ glutinent 405.a. 434.b
uulnus quomodo implendum est. 438.a quomodo ligandum. 435.b. quomodo purgandum. 437.c
uulneri cicatrix quomodo inducenda, purgandaq; sit 441.b
uulnera quæ aperiant 405.c
uulnera quæ difficilem curationem habeant. 429.b. quæ contrà tutiorem 429.c
uulnera quæ sint insanabilia. 429.b.
ad Vulnerū inflãmationes. 434.a
de Vulneribus quæ per morsus inferuntur, eorumq; curationibus 442.a
uultū potius ægri quàm lotiū spectandum 186.b
de Vuluæ morbo & curationibus 399.b
ad Inflammationes uuluæ, Numenij pessus 423.a
uuluæ situs & magnitudo 376.a
ad eijciendum è Vulua infantem mortuum 423.a

X

de Xerophthalmia, genere aridæ lippitudinis 472.a

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

α A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAa BBb CCc DDd EEe FFf. Omnes duerniones, præter α ternionem.

BASILEAE, EX OFFICINA IOannis Oporini, Anno Salutis humanæ M. D. L I I. Mense Martio.